MONVMENTA
GERMANIAE
HISTORICA

INDE AB ANNO CHRISTI QVINGENTESIMO
VSQVE AD ANNVM MILLESIMVM
ET QVINGENTESIMVM

EDIDIT

SOCIETAS APERIENDIS FONTIBVS
RERVM GERMANICARVM MEDII AEVI

POETARVM LATINORVM MEDII AEVI

TOMUS II

BEROLINI
APVD WEIDMANNOS
MDCCCLXXXIV

MONVMENTA
GERMANIAE
HISTORICA

INDE AB ANNO CHRISTI QVINGENTESIMO
VSQVE AD ANNVM MILLESIMVM
ET QVINGENTESIMVM

EDIDIT

SOCIETAS APERIENDIS FONTIBVS
RERVM GERMANICARVM MEDII AEVI

POETARVM LATINORVM MEDII AEVI

TOMVS II

BEROLINI
APVD WEIDMANNOS
MDCCCLXXXIV

POETAE LATINI

66H01

AEVI CAROLINI

RECENSVIT

ERNESTVS DUEMMLER

TOMUS II

BEROLINI
APVD WEIDMANNOS
MDCCCLXXXIV

WEIMAR. — HOF-BUCHDRUCKEREI.

SOCIETAS APERIENDIS FONTIBVS RERVM GERMANICARVM MEDII AEVI.

SANCTVS
AMOR PATRIAE
DAT
ANIMVM.

FRANCOFVRTI A. M.
XIII. KAL. FEBR. MDCCCXIX.

Postquam tres abhinc annos primum huius sylloges volumen prodiit, in hoc secundo iam ii poetae subsecuntur, qui intra annos circiter DCCCXX et DCCCLX post Chr. natum, Hludowici Pii ac filiorum eius temporibus, bellorum civilium testes locupletes carmina condiderunt. Qua re Iacobo Grimm, qui Hrabani et Walahfridi poemata dispersa ut uno opere commode coniungerentur iam pridem exoptaverat, nunc satisfactum esse gaudeo. Sed lectoris veniam me petere ob eam causam necesse est, quod proposito meo neglecto et Hrabani librum de laudibus sanctae crucis et Dicuili Scotti lusus grammaticos praetermisi. Utrumque enim opus, a poesi alienissimum, cum sine amplissimis ipsorum auctorum commentariis pedestri sermone conscriptis edi non possit, nimiam pro pretio partem huius voluminis obtinuisset. Propter argumenti gravitatem Wettini monachi visioni a Walahfrido versibus heroicis cantatae alteram prosa oratione ab Heitone episcopo literis mandatam addere placuit neque glossas, quibus et illud opus et aliud ab eodem homine de cultura hortorum compositum explicantur, omittendas esse censui.

Ad verba versusque poetarum nostrorum restituendos emendandos interpungendos Guilelmus Wattenbach, Musarum et editoris amicus constantissimus, aeque atque in priori tomo adiumentum plurimi aestimandum attulit omnesque plagulas paucis exceptis examinavit. Cum vero mihi proposuissem vatum et veterum et christianorum locos a poetis aevi Carolini passim expilatos vel imitando expressos plenius et accuratius investigare atque adferre, Max. Manitius in operibus illorum ali-

quantum versatus hac in re adiutor mihi exstitit, qui et ipse plagulas plerasque sua ex parte correxit indicesque pro viribus paravit. Spero fore, ut ei, qui historiae studiorum philologicorum medii aevi operam dant, ex his laboribus fructus nonnullos percipiant.

Cum Candidi et Hrabani poemata magna ex parte ex editione principe repetenda essent, cetera, quae in hoc volumine continentur, carmina plurima ex libris manuscriptis vel, ut vitam sancti Galli, primum vel correctius edere licuit. Inter viros doctos, qui comitate insigni, qua in codicibus perscrutandis auxilium mihi ferentes de hoc opere optime meruerunt, inprimis nominandi sunt Leopoldus Delisle, Guilelmus Diekamp, Carol. comes de Giuliari, Herm. Hagen, Idtensohn, F. Kaltenbrunner, P. Gabriel Meier, Geroldus Meyer de Knonau, Guilelmus Meyer, Engelbertus Mühlbacher, H. Simonsfeld, Elias Steinmeyer, E. Maunde Thompson, Lodovicus Traube. Coniecturas subtiles, quas huic debeo, ex parte corrigendis inserui. Etiamsi autem ab Adolfo Ebert, Iohanne Huemer aliisque scitis harum rerum existimatoribus edoctus elaboravi, ut in hoc altero volumine minus in vituperationem grammaticorum incurrerem, non dubito quin etiamnunc nonnulla reprehensione eorum digna inveniantur, eoque tantum me eis excusatum velim, quod sine opera mea quamvis imperfecta poemata haec numquam fortasse in Germaniae monumentis collocata essent. In tertio volumine, si deus optumus maxumus vitam viresque dederit, reliquam poetarum aevi Carolini partem aliquando comprehendere in animo habeo, quibus aeque ac prioribus omnes latissimi Francorum imperii provinciae poesis luce, ut ita dicam, perfundentur atque illustrabuntur. Ceterum poetis in hoc concilium convocatis cum Ovidio dicere liceat:

Si qua videbuntur casu non dicta Latine,
In qua scribebat, barbara terra fuit.

Dabam Halis Saxonum IV. Idus Februar. 1884
in septuagesima.

E. Dümmler.

HOC VOLUMINE CONTINENTUR

ERMOLDI NIGELLI CARMINA.

Ermoldus Nigellus, gente quidem Aquitanus[1], *sed etiam Francicae linguae gnarus*[2], *ordine clericus*[3], *ex praecipuis Pippini Aquitaniae regis* (821—838) *amicis vel adulatoribus*[4], *exercitui eius Britanniam minorem a.* 824 *invadenti armatus interfuit*[5]. *Sed cum regis adolescentis animum effrenatum pravis consiliis contra Hludowicum imperatorem, patrem eius, concitasse ferretur*[6], *paulo post ab eo Argentoratum relegatus est. Ubi a Bernoldo*[7] *episcopo, docto Augiensis coenobii alumno, ob gratiam Pippini regis, benigne receptus, anno* 826 *veniae impetrandae causa quattuor libros metro elegiaco de rebus a Hludowico augusto gestis composuit*[8], *quos et ad imperatorem et Iudith, coniugem eius, artium liberalium fautricem, et ad Pippinum regem misit. Cuius intercessionem cum aut omnino nactus non esset aut inefficacem sentiret, duos ei elegos dedicavit non multo post conditos, quibus eum innocentiae suae testem ad misericordiam flectere denuo conatur*[9].

Quando Ermoldus libertati et gratiae Caesaris restitutus sit, plane nescimus, sed, si non antea, anno 830 *certe eum filiorum imperatoris ope ex exilio revocatum esse*[10], *coniectura est probabilis. De vita eius posteriore nihil prorsus cognitum est: poetam vero nostrum eundem Hermoldum esse, qui cancellarii munere functus a.* 838 *tres Pippini regis chartas subcripsit, facile suspicio nascitur*[11]. *Alter Hermoldus abbas, Nantuacensis fortasse*[12], *a.* 834 *a Hludowico ad Pippinum filium missus est, ut eum monasteriorum praedia invasa restituere iuberet*[13]. *A quibus Ermenaldum Anianensem abbatem discernere vix dubitem*[14], *praesertim cum Ermoldi nomen ei numquam indatur.*

---

1) *De patria eius prope Ligerim fluvium quaerenda* (*cf. L. II,* 139—150; *III,* 270—300; *El. I,* 135) *optime egit Simson* (*Ludwig der Fromme II,* 122). 2) *Cf. L. I,* 47, *IV,* 13, 657, *ubi vocabula Francica interpretatur; III,* 14. 3) *Cf. Pippini verba IV,* 138, *ex quibus elucet, Ermoldum literis tantum se dedisse. Quamquam res monasticae ei cordi sunt, ut ipse se monachum professus sit, minime inde sequitur.* 4) *Cf. elegiam utramque.* 5) *IV,* 135—138. 6) *Eleg. II,* 201—206. *De Pippini moribus cf. Dümmler Gesch. des Ostfränk. Reiches I,* 20. 7) *De Bernoldo v. epitaphium eius infra edendum.* 8) *Ad tempus definiendum valent ea, quae poeta noster* (*l. IV,* 639—642) *de organo auctumno anni* 826 *composito refert. Hugonem et Matfridum comites post Februarium anni* 828, *in quo honoribus suis privati sunt, certe non ut imperatricis comites laudare potuit* (*IV,* 125, 295, 424); *cf. Funck Ludwig der Fr. p.* 261. 9) *De tempore, quo Pippinus paschalia festa in palatio ad Curantam fluvium sito celebravit nihil constat, de familia eius cf. Simson Ludwig I,* 186 *n.* 3. 10) *Wattenbach Geschichtsquellen Deutschlands I,* 169. 11) *Bouquet Recueil VI,* 674—676, *cf. Funck Ludwig l. l.* 12) *Sickel Acta regum Karolinor. II,* 376. 13) *Vita Hludowici imp. c.* 53 (*SS. II,* 639) Mandavit filio Pippino per Hermoldum abbatem res ecclesiasticas, quae in regno eius erant, quas vel ipse suis attribuerat, vel ipsi sibi praeripuerant, absque cunctatione ecclesiis restitui. 14) *Hermenaldus a Hludowico imperatore a.* 835 *et* 837 *Anianensi monasterio chartas impetravit* (*Sickel Acta Ludowici* 331, 354, 355). *Muratorii opinionem Simson* (*Ludwig der Fr. II,* 120 *n.* 5) *recte mihi refutasse visus est.*

Inter doctos huius saeculi viros Ermoldus non infimum locum obtinet: in Vergili enim carminibus versatissimus[1] *legit etiam Ovidium, Iuvencum, Sedulium, Venantium Fortunatum, nec minus auctores paene aequales Theodulfum Aurelianensem, Moduinum (Nasonem) Augustodunensem episcopos et carmen, cui inscribitur Karolus Magnus et Leo papa, Angilberto fere tributum*[2]. *Quos omnes quamvis saepissime atque impudenter expilet, ut dictionem suam elegantiorem reddat, colore tamen ab exemplis illis multum distat*[3]. *Negari enim non potest, Ermoldum haud raro grammatices et metri leges neglegere*[4], *ita ut et voces minus usitatas admittat*[5], *usitatis significationem haud propriam tribuat, structura implicata utatur, nec prosodiam semper curet*[6] *et literae h vim consonantis det et in caesuris inprimis in diaeresi pentametri media hiatum usurpet sillabasque producat*[7], *quibus omnibus carminibus suis speciem quandam barbaram imposuerit, praesertim cum inopia verborum impeditus eadem vocabula atque elocutiones saepius repetat.*

Praeter bibliorum libros non saepe ab eo laudatos novit Isidorum quoque et Orosium[8], *Einhardum, Caesarem fortasse et Iordanem, itemque librum, cui vitas patrum inscribit*[9]. *Non solum Ovidium, Tristium auctorem, verum etiam Theodulfum episcopum et ipsos exules imitatus*[10] *consilium cepit, ut carminibus elegiacis cudendis veniam imperatoris irati recuperaret.*

In primo libro carminis maioris res a Hludowico Aquitaniae rege gestas famam secutus canit atque inprimis Barcinonam urbem ab eo obsessam et anno 801 *expugnatam, in ceteris tribus, temporum serie non neglecta, quae Hludowicus inde ab anno* 813, *quo pater eum imperii participem fecit usque ad annum* 826 *domi forisque gessit ac peregit referuntur. In priore elegia rerum Alsatiensium imaginem exprimit, in altera vero Pippino regi iocoso more*[11] *praecepta de vita recte instituenda dat.*

---

1) *Cf. inprimis I,* 17—22, *III,* 143—148. *Modo singula verba in usum suum convertit, modo figuras poeticas eius imitatur.* 2) *De necessitudine, quae inter hoc carmen et Ermoldum intercedit cf. Manitium (Neues Archiv VIII,* 44), *cui tamen non de omnibus locis assentiri possum.* 3) *Cf. ea, quibus Ebert (Gesch. der Literatur des Mittelalters II,* 176) *Robertum Dorr (De bellis Francor. cum Arabibus gestis p.* 52) *refellere conatur, attamen Ermoldum ex Vergilio permulta mutuatum totum rerum ordinem ac colorem interdum ei debere persuasum habeo.* 4) *Versus septempedes (II,* 27, *III,* 31), *quos Pertz admiserat, emendatione sanare temptavi.* 5) *Cf. I,* 109, 116, 197, 354, 373 (?), 455, *II,* 485, 488, 557, *III,* 337, 565, 594, *IV,* 18, 268, 491, 515; *El. II,* 46, 80, 94, 101. *Tueri, venerari, vereri aliaque deponentia significatione passiva usurpat, cf. I,* 110, 495, *IV,* 649, 652, 715; *flecti, amissa (II,* 175, *III,* 433), *praedare (III,* 347), *dominare (? I,* 602), *blandire (El. II,* 18), *sectare (El. II,* 135) *significatione activa. Iterativa amat inprimis, e. g. flexare (I,* 138, *II,* 221, *III,* 385), *fugitare (I,* 513), *incolitare (III,* 588, *IV,* 16, 192), *lambitare (I,* 138), *legitare (III,* 524), *monitare (II,* 371, 421, *III,* 70, *IV,* 21, 583, *El. I,* 160). *Nec minus diminutivis gaudet, e. g. albidulus (IV,* 360), *ausulus (Prol.* 32), *bestiola (IV,* 528, *El. II,* 106, 108), *candidolus (IV,* 288, 355, 384, 470), *damella, dammula (IV,* 505, 513), *iuvenclus (I,* 463, *El. I,* 23), *lanceola (III,* 385), *linteolum (I,* 442, *II,* 468, *IV,* 540), *Musella (El. II,* 5), *palleolum (IV,* 540), *popellus (I,* 223, *II,* 43, 319, *IV,* 239), *promptulus (I,* 3), *rusticulus (Prol.* 9, *I,* 9). *Voces interdum discindit, cf. III,* 554, *IV,* 13, 179, *El. II,* 221. 6) *Cf. e. g. IV,* 756, *El. I,* 167, *II,* 154. 7) *Cf. I,* 80. *Ea quae Manitius (Neues Archiv VIII,* 35—37) *de licentia metrica poetarum in aula Caroli Magni versantium demonstravit, pleraque in Ermoldum quoque quadrant.* 8) *Picturarum palatii Ingelheimensis argumenta ex Orosii libris VII adversus paganos sumpta esse recte demonstravit Bock (die Bildwerke in der Pfalz Ludwigs des Fr. ap. Lersch Niederrhein. Jahrb. II,* 253). *De Isidoro cf. I,* 145, 344, *III,* 56, *de Iordane III,* 52, 237, 370, *de Caesare Simson Ludwig der Fr. I,* 131 *n.* 7. 9) *Cf. El. II,* 69 *sqq.* 10) *De Ovidio, Ermoldi exemplo, agit Pfund (Ermoldus Nigellus p. IV), Theodulfi vestigia eum secutum esse cognoverunt Liersch (die Gedichte Theodulfs von Orleans p.* 27 *n.* 1) *et Ebert (l. l. II,* 176 *n.* 5). *De Theodulfo imperatorem a.* 814 *Aurelianis excipiente Ermoldus de industria silet, quia ille Hludowici gratia exciderat, cf. Simson Ludwig I,* 12 *n.* 9. 11) *El. II,* 20 Inter doctilocos scurra placere solet.

CODEX VINDOBONENSIS 614.

CODEX LIPSIENSIS REP. I. N. 53.

TAB. I.

Muratorius Ermoldum iam non immerito idoneum temporum suorum testem atque ideo a melioribus poetis dissimilem vocavit, quod nullas usquam fabulas narrationi suae intermisceat. Ad haec, ut verbis eius utar, praecipuos palatinos proceresque aulae Caesareae aliosque illustres viros ea tempestate florentes nobis ille commemorat, si Walam abbatem excipias, quem fortasse sibi infensum senserat. Singulorum autem eo consilio meminisse videtur, ut omnium gratiam iniret, et quemque propitium sibi apud augustum Hludowicum ad recuperandam libertatem haberet. In quibus Einhardi quoque nomen ab eo celebratur, quippe qui magnam tunc in palatio auctoritatem habuit[1]. *Sed prae ceteris imperatrici Iudith blandientem animadvertas, quam laudibus cumulat, et cuius puerum Carolum, postea Calvum appellatum, a dis maxime dotatum canit*[2]. *Praeterea celeberrimus ille editor Ermoldum nostrum eam ob causam quoque laudavit, quod poetarum more ad singularia etiam minutissima descendat, ita ut illorum temporum ritus ac mores graphice ab eo delineentur*[3]. *Quapropter elegi duo Muratorio etiamnunc incogniti magni certe habendi sunt. Quamquam Ermoldus licentia poetica usus alia omisit, alia in formam breviorem redegit, alia dicendo amplificavit atque ornavit, multa tamen scitu digna posteris tradidit*[4].

Ermoldi opera, a nullo illorum temporum aequali commemorata, duobus libris manuscriptis ad nostram usque pervenerunt aetatem, sed in his diu latuerunt.

(V) codex Vindobonensis 614 (*ol. hist. prof.* 992), *quondam Wolfgangi Lazii, membranaceus formae quadratae, saeculo X. scriptus constat nunc* 66 *foliis. Manu aequali correctiones aliquot adiectae, aliae aeque atque inscriptio 'Elegia hermoldi' saeculo XV. debentur. Postquam de hoc codice Lambecius* (*Commentarii de biblioth. Caesarea II,* 358—362; *ed. Kollar I,* 502, 554) *primo a.* 1669 *fusius egit, carmen totum ex apographo a Gentilottio suppeditato Muratori a.* 1726 *edidit* (*SS. rer. Italicar. II,* 2, 3—80) *amploque commentario instruxit. G. H. Pertz a.* 1820 *librum Vindobonensem integrum contulit*[5] *et textum haud paucis locis emendavit* (*SS. II,* 466—516).

(H) codex Harleianus 3685 *musei Britannici, olim C. Peutingeri chartaceus saeculo XV. scriptus*[6] *continet f.* 30 Carmen Nigelii Ermoldi exulis in laudem gloriosissimi Pippini regis. Perge Talia placet; *f.* 33 Ad eundem Pippinum. Sint mihi praeterea; *f.* 55 *(post Theodulfi carmina)* Elegia Hermoldi. Editor etherea — *f.* 92 ditet honoret amet. *Textus codicis Londiniensis, quem G. H. Pertz bono omine a.* 1827 *reperit, cum Vindobonensi tam arta necessitudine coniunctus est, ut eum descriptum esse oporteat, elegias vero Pippino regi dedicatas unicus nobis servavit, quas inde depromptas Pertz a.* 1829 *primus ad lucem dedit* (*SS. II,* 516—523), *sed omnes maculas, quibus asperguntur, nec ei nec mihi emendatione abluere licuit.*

Muratorii editionem principem repetiverunt Mencken (*SS. rer. Germanic. I,* 865—956), *Bouquet* (*Recueil des historiens VI,* 1—66), *Migne* (*Patrologiae curs. complet. CV,* 551—640), *Pertzianam editionem in linguam Germanicam vertit Pfund (Berlin* 1856 *inter Geschichtschreiber der Deutschen Vorzeit). Codicis Vindobonensis partem in usum meum iterum contulit F. Kaltenbrunner, Harleianum locis nonnullis comiter inspexit E Maunde Thompson.*

---

1) *Cf. II,* 31—32. *De Einhardi auctoritate cf. etiam epistolam cleri Senonensis ad eum datam, quam Iaffé praetermisit* (*Du Chesne SS. rer. Francic. II,* 718, *Einhardi opp. ed. Teulet II,* 173). 2) *Cf. IV,* 361, 421 *sqq.,* 473, 497, 515, 519—534, 538, 763. 3) *Cf. Simson Ludwig der Fr. I,* 128, 259—266, *II,* 264. 4) *Roberti Dorr iudicium severum* (*l. l. p.* 55) *'Ermoldi igitur fides in iis, quae de Barcinona capta tradit fere nulla est' ad primum tantum librum pertinet.* 5) *Archiv für ältere Deutsche Geschichtskunde III,* 95, 151. 6) *Cf. I,* 32, 167, 441; *Archiv. f. ä. D. G. VI,* 288, *VII,* 81.

[ERMOLDUS CECINIT HLUDOICI CAESARIS ARMA.]

ASSIT PRINCIPIO SANCTA MARIA MEO!

Editor, aetherea splendes qui patris in arc**E**,
Regnator mundi[1] fautorque redemptor et aucto**R**,
Militibus dignis reseras qui regna poloru**M**,
Olim conclusos culpa parientis[2] Avern**O**
5 **L**uminis aeterni revehis qui, Christe, tribuna**L**
David psalmicanus praesaga carminis illu**D**
Voce prius modulans, dudum miranda[3] relat**U**
Sacra futurorum qui prompsit dogmata vate**S**
Confer rusticulo[4], quo possim Caesaris in ho**C**
10 **E**ximii exiguo modulanter poscito rit**E**
Carmine gesta loqui[5]. Nymphas non deprecor[6] istu**C**,
Insani quondam ut prisci fecere perit**I**,
Nec rogo Pierides, nec Phoebi tramite lime**N**
Ingrediar capturus opem, nec Apollinis alm**I**,
15 **T**alia cum facerent, quos vana peritia[7] lusi**T**
Horridus et teter depressit corda Vehemot**H**[8].
Limina siderei potius peto luminis, ut so**L**
Verus iustitiae dignetur dona precat**U**
Dedere; namque mihi non flagito versibus hoc, quo**D**
20 **O**mnia gestorum percurram pectine parv**O**[9]
In quibus et magni possunt cessare[10] magistr**I**,
Caesaream flectant aciem, sed cantibus huc hu**C**
Incipiam celebrare[11]. Fave modo, Christe, precant**I**
Carmina, me exilio pro quis nunc principis ab ho**C**
25 **A**uxilium miserando levet, qui celsus in aul**A**
Erigit abiectos[12], parcit peccantibus, atqu**E**
Spargit in inmensum clari vice lumina soli**S**
Alta regis Christi princeps qui maxime sceptr**A**,
Rex Hludowice pie, et pietatis munere Caesa**R**
30 **I**nsignis meriti[13], praeclarus dogmate Christ**I**,
Suscipe gratanter, profert quae dona Nigellu**S**
Ausulus[14] acta tamen qui tangere carmine vestr**A**.
Regis ob aeterni vestro qui pectore sempe**R**
Mansit amor, Caesar, famulum relevato cadente**M**,
35 **A**ltitonans Christus vos quo sublimet in aethr**A**.

---

1) *Iuvenci Hist. euang. II,* 267 mundi regnator Iesus. 2) *loco parentis i. e. Adami.* 3) *Ov. Met. XV,* 298 res horrenda relatu, *cf. I,* 241. 4) *Cf. infra I,* 9. 5) *sententia est: Conditor....polorum, Christe, qui culpa Adami olim Averno conclusos revehis* (*ad*) *luminis aeterni tribunal, (et) David psalmicanus (psalmicane) qui ... prompsit, confer (conferte) rusticulo etc. P.* 6) *Aen. VII,* 137 Nymphasque ... precatur. 7) *Aen. I,* 352 vana spe lusit amantem. 8) *Cf. Iob* 40, 10 *sqq.* 9) *Aen. VI,* 627 Omnia poenarum percurrere nomina; *Georg. I,* 294 Arguto coniunx percurrit pectine telas. 10) *i. e. deficere MUR.* 11) *Georg. I,* 5 Hinc canere incipiam, *cf. infra I,* 66. 12) *Psalm.* 144, 14; 145, 8 Dominus erigit elisos. 13) *Aen. IX,* 336, 583 Insignis facie. 14) *diminutivum vocis ausus P.; Ov. Trist. II,* 335 immania Caesaris acta; 337 Et tamen ausus eram.

IN HONOREM HLUDOWICI CHRISTIANISSIMI CAESARIS AUGUSTI ERMOLDI NIGELLI EXULIS ELEGIACI CARMINIS LIBER INCIPIT PRIMUS.

Augustos opibus celebres praecellis et armis,
Sed, Hludowice, dei, Caesar, amore magis.
Principis opto loqui praeconia promptulus almi [1],
Conferat omnipotens, qui valet, arma mihi.
5 Caesaris armigeri conor describere gesta,
Quae recitat merito mundus amore pio.
Forte foret satius [2] coeptis insistere rebus,
Plangere delicti gesta nefanda mei,
Cum sim rusticulus, norim nec claustra Camenae,
10 Nec possim comptos promere in arte modos.
Sed me cunctantem refovet clementia regis [3],
Qui potius votum, munera quam recipit.
Cogit et exilium, fateor, nos talia nostrum;
Muneribusque carens [4] porrigo quae mihi sunt.
15 Non ego gestorum per singula quaeque recurram:
Nec fas, nec potis est [5], nec valet ingenium.
Si Maro, Naso, Cato, Flaccus, Lucanus, Homerus,
Tullius, et Macer [6], Cicero, sive Plato,
Sedulius nec non Prudentius atque Iuvencus,
20 Seu Fortunatus, Prosper et ipse foret [7],
Omnia famosis vix possent condere cartis,
Atque suum celebre hinc duplicare melos.
Ast ego lintre rudi rimoso [8] navita remo
Inmensi pelagi [9] aequor adire volo.
25 Dextera quae Petrum fluctu superante [10] fidelem,
Ne pereat, relevat, addidit atque rati [11],
Haec me praecipitem servet miserando per undas,
Conferat ad portum, Caesar opime, tuum [12].

---

9 nec laustra *V* 22 *manus recentior* hoc *post* celebre *inseruit V*

1) *Venanti Fortunati Carm. IX,* 1, 3 Parvolus opto loqui regis praeconia celsi. 2) *Verg. Ecl. II,* 14 Nonne fuit satius. 3) *Met. X,* 187 te refovet; *Ex Ponto III,* 6, 7 clementia Caesaris. 4) *Art. Am. III,* 104 munere caret; *Met. VII,* 693 hoc .. caruissem munere; *Aen. V,* 651 careret | Munere. 5) *Aen. IX,* 208 Nec fas; 796 potis est; *Fast. III,* 811 nec fas. 6) *Aemilius Macer poeta Vergili aequalis.* 7) *Venanti Fortun. Carm. VI,* 1 *a,* 5 Si nunc Vergilius, si forsitan esset Homerus, | Nomine de vestro iam legeretur opus; *Theodulfi Carm. XLIV,* 13 (*t. I,* 543) Sedulius rutilus, Paulinus, Arator, Avitus | Et Fortunatus, tuque, Iuvence tonans. 8) *Aen. VI,* 413 cymba | ... rimosa. 9) *Georg. I,* 29 inmensi .. maris; *II,* 541 Sed nos inmensum spatiis confecimus aequor; *III,* 541 maris inmensi; *Sedulii praef. ad Macedon.* utpote qui ... tam inmensum paschalis pelagus maiestatis ... parva tiro lintre cucurrerim. 10) *Aen. I,* 537 superante salo. 11) *Matth.* 14, 31; *Iuvenci Hist. euang. III,* 121 Fluctibus .. pereuntem .. 122 Dextera .. obvia Petro .. 124 Ascensaeque rati. 12) *Aen. VI,* 901 se ad Caietae .. fert .. portum; *Venant. Fort. C. III (p. 66 ed. Leo),* 19, 2 Pastor opime.

Iam mihi carmen eat Hludowici promere gesta[1],
30 Paucaque de multis pagina nostra legat[2].
Tempore Francorum Caroli dum sceptra vigebant,
Quem celebrat totus orbis honore patrem,
Francia dum latos sparsisset ubique fragores,
Atque suum celebre nomen in orbe foret[3],
781 35 Tum Carolus sapiens sceptrorum insignia proli
Divisit, procerum consiliante choro:
Scilicet aequivoco cessisset Frantia sorte,
Successor tandem si valet esse patris;
Italiae regnum Pippino cessit amato;
40 At, Hludowice, tibi regna Aquitana dedit.
Partibus aequatis[4] crebrescit fama per orbem,
Et Hludowicus ovans credita regna petit.
Prodigium fuerat sic hunc vocitasse parentes[5],
Quod foret insignis Marte, potensque, pius[6].
45 Nam Hludowicus enim ludi de nomine dictus[7],
Ludere subiectos pacificando monet.
Seu quis Franciscam mavult reserare loquelam,
Nominis ut possit noscere notitiam:
Nempe sonat Hluto praeclarum, Wicgch quoque Mars est,
50 Unde suum nomen conposuisse patet.
Iam puer excelsus sacro spiramine plenus[8]
Auxit honore locum Marte fideque suum.
Christicolum celerans ditavit munere culmen;
Reddidit ecclesiis munera prisca sacris.
55 Ordine composito[9] recreavit subdita regna,
Lege regens populum[10] cum pietatis ope.
Wascones rabidos domuit pius arte magistra[11],
Deque lupis torvis progeneravit oves.
Denique ad Hispanos convertens concitus arma,
60 Finibus a propriis[12] expulit ipse procul.
Culmina terrarum, vel quot castella peragrans
Subdidit imperiis, arma ferente deo,
Sunt mihi nota minus[13]; vel si modo nota fuissent,
Non poterat stolidus cuncta notare stilus.

---

38 tamdem *V*

1) ***Iuvenci Praef. v.*** 19 Nam mihi carmen erunt Christi vitalia gesta; *Sedul. Carm. pasch. I,* 21. 2) ***Aen. III,*** 377 Pauca tibi e multis; ***Fast. III,*** 791 sua pagina dicet. 3) *Cf. v.* 22; *Art. Am. II,* 740 Cantetur toto nomen in orbe meum. 4) ***Aen. I,*** 508 Partibus aequabat iustis; *IX,* 754 partibus aequis. 5) ***Venanti Fortun. Carm. IX,*** 1, 29 Non fuit in vacuum sic te vocitare parentes ***(cf. etiam versus antecedentes, in quibus Venantius Chilperici nomen interpretatur).*** 6) ***Aen. VI,*** 403 Troius Aeneas, pietate insignis et armis; 769 pariter pietate vel armis | Egregius. 7) ***Fast. I,*** 330 Nomina de ludis Graeca tulisse diem; ***Met. XIII,*** 648 dicta suo de nomine tellus; ***Karol. M. et Leo v.*** 200 (*I,* 371) avi sequitur de nomine dictus. 8) ***Sedul. Carm. pasch. II,*** 176 sacro spiramine plenum. 9) ***Venant. Fort. C. VII,*** 20, 8 Ordine disposito. 10) ***Ov. Fast. I,*** 251 populum . . . regebat. 11) ***Aen. VIII,*** 442, ***XII,*** 427 arte magistra. 12) ***Karol. M. et Leo p. v.*** 385 (*I,* 376) Finibus a propriis et sedis honore repulsum. 13) ***Modoin. ad Theodulf. v.*** 106 (*I,* 572) Cum sint haec tota non tibi nota minus.

65 Sed quae fama recens stupidas pervexit ad aures [1],
Incipiam canere [2]; caetera linquo catis.
Urbs erat interea Francorum inhospita turmis [3],
Maurorum votis adsociata magis,
Quam Barchinonam prisci dixere Latini [4],
70 Romanoque fuit more polita nimis.
Haec Maurorum aderat semper tutela latronum,
Hostibus armigeris atque repleta satis.
Quisquis ab Hispanis veniens [5] rediensque silenter
Hanc ingressus, erant omnia tuta sibi.
75 Sueta fuit nostros semper populare maniplos,
Et reducum spolia haec capiebat ovans.
Multi namque duces vario hanc conamine belli
Obsedere diu — sat voluisse fuit [6] —
Armis, ingenio, seu quis cum qua arte valebat,
80 Sed pugnae studia [7] conpulit illa procul.
Namque erat insigni murorum pondere fulta,
Marmore praeduro [8] structa vetusta nimis.
Iunius albentes cum ducit in aethera messes,
Et matura Ceres falce secanda venit [9],
85 Francus habet muros, celerans per rura, per aedes,
Et sata praeripiens munera vastat agri,
Seu cum vinetis soliti praedulcia Bachi
Cogere vina: suus [10] nec labor istud erat.
Ac veluti autumno densato milite turdi,
90 Aut variae volucres [11] quis cibus uva manet,
Per vineta volant, rapiuntque feruntque [12] corimbos,
Unguibus et rostris uva venusta perit —
Vinitor infelix nequicquam cymbala tristis
Arce quatit summa, seu ciet arte sonos [13];
95 Nec facilis prohibere labor [14], quin agmine denso [15]
Infesti coeant, diripiantque dapes [16] —
Haud aliter [17] Franci, cum primo tempora frugum
Adsunt, et pagi munera diripiunt.

---

78 sed *V*, sat *corr. Henkel (Programm der Bürgerschule zu Eilenburg 1876)* 93 nequiquam *V*

1) *Met. V,* 256 Fama novi fontis nostras pervenit ad aures; *Ex Ponto II,* 9, 3 Fama loquax vestras si iam pervenit ad aures. 2) *Cf. supra p.* 4 *v.* 23. 3) *Aen. IV,* 41, *Met. VIII,* 120 inhospita Syrtis. 4) *Einhardi ann.* 797 Barcinona civitas in limite Hispanico sita; *Aen. III,* 693 nomen dixere priores; *V,* 598 priscos .. Latinos; *Ex Ponto III,* 2, 45 Tauros dixere priores. 5) *Venanti Fort. C. IV,* 11, 1 Quisquis ab occasu properas huc. 6) *Propert. El. II,* 10, 6 et voluisse sat est. 7) *a breve hoc loco etiam v.* 76, 182, 444, *II,* 172, 412, *III,* 82, *IV,* 94, 498, 664, 704, *e breve v.* 66, *II,* 376, *IV,* 698 *reperies P.* 8) *Aen. VI,* 69 solido de marmore. 9) *Fast. V,* 357 maturis albescit messis aristis. 10) *i. e. eorum, Barcinonensium, cum Franci eos labore isto levarent P.* 11) *Georg. I,* 383 variae pelagi volucres; *Aen. VII,* 32 Variae ... | .. volucres. 12) *Georg. II,* 441 franguntque feruntque; *Aen. II,* 374 rapiunt incensa feruntque; *IV,* 581 rapiuntque ruuntque; *Ecl. III,* 39 Diffusos . . . corymbos. 13) *Georg. IV,* 64 Tinnitusque cie et Matris quate cymbala circum. 14) *Georg. I,* 79 Sed tamen alternis facilis labor. 15) *Aen. II,* 450, *IX,* 788, *XII,* 442 agmine denso; *Ov. Ep. XV,* 183. 16) *Aen. III,* 227 Diripiuntque dapes. 17) *Cf. Aen. X,* 405 Ac velut ... 410 Non aliter; *Karol. M. et Leo* 136 (*I,* 369) Haud aliter Franci.

Nec tamen haec duros potuit res frangere Mauros,
100 Nec varii eventus[1] armaque crebra ducum.
Vix quoque tot volucres tollebant munera Franci,
Quot sibi nauta celer per mare misit opes.
Temporibus multis[2] res haec se contulit anceps[3];
Parte ab utraque ferunt[4] aspera bella[5] fore.
105 Tempore vernali[6] cum rus tepefacta virescit[7],
Brumaque sidereo rore fugante fugit,
Pristinus ablatos remeans fert annus odores[8],
Atque humore novo fluctuat herba recens,[9]
Regni iura movent, renovantque solentia[10] reges,
110 Quisque suos fines ut tueantur[11] adit.
Nec minus accitu[12] Francorum more vetusto[13]
799 Iam satus a Carolo[14] agmina nota vocat[15],
Scilicet electos populi, seu culmina regni,
Quorum consiliis res peragenda manet.
115 Occurrunt celeres primi, parentque volendo,
Quos sequitur propius vulgus inorme[16] satis.
Considunt moniti. Solium rex scandit avitum[17];
Caetera turba[18] foris congrua dona parat[19].
Incipiunt fari, cepit tunc sic Carolides[20],
120 Haec quoque de proprio pectore verba dedit[21]:
'Magnanimi proceres[22], meritis pro munere digni,
Limina quos patriae praeposuit Carolus,
Ob hoc cunctipotens apicem concessit honoris
Nobis, ut populo rite feramus opem[23].
125 Annuus ordo redit, cum gentes gentibus instant[24],
Et vice partita Martis in arma ruunt[25].
Vobis nota satis res haec, incognita nobis[26];
Dicite consilium, quo peragamus iter[27].'

---

110 tuantur *V* 123 cuntipotens *V*

1) *Aen. X,* 160 Eventus belli varios. 2) *Aen. V,* 416 Temporibus geminis; *Rem.* 189, 191, *Ep. VII,* 170 Temporibus certis. 3) *Ex Ponto III,* 6, 60 res est anceps. 4) *Met. XV,* 734 Parte ab utraque sonant. 5) *Fast. II,* 516 aspera bella. 6) *Venanti Fort. C. VIII,* 7, 3 Tempore vernali. 7) *Georg. IV,* 427 flumina .. | .. tepefacta; *I,* 55 virescunt | Gramina. 8) *Georg. I,* 56 croceus ut Tmolus odores | ... mittit. 9) *Georg. I,* 43 Vere novo gelidus canis cum montibus humor | Liquitur; *II,* 281 late fluctuat; *Fast. V,* 123 recentibus herbis. 10) *pro solitâ aut solemnia, ut opinor MUR., cf. infra IV,* 483. 11) *Aen. I,* 564 fines .. tueri. 12) *Aen. I,* 677 Regius accitu. 13) *ib. XI,* 142 de more vetusto. 14) *Aen. V,* 424 satus Anchisa. 15) *ib. VI,* 572 vocat agmina saeva sororum; *VII,* 694, *VIII,* 696 vocat agmina. 16) *i. e. enorme.* 17) *Aen. VII,* 169 solio .. consedit avito; *Met. VI,* 650 sedens solio Tereus .. avito. 18) *Aen. XII,* 606 tum cetera .. | Turba furit; *Trist. I,* 1, 109 Cetera turba palam; *Ep. XIV,* 2. 19) *Theodulf. contra iudic.* 218 (*I,* 499) ista paro congrua dona dare. 20) *Aen. IV,* 76 Incipit effari; *Karolus M.* 380 ita fari | Incipit; *Verg. Ecl. VIII,* 16 Damon sic coepit. 21) *Aen. I,* 521 placido sic pectore coepit; *X,* 639 dat inania verba. 22) *Aen. VI,* 649 Magnanimi heroes. 23) *Fast. V,* 62 saepe ferebat opem. 24) *Aen. V,* 46 Annuus .. conpletur .. orbis. 25) *Aen. II,* 353 in media arma ruamus; *XI,* 886 inque arma ruentum. 26) *ib. I,* 515 res animos incognita turbat. 27) *ib. VII,* 195 Dicite, Dardanidae; *VI,* 384 iter inceptum peragunt.

Haec rex; atque Lupus fatur sic Santio contra [1],
130 Santio, qui propriae gentis agebat opus,
Wasconum princeps, Caroli nutrimine fretus,
Ingenio atque fide qui superabat avos:
'Rex, censura tibi [2], nobis parere necesse est,
Haustus consilii cuius ab ore fluit [3];
135 Si tamen a nostris agitur modo partibus haec res,
Parte mea, testor, pax erit atque quies.'
Duxque Tolosana fatur Vilhelmus ab urbe [4],
Poplite flexato [5] lambitat ore pedes:
'O lux Francorum [6], rex et pater, arma decusque,
140 Qui meritis patres vincis et arte tuos [7],
Virtus celsa [8] tibi, et, rector, sapientia, magne,
Concordi voto patris ab amne meant.
Rex, age, consiliis, si dignor, consule nostris,
Atque meis votis, rex, pietate fave.
145 Gens est tetra nimis Sarae de nomine dicta [9],
Quae fines nostros depopulare solet,
Fortis, equo fidens [10], armorum munere nec non,
Quae mihi nota nimis, et sibi notus ego [11].
Moenia, castra, locos, seu caetera saepe notavi;
150 Ducere vos possum tramite pacifico.
Est quoque praeterea saeva urbs in finibus illis,
Causa mali tanti [12] quae sociata manet.
Si pietate dei, vestro faciente labore,
Haec capiatur, erit pax requiesque tuis.
155 Illuc tende gradum [13], rex, infer munera Martis,
Et Vilhelmus erit praevius, alme, tuus.'
Tum rex adridens verbis ita fatur amicis [14],
Amplectens famulum, oscula datque [15] capit:
'Gratia nostra tibi, Caroli sit gratia patris;
160 Dux bone [16], pro meritis semper habebis honos [17].

---

129 sic *ab ipso scriptore adiectum* 141 *an* magna ?

1) *Aen. VI,* 398 Quae contra breviter fata est. 2) *Venanti Fort. C. VI,* 1, 96 Qui sibi censura est; *Karolus M. et Leo p. v.* 404 (*I,* 376) Nos parere tuis fas est, pater optime, iussis; *Aen. III,* 478, *IV,* 613, *VI,* 514, 737 necesse est. 3) *Ven. Fort. C. VI,* 2, 86 Pondera mox legum regis ab ore fluunt, *cf. VIII,* 3, 225. 4) *Vita Hludowici c.* 5 (*SS. II,* 609) Chorsone porro a ducatu submoto Tolosano .. Willelmus pro eo subrogatus est. 5) *Aen. XII,* 927 duplicato poplite; *Met. VII,* 191 summisso poplite; *Ven. Fort. C. VI,* 5, 70, 162 lambiat ore (caput) genas. 6) *Aen. II,* 281 O lux Dardaniae. 7) *Cf. supra v.* 132; *Ven. Fort. C. IV,* 1, 8 Et meritis priscos crescere fecit avos; *VII,* 14, 14 Moribus ipse tamen vicit honore patres. 8) *Venanti Fort. C. II,* 3, 1 Virtus celsa crucis. 9) *Isidori Etym. IX,* 2, 57 Saraceni dicti vel quia ex Sara genitos se praedicent, *cf. supra v.* 45. 10) *Aen. X,* 181 Astyr equo fidens et versicoloribus armis; *XI,* 705 forti | Fidis equo, *cf. Ps.* 32, 17 Fallax equus ad salutem. 11) *Cf. supra v.* 63. 12) *Aen. VI,* 93 Caussa mali tanti, *cf. XI,* 361, *XII,* 567 Urbem hodie, caussam belli. 13) *Ven. Fort. C. V,* 5, 83 Tende celer gressum; *Aen. I,* 410 gressumque ad moenia tendit. 14) *Aen. II,* 147 dictisque ita fatur amicis; *VIII,* 126 dictis adfatur amicis; *Karol. M. et Leo* 301 et socios verbis claros ita fatur amicis. 15) *Met. X,* 256 Oscula dat; *XV,* 309 datque capitque. 16) *Aen. XI,* 344 o bone rex; *Art. Am. III,* 527 Dux bonus. 17) *pro honorem cum bona Prisciani venia; infra etiam occurret neque semel MUR.*

Haec quoque quae recinis, iam dudum pectoris arce
Ponere cura fuit[1]; nunc recitata placent.
Consulo consiliis, ut poscis, consulo votis;
Adventum citius credito, France, meum.
165 Namque unum, fateor, cogor tibi dicere, Vilhelm,
Tu modo mente avida[2] suscipe verba mea:
'Si mihi vita comes, domino tribuente, supersit[3],
Ut reor, atque meum prosperet ipse itiner,
Possim aut, Barchinona, tuos, fera, cernere muros,
170 Quae tot bella meis laetificata canis,
Testor utrumque caput[4] — humeris fortasse recumbens[5]
Vilhelmi comitis, haec quoque dicta dabat[6] —
Aut mihi Maurorum contra stet turba profana,
Seque suosque tegens proelia Martis agat,
175 Aut tu, Barchinona, volens nolensque vetata
Pandere claustra iubes[7] et mea iussa petes.'
Hoc dicto, proceres vario sermone[8] fremebant,
Almificis pedibus basia stricta dabant[9].
Tum rex Bigonem[10] verbis conpellat amatum[11],
180 Auribus in cuius dulcia verba[12] sonat:
'Ito celer, Bigo[13], haec nostrorum edicito turbis,
Atque tuo nostra pectore verba tene.
Virginis ut primum Titan conscenderit astrum[14],
Et soror in propria sede sequetur iter[15],
185 Agmine densato[16] praefatae exercitus urbis
Moenia noster ovans occupet arma tenens[17].'
Bigo facessit[18] agens doctus mox orsa benigni,
Itque reditque[19], ferens inclita iussa celer.

Rex pius interea[20] Christi succensus amore[21],
190 Dat pia christicolis moenia digna satis.

---

182 pectorae *VH* verba sonat *VH ex versu* 180 *repetitum*, sona *corr. Mur.*, tene *P* 185 daensato *V* 190 cristicolis *V*

1) *Aen. VI*, 654 fuit ... cura nitentes | Pascere equos. 2) *Ov. Ep. VII*, 153 mens avida . . belli. 3) *Georg. III*, 10 modo vita supersit; *Theodulf. ad Carol.* 161 (*I*, 487) dum vita comes fuerit. 4) *Aen. IV*, 357 Testor utrumque caput. 5) *Met. X*, 195 humeroque recumbens; *Aen. IX*, 434 inque humeros cervix conlapsa recumbit. 6) *Aen. II*, 790 Haec ubi dicta dedit; *V*, 852 Talia dicta dabat. 7) *pro iubebis MUR.* 8) *Aen. VI*, 160 Multa inter sese vario sermone serebant; *Met. IX*, 419 vario superi sermone fremebant. 9) *Angilberti Ecl.* 77 (*I*, 362) pedum digitis da basia. 10) *postea Parisiorum comes et monasterii Fossatensis fundator*, primus de amicis regis *dicitur in annalib. Lauriss. a.* 816 (*SS. I*, 122) *cf. Simson Ludwig der Fromme I*, 11 *n.* 8. 11) *Aen. II*, 372 ultro verbis compellat amicis. 12) *Amor. II*, 19, 17 dulcia verba; *Theodulf. contra iudic. v.* 178 (*I*, 498) sonat verba sonanda mihi. 13) *Theodulf. ad Moduin.* 3 (*I*, 563) Ito, Thalia, celer. 14) *Aen. IV*, 118 ubi primos crastinus ortus | Extulerit Titan; *VIII*, 97 Sol medium caeli conscenderat igneus orbem. 15) *i. e. post autumni initium crescente luna; Ex Ponto II*, 10, 18 quisque sequamur iter; *Aen. II*, 388 iter .. sequamur. 16) *Aen. VII*, 794 Agmina densentur campis. 17) *Aen. VII*, 784 Vertitur arma tenens. 18) *Aen. IV*, 295 ac iussa facessunt; *Georg. IV*, 548 praecepta facessit. 19) *Aen. VI*, 122 Itque reditque viam; *Trist. V*, 7, 14; *Art. Am. I*, 93. 20) *Karolus M. et Leo p.* 415 (*I*, 376) Rex pius interea. 21) *Aen. VII*, 496 laudis succensus amore.

Namque ferunt multas monachorum rite catervas [1]
Instituisse deo sub ditione sua.
Quod quis nosse cupit, rogo, regna Aquitana peragret,
E quibus en unum cartula nostra canit.
195 Est locus insignis [2] cultu seu relligione,
Cui Concas nomen rex dedit [3] ipse prior;
Olim namque feris avibusque canoribus [4] aptus,
Ignotusque homini pro feritate fuit;
Nunc quoque christicolum resplendens agmine fratrum,
200 Quorum fama modo latius aethra petit [5].
Haec quoque cella pii constructa est munere regis;
Fundavit, coluit rebus et officiis.
Valle sedet magna, praecincta flumine amoeno [6],
Vinetis, pomis, seu dapibus variis,
205 Rupibus excisis [7] valido sudante labore,
Quo pateat locus hic, semita [8] regi datur:
Dictus erat quondam frater cognomine Datus [9],
Quem referunt primo illum incoluisse locum [10].
Hic quoque dum patrias servaret ab hostibus aedes,
210 Sospite matre [11] sibi consociante domo,
Protinus heu pagum nimio vallante tumultu [12]
Rotinicum [13] Mauri destituere [14] nimis.
Praevalidae praedae [15] huiusce interfore matrem
Adfirmant, cunctas exuviasque [16] domus.
215 Hostibus egressis, profugus [17] sua visere tecta
Certat et ad notos quisque redire lares;
Datus ut agnovit propriam matremque domumque
Direptam [18], varium pectore versat onus. [19]

---

195 religione *V* 206 rege *V*, regi *correxi*

1) *Venanti F. C. III,* 11, 9 Plurima per patriam monachorum examina fundens. 2) *Karol. M. et Leo p.* 426 (*I,* 377) Est locus insignis. 3) *Aen. I,* 248 genti nomen dedit; *III,* 693 nomen dixere priores, *cf. supra v.* 69. 4) *pro canoris M.; Georg. II,* 328 avibus virgulta canoris. 5) *Georg. III,* 358 altum petit aethera. 6) *Aen. VIII,* 232 valle resedit; *IX,* 4 sacrata valle sedebat; *VII,* 30, *VIII,* 31 fluvio Tiberinus amoeno; *VII,* 430 flumine pulchro | Consedere. — *Ex diplomate Hludowici Pii* (*Sickel Acta Ludowici* 135), *quod datum fuit anno* 819, *idem Augustus monasterium* in pago Rutenico super rivulum Dordunum *(Dourdou)* cuius vocabulum est Concas *(Conques) sub suam tutelam admittit MUR.* 7) *Aen. I,* 429 Rupibus excidunt; *Iuvenci H. euang. II,* 15 Rupes excisa, *IV,* 374. 8) *Aen. I,* 418 qua semita monstrat. 9) *Ex Ponto IV,* 16, 17 dictus cognomine Largus. — *Recte omnia congruunt cum diplomate Hludowici Pii supra laudato, quod protulit Baluzius* (*Capitul. II,* 1416), *ubi primus Conchensis monasterii rector appellatur* vir religiosus Dado quondam nomine, *qui nostris temporibus locum illum, quo nonnulli christiani propter metum Sarracenorum confugerant, inhabitare coepit MUR.* 10) *Fast. VI,* 504 incoluisse ferunt. 11) *Aen. XI,* 56 sospite . . nato. 12) *Cf. Aen. VI,* 858 magno turbante tumultu, *IX,* 397, *XI,* 225 medio in flagrante tumultu, 662. 13) *Ruthenicum, la Rouergue MUR.* 14) *depraedati sunt.* 15) *Georg. II,* 190 praevalidas . . | . . . vites. 16) *Aen. IV,* 496 exuviasque omnes. 17) *Aen. I,* 2 fato profugus. 18) *Aen. I,* 405 Ille ubi matrem | Adgnovit; *II,* 563 Et direpta domus. 19) *Aen. I,* 657 nova pectore versat | Consilia; *IV,* 563 dirumque nefas in pectore versat; *V,* 407 et pondus . . | . . versat.

Prorsus equum faleris ornans [1], se nec minus armis
220 Coniunctis sociis adparat ire sequax [2].
Forte fuit castrum [3] vallo seu marmore firmum,
Quo reduces Mauri [4] cum spoliis remeant.
Huc celer et socii, Datus, cunctusque popellus
Certatim coeunt, frangere claustra [5] parant;
225 Ac velut accipiter pennis per nubila lapsus [6]
Ungue rapit volucrem, notaque ad antra fugit [7];
At sociae crocitant, raucasque per aethera voces [8]
Nequicquam recinunt, atque sequuntur avem;
Ipse sedens tutus [9], praedam stringitque feritque,
230 Versat et in partes [10] quas sibi cumque placet:
Non aliter [11] Mauri, vallo praedaque potiti [12],
Dati bella timent, spicula, sive minas.
Tum iuvenem muri quidam conpellat ab arce,
Voce cacinnosa dicta nefanda dabat [13]:
235 'Date sagax, nostras modo quae res vexit ad arces [14]
Te sociosque tuos, dicito namque precor.
Si modo, quo resides, tali pro munere nobis
Dedere mavis equum, quo faleratus [15] abis,
Nunc tibi mater eat sospes seu caetera praeda;
240 Sin autem, ante oculos funera matris habes.'
Reddidit orsa sibi Datus non digna relatu [16]:
'Funera matris age; nec mihi cura satis.
Nam quem poscis equum [17] non unquam dedere dignor;
Inprobe, haud equidem ad tua frena decet.'
245 Nec mora [18], crudelis matrem consistit in arce,
Et nato coram dilaceravit eam.
Namque ferunt [19], ferro primo secuisse [20] papillas.
Et capite absciso [21], heu! 'tua mater!' ait.
Frendet enim infelix Datus pro funere matris [22].
250 Nunc huc nunc illuc fluctuat [23] atque gemit,

---

226 Unge *V* 227 sotiae *V* 228 nequiquam *V* 236 sotiosque *V* 248 en tua *coni. Mur.*

1) *Aen. V,* 310 equum phaleris insignem. 2) *Aen. X,* 453 apparat ire | Comminus 3) *Aen. III,* 22 Forte fuit iuxta tumulus. 4) *Aen. I,* 390 reduces socios; 397 reduces illi. 5) *Aen. VII,* 582 Undique collecti coeunt, 585 Certatim; *IX,* 758 Rumpere claustra manu. 6) *Aen. XI,* 721 Quam facile accipiter saxo sacer ales ab alto | Consequitur pennis sublimem in nube columbam | Conprensamque tenet. 7) *Georg. IV,* 429 consueta petens e fluctibus antra. 8) *Met. VI,* 377 Vox .. rauca. 9) *Aen. X,* 218 Ipse sedens; *cf. supra v.* 91; *Aen. XI,* 723. 10) *Aen. IV,* 286, *VIII,* 21 In partesque rapit varias perque omnia versat. 11) *Cf. supra v.* 89, 97. 12) *Aen. IX,* 450 Victores praeda Rutuli spoliisque potiti. 13) *Iuvenci H. euang. IV,* 698 tali cum voce cachinnat; *Aen. V,* 852 Talia dicta dabat; *X,* 599. 14) *Aen. VII,* 364 vexit ad urbes. 15) *Karol. M. et Leo p.* 165 (*I,* 370) phaleratus equus. 16) *Aen. IX,* 595 digna atque indigna relatu; *Met. IV,* 793 digna relatu. 17) *Aen. XII,* 82, 326 Poscit equos; *IX,* 12 equos .. poscere. 18) *Georg. III,* 110, *Aen. V,* 368, 458, *Met. IX,* 166 Nec mora. 19) *Aen. VII,* 765 Namque ferunt .. venisse. 20) *ib. IX,* 331 ferroque secat pendentia colla. 21) *ib. XII,* 511 abscisa .. | .. capita (*cf. Theodulf. I,* 443). 22) *Venanti Fort. C. IV,* 26, 59 de funere matris. 23) *Aen. X,* 680 nunc huc nunc fluctuat illuc.

Nec patet illi aditus, nec vim, qua vindicet artus
Matris, habet; tristis, mente carensque[1] fugit.
Omnibus amissis, sumptis melioribus armis[2],
Incola mox heremi coepit inesse pius.
255 Durior ut quondam fuerat ferus in nece matris,
Firmior hinc remeat ad iuga, Christe, tua.
Tempore nam multo haec secum solus agebat
Hic, quia mundanum tempserat omne nefas.
Haec dum fama pii regis pervenit ad aures[3],
260 Mox domini famulum ad sua tecta vocat[4].
Namque diem totum parili sermone trahebant[5]
Rex famulusque dei, relligione pares.
Tum rex et Datus primo fundamina Concis
Infigunt[6], monachis castra futura parant;
265 Nuper quo valido recubabant agmine beluae,
Redditur inde deo nunc quoque grata seges.

Interea regis proceres populique phalanges[7] — 801
Dudum commoniti iussa libenter agunt.
Undique conveniunt[8] Francorum more catervae,
270 Atque urbis muros densa corona[9] tenet.
Convenit ante omnes Carolo satus[10] agmine pulcro;
Urbis ad exitium congregat ille duces.
Parte sua princeps Vilhelm tentoria figit[11],
Heripreth, Lihuthard, Bigoque sive Bero,
275 Santio, Libulfus, Hilthibreth, atque Hisimbard,
Sive alii plures, quos recitare mora est[12].
Caetera per campos stabulat diffusa iuventus[13],
Francus, Wasco, Getha[14], sive Aquitana cohors,
It fragor ad caelum, resonat clangoribus aether[15];
280 Clamor in urbe, pavor, fletus et omnis adest.
Haec quoque dum geritur, reduces fert Hesperus[16] umbras,
Barchinona, tuas possidet hostis opes.

---

280 flaetus *V*

1) *Fast. IV,* 316 mente carere. 2) *Aen. II,* 518 sumptis iuvenalibus armis, *cf. VI,* 649 melioribus annis. 3) *Cf. supra p.* 7 *v.* 65; *Aen. II,* 81 aliquod si forte tuas pervenit ad aures | .. et incluta fama; *IX,* 395 clamor ad aures | Pervenit. 4) *Aen. VI,* 525 Intra tecta vocat; *VII,* 168, 193 ad sese in tecta vocavit; *Georg. I,* 347. 5) *Aen. I,* 748 vario noctem sermone trahebat. 6) *Georg. IV,* 161 Prima favis ponunt fundamina. 7) *Aen. VI,* 489 Danaum proceres Agamemnoniaeque phalanges. 8) *Aen. V,* 293 Undique conveniunt Teucri; *Theodulfi vers. contra iudic.* 143 (*I,* 497) Undique conveniunt populi clerique catervae. 9) *Aen. IX,* 551 densa .. corona; *X,* 122 rara muros cinxere corona; *XII,* 744 Undique .. densa .. inclusere corona. 10) *Aen. IV,* 198 Hammone satus, *cf. supra v.* 112. — *Hludowicus ad obsidionem multo post accessit.* 11) *Karol. M. et Leo* 317 passim tentoria fixa. 12) *Met. III,* 225 Quosque referre mora est; *Fast. I,* 492. 13) *Aen.VI,* 286 Centauri in foribus stabulant; *IV,* 130 delecta iuventus. 14) *Venanti Fort. C. IX,* 1, 73 quem Geta Vasco tremunt. 15) *Aen. V,* 451 It clamor caelo; *XII,* 724 ingens fragor aethera conplet; 607 resonant late plangoribus aedes; *VIII,* 526 per aethera clangor. 16) *Vergl. Ecl. X,* 77 venit Hesperus.

801 Lucida namque homines ut primum Aurora revisit [1],
Commoniti comites regia tecta petunt [2];
285 Ordine quisque suo prorsus residuntque per herbam [3],
Auribus adtentis [4] regia dicta rogant.
Tum soboles Caroli sapienti haec edidit ore [5]:
'Accipite hoc animis [6] consilium, proceres.
Si gens ita deum coleret [7], Christoque placeret,
290 Baptismique foret unguine tincta sacri,
Pax firmanda esset nobis, pax atque tenenda,
Coniungi ut possit relligione deo.
Nunc vero execranda manet, nostramque salutem
Respuit, et sequitur daemonis imperia.
295 Idcirco hanc nobis pietas miserata tonantis
Servitii famulam reddere namque valet.
Nunc nunc actutum muros properemus et arces,
O Franci, et redeat pristina vis animis [8].'
Aeolico monitu rapidi ceu murmure venti [9]
300 Per rus, per silvas, per freta [10] cuncta volant,
Diripiuntque lares [11], segetes, silvaeque tremescunt;
Uncis vix pedibus [12] ales aprica tenet;
Nauta miser subito, velo remoque relicto,
Per mare fluctivagum lintea laxa trahit [13] —
305 Non aliter iussu Francorum exercitus omnis [14]
Urbis in exitium itque reditque fremens [15].
Curritur in silvas, passim sonat acta securis,
Caeduntur pinus, populus alta cadit [16];
Hic scalas operatur, agit hic ordine sudes [17],
310 Hic fert arma celer, contrahit hic lapides [18].
Spicula densa cadunt [19], nec non et missile ferrum [20];
Ariete claustra tonant [21], fundaque crebra ferit.

---

290 Baptysmique *V* 292 religione *V*

1) *Georg. IV,* 552 Aurora .. | .. lucumque revisit; *Aen. XII,* 76 Cum primum crastina caelo | ... Aurora rubebit. 2) *Met. XIII,* 638 Regia tecta petunt; *Aen. VII,* 668 regia tecta subibat; *XI,* 236 3) *Aen. I,* 214, *IX,* 164 fusique per herbam, 316. 4) *ib. II,* 303 arrectis auribus. 5) *Aen. VII,* 194 placido prior edidit ore; *Met. VIII,* 703 Talia tum placido Saturnius edidit ore. 6) *Aen. III,* 250, *V,* 304 Accipite haec animis; *Ov. Rem.* 292 Accipe consilium. 7) *Fast. II,* 281 deum colimus. 8) *Aen. XII,* 424 novae rediere in pristina vires. 9) *Met. XIV,* 764, *Trist. I,* 2, 91 rapidi .. venti; *Aen. II,* 416 ceu quondam turbine venti; *I,* 82 ac venti, velut agmine facto *sqq.* 10) *Met. VIII,* 142 Per freta longa. 11) *Cf. supra p.* 7 *v.* 96; *Aen. V,* 694 tonitruque tremescunt | Ardua terrarum et campi. 12) *Aen. III,* 233, *XI,* 723 pedibusque .. uncis. 13) *Venanti Fort. C. VII,* 25, 5 Velaque fluctivagum traherent; *Vita S. Martini IV,* 1 Post mare fluctivagum. 14) *Aen. II,* 415 Dolopumque exercitus omnis; *XI,* 171 Tyrrhenum exercitus omnis. 15) *Cf. supra v.* 272, 188. 16) *Aen. VI,* 179 Itur in antiquam silvam .. | Procumbunt piceae; sonat icta securibus ilex. 17) *Aen. IX,* 524 scalas in moenia poscit; *VII,* 524 agitur sudibusve praeustis. 18) *ib. XI,* 473 aut saxa sudesque | Subvectant. 19) *ib. XII,* 408 et spicula castris | Densa cadunt mediis. 20) *ib.* 278 pars missile ferrum | Corripiunt. 21) *ib.* 706 pulsabant ariete muros; *II,* 491 nec claustra .. | .. sufferre valent; labat ariete crebro | Ianua; *Georg. III,* 499 et pede terram | Crebra ferit.

801

Nec minus interea[1] Maurorum spissa caterva[2]
Per turres residens castra tenere[3] parat.
315 Princeps urbis erat Maurus, cognomine Zadun,
Urbem qui hanc validis rexerat ingeniis.
Currit hic ad muros mesta comitante corona[4]:
'Quis sonus iste novus[5], o socii?' rogitat.
Reddidit ast illi contraria dicta[6] roganti
320 Quidam de sociis, omina dura canens[7]:
'Proelia non miscet[8] Bero princeps ille Gothorum,
Quae totiens pepulit lancea nostra procul;
Sed Hludowicus adest, Caroli clarissima proles[9],
Ordinat ipse duces, et gerit arma manu[10].
325 Ni celerans subeat miseris nunc Cordoba nobis[11],
Et nos, et populus, urbsque verenda cadet.'
Ille quidem tristes submisso pectore[12] voces
Iactat[13], et e turri haud procul arma videt[14]:
'Eia agite, socii[15], muros servemus ab hoste[16];
330 Auxilium nobis Cordoba forte feret[17].
At mihi mente sedet[18] multum quod displicet, o gens,
Turbat et adtonitis[19] quod recitare paro.
Haec gens celsa, vides, quae nostras obsidet arces,
Fortis et armigera[20] est, duraque sive celer.
335 Ecce fatebor enim[21] vobis nunc aspera dictu,
Aut taceam, aut recitem, non placitura tamen[22].
Nam quemcumque suo congressa est inclita bello[23],
Nolens sive volens, servitio subiit.
Romuleum sibi, quod quondam hanc edidit urbem,
340 Subdidit imperium cum ditione sua.
Arma ferunt semper[24], bellis est sueta iuventus[25];
Baiulat haec iuvenis, hoc agit arte senex[26].
Namque ipsum nomen Francorum horresco recensens[27];
Francus[28] habet nomen a feritate sua.

---

318. 329 sotii *V* 320 sotiis *V* 339 aedidit *V*

1) *Georg. III,* 311; *Aen. I,* 633, *VI,* 212, *XII,* 107 Nec minus interea. 2) *Aen. IX,* 508 corona | Non tam spissa viris. 3) *ib. X,* 109 castra obsidione tenentur. 4) *Cf. infra v.* 349. 5) *Aen. V,* 670 Quis furor iste novus? 6) *Iuvenci H. euang. I,* 395 Reddidit his Christus dictis contraria dicta, *cf. Met. XIV,* 301. 7) *Aen. V,* 524 Seraque .. cecinerunt omina; *IX,* 621 dira canentem. 8) *ib. X,* 23 proelia miscent; *Georg. III,* 220 vi proelia miscet. 9) *Aen. VI,* 648 Teucri pulcherrima proles. 10) *ib. VII,* 455 Bella manu letumque gero. 11) *ib. XII,* 733 Ni fuga subsidio subeat. 12) *ib. XII,* 807 submisso voltu. 13) *ib. X,* 322 voces dum iactat inertes; *Ecl. V,* 62 voces .. iactant. 14) *Aen. III,* 596 Troia vidit | Arma procul; *VI,* 651, *X,* 454 specula cum vidit ab alta | Stare procul . . . taurum. 15) *Aen. IV,* 569 Heia age; *Georg. II,* 35, *Aen. I,* 627, *VII,* 130, *VIII,* 273 Quare agite, o iuvenes; *III,* 114 Ergo agite. 16) *ib. IX,* 161 muros qui milite servent. 17) *ib. II,* 344 Et gener auxilium Priamo .. ferebat. 18) *Aen. II,* 660 Et sedet hoc animo, *cf. IV,* 15. 19) *ib. V,* 529 Attonitis haesere animis. 20) *Cf. Aen. II,* 477 Armiger Automedon. 21) *Verg. Ecl. I,* 32 Namque fatebor enim; *Aen. IV,* 20 Anna, fatebor enim. 22) *Aen. XII,* 76 Haud placitura refer. 23) *ib. II,* 241 et incluta bello. 24) *ib. IX,* 132 gentes | Arma ferunt Italae; *Georg. I,* 510 urbes | Arma ferunt. 25) *Aen. VIII,* 606 et bello lecta iuventus; *IX,* 607 parvoque adsueta iuventus (*cf. v.* 603—612); *Georg. II,* 472; *Met. XV,* 484 Assuetam bello. 26) *Cf. Aen. IX,* 609 Omne aevum ferro teritur. 27) *Aen. II,* 204 Horresco referens. 28) *Isidori Etym. IX,* 2, 101 Franci . . alii eos feritate morum nuncupatos existimant.

801 345 Quid iam plura loquar[1] tristi cum pectore[2], cives?
Heu mihi nota satis, nec recitata placent[3].
Firmemus muros valido custode tenendos:
Portarum custos credulus atque sagax.'
Interea iuvenes spissa comitante caterva[4]
350 Ariete claustra terunt[5]; undique Mars resonat.
Pulsantur muri[6] quadrato marmore septi,
Spicula densa cadunt, et feriunt miseros.
Tum Maurus Durzaz turri conclamat ab alta[7],
Voce cacinnosa bombica dicta canens[8]:
355 'O gens dura[9] nimis, latum diffusa per orbem[10],
Cur pia castra quatis[11], inquietasque pios?
Nonne putas subito has evertere funditus aedes,
Quas Romanum annis mille peregit opus[12]?
Aufuge, France ferox, te aspectibus abstrahe nostris[13],
360 Nec visu facilis[14], nec tua iussa placent'.
Reddidit e contra non verbis dicta nefandis[15]
Hilthiberth: arcum corripit ecce manu[16].
Denique clamanti contra stetit ocius hosti[17],
Cornea plectra tenens[18], et trahit, atque plicat.
365 Acta sagitta[19] volans cerebro se contulit atro,
Inque os vociferum mersit harundo nocens[20].
Ille cadens muros invitus deserit altos[21],
Et moriens Francos sanguine foedat[22] atro.
Clamores tollunt[23] laetanti pectore[24] Franci;
370 E contra Mauros fletus habet miseros.
Tum varii varios demittunt funeris Orco[25],
Vilhelm Habirudar, at Liuthardus Uriz.
Lancea Zabirizun, ferrum forat actile[26] Uzacum,
Funda ferit Colizan, acer harundo Gozan.

---

372 liutthardus *V* 373 actile *V*, utile *coni. Manitius* 374 acer *in loco raso sed primi scriptoris manu V*

1) *Verg. Ecl. VI,* 74 Quid loquar?; *Aen. IV,* 337 Pro re pauca loquar. 2) *Aen. VI,* 185, *VIII,* 522 tristi cum corde. 3) *Cf. supra p.* 10 *v.* 162. 4) *Cf. supra v.* 313; *Aen. II,* 40, 370, *V,* 76 magna comitante caterva. 5) *Cf. supra v.* 312. 6) *Cf. supra v.* 311. 7) *Aen. IX,* 35 ab adversa conclamat mole Caicus; 375 Conclamat ab agmine Volscens; *X,* 121 stant turribus altis. 8) *Cf. supra p.* 12 *v.* 234; *Venanti Fort. V. S. Martini IV,* 535 per inania bombica iactans. 9) *Aen. V,* 730 gens dura atque aspera. 10) *Met. V,* 481 latum vulgata per orbem; *Karol. M. et Leo* 123 diffusa per urbem. 11) *Aen. IX,* 608 quatit oppida bello. 12) *Amor. I,* 4, 48, *Art. Am. II,* 480 dulce peregit opus. 13) *Aen. VI,* 465 Siste gradum teque aspectu ne subtrahe nostro. 14) *ib. III,* 621 Nec visu facilis nec dictu adfabilis ulli. 15) *Cf. supra p.* 15 *v.* 319. 16) *Aen. I,* 187 arcumque manu .. | Corripuit. 17) *ib. V,* 477 adversi contra stetit ora iuvenci. 18) *ib.* 557 Cornea bina ferunt .. hastilia. 19) *ib. IX,* 632 stridens adducta sagitta | Perque caput Remuli venit (*cf. v.* 621—637); *XII,* 537 stetit hasta cerebro; *Venanti Fort. C. VIII,* 3, 197 sagitta volans. 20) *Aen. IV,* 73 haeret lateri letalis arundo. 21) *Aen. XI,* 901 Ille furens ... | Deserit obsessos colles; *XII,* 698 Deserit et muros. 22) *ib. II,* 502 Sanguine foedantem; *Met. VI,* 238 tellurem sanguine foedat; *Aen. III,* 28, 622 sanguine .. atro. 23) *ib. II,* 222 Clamores ... ad sidera tollit; *XI,* 622 Clamorem tollunt. 24) *Iuvenci H. euang. II,* 342, *Theodulf. ad Carol. reg. V,* 33 (*I,* 484) laetanti pectore. 25) *Aen. II,* 398 multos Danaum demittimus Orco; *IX,* 526 quae funera Turnus | Ediderit, quem quisque virum demiserit Orco; 785 iuvenum primos tot miserit Orco? *cf. cum versibus sqq. IX,* 569 *sqq.* 26) *Karolus M. et Leo p.* 125 (*I,* 369) acuentes utile ferrum; *Aen. II,* 510 inutile ferrum,

375 Non aliter bello poterant accedere Franci, 801
Sed nunc missilibus, nunc quoque fundibulis.
Iusserat acer eis Zadun nec credere bello[1],
Nec castris vellent forte referre pedem[2].
Haec quoque bis denos res per contraria soles[3]
380 Accidit, eventus contulit in varios[4].
Machina nulla valet murorum frangere postes[5];
Invenit haud aditum hostis in insidias.
Non tamen a coepto cessat certamine bellum[6],
Quin muri crebro obice claustra terat[7].
385 Interea soboles Caroli praeclara potentis
Sceptra manu gestans[8] it comitante choro[9],
Hortaturque duces[10], hortatur rite catervas,
Et patrio more[11] Martis in arma vocat[12]:
'Credite nunc, iuvenes, proceres, nunc credite cuncti[13],
390 Et maneant vestro pectore verba mea[14]:
Antea non sedes domino tribuente paternas[15]
Visere cura manet[16], aut mea regna mihi,
Quam haec urbs populusque suus belloque fameque[17]
Victus, eat supplex ad mea iura celer.'
395 Tunc iterum quidam spargebat in aethera voces[18];
Tuta tenens muri[19], ludicra dicta dabat[20]:
'France, quid insanis[21]? cur moenia nostra lacessis?
Haec urbs non poterit ingeniose capi.
Nobis esca satis, carnes, seu mellea dona[22]
400 Urbe manent; vobis est quoque dira fames[23].'
Reddidit e contra verbis contraria verba[24]
Vilhelm; dedignans talia voce tulit:
'Concipe, Maure, precor, haud mollia dicta[25] superbe,
Nec placitura[26] tibi, veraque credo satis.
405 Cernis equum maculis variisque coloribus aptum[27],
Quo vehor[28], intendens moenia vestra procul.

---

1) *Aen. V,* 383 se credere pugnae. 2) *Ex Ponto II,* 6, 21 Turpe referre pedem; *Aen. X,* 794 pedem referens. 3) *Cf. ib. III,* 203 Tres adeo ... soles | Erramus; *soles ex poetae sententia menses; cf. Einhardi ann.* 801, *V. Hludowici c.* 13. 4) *Cf. supra p.* 8 *v.* 100. 5) *Art. Am. III,* 567 Nec franget postes. 6) *Aen. X,* 146 certamina belli; *Einhardi V. Karoli c.* 8 ab aeque operoso certamine cessatum est. 7) *Aen. XI,* 890 Arietat in portas et duros obice postes. 8) *Aen. VII,* 687 pars spicula gestat | Bina manu. 9) *Met. II,* 441 suo comitata choro. 10) *Aen. VI,* 184, *XI,* 521 Hortatur sociosque duces; *V,* 177 Hortaturque viros; *Met. X,* 537 Hortaturque canes. 11) *Met. XII,* 11 patrio de more; *Trist. III,* 7, 12 patrio .. more. 12) *Aen. VII,* 694 Agmina in arma vocat; *IX,* 22 Quisquis in arma vocas. 13) *Cf. Sedul. C. Pasch. V,* 152 Credite iam Christum, pro cunctis credite passum. 14) *Cf. supra p.* 10 *v.* 182. 15) *Aen. XI,* 44 ad sedes .. paternas. 16) *ib. III,* 505 maneat .. cura. 17) *Georg. IV,* 318 morboque fameque. 18) *Aen. II,* 98 hinc spargere voces | In volgum. 19) *ib. VI,* 358 Iam tuta tenebam. 20) *Cf. supra p.* 10 *v.* 172. 21) *Verg. Ecl. X,* 22 Galle, quid insanis? 22) *Georg. IV,* 1 mellis .. dona; *Aen. VI,* 225 Turea dona, dapes. 23) *Aen. III,* 256 Quam vos dira fames. 24) *Cf. supra p.* 15 *v.* 319. 25) *Aen. III,* 250 Accipite .. haec mea .. dicta; *Georg. III,* 41; *Aen. IX,* 804 haud mollia iussa; *XII,* 25 haud mollia fatu. 26) *Cf. supra p.* 15 *v.* 336. 27) *Aen. V,* 565 quem Thracius albis | Portat equus bicolor maculis; *IX,* 49 maculis quem Thracius albis | Portat equus. 28) *ib. V,* 571 invectus equo; *XII,* 651 Vectus equo.

801

Ante equidem[1] nostris indignis morsibus escis[2]
Occidet, et nostro dente terendus[3] erit,
Vestra vetata nimis quam moenia nostra caterva
410 Deserat[4]: haut unquam proelia coepta cadent.'
Is nigra mox nigris percussit pectora pugnis[5],
Ora uncis foedans unguibus[6] atra miser;
Et cadit in faciem perculsus corda pavore[7]
Infelix pulsans vocibus aethra poli.
415 Deseruere arces[8] socii, magnoque stupore
Mirantur Francos, verbaque dura nimis.
Zado per inmensos currit furibundus acervos[9]:
'Quo fugitis, cives, quove tenetis iter[10]?
'Zado, tibi Franci haec nunc responsa remittunt[11]
420 Sat placitura[12], modo quae tamen ante cape:
Ante suos mandent probroso dente caballos,
Quam tua castra umquam deseruisse volent.'
'O miseri cives[13], iam dudum haec ego vobis
Praedixi[14], cum quis proelia agenda forent;
425 Nunc quoque consilium quodcumque est utile vobis
Dicite, quo valeam cetera perficere.'
'Undique[15] namque vides densatim rumpere muros,
Atque tuos ferro dilacerante mori;
Cordoba nulla tibi promissa iuvamina mittit,
430 Undique turbamur Marte, fameque, siti.
Quid iam restat enim, nisi Francis pace petenda[16]
Mittantur missi, qui celeranter eant?'
Ille quidem frendens vestem conscindit[17], et atros
Disrumpit crines[18], dilaceratque oculos.
435 Et sequitur verbis, iterumque iterumque[19] profana
Cordoba voce vocat[20], inlacrimatque diu:
'O Mauri celeres, quo nunc fiducia cessit[21]?
Promite nunc vires[22] nunc solitas, socii.

---

407 aescis *V* 421 probrosa *V* 438 sotii *V*

1) ***Aen. XI,*** 302 Ante equidem. 2) ***Sedul. C. Pasch. I,*** 157 ieiunis morsibus escam. 3) ***Art. Am. I,*** 20 dente teruntur equi. 4) ***Met. XIV,*** 102 Moenia deseruit. 5) ***Aen. XII,*** 155 manu pectus percussit honestum; ***Met. X,*** 723 percussit pectora palmis. 6) ***Aen. IV,*** 673, ***XII,*** 871 Unguibus ora soror foedans et pectora pugnis; ***XI,*** 86 Pectora nunc foedans pugnis, nunc unguibus ora. 7) ***Georg. III,*** 106 Corda pavor pulsans; ***Iuvenci H. euang. I,*** 14 Concussit corda pavore. 8) ***Aen. VII,*** 394 Deseruere domos; ***XII,*** 698 deserit arces. 9) ***ib. X,*** 509 ingentes . . acervos; ***IV,*** 646 Conscendit furibunda rogos. 10) ***Aen. X,*** 369 Quo fugitis, socii?; ***I,*** 370, ***IX,*** 377 Quove tenetis iter? 11) ***Civium responsum; Aen. IX,*** 635 Phryges haec Rutulis responsa remittunt. 12) ***Cf. supra p.*** 17 ***v.*** 404. 13) ***Zado loquitur; Aen. II,*** 42 O miseri . . cives; ***V,*** 671 Heu miserae cives. 14) ***Aen. III,*** 713 Hos mihi praedixit luctus. 15) ***Cives respondent.*** 16) ***Georg. IV,*** 535 Tende petens pacem. 17) ***Aen. V,*** 685 abscindere vestem. 18) ***Met. XI,*** 726 Ora, comas, vestem lacerat; ***Aen. XII,*** 870 Infelix crines scindit . . solutos. 19) ***Aen. II,*** 770, ***III,*** 436 iterumque iterumque monebo. 20) ***Georg. I,*** 388, ***Aen. XII,*** 483 Voce vocat; ***IX,*** 303 Sic ait inlacrimans. 21) ***ib. VIII,*** 395 fiducia cessit | Quo tibi?; ***X,*** 276 Turno fiducia cessit. 22) ***ib. V,*** 191 nunc illas promite vires.

801

Unum, per si quid nostri iam cura remansit[1],
440 Deprecor; hoc uno munere laetus[2] ero.
Ipse ego conspexi, muro qua castra remittunt
Densa locum, constant raraque linteola,
Me potero insidias inlaesus ferre per illas:
Fors, socii, nota currere ad auxilia.
445 Vos tantum portas summo servate labore,
Haud timidi, fratres, huc ego dum redeam.
Nulla quidem fortuna arces vos linquere[3] cogat,
Nec campis, hortor, pergere in arma foras'.
Multa etiam mandata suis dans[4] cessit ab urbe,
450 Et latitans furtim praeterit agmen ovans.
Iamque tenebat iter per laeta silentia noctis[5];
Infelix nimium protinus hinnit equus[6].
Quo clamore movent custodes agmina castris
Vocis ad hinnitum[7], moxque sequuntur eum.
455 Ille pavore viam linquens, vertitque cavallum,
Sese praecipitem in agmina densa[8] dedit.
Conspicit invisas haud laeta fronte[9] catervas,
Infelix nec habet quo eruat ingenio.
Mox capitur; merito vincitur, haud mora[10], loris,
460 Ducitur ad regis lintea tecta tremens.
Fama volans[11] totam turbat terroribus urbem[12],
Et regem captum nuntiat ore suo[13].
Ingeminant luctum[14] matresque patresque iuvenci,
Hoc puer exiguus[15], hocque puella gemit.
465 Nec minor in castris passim sonus aethera pulsat[16],
Laetitiaque fremit unanimi populus[17].
Interea nox atra[18] cadens Aurora reportat
Alma diem[19]; Franci regia castra petunt[20].

---

454 Voces *corr.* is *V* 464 gerit *V*, gemit *corr. F. D.*

1) *Aen. II,* 595 quonam nostri tibi cura recessit? 2) *Met. XII,* 208 Munere laetus. 3) *Aen. XII,* 405 Nulla viam Fortuna regit. 4) *ib. IX,* 312 Multa patri mandata dabat portanda. 5) *Cf. supra v.* 418; *Aen. V,* 1 iam classe tenebat | Certus iter; *Sedul. C. Pasch. IV,* 219 per opaca silentia noctis; *Met. VII,* 184 per muta silentia noctis. 6) *Aen. IV,* 657 heu nimium felix; *Karolus M. et Leo p. v.* 162 (*I,* 370) Hinnit equusque. 7) *Aen. III,* 669 ad sonitum vocis. 8) *Aen. IX,* 815 Tum demum praeceps saltu sese omnibus armis | In fluvium dedit; *cf. supra p.* 7 *v.* 95. 9) *Aen. XI,* 238 haud laeta fronte. 10) *Georg. IV,* 548, *Aen. III,* 207, *V,* 140 Haud mora. 11) *ib. XI,* 139 Et iam fama volans; *VIII,* 554 Fama volat parvam subito volgata per urbem; *XII,* 608 Hinc totam infelix volgatur fama per urbem. 12) *ib. XI,* 147 maestam incendunt clamoribus urbem; 448 magnisque urbem terroribus inplet. 13) *Vita Hludowici c.* 13 Zaddo dux Barcinonensis suasus est a quodam sibi ut putabat amico Narbonam usque procedere. Qui conprehensus Hludowico regi est adductus. 14) *Aen. VII,* 578 Terrorem ingeminat; *cf. XII,* 609. 15) *Amor. III,* 10, 22 Exiguus ... puer. 16) *Karol. M. et Leo p.* 121 (*I,* 369) vastus fragor aethera pulsat. 17) *Aen. IX,* 637 Laetitiaque fremunt. 18) *ib. I,* 89 nox incubat atra; *II,* 360, *V,* 721, *VI,* 272 nox atra. 19) *Aen. V,* 64 si nona diem mortalibus almum | Aurora extulerit; *XI,* 182 Aurora interea ... almam | Extulerat lucem. 20) *Aen. IX,* 315 Castra inimica petunt, *V,* 668, *X,* 635.

801 Tum Caroli soboles pacato pectore fatur[1],
470 Atque suis famulis dicta benigna dedit[2]:
'Zadun ad Hispanas cupiens properare catervas,
Auxilium poscens, armaque sive pares,
Captus adest nolens, vinctusque tenetur[3] inermis
Ante fores, nostros non fugit ante oculos.
475 Fac, Vilhelme, suos possit quo cernere muros,
Et iubeat nobis pandere claustra celer.'
Nec mora[4], Zado manum sequitur religatus habenis,
Et procul expansam sustulit arte manum[5].
Nam prius abscedens sociis praedixerat ipse:
480 'Seu fortuna nequam, prospera sive cadat[6],
Nescio; si casu Francorum incurrero turmis,
Vos tamen, ut dixi, castra tenete[7], precor.'
Tum manus ad muros tendens[8] vocitabat amicos:
'Pandite iam[9], socii, claustra vetata diu.'
485 Ingeniosus item digitos curvabat, et ungues[10]
Figebat palmis, haec simulanter agens,
Hoc autem inditio signabat castra tenenda,
Sed tamen invitus 'pandite' voce vocat[11].
Hoc vero agnoscens Vilhelmus concitus illum
490 Percussit pugno, non simulanter agens;
Dentibus infrendens[12] versat sub pectore curas[13],
Miratur Maurum, sed magis ingenium.
'Credito, ni quoque regis amorque timorque vetaret,
Haec tibi, Zado, dies ultima sorte foret[14].'
495 Interea Zadun Franco custode tuetur[15],
At socii flentes castra[16] tenere parant.
Altera luna suos conplebat in ordine soles[17],
Rex Francique simul castra vetata petunt[18].
Machina densa sonat, pulsantur et undique muri[19],
500 Mars furit[20], ante cui non fuerat similis.
Crebra sagitta cadit[21], vi funda retorta fatigat,
Rex agit illud opus, accelerando duces.

---

474 fuit *V*, fugit *coni. W* 481 incurrere *V*, incurrero *corr. Mur.* 484 sotii *V*

1) *Aen. X*, 556 haec inimico pectore fatur; *II*, 107 et ficto pectore fatur. 2) *Fast. V*, 572 talia dicta dedit. 3) *Rem.* 529 vinctusque teneris. 4) *Cf. supra p.* 12 *v.* 245. 5) *Fast. III*, 364 notas sustulit ille manus. 6) *Aen. IX*, 40 Namque ita discedens praeceperat optumus armis | Aeneas: si qua interea fortuna fuisset; 282 tantum fortuna secunda | Aut adversa cadat. 7) *ib.* 43 Castra . . servarent. 8) *Aen. III*, 592 manus ad litora tendit; *VI*, 314 Tendebantque manus; *X*, 667, *Met. XI*, 726. 9) *Aen. VII*, 641, *X*, 163 Pandite nunc, *Met. XV*, 623. 10) *Met. X*, 699 digiti curvantur in ungues. 11) *Cf. supra p.* 18 *v.* 436; *Aen. VI*, 247 voce vocans Hecaten. 12) *Aen. III*, 664, *VIII*, 230, *X*, 715 Dentibus infrendens. 13) *Cf. supra p.* 11 *v.* 218; *Aen. V*, 701 pectore curas | Mutabat versans. 14) *Aen. IX*, 759 Ultimus ille dies bello gentique fuisset. 15) *Aen. I*, 564 custode tueri. 16) *ib. X*, 841 At Lausum socii . . | Flentes; *VIII*, 603 tuta tenebant | Castra, *cf. supra v.* 314. 17) *i. e. dies; Aen. III*, 645 Tertia iam lunae se cornua lumine conplent. 18) *Cf. supra p.* 19 *v.* 468. 19) *Ex Ponto III*, 1, 25 murus pulsatur ab hoste; *IV*, 14, 28. 20) *Georg. I*, 511 saevit . . Mars. 21) *Cf. supra v.* 311–312.

Iam Mauri miseri nec muros scandere[1] celsos 801
Audent, nec turri cernere castra volent:
505 Ac velut in parvo volucrum fors turba natantum[2]
Cum residet pavitans flumine fisa male[3],
Armiger ecce Iovis[4] caelo descendit ab alto[5],
Inventas circum pervolitatque diu[6];
Hae caput in fundum mittunt, relevantque sub auras,
510 Ista algis recubat, illa repressa luto;
Instat at ille super pennis, tremulasque fatigat,
Quae caput in ventos sublevat, ille rapit[7] —
Non aliter Mauros timidos fugitando per urbem
Insequitur gladius undique, morsque, pavor[8].
515 Tum rex ipse pius crispans hastile lacerto[9],
Inque urbem adversam conpulit ire celer.
Hasta volans[10] mediae ventis se contulit urbi,
Marmore subiecto figitur acta[11] nimis.
Hoc signo Mauri turbati corda pavore[12]
520 Mirantur ferrum, plus iacientis opus[13].
Quid facerent[14]? Iam rex aberat, iam pugna tepebat,
Maurorum primos abstulerat gladius[15].
Tandem iam victi nimium belloque fameque[16],
Consilio unanimi reddere castra volunt.
525 Panduntur portae[17], penetralia cuncta patescunt[18],
Servitio regis urbs labefacta venit.
Protinus optata sternuntur, haud mora[19], in urbe
Franci victores, hostibus inperitant[20]:
Sabbatum erat sacrum, cum res est ista peracta,
530 Quando prius Francis urbs patefacta fuit[21].
Namque sequente die festo conscendit in urbem
Rex Hludowicus ovans solvere vota deo[22].
Mundavitque locos, ubi daemonis alma colebant,
Et Christo grates reddidit ipse pias.
535 Missis, dante deo, remeat custodibus aedes
Ad proprias victor rex populusque suus.
Ducitur interea ad Carolum longo ordine praeda[23]
Maurorum spoliis muneribusque ducum,

---

517 media *V*, mediae *corr. Watt.* 519 corde *V*, corda *coni. P.* 524 unianimi *V*

1) *Aen. IX*, 37 Ascendite (ac scandite) muros. 2) *Georg. III*, 541 genus omne natantum. 3) *Met. XV*, 827 non bene fisa. 4) *Aen. IX*, 564 Iovis armiger; *Met. XV*, 386 Armigerumque Iovis. 5) *Aen. VIII*, 423 caelo descendit ab alto. 6) *ib.* 24 omnia pervolitat late loca. 7) *ib. XII*, 250 pedibus rapit. 8) *ib. II*, 369 ubique pavor et plurima mortis imago. 9) *ib. I*, 313, *XII*, 165 Bina manu .. crispans hastilia; *XI*, 561 adducto contortum hastile lacerto. 10) *ib. IX*, 411, *XII*, 270 Hasta volans. 11) *ib. IX*, 746 portaeque infigitur hasta; *XII*, 130 Defigunt telluri hastas. 12) *Cf. supra v.* 413. 13) *Cf. supra v.* 492. 14) *Aen. IX*, 228 Quid facerent?; *Art. Am. II*, 479. 15) *Aen. X*, 394 caput .. abstulit ensis. 16) *Cf. supra v.* 393; *V. Hludowici c.* 13. 17) *Aen. II*, 27 Panduntur portae. 18) *ib.* 483 atria longa patescunt; | Adparent .. penetralia regum. 19) *Cf. supra v.* 459. 20) *Aen. XII*, 719 Quis nemori inperitet. 21) *Venanti Fort. C. VIII*, 3, 178 urbs patefacta poli. 22) *Fast. IV*, 932 solvere vota tibi; *Met. VIII*, 152, *IX*, 708. 23) *Aen. XI*, 79 longo praedam iubet ordine duci; *Chron. Moissiac.* 803 regem vero civitatis illius Sathon vinctum compedibus misit ad patrem suam Karolum regem.

801 Arma et loricae, vestes galeaeque comantes [1],
540 Partus equus faleris [2], aurea frena simul.
Zado tremens nimium, nolensque revisere Francos,
Pergit et ipse pigro consociante gradu.
Bigo catus properans antevolat agmen [3], et aulam
Primus adest Caroli, nuntia laeta ferens.
545 Fama recens [4] totam commiscuit ocius aulam,
Caesareas aures mox penetravit ovans [5].
Bigo vocatus adest [6], plantis dat basia celsis [7],
Et sequitur verbis ordine iussa sibi [8]:
'Filius ecce pio transmittit munera patri,
550 Augusto Carolo rex Hludowicus enim,
Munera, quae gladio, scuto, proprioque lacerto
Extulit a Mauris victor habenda sibi.
Regem etiam vobis urbis, quem cepit in armis,
Misit, adest Zadun Caesaris ante oculos.
555 Urbs, quae Francorum multos populaverat olim,
Victa iacet bello, regia iussa petens [9].'
Tum Carolus Caesar placido haec edidit ore [10],
Ad caelum tendens lumina cum manibus [11]:
'Gratia celsithroni comitetur maxima prolem
560 Dilectam, maneat gratia nostra sibi.
Munere pro tali quas possum solvere grates [12],
Proles digna, deo pro meritis propriis?
O soboles praeclara nimis, quam semper amavi,
Corde tenens [13] retulit quod patriarcha mihi.'
565 Paulinus quondam — fama est — patriarcha [14] benignus
Venerat ad sedes rege iubente pias.
Cumque die quadam ecclesia resideret in alma,
Attonitus Christo psalleret ille melos,
Contigit, ut Carolus, soboles praeclara, parentis
570 Oratu procerum pergeret auctus ope;
Isque aram properans cum processisset ad illam,
Quo sacer antistes munia digna dabat,
Paulinus, quis at ille foret, mox flagitat ultro;
Intendens famulus reddidit orsa [15] sibi.
575 Ille ut cognovit primam sobolem hunc fore regis,
Conticuit; coeptum ille peragrat iter [16].

---

553 quam coepit *V*, quem *corr. W* 560 cratia *V* 563. 569 suboles *V* parenti *V*, *corr. W* 567 Namque *VH*, cumque *corr. Mur.*

1) *Aen. XII*, 925 Loricae et clipei; *III*, 468 galeae cristasque comantes; *II*, 391 comantem | .. galeam. 2) *Cf. supra p.* 12 *v.* 219; *Aen. VIII*, 168 Frenaque .. aurea. 3) *Aen. IX*, 47 Turnus ut ante volans tardum praecesserat agmen. 4) *Venanti Fort. C. VI*, 5, 281 Fama recens .. perculit aures. 5) *Met. XII*, 42 penetratque cavas vox omnis ad aures; *V*, 256 Fama ... pervenit ad aures. 6) *Aen. III*, 395 aderitque vocatus Apollo. 7) *Cf. supra p.* 10 *v.* 178. 8) *Aen. IV*, 538 Iussa sequar; *Georg. III*, 40 sequamur | ... iussa, *cf. supra p.* 18 *v.* 435. 9) *Cf. supra v.* 178. 10) *Cf. supra p.* 14 *v.* 287. 11) *Aen. II*, 405 Ad caelum tendens ardentia lumina frustra. 12) *Ecl. V*, 53, *Aen. V*, 651 tali .. | Munere; *Aen. XI*, 508 quas dicere grates | .. parem?; *I*, 600 grates persolvere dignas. 13) *Fast. IV*, 160 corde tenet. 14) *Aquileiensis, de quo cf. t. I*, 123 *sqq.* 15) *Aen. XI*, 123 sic ore vicissim | Orsa refert. 16) *Cf. supra v.* 128; *Fast. I*, 188 peragat coeptum .. ut .. iter.

Denique post spatium Pippinus venerat heros　　801
Magnanimum iuvenum[1] cum comitante choro,
Paulinus celerans famulum compellat eundem,
580 Et rogat; ille iterum vera referre[2] parat.
Praesul ut agnovit[3] nomen, regique recordans
Mox caput inclinans: pergit at ille celer.
Ultimus ecce venit Hludowicus, et ocius aram
Amplectens supplex sternitur atque solo[4].
585 Inlacrimansque diu[5] precibus poscebat Olympi
Regnantem[6] Christum, quo sibi ferret opem.
Hoc sacer[7] aspiciens, sella se sustulit ardens
Conpellare sacrum cum pietate virum[8].
Antea nam, Pippin Caroloque abeunte, sedili
590 Haeserat, et nullis vocibus orsa dabat.
Denique rex vatem prostrato corpore adorat[9],
Paulinus regem suscipit ecce pium.
Hymnica dicta dedit vario sermone referta[10]:
'Perge', ait, 'ad Carolum pro pietate. Vale.'
595 Caesaris ut primo vates pervenit ad aurem[11],
Ordine cuncta suo[12] haec recitavit ei:
'Si deus e vestro Francorum semine regem
Ordinat, iste tuis sedibus aptus erit[13].'
Haec paucis sapiens Carolus pandebat alumnis,
600 Quorum causa sibi credula sive placens.
Missum iterum revocat, quaerit quoque in ordine cuncta[14],
Qualiter insignis urbs dominata foret,
Quo rex ingenio Zadun conprensus adesset,
Quosque duces bello straverit ipse fero.
605 Bigo bonus recitans narratque per omnia vera,
Cuius verba pius Caesar honore colit.
Caesar laetus ei pateram, qua forte bibebat,
Porrigit, ille bibit impiger hausta meri[15].
Mox famulum donis variisque honoribus[16] ornans,
610 Misit et ad sobolem munera magna[17] suam.

---

585 olymbi *V*　602 *an* domitata? (*sed cf. Aen.* II, 363 urbs .. dominata)　604 strauerat *V*, straverit *corr. W*

1) *Georg. IV*, 476, Aen. *VI*, 307 Magnanimum heroum; *cf. supra p.* 17 *v.* 386. 2) *Met. III*, 659, *VII*, 704 vera referre. 3) *Aen. XII*, 869 ut .. stridorem adgnovit. 4) *ib. XI*, 485 Pronum sterne solo; *Fast. IV*, 654 Sternitur .. solo; *Karol. M. et Leo p.* 456, 502 (*I*, 377, 379) Sternitur et supplex. 5) *Cf. supra p.* 18 *v.* 436. 6) *Aen. VII*, 558 summi regnator Olympi, *X*, 437. 7) *pro sacerdos. Eadem voce multis aliis in locis utitur poeta noster MUR.* 8) *Aen. VIII*, 163 mens .. ardebat amore | Compellare virum; *II*, 280, *III*, 299. 9) *Iuvenci H. euang. III*, 443 Tum servus dominum prostrato corpore adorat. 10) *Cf. supra p.* 10 *v.* 172, 177; *Aen. I*, 748 vario .. sermone, *VIII*, 309. 11) *Cf. supra p.* 13 *v.* 259. 12) *Aen. XI*, 240 responsa resposcit | Ordine cuncta suo. 13) *Vaticinium istud de Hludowici Pii post Caroli Magni parentis sui mortem successione ad imperium Alcuino abbati celeberrimo tribuit auctor vitae eius fere aequalis c.* 10 (*Iaffé Monum. Alcuiniana p.* 23). 14) *Cf. supra v.* 596. 15) *Aen. I*, 738 Tum Bitiae dedit increpitans; ille inpiger hausit | Spumantem pateram; *Karol. M. et Leo* 530 (*I*, 379) bibunt pateris spumantia vina. 16) *Aen. VIII*, 617 donis et tanto laetus honore. 17) *Art. Am. II*, 275 munera magna petuntur.

Laudibus et donis pergit celeranter onustus,
Laetus et ad regem pervenit[1] ecce suum.
Laetus ut exul eat Pippini in regna potentis,
Conferat altitonans, Caesar et ipse potens.
615 Laetitiae ergo, libelle, habeas sub nomine finem,
Fratribus ut ternis consociatus eas.

EXPLICIT LIBER PRIMUS.

INCIPIT LIBER SECUNDUS.

813 Iamque, favente deo, Francos pax undique habebat,
Straverat[2] adversos Marsque deusque viros.
Namque senex Carolus Caesar venerabilis orbi
Concilium revocat[3] ad sua tecta novum.
5 Aurato residens solio sic cepit ab alto[4],
Electi circum quem resident comites[5]:
'Audite, o proceres, nostro nutrimine freti[6],
Agnita narro quidem, veraque credo satis;
Dum mihi namque foret iuvenali in corpore virtus[7],
10 Viribus atque armis ludere cura fuit;
Non torpore meo turpique pavore, fatebor[8],
Francorum fines gens inimica[9] tulit.
Iam quoque sanguis hebet, torpescit dira senectus[10],
Florida canities lactea colla[11] premit.
15 Dextera bellatrix[12] quondam famosa per orbem,
Sanguine frigente[13], iam tremebunda cadit.
Proles nata mihi[14] superis abscessit ab oris[15],
Ordine functa suo heu tumulata iacet[16],
Sed quoque quae potior dominoque placentior olim
20 Visa fuit, semper est mihi cessa[17] modo.
Nec vos deseruit Christus, quin germine nostro
Servaret, Franci, nunc sobolem placitam.
Illa meis semper delectans inclita iussis
Paruit[18], atque meum edidit imperium.
25 Semper amore dei ecclesiarum iura novavit[19],
Credita regna sibi contulit in melius.

---

1) *Met. VIII,* 89 Pervenit ad regem. 2) *Aen. XII,* 944 Straverat atque. 3) *Aen. VI,* 433, *X,* 2, *Met. I,* 167 Conciliumque vocat. 4) *Aen. XI,* 301 solio rex infit ab alto. 5) *ib.* 655 At circum lectae comites. 6) *Cf. supra p.* 9 *v.* 131; *Aen. III,* 103 Audite, o proceres. 7) *ib. V,* 475 Et mihi quae fuerint iuvenali in corpore vires. 8) *Cf. supra p.* 15 *v.* 335; *Aen. II,* 400 formidine turpi. 9) *Aen. I,* 67 Gens inimica mihi. 10) *ib. V,* 395 gelidus tardante senecta | Sanguis hebet, frigentque . . vires. 11) *V. Karoli c.* 22 canitie pulchra; *Aen. VIII,* 660 lactea colla. 12) *ib. I,* 491 Penthesilea . . 493 Bellatrix. 13) *Cf. supra v.* 3; *Met. IV,* 133 tremebunda videt . . | Membra. 14) *Pippinus et Carolus.* 15) *Met. X,* 26 Supera . . in ora. 16) *Ex Ponto I,* 6, 49 iaceam tumulatus arena. 17) *concessa.* 18) *Met. I,* 385 iussisque deae parere; *Trist. V,* 9, 34 Parebo iussis . . tuis. 19) *Art. Am. II,* 42 naturae iura novanda.

813

Vidistis, quae olim Maurorum funere misit,
Regem, arma et vinctos, magna trophea simul[1].
Vos mihi consilium fido de pectore[2], Franci,
30 Dicite; nos prompte mox peragamus idem.'
Tunc Heinardus erat Caroli dilectus amore[3],
Ingenioque sagax et bonitate vigens[4],
Hic cadit ante pedes, vestigia basiat alma[5],
Doctus consiliis incipit ista prior[6]:
35 'O Caesar, famose polo, terraque marique[7],
Caesareum qui das nomen habere tuis,
Addere consiliis nil nostrum est posse, nec ulli
Mortali potius Christus habere dedit.
Quae tibi corde deus miseratus contulit, hortor,
40 Quantocius parens omnia perficias.
Filius, alme, tibi praedulcis moribus extat,
Pro meritis qui quit regna tenere tua[8].
Hunc petimus cuncti[9], maiorque minorque popellus,
Hunc petit ecclesia, Christus et ipse favet.
45 Hic valet imperii post tristia funera[10] vestri
Iura tenere armis, ingenioque, fide.'
Annuit at Caesar laetus, Christumque precatur,
Mittit et ad sobolem mox celerando suam[11].
Tempore namque illo Hludowic bonus Aquitanorum,
50 Ut supra cecini, regna tenebat ovans[12].
Quid moror[13]? extemplo patris pervenit ad aulam;
Gaudet Aquis clerus, plebs, proceresque, pater.
Incipit haec iterum Carolus, per singula verba[14]
Dilectae proli narrat et exposuit:
55 'Nate, deo[15] care et patri populoque subacto,
Quem mihi solamen cessit habere deus,
Cernis at ipse meam senio properante senectam[16]
Deficere, et tempus mortis inesse mihi.
Prima mei cura regni moderamina constant,
60 Quae inmerito mihimet contulit ipse deus.
Non favor aut levitas humanae mentis adurguet,
Quae tibi, crede, loquor, sed pietatis amor[17].

27 quae dona olim *VH*, dona *omisi* 44 aecclesia *V*

1) *Aen. XI,* 172 Magna tropaea ferunt. 2) *Met. IX,* 248 pectora ... | Fida. 3) *Caroli familiaris notissimus; Aen. I,* 344 miserae dilectus amore. 4) *Venanti Fort. C. VII,* 14, 12 Ingenio sollers et probitate sagax; *V,* 9, 11, *IX,* 1, 23 bonitate placens. 5) *Cf. supra p.* 22 *v.* 547. 6) *Ecl. V,* 10 Incipe, Mopse, prior; *Aen. IX,* 319 Prior Hyrtacides sic ore locutus. 7) *Aen. X,* 162 terraque marique. 8) *Aen. VII,* 735 Capreas cum regna teneret; *Met. V,* 277 iniustaque regna tenebat; *Ep. I,* 106 regna tenere potest. 9) *Aen. III,* 276 Hunc petimus fessi; *cf. supra p.* 12 *v.* 223. 10) *Georg. IV,* 256 tristia funera; *Amor. II,* 6, 41 Tristia .. funera. 11) *Einhardi ann.* 813 evocatum ad se apud Aquasgrani filium suum Hludoicum Aquitaniae regem. 12) *Cf. supra v.* 42. 13) *Aen. II,* 102, *IV,* 325, *VI,* 528 Quid moror? 14) *Aen. III,* 348 verba inter singula. 15) *ib. I,*582, 615 Nate dea. 16) *V. Karoli c.* 30 cum iam et morbo et senectute premeretur . . . senectute confectus. 17) *Venanti Fort. C. VI,* 1a, 4 Non trahit ingenium, sed tuus urguet amor.

813 Francia me genuit[1], Christus concessit honorem,
Regna paterna[2] mihi Christus habere dedit.
65 Haec eadem tenui, nec non potiora recepi,
Christicoloque fui pastor et arma gregi.
Caesareum primus Francorum nomen adeptus[3],
Francis Romuleum nomen habere dedi.'
Haec ait[4], et capiti gemmis auroque coronam[5]
70 Inposuit[6], pignus imperii, sobolis:
'Accipe, nate, meam, Christo tribuente, coronam,
Imperiique decus suscipe[7], nate, simul.
Qui tibi concessit culmen miseratus honoris[8],
Conferat ipse tibi posse placere sibi.'
75 Tum pater et soboles praestanti munere laeti[9],
Prandia magna colunt cum pietate dei.
O festiva dies multos memoranda per annos[10]!
Augustos geminos, Francia terra, tenes.
Francia plaude libens[11], plaudat simul aurea Roma[12],
80 Imperium spectant cetera regna tuum[13].
Tum Carolus sapiens multis suadebat alumnum,
Diligat ut Christum, ecclesiamque colat[14].
Amplexans nimium libavit et oscula pulcra[15],
Dat licitum ad propria[16], verba suprema sonat.
814 Ian. 28. 85 Tempore non multo senio maturus et annis[17]
Visitat antiquos funere Caesar avos[18].
Funera digna parant, mandantur menbra sepulcro[19]
Basilica in propria, quam sibi fecit Aquis[20].
Mittitur interea, narret qui[21] funera nato
90 Patris; adest Rampho qui celer ire parat[22].

66 fuit *V* 75 praestandi *V* (*cf. Aen. V,* 361 praestanti munere donat) 78 frantia *V* 84 subraema *V*

1) *Anthol. lat. ed. Riese* 668, 1 Corduba me genuit. 2) *Aen. III,* 121 regnis .. paternis; *Ov. Ep. IV,* 122 regna paterna. 3) *Nasonis Ecl. I,* 38 (*I,* 386) senioris nomen adeptus; *Met. VIII,* 151, *Fast. IV,* 420 nomen adepta. 4) *Aen. I,* 297, *X,* 285 Haec ait et. 5) *Aen. I,* 655 duplicem gemmis auroque coronam; *Met. XIII,* 704 claramque auro gemmisque coronam. 6) *Einhardi V. Karoli c.* 30 impositoque capiti eius diademate; *Ann. Weissenb.* 813 *III.* Id. Sept. Hludowicus imperator factus est; *Thegani V. Hludow. c.* 6 (*SS. I,* 111, *II,* 591). 7) *V. Karoli l. l.* consortem sibi totius regni et imperialis nominis heredem constituit. 8) *Cf. Theodulf. ad Hluduic.* 4 (*I,* 537) Gaudia concedat, qui tibi sceptra dedit. 9) *Met. XII,* 208 Munere laetus abit. 10) *Venanti Carm. III,* 8, 1 Inluxit festiva dies; *Aen. II,* 363, *IX,* 85 multos dilecta per annos. 11) *Venanti Fort. C. III,* 7, 17 Gallia plaude libens. 12) *Ov. Art. Am. III,* 113 aurea Roma. 13) *V. Karoli c.* 30 Auxitque maiestatem eius hoc factum et exteris nationibus non minimum terroris incussit. 14) *Chron. Moissiac.* 813 (*SS. II,* 259) Docet autem eum pater, ut in omnibus praeceptum domini custodiret; *Thegan. c.* 6. 15) *Thegan. V. Hlud. c.* 6 amplexantes enim se et osculantes propter gaudium amoris flere coeperunt; *Aen. I,* 256 Oscula libavit. 16) *licentiam redeundi in Aquitaniam.* 17) *Met. VIII,* 617 Lelex animo maturus et aevo; *XIV,* 617 maturior annis; *Aen. IX,* 246 annis gravis atque animi maturus; *V,* 73 aevi maturus; *cf. supra p.* 13 *I,* 257. 18) *Venanti Fort. C. IV,* 6, 16 Pergit ad antiquos plebe gemente patres. 19) *Aen. XI,* 22 corpora terrae | Mandemus; *X,* 558 onerabit membra sepulchro. 20) *V. Karoli c.* 31 in ea basilica, quam ipse .. in eodem vico construxit. 21) *Aen. VIII,* 9 Mittitur et .. | Qui petat .. 22) *V. Hludowici c.* 21 (*SS. II,* 618) missus est Rampo ad eum ab eis, qui sepulturam eius curarunt, *cf. Simson Ludwig der Fr. I,* 11; *Aen. I,* 678 puer ire parat.

814

Nocte dieque volat, terras perlabitur amplas[1],
Pervenit tandem, quo Hludowicus erat.
Trans fluvium Ligeris locus est quippe uber et aptus;
Cingitur hinc silvis[2], hinc quoque planitie.
95 At medius placido fluviorum gurgite vernat,
Piscibus est habilis, est locuplesque feris.
Quo Hludowicus ovans praecelsa palatia[3] struxit,
Quaeris? Inest Thedwat nomen, amice, sibi[4].
Huc pia subiectae censebat munia plebi,
100 Clerum seu populum cum pietate regens,
Cum subito penetrans totam commiscuit aulam[5]
Rampho, ferens Caroli funera mesta[6] pii.
Haec ut fama boni pervenit regis ad aures[7],
Ilico tristatur, flet, lacrimatque patrem.
105 Inter cunctantes concurrit Bigo ministros[8] —
Suetus erat dominum visere mane suum —
Hortatur siccare genas, deponere fletus[9]:
'Altera', ait, 'causa est nunc peragenda tibi.
Haec ut nota manent vestro sub pectore, princeps,
110 Humani generis sors tenet ista viros[10].
Nos omnes, fateor, porro properabimus illuc;
Non tamen ex illis quis repedare valet[11].
Surgite, et ecclesiam cuncti properemus in almam;
Hymnica vota deo psallere tempus adest'[12].
115 Auscultans famulum tandem surrexit, et omnes
Hortatur secum solvere vota deo[13].
Nox fuit illa quidem psalmis hymnisque referta,
Missarum modulis atque peracta dies.
Tertia iamque dies claro surgebat Olympo[14],
120 Resplendetque suis Phoebus in orbe comis,
Cum undique turba ruit Francorum concita regnis[15],
Regis in occursum plebs petit omnis ovans,
Et Caroli proceres prorsus regnique priores,
Atque sacerdotum currit amica cohors.
125 Densanturque viae[16], replentur claustra domorum;
Non capitur tecto, scandit in alta domus[17].

---

96 locuplexque *VH* 119 olympho *V*

1) *Met. II,* 343 Nocte dieque vocant; *XII,* 46; *Ex Ponto III,* 1, 40; *Aen. I,* 147 summas ... perlabitur undas. 2) *Met. V,* 387 Silva .. cingens. 3) *Venanti C. VII,* 14, 7 celsa palatia regis. 4) *V. Hludowici C.* 20 in loco cuius vocabulum est Theotuadus (nunc Doué); *Einhardi ann.* apud Tedoadum villam, ubi et ipse tunc hibernabat. 5) *Cf. supra p.* 22 *v.* 545. 6) *Fast. VI,* 660 maestis ... funeribus; *cf. supra v.* 45. 7) *Cf. supra p.* 7, 13 *v.* 65, 259. 8) *Georg. III,* 488 Inter cunctantes cecidit moribunda ministros; *de Bigone cf. supra p.* 10 *v.* 179. 9) *Met. X,* 362 Flere vetat siccatque genas. 10) *Venanti Fort. C. IX,* 2, 1—2 sors inrevocabilis horae | Quod generi humano tristis origo dedit. 11) *ib.* 63 migrabo cum omnibus illuc; | Ibimus hinc omnes, nemo nec inde redit. 12) *Cf. supra p.* 23 *v.* 593; *Aen. XII,* 96 tempus adest. 13) *Cf. supra p.* 21 *v.* 532. 14) *Aen. III,* 588 Postera iamque dies primo surgebat Eoo. 15) *Met. VII,* 475; *XV,* 729 Huc omnes populi passim .. | Obvia turba ruit; *Aen. VI,* 305 Huc omnis turba .. effusa ruebat. 16) *Georg. I,* 248 densantur .. tenebrae; *Karol. M. et Leo* 475 (*I,* 378) campi densentur aperti. 17) *Karol. M. et Leo* 113 Scandit ad astra domus.

814 Flumina non retinent trepidos, nec horrida silva[1],
Nec glacialis hiemps[2], nec pluviosa dies.
Qui rate non valuit, satagens hic forte natatu
130 Trans fluvium Ligeris certat abire prior.
O quantos populos celsa de rupe videres[3]
Absque rate in fluvium se dare praecipites[4]!
Aurelianenses illos risere natantes[5];
Turre vocant summa: 'Litus amate[6], viri'.
135 Unus amor cunctis erat[7], omnibus una voluntas,
Cernere quo faciem regis ad usque queant.
Conveniunt tandem[8], recipit quos rex pius omnes
Ordine quemque suo cum pietatis ope.
Aurelianis ovans Caesar mox visitat urbem[9],
140 Quo vexilla crucis[10] sive, Aniane, manes.
Heburti felix, qui primo hanc perficis arcem,
Seu, Maximine, sancteve Avite, micas.
Inde Parisiacas properant cito visere sedes[11],
Quo Stephanus martyr culmina summa tenet,
145 Quo, Germane, tuum colitur, sanctissime, corpus,
Quo Genuvefa micat, virgo dicata deo.[12].
Irmino, plaude libens[13], quod, saepius ecce rogasti,
Caesaris adventum, dante tonante[14], vides.
Nec tua praeteriit, Dionisi, culmina, martyr,
150 Quin adiens tibimet posceret auxilium[15].
Hinc iter arripiunt[16], Francorum regna peragrant,
Tramite pacifico rex Aquis ingreditur[17].
Eia Camena[18], deum precibus pulsare supinis[19]
Restat, quo nobis conferat eloquium.
155 Quid prius incipiam? cum, quae gerit omnia, prima
Constent atque micent gesta benigna viri[20].

---

127 corrida *V* 146 genuveffa *V*

1) *Aen. IX*, 381 Silva .. | Horrida. 2) *Aen. III*, 285, *Met. II*, 30 Et glacialis hiems. 3) *Aen. VIII*, 604 celsoque omnis de colle videri | Iam poterat legio. 4) *ib. IX*, 815 Tum demum praeceps saltu sese .. | In fluvium dedit, *cf. supra p.* 19 *v.* 456. 5) *Aen. V*, 181 Illum et labentem Teucri et risere natantem. 6) *Ov. Ep. XVII*, 31 summa .. turre; *Aen. V*, 163 Litus ama. 7) *Georg. IV*, 184 Omnibus una quies operum, labor omnibus unus, 212 mens omnibus una est; *Aen. XII*, 282 Sic omnes amor unus habet. 8) *Aen. IX*, 778 Tandem ... | Conveniunt. 9) *V. Hludowici c.* 21 Qui cum Aurelianam devenisset ad urbem, *cf. supra p.* 21 *v.* 531. 10) *S. Crucis ecclesia cathedralis Aurelianensis; deinceps alias, quae Aurelianis et Parisiis extabant, ecclesias recenset; Sedul. C. Pasch. I*, 321 crucis vexilla coruscant. 11) *Venanti Fort. V. S. Martini IV*, 636 Inde Parisiacam placide properabis ad arcem; *Aen. I*, 415 sedesque revisit. 12) *Venanti Fort. C. II*, 16, 126 Nunc thalamis Christi virgo dicata micat. 13) *Cf. supra v.* 79; *abbas S. Germani, qui Caroli M. testamento subscripsit, cf. Einhardi ann.* 812 *cod.* 7, *S. Germani* 812 (*SS. I*, 200, *III*, 167). 14) *Theodulf. ad Aiulf.* 6 (*I*, 560) dante tonante. 15) *Venanti Fort. C. II*, 16, 166 Auxilium posco. 16) *ib. VI*, 5, 125 Hinc iter arripiunt. 17) *V. Hludowici c.* 21 die tricesimo postquam ab Aquitania promovit palatio Aquisgrani pedem feliciter intulit. 18) *Theodulf. in die resurrect.* 1 (*I*, 553) Eia Camena libens. 19) *Aen. IV*, 205 Iovem manibus ... orasse supinis. 20) *Venanti Fort. C. II*, 16, 25 Quae prius incipiam sacri miracula facti, | Cum, quidquid facias, omnia prima micent?

Denique limitibus firmatis ordine regni, 814
Finibus imperii dispositisque simul,
Protinus expendit thesauros largus avitos
160 Pro mercede patris atque animae requie,
Quaeque patrum virtus, Carolus congesserat ipse,
Pauperibus tribuit[1] ecclesiisque sacris.
Aurea vasa[2] dedit, vestes seu pallia multa,
Argenti cumulat ampla talenta[3] meri.
165 Spargit opes varias, arma, innumerandaque valde
Munera distribuit, pauper, habenda tibi.
O felix[4] Carolus, sobolem qui liquit in orbe,
Qui satagit, caeli quo pater intret iter.
Carceris antra aperire iubet, trusosque relaxat[5],
170 Exilio relevat pro pietate viros.
Mira facit[6], prorsus memori narranda relatu,
Unde sui fama nunc super astra manet[7].
Eligit extemplo missos, quos mittat in orbem[8],
Quorum vita proba sit, generosa fides[9], 815
175 Munera quos nequeant flecti[10], nec saeva potentum[11]
Blandities[12], favor, aut ingeniosa lues,
Qui peragrent celeres Francorum regna perampla,
Iustitiam faciant iudiciumque[13] simul.
Quos pater, aut patris sub tempore presserat urguens
180 Servitium, relevent, munere[14] sive dolo.
O quantos qualesque viros[15], quos aspera iura
Lexque aurata premit atque potens precio,
Liberat ipse potens, et libertatis honorem
Praestat habere sui Caesar amore patris[16]!
185 Atque suis manibus praefirmat munere chartas,
Degere quîs cuncto tempore iure queant.
Belliger ipse pater cum regna adquireret armis[17],
Intentus bellis assiduusque foret,
Tum vitium hoc passim spissis succrevit aristis,
190 Sed tamen adveniens mox, Hludowice, secas.

---

162 aecclesiisque *V* 174 broba *V* 186 cunto *V*

1) *Venanti C. IV*, 18, 19, 20, *VI*, 5, 244 Pauperibus tribuens. 2) *ib. IX*, 2, 117 aurea vasa. 3) *Aen. V*, 112 Perfusae vestes, argenti aurique talentum; 248 argenti .. talentum; *X*, 526 defossa talenta | Caelati argenti; 531 Argenti atque auri .. multa talenta. 4) *Aen. III*, 480 o felix nati pietate. 5) *Georg. I*, 419 quae densa, relaxat. 6) *Fast. III*, 503 mirum facis. 7) *Venanti Fort. C. IV*, 2, 6 nunc super astra manet; 10, 6 fama sub astra levat. 8) *Cf. Simson Ludwig der Fr. I*, 26. 9) *Venanti Fort. C. VIII*, 13, 2, *X*, 6, 37 generosa fides. 10) *Aen. VII*, 312 Flectere si nequeo. 11) *ib. XII*, 519 nec nota potentum | Munera. 12) *Ov. Ep. XVI*, 91 blanditiis .. | Flecterer; *Am. II*, 6, 18 ingeniosa sonis. 13) 3 *Reg.* 10, 9 ut faceres iudicium et iustitiam. 14) *'munere sive dolo' ad servitium presserat referenda P.* 15) *Amor. I*, 5, 22 Quantum et quale latus; *Aen. III*, 641 Nam qualis quantusque .. Polyphemus. 16) *Chronic. Moissiac.* 815 (*SS. I*, 311—12); *Thegan. c.* 13 Patrimonia oppressis reddidit, iniuste ad servitium inclinatos absolvit et omnibus praecepta facere iussit et manu propria cum conscriptione confirmavit. 17) *Venanti Fort. C. VI*, 2, 37—38 Illi auxere armis patriam, sed sanguine fuso: | Tu plus adquiris qui sine clade regis.

Qualia per mundum confregit gesta celidri [1]!
Christicolis cessit munera quanta quidem!
Haec canit orbis ovans late, vulgoque resultant;
Plus populo resonant, quam canat arte [2] melos.
195 Cuius clarescens crescit doctrina per orbem:
Commissum imperium ordinat, armat, alit.

816 Tum iubet [3] acciri Romana ab sede patronum,
Cui Stephanus [4] nomen saecula [5] laeta dabant.
Paret amore sacer, iussisque obtemperat [6] almis,
200 Francorum properat visere regna [7] libens.
Caesar cum Remis laetus prospectat ab urbe [8],
Quo sibi concilium iusserat ante fore;
Concurrunt varii redeuntque sub ordine missi,
Caesaris atque sacri vota benigna ferunt.
205 Nuntius ante volat [9], narret qui praesulis ardens
Romani adventum, concelerante gradu;
Tum Hludowicus agens, clerum populumque senatum
Ordinat [10], instituit, praeparat atque locat,
Dextram qui teneant partem, teneantque sinistram,
210 Qui prior accedat [11], quique sequatur iter [12].
Turba sacerdotum dextram tenet agmine longo [13],
Psallentes spectant relligione patrem;
Parte alia proceres lecti [14], primique potentes
Consistunt; populus posteriora tenet [15].
215 At medius Caesar gemmis auroque refulgens [16],
Veste licet radiet, plus pietate micat [17].
Conveniunt tandem [18] diversis partibus ambo;
Ille gradu pollens, hic bonitate vigens [19].
Alter in alterius [20] conspectum ut lumina fixit,
220 Currit in amplexus [21] mox celerando pios.

---

202 Quos ibi *V*, Quo sibi *Mur*.

1) *sive chelydri scil. Satanae MUR.* 2) *Art. Am. II,* 506 Qui canit arte, canat. 3) *Aen. VII,* 152 Tum ... | Centum oratores ... | Ire iubet. 4) *V.* (816—817). 5) *Cf. Aen. VI,* 235 tenet per saecula nomen. 6) *Trist. IV,* 6, 7 iussis obtemperat. 7) *Sedul. C. Pasch. IV,* 44 properabat visere tecta. 8) *Aen. VII,* 813 prospectat euntem. 9) *ib. IX,* 47 Turnus, ut ante volans. 10) *Met. XV,* 590 populumque gravemque senatum | Convocat. 11) *Art. Am. I,* 709 Vir prior accedat. 12) *Ex Ponto II,* 10, 18 quisque sequamur iter. 13) *Aen. V,* 90 Ille agmine longo. 14) *ib. I,* 474 Parte alia; *X,* 213 Tot lecti proceres; *Met. X,* 315 Undique lecti | ... proceres 15) *Fast. IV,* 717 posteriora latent. 16) *Aen. I,* 728 gravem gemmis auroque. 17) *Venanti Fort. C. II,* 9, 32 Non de veste nitens, sed pietate placens. 18) *Cf. supra p.* 28 *v.* 137; *Iuvenci H. euang. IV,* 261 diversis partibus orbis | Convenient; *Aen. XII,* 708 genitos diversis partibus orbis, | Inter se coiisse viros; *Karol. M. et Leo* 338 Agmina conveniunt diversis partibus orbis. 19) *Cf. supra p.* 25 *v.* 32. 20) *Aen. II,* 667 Alterum in alterius; *Met. VII,* 87 Lumina fixa tenet; *Ep. III,* 11 Alter in alterius iactantes lumina voltum; *Karol. M. et Leo* 511 Alter in alterius configunt lumina vultus. 21) *Rem.* 668 Venit in amplexus; *Venanti Fort. C. VIII,* 3, 125 Currit ad amplexus.

Rex tamen ante sagax flexato poplite[1] adorat 816
Terque quaterque, dei sive in honore Petri[2].
Suscipit hunc supplex Stephanus, manibusque sacratis[3]
Sublevat a terra[4], basiat ore libens.
225 Nunc oculos, nunc ora, caput nunc, pectora, colla[5]
Basiat alterutri rexque sacerque pius.
Tum manibus palmas, digitos digitisque tenentes,
Caesar cum Stephano candida tecta petit[6].
Ecclesiam peragrant primo, precibusque tonantem
230 Conpellant, grates votaque danda canunt[7];
Mox aulam repetunt ad prandia magna volando,
Considunt, manibus dant famuli latices[8].
Prandia digna colunt[9], praegustant munera Bacchi[10],
Et sermone pio iam super ora movent.
235 'O sacer antestis, Romani pastor ovilis[11],
Qui vice apostolica pascis ovile Petri,
Quae te causa[12] tulit (Caesar sic orsus[13]) ad istam
Francorum patriam? redde responsa mihi[14].'
Ille ut erat placidus, pacato pectore fatur[15],
240 Perlustrans regem vultibus assiduis:
'Quae reginam Austri quondam sapientis amore
Per varias plebes, per freta, perque nives[16],
Haec me causa tuas, Caesar, perduxit ad arces,
Qui Salomoniacas fers mihi rite dapes.
245 Fama meas dudum, princeps, pervenit ad aures[17],
Quanta dei populo fers pater auxilia,
Quantaque per mundum resplendent dogmata vestra,
Praecellisque tuos arte fideque patres.
Non tamen obsistens potuit res ulla volentem
250 Frangere[18], quin possim cernere gesta tua.
Sermo quidem nullus valuit mihi tanta referre,
Quanta meis confers gesta benigna oculis.
Reginae ergo tibi illius nunc verba renarro[19],
Quae Salomoniacis auribus ipsa tulit,

---

248 praecellis *V*, que *add. Mur.*

1) *Cf. supra p.* 9 *v.* 138. 2) *Thegan. c.* 16 princeps prosternens se cum omni corpore in terra tribus vicibus ante pedes tanti pontificis et tertia vice erectus; *Karol. M. et Leo v.* 455, 501 (*I,* 377, 379) supplex vulgus ter fusus adorat; *Aen. I,* 94, *IV,* 589, *XII,* 155 Terque quaterque. 3) *Fast. I,* 640 sacratae ... manus. 4) *Aen. X,* 831 et terra sublevat ipsum. 5) *Karol. M. et Leo* 245 (*I,* 372) Pectora, colla, comae. 6) *Trist. I,* 9, 7 ad candida tecta, *cf. supra p.* 14 *v.* 284. 7) *Thegan. l. l.* qui cum diu orarent. 8) *Aen. I,* 700 Conveniunt . . . | Dant famuli manibus lymphas, *cf. XII,* 173. 9) *Cf. supra p.* 26 *v.* 76. 10) *Georg. III,* 526 Bacchi | Munera; *Art. Am. I,* 565 munera Bacchi. 11) *Venanti C. XI,* 25, 9 Hinc sacer antistes; *III,* 11, 3 apostolico praecellens pastor ovili. 12) *Ecl. I,* 27 Et quae tanta fuit ... tibi causa. 13) *Aen. II,* 2 Aeneas sic orsus. 14) *Georg. III,* 491 responsa . . reddere. 15) *Cf. supra p.* 20 *v.* 469. 16) *Aen. I,* 204 Per varios casus, per tot discrimina rerum; *Ecl. X,* 23 Perque nives. 17) *Cf. supra p.* 127 *v.* 103. 18) *Aen. XII,* 203 Quo res cumque cadent; nec me vis ulla volentem | Avertet. 19) *Met. V,* 635 nunc tibi facta renarro.

816 255 Cerneret ut regem, famulos, sive ordine vestes,
Pincernasque suos, sive domos varias [1].
Felices famuli, felices denique servi,
Qui stant et cernunt inclita gesta tua [2],
Haurit et aure pia [3] qui dogmata vestra beatus,
260 Et populus felix, regna beata simul!
Sit deus excelsus toto recolendus amore,
Qui tibi concessit dogmata tanta, pater;
Cui placet, atque thronum qui dat retinere paternum,
Dilexitque suos te super instituens [4].
265 His regina Saba est Salomonem adfata potentem [5],
His ego te supplex ausus adire fui.
Tu tamen es potior [6], tu rite potentior extas,
Ille umbram retinens, tu quia vera colis [7].
Ille fuit sapiens nimium, sed cessit amori;
270 Tu sapiens caste vivis amore dei.
Israel ille fuit regnator solius arcis;
Tu pius Europae regna potenter habes [8].
Ergo deum cuncti precibus pulsemus opimis [9],
Ut te conservet saecla per ampla suis.'
275 His aliisque sacer quam pluribus insuper almum
Conpellat regem [10], Caesar et ipse sacrum.
Pocula densa volant [11], tangitque volentia Bacchus
Corda [12], fremit populus laetitia unanimi [13].
Transactis epulis surgunt, mensisque relictis [14]
280 Caesar cum Stephano tecta secreta petit [15].
Noctem illam curis, variisque sub ordine rebus
Dimittunt [16], oculis somnus at ipse fugit.
Mane novo [17] Caesar Stefanum, proceresque, senatum
Convocat [18]: ast illi regia iussa colunt.
285 Caesar in excelsa consedit sede [19] togatus,
Multa tenens animo, quae parat incipere.

---

263 *an* places ? 273 praecibus *V* 278 unianimi *V*

1) 3 *Reg.* 10, 4 Videns autem regina Saba omnem sapientiam Salomonis et domum, quam aedificaverat, 5 .. et habitacula servorum et ordines ministrantium vestesque eorum et pincernas. 2) *ib.* 8 Beati viri tui et beati servi tui, qui stant coram te semper, et audiunt sapientiam tuam. 3) *Aen. IV,* 359 vocemque his auribus hausi. 4) 3 *Reg.* 10, 9 Sit dominus deus tuus benedictus, cui complacuisti et posuit te super thronum Israel, eo quod dilexerit dominus Israel in sempiternum et constituit te regem. 5) *Georg. IV,* 530 adfata timentem; *Aen. IX,* 83 Vocibus his adfata Iovem; *Fast. IV,* 585 sic est adfata tonantem. 6) *Iuvenci H. euang. II,* 717 potior nunc est Salomone potestas; *Venanti Fort. C. VI,* 2, 81 Tu melior fidei merito *(sc. Salomone)*; *Karol. M. et Leo* 29 (*I,* 367) Iustior est cunctis cunctisque potentior exstat. 7) *Venanti Fort. C. II,* 9, 35 Iste satis melior ... | Hic quia vera colit, quo prius umbra fuit. 8) *Theodulf. ad Hluduic. v.* 5 (*I,* 531) Sub tua iura deus dedit Europeia regna. 9) *Cf. supra p.* 28 *v.* 153. 10) *Met. XII,* 585 Talibus .. compellat Sminthea dictis. 11) *Met. XII,* 242 pocula ... | Missa volant. 12) *Georg. II,* 500 volentia rura. 13) *Cf. supra p.* 19 *v.* 466. 14) *Aen. VIII,* 109 cunctique relictis | Consurgunt mensis. 15) *Cf. supra p.* 31 *v.* 228; *Aen. VIII,* 463 sedem et secreta petebat. 16) *Aen. I,* 748 vario noctem sermone trahebat | Infelix Dido. 17) *Georg. III,* 325 mane novum. 18) *Cf. supra p.* 30 *v.* 207. 19) *Aen. VII,* 192 Latinus | Sede sedens; *III,* 245 in praecelsa consedit rupe.

Aurea sella sacrum lateri sociavit amico, 816
At proceres resident ordine quisque suo.
Tum pius haec Caesar[1] sacro famulisque subactis
290 Edidit ore prior aurea verba sonans[2]:
'Audite haec, proceres[3], et tu, sanctissime praesul,
Hoc commune bonum[4] suscipite unanimes.
En mihi cunctipotens miseratus regna paterna[5]
Cessit habere deus, et decus omne simul[6];
295 Non meritis, ut credo, meis, sed patris honorem
Hunc miserans Christus cessit habere mihi.
Ergo precor fidos, et te, praeclare sacerdos,
Ut mihi consilii rite feratis opem[7].
Et ferte auxilium[8], qui mecum regmina nostra
300 Servatis, famuli, tuque, beate sacer,
Quo clerus populusque meus, pauperque potensque
Iura paterna sequi me faciente queant.
Regula sancta patrum constringat in ordine clerum,
Et populum societ lex veneranda patrum,
305 Et monachorum ordo Benedicti dogmate crescat,
Moribus et vita pascua sancta petat.
Dives agat legem, pauper teneatur eadem,[9]
Nec personarum sit locus atque modus[10].
Munera saeva[11] locum nullis redimita metallis
310 Haud teneant, cedant dona maligna procul.
Si quoque iure gregem domini nos pascimus almum,
Quem mihi sive tibi, pastor amate, dedit,
Corrigimus pravos, donamus munere iustos,
Et facimus populum iura paterna sequi[12]:
315 Tum deus excelsus nobis populoque sequaci
Praestabit miserans regna beata poli,
Atque in praesenti nostrum servabit honorem[13],
Infestos hostes hinc procul ire facit.
Nos simus clero exemplum seu norma popelli,
320 Iustitiam doceat praesul uterque suos,
Israel ille dei populus dilectus amore[14],
Qui pedibus siccis per maris ivit iter[15],
Cui deus in heremo tantis labentibus annis[16]
Manna cibum tribuit, rupe volucre dapes,
325 Cui fuit arma deus, gladius, scutumque, viator,
Ad repromissum vexit honore locum;

---

293 cuntipotens *V* 318 hic *V*, hinc *corr. Mur.*

1) *Aen. V,* 26, 685, *XII,* 175 Tum pius Aeneas. 2) *Cf. supra p.* 14 *v.* 287. 3) *Cf. supra p.* 24 *v.* 7. 4) *Trist. IV,* 6, 16 de communi . . bono. 5) *Cf. supra p.* 26 *v.* 64. 6) *Ecl. V,* 35 Tu decus omne tuis. 7) *Fast. V,* 62 Consilio patriae saepe ferebat opem. 8) *Fast. II,* 470 Et dis auxilium ferte. 9) *Aen. XII,* 819 lege tenetur. 10) *Deuter.* 10, 17 qui personam non accipit nec munera. 11) *Cf. supra p.* 29 *v.* 175. 12) *Cf. supra v.* 302. 13) *Aen. V,* 601 patrium servavit honorem. 14) *Cf. supra p.* 25 *v.* 31. 15) *Sedul. Carm. Pasch. I,* 211 Per pelagus siccavit iter; *Met. XIV,* 50 decurrit pedibus super aequora siccis; *Georg. IV,* 108 Ire iter. 16) *Aen. II,* 14 tot iam labentibus annis; *Trist. IV,* 10, 27.

816 Quo praecepta dei servavit adusque docentis,
Iustitiam coluit, iudiciumque dedit[1];
Dumque in amore pio dominum dilexit eundem,
330 Non aliena sequens, sed pia dicta dei,
Adversas illi prostravit numine gentes,
Prospera cuncta dedit, atque inimica tulit.
O felix semper domini si iussa secutus[2]
Adforet, aeternum regna teneret[3] ovans.
335 Divitiis incaute ut primo indulsit opimis,
Iustitiam liquit, et simul omne bonum,
Deseruitque deum, coluit mox idola vana,
Idcirco passus tot mala rite fuit.
Sed pater architenens[4] plagis variisque flagellis
340 Correxit, docuit, pristina iura dedit[5];
Ut miser afflictus domini meminisse volebat,
Mox pius altor enim suscipiebat eum.
Haec gens sola deum norat, partimque tonantis
Parebat dictis[6], atque colebat eum.
345 Caetera turba[7] quidem servabat iussa celidri,
Factorem ignorans, daemonis orsa sequens.
Hic per triquadrum regnabat, pro dolor, orbem[8],
Et genus humanum[9] in sua regna dabat.
Iamque sacerdotes, reges, Solymitica iura
350 Cessabant prorsus, hostia sive sacra;
Tum pius indoluit genitor, verbumque salutis
Transmisit mundo, ut nos pius erueret.
Ille lavit proprio miserans de sanguine mundum,
Dogmata clara dedit, iustitiam docuit,
355 Infernique potens confregit numine valvas,
Eruit electos, daemonis arma tulit[10];
Inde superna petens conscendit in aethera[11] victor,
Christicolum nobis nomen habere dedit,
Quisque cupit Christi nunc nomen habere, necesse est,
360 Quo caput abscessit, prendere certet iter.
Quamvis dante deo totus nunc mundus habundet
Christicolum turbis ecclesiaeque fide,
Nec sit opus domini famulos pro nomine caedi,
Cum passim Christi nomen in orbe boet,
365 Et male fida cohors[12], domini quae dogma refutat[13],
Cuspide christicolo[14] iam procul acta fugit;

---

345 caelidri *V* 349 solomitica *V* 360 abcessit *V*

1) *Cf. supra p.* 29 *v.* 178. 2) *Cf. supra p.* 22 *v.* 548. 3) *Cf. supra p.* 25 *v.* 42, 50. 4) *Aen. III,* 75 Quam pius Arcitenens; *Met. I,* 441 Hunc deus arcitenens. 5) *Aen. I,* 507; *Fast. V,* 65 Iura dabat. 6) *Aen. I,* 689 Paret Amor dictis. 7) *Cf. supra p.* 8 *v.* 118. 8) *Orosii Hist. I,* 2, 1 orbem totius terrae .. triquadrum; *Sedul. C. Pasch. II,* 9 Pro dolor. 9) *Art. Am. II,* 473 Tum genus humanum; *Aen. I,* 542 Si genus humanum. 10) *Fast. I,* 22 tulit arma reis; *Met. XIII,* 285 arma tuli. 11) *Met. III,* 299 Aethera conscendit. 12) *Aen. II,* 23 statio male fida. 13) *ib. XII,* 41 Fors dicta refutet. 14) *Cf. infra III,* 232, 456, 493.

816

Quamvis ecclesiae patres nostrosque priores
Mors tulit atra[1] quidem, nunc tenet aula dei:
Morte licet nequeamus, eos certemus ovantes
370 Corde sequi puro, iustitiaque, fide.
Diligat omnis homo fratrem, monitante Iohanne[2],
Quem videt, ut Christum cernere mente queat.
Hic ait ad Petrum[3]: 'Simon, me diligis, an non?'
Ter cui Petrus ait: 'Scis quia temet amo'.
375 'Si me', Christus ait, 'hortor, tu diligis, agnos
Pasce meos, Petre, cum pietatis ope'.
Ergo, sacer, plebem nostri est curare subactam,
Nobis quam dominus pascere constituit.
Tu sacer antestis[4], ego rex sum christicolarum;
380 Servemus populum dogmate, lege, fide.'
Addidit at Caesar paucis haec insuper ore[5],
Quae sacer antestis[6] suscipit aure pia:
'Si tua iura manent[7], Petri qui regmina curas,
Et vice partita pascis ovile suum;
385 Sin aliud, penitus moneo, ut mihi cuncta sacerdos
Edicas: faciam mox tua verba libens.
Ut mea progenies Petri servavit honorem[8],
Sic ego servabo, praesul, amore dei.'
Mox vero famulum revocat Helisachar[9] amatum,
390 Aure sonans cuius haec pia dicta dabat[10]:
'Excipe, vade cito, et firmis haec insere chartis[11]
Quae volo perpetuo fixa manere quidem.'
Censeo per regnum nostro moderamine septum
Atque per imperium, dante tonante[12], meum,
395 Ut res ecclesiae Petri sedisque perennis
Inlaesae vigeant semper honore dei,
Ut prius ecclesia haec pastorum munere fulta
Summum apicem tenuit[13], et teneat volumus.
Crescat honor Petri nostro sub tempore, crevit
400 Temporibus Caroli patris et utque mei.
Addimus at, praesul, tantum est ut supra locutum,
Iustitiam recolat qui sedet arce Petri.
Haec est causa, sacer, qua te accersire rogavi:
Adiutor fortis[14] esto beate mihi.'
405 Tum sacer ad caelum palmis cum lumina tendens[15]
Orabat, recinens haec quoque verba deo:

---

367 eclesiae *V* 373 me *saeculo* XV *adiectum* 384 passis *V* 404 beatę *V*

1) *Venanti Fort. C. IV,* 15, 4 mors rapit atra virum; *Aen. VI,* 429 Abstulit atra dies. 2) 1 *Ioh.* 2, 10 Qui diligit fratrem suum in lumine manet. 3) *Ioh.* 21, 15—17. 4) *Cf. supra p.* 31 *v.* 235. 5) *Aen. II,* 593 roseoque haec insuper addidit ore. 6) *Cf. supra v.* 379. 7) *Scilicet: Dic mihi, num iura temporalia sancti Petri intacta sint, an vero quisquam ea minuerit aut usurparit MUR.* 8) *Cf. supra p.* 33 *v.* 317. 9) *qui tunc* (809—819) *archicancellarius erat P, cf. Sickel Acta regum Karolinor. I,* 87. 10) *Cf. supra p.* 12 *v.* 234. 11) *Aen. III,* 462, *V,* 548 Vade age; *cf. supra p.* 29 *v.* 185. 12) *Cf. supra p.* 28 *v.* 148. 13) *Sedul. C. Pasch. V,* 248 Summus apex; *Karol. M. et Leo v.* 70 (*I,* 368) Summus apex regni. 14) *Venanti Fort. C. IX,* 1, 28 Adiutor fortis hoc quoque nomen habes. 15) *Cf. supra p.* 22 *v.* 558.

816 'O dee celsitonans, qui regmina cuncta creasti,
Nate simul Christe, spiritus atque sacer,
Tu Petre, qui caeli praeclarus claviger extas,
410 Rete trahis populum ad caelica regna tuo,
Et vos, caelicolae, quorum nunc corpora Roma
Servat, et officia sedula digna parat:
Ad populi regimen, regni ecclesiaeque decorem
Servate hunc regem saecla per ampla, precor.
415 Dogmate, Marte, fide mores praecellit avitos,
Curat et ecclesiam, imperiumque regit [1],
Et sedem Petri summo praeditat honore,
Et pater et sacer est, altor et arma suis'.
Hoc dicto celerans amplexibus haesit amicis [2],
420 Laetus honore suo [3] munere sive Petri.
Inchoat, et cunctis monitans dat iussa silendi;
Ore benigna refert haec pius orsa pio [4]:
'Roma tibi, Caesar, transmittit munera Petri,
Digna satis [5] digno, conveniensque decus.'
425 Tum iubet adferri gemmis auroque coronam [6],
Quae Constantini Caesaris ante fuit.
Accipit ipse manu, verbis benedicit, et orat,
Stemmata [7] clara tenens, lumina pansa polo:
'Qui regis imperium [8] mundi, saeclumque gubernas,
430 Qui Romae censes orbis habere caput [9],
Exaudi, precibusque meis, peto, flecte [10] benignam,
Christe, aurem; votis, rex pie, quaeso, fave [11].
Adiuvet Andreas, Petrus, Paulusque, Iohannes,
Atque Maria dei mater opima pii;
435 Induperatorem hunc Hludowicum tempora longa
Servate; abscedant tristia cuncta procul.
Prospera cuncta date, necnon peto noxia longe [12]
Pellite; sit felix [13], sitque potensque diu.'
Haec ait, et [14] celerans sese convertit ad ipsum [15],
440 Atque manu tangit [16] verticis alta sacra:
'Conferat omnipotens, auxit qui semen Habrahae [17],
Ut videas natos, unde voceris avus [18];
Dedat progeniem [19], duplicet triplicetque nepotes,
Semine ut e vestro crescat opima seges,

---

1) *Aen. I,* 340 Inperium Dido .. regit; *Ex Ponto III,* 3, 61 Sic regat imperium. 2) *Met. VII,* 143 avidisque amplexibus haerent. 3) *Aen. III,* 178 Perfecto laetus honore. 4) *Aen. XI,* 123 sic ore vicissim | Orsa refert. 5) *ib. V,* 354 quae munera Niso | Digna dabis?; *Amor. I,* 14, 54 illo munera digna loco. 6) *Thegan. c.* 17 coronam auream mirae pulchritudinis cum pretiosissimis gemmis ornatam, quam secum adportaverat; *Chron. Moissiac.* 816 coronam auream, quam attulerat; *cf. supra p.* 26 *v.* 69. 7) *i. e. coronam MUR.* 8) *Cf. supra v.* 416. 9) *Amor. I,* 15, 26 Roma .. caput orbis erit; *Met. XV,* 435, *Fast. V,* 93. 10) *Cf. Aen. XII,* 800 precibusque inflectere nostris. 11) *Trist. IV,* 2, 55 faventia votis. 12) *Cf. supra p.* 34 *v.* 332. 13) *Aen. I,* 330 Sis felix. 14) *Cf. supra p.* 26 *v.* 69. 15) *Met. XIV,* 386 se convertit ad ortus. 16) *Ep. XVII,* 179 manu . . . tango. 17) *Venanti Fort. C. IX,* 2, 131 Est tamen omnipotens, Abrahae qui semen adauxit. 18) *ib. VII,* 14, 38 Et de natorum prole voceris avus; *cf. IX,* 1, 132. 19) *Ib. IX,* 2, 134 Progeniemque refert.

445 Quique regant Francos nec non Romamque potentem, 816
Donec christicolum nomen in orbe sonat'[1].
Unguine suffuso, hymnisque ex ordine dictis,
Caesareo capiti mox decus[2] imposuit:
'Hoc tibi Petrus ovans cessit, mitissime, donum,
450 Tu quia iustitiam cedis habere sibi'.
Tum videt induperatricem sociamque iugalem
Irmingart, prorsus suscipit atque tenet.
Perspiciensque diu, capiti dat mox decus[3] almo,
Et benedixit: 'Ave, femina amata deo[4]:
455 Sit tibi vita, salus longos distenta per annos[5],
Coniugis observes semper amata thorum[6].'
Multaque praeterea cumulavit munera praesul[7],
Aurum seu vestes, quae sibi Roma dedit.
Dona dat[8] Augusto, Augustae, sobolique venustae,
460 Et famulis tribuit ordine dona suo[9].
Caesar ei grates sapiens persolvit opimas[10];
Muneribus Stephanum mox onerare iubet[11].
Pocula bina dedit gemmis auroque polita[12],
Cum quibus is Bacchi hauriat hausta[13] sacer;
465 Cornipedum[14] glomerat praestantia corpora[15] necnon,
Qualia Francorum gignere terra solet.
Aurea dona ferunt[16], argentea vasa sequuntur,
Pallia rubra, simul candida linteola.
Plura quid hinc memorem[17]? Nam centuplicata recepit[18]
470 Munera, Romanis quae arcibus extulerat[19].
Haec sacro; at famulis Caesar bonitate repletus
Congrua dona dedit[20] pro pietate sua,
Pallia tincta quidem, nec non et corporis apta
Tegmina, Francorum more peracta bono.
475 Donat equos varios praestantia colla ferentes,
Quorum vix poterant scandere dorsa sui.

---

450 cędis *V* 452 irmingard *corr.* irmingat *V* 454 auę *V* 466 franquorum *V* 472 *versus in loco adraso eadem manu scriptus in V*

1) *Fast. III,* 390 Nominaque . . nostra sonent. 2) *Trist. III,* 5, 46 Caesareum caput; *Ex Ponto III,* 3, 68; *Aen. X,* 135 decus aut capiti. 3) *Cf. supra v.* 448. 4) *Trist. III,* 1, 42 amata deo. 5) *Venanti Fort. C. XI,* 3, 11 Gaudia distensos pariter celebretis in annos. 6) *Aen. VIII,* 412 castum ut servare cubile | Coniugis et possit. 7) *Aen. V,* 532 Muneribus cumulat magnis; *Karol. M. et Leo p.* 411 (*I,* 376) Multaque praeterea cumulantes munera portant. 8) *Met. IX,* 157 Dona det. 9) *Met. IX,* 402 Dona tributuram. 10) *Aen. II,* 537 Persolvant grates dignas; *Nasonis Ecl. I,* 22 (*I,* 385) grates persolvit opimas, *cf. supra p.* 22 *v.* 561. 11) *Aen. I,* 647 Munera .... | Ferre iubet; *X,* 620 multisque oneravit limina donis. 12) *Ib. IX,* 263 Bina dabo argento perfecta ... | Pocula; *VIII,* 436 auroque polibant. 13) *Met. VII,* 450 Bacchi . . haustus. 14) *Aen. VI,* 591 cornipedum. 15) *Ib. I,* 71, *VII,* 783 praestanti corpore; *Georg. IV,* 538, *Aen. VIII,* 207 praestanti corpore tauros. 16) *Venanti Fort. C. III,* 20, 2 aurea dona ferant; *Aen. V,* 100 laeti | Dona ferunt. 17) *Aen. VI,* 123, 601, *VIII,* 483 Quid memorem? 18) *Iuvenci H. euang. III,* 548 Centuplicata dehinc capiet. 19) *Thegan. c.* 17 imperator eum honoravit magnis et innumeris donis, tripliciter et amplius quam suscepisset ab eo. 20) *Cf. supra p.* 8 *v.* 118.

816 Hoc sacer et famuli laetantes munere doni[1],
Cum libitu Romam mox repedare parant.
Missi quin etiam lecti mittuntur honore,
480 Qui revehant Stephanum in sua regna sacrum.
Caesar at ipse pius Compendia tecta revisit[2]
Laetus cum propria coniuge[3] seu sobole.
Bigo fidelis obit[4], narrantur funera regi,
Invitusque suum deserit heu dominum.
485 Divisitque dapes[5], nec non partitur honorem
In sobolem propriam[6] Caesar amore patris.

817 Denique fama sonat latum vulgata per orbem[7],
Quod pius induperans regna novare cupit.
Ordinat electos cleri, notosque fideles,
490 Quorum vita sibi cognita sive placens,
Qui peragrent urbes regni, coenobia, castra,
Cuncta sui implentes iussa benigna viri.
'Eia', ait, 'o famuli nostro nutrimine freti[8],
Sive patris Caroli quos bene dogma docet,
495 Intenti nostris omnino insistite iussis,
Et mea verba pio pectore suscipite.
Res equidem peragenda manet satis ardua[9] vobis,
Sed bona credo quidem aptaque christicolis;
Ecce operante deo, patrumque labore fideli,
500 Limina regnorum inviolata manent,
Famaque Francorum hostes procul expulit atros;
Vivimus en laeti, pacificeque pie.
Sed quia non bellis certandum est[10], ducimus aptum,
Ut nos subiectis congrua iura demus[11].
505 Nam prius ecclesiae culmenque decusque requiram,
Unde mei patres nomen in astra ferunt[12].
Nam mihi mente sedet[13], dederim quod nuper in orbem
Legatos, populos qui pietate regant[14],
Nunc, nunc, o missi, certis insistite rebus[15],
510 Atque per imperium currite rite meum,
Canonicumque gregem, sexumque probate virilem,
Femineum necnon, quae pia castra colunt.

---

488 cepit *in loco raso V*, noua recupit *H* 492 uiri *in loco raso V* 505 aecclesiae *V* 505 *et* 506 *in V in ima paginae ora adscripti sunt, in H vero loco suo inserti*

1) *Aen. V*, 282, 361 praestanti munere donat. 2) *Einhardi ann.* 816 pontifex Romam, imperator Compendium palatium petiit. 3) *Venanti Fort. C. IX*, 1, 117 Coniuge cum propria. 4) *Ann. Lauriss. min., Hildesh.* 816. 5) *pro substantias, et non semel, apud hunc poetam occurrit MUR. cf. III*, 618). 6) *Letardum et Ebrardum filios, cf. Flodoardi Rem. hist. IV c.* 46 (*SS. XIII*, 595). 7) *Met. V*, 481 latum vulgata per orbem; *Aen. I*, 457 fama totum volgata per orbem, *cf. supra p.* 19 *v.* 461. 8) *Cf. supra p.* 24 *v.* 7. 9) *Ex Ponto III*, 9, 23 res .. ardua. 10) *Trist. III*, 11, 27 bello certabat. 11) *Cf. supra p.* 34 *v.* 340. 12) *Aen. VII*, 99, 272 Nomen in astra ferant. 13) *Cf. supra p.* 15 *v.* 331. 14) *Aen. VI*, 852 regere inperio populos. 15) *Cf. supra p.* 5 *v.* 7.

Qualis vita, decor, qualis doctrina, modusque, 817
Quantaque religio, quod pietatis opus[1];
515 Pastorique gregem quae convenientia iungat,
Ut grex pastorem diligat, ipse ut oves;
Si sibi claustra, domos, potum, tegimenque, cibumque
Praelati tribuant tempore sive loco,
Haud aliter complere queunt ex ordine cultum
520 Divinum, nisi haec det pia cura[2] patrum.
Sed tamen ecclesiae vires pensentur, et arva
Congrua, sive loca fertiliora[3] minus.
Inventa prorsus rotulis committite cordis,
Et mihi sollicite cuncta referte, placet,
525 Qui bene, quive minus, medieque, nihilque (quod absit)
Vivant, seu teneant dogmata prisca patrum.
Haec ego perpaucis vestris nunc insero verbis
Auribus; ast vosmet quaerere plura decet.'
Legatos etiam monachorum ex ordine lectos 817—818
530 Caesar adesse iubet, qui sua iussa colant[4],
Quos iterum mittat per sacra monastica castra,
Et rogat inquirant, ut pia vita meet.

Vir Benedictus erat cognomine dignus eodem[5], 814
Vir quoniam plures vexit ad astra viros[6].
535 Hic erat in Geticis[7] regi prius agnitus arvis,
De cuius vita pauca referre[8] libet.
Hic fuit Anianae merito praelatus ovili
Pastor et abba, gregi regula blanda suo.
Regis ut almus amor complerat pectora sacri,
540 Quo monachorum ordo vitaque proficeret,
Hic fuit adiutor, norma, exemplumque, magister,
Quo faciente placent nunc pia castra deo.
Moribus in sacris regnabat pulcra voluntas,
Quantum homini licitum est cernere sanctus erat.
545 Dulcis, amatus erat, blandus, placidusque, modestus,
Regula cuius erat pectore fixa[9] sacro.
Non solum monachis, sed cunctis proficiebat,
Omnia factus erat omnibus ipse pater[10].
Ob hoc ergo pius Caesar dilexerat ipsum,
550 Vexerat et secum ad Francica regna simul.
Huius discipulos rex per coenobia mittit,
Fratribus exemplum normaque sive forent[11],

---

517 cybumque *V* 521 aecclesiae *V* 524 sollicitę *V* 525 medięque *V*

1) *Fast. III,* 709 Hoc opus, haec pietas; *Venanti Fort C. IV,* 27, 1 Si pietatis opus. 2) *Amor. II,* 16, 47 pia cura relicti; *Ep. VIII,* 15. 3) *Art. Am. I,* 90 loca .. fertiliora. 4) *Cf. supra p.* 34 *v.* 284. *Ermoldum hic temporum seriem confundere Simson recte observavit* (*Ludwig I,* 142). 5) *Ex Ponto II,* 5, 49 Iuleo iuvenis cognomine dignus. 6) *Venanti Fort. C. IV,* 6, 6 vexit ad astra fides. 7) *I. e. Gothicis*; *Aen. III,* 35 Geticis qui praesidet arvis; *Ex Ponto I,* 9, 45 Geticis .. ab arvis. 8) *Aen. IV,* 333 pauca refert. 9) *Met. VI,* 227 medioque in pectore fixa. 10) 1 *Cor.* 9, 22 Omnibus omnia factus sum. 11) *Cf. supra p.* 33 *v.* 319.

814 Et iubet, emendent quicquid potis est; nequeunt quae,
Ad sese referant cuncta notata stilo [1].
555 Rex pius interea [2], Benedictus et ipse sacerdos,
Pectore versabant [3] munia amata deo.
Mox prior induperans blandis compellat eundem,
Ut solitus, verbis [4] semper amore pio [5]:
'Scis, Benedicte, reor, qualis mihi cura sit huius
560 Ordinis a primo, quo mihi notus erat;
Propterea cuperem propriumque dicare [6] sacellum
Haud procul a nostra sede in amore dei.
Tres ergo ob causas, mihi crede [7], haec corde voluntas
Accidit, e quîs nunc ista referre volo.
565 Cernis, ut imperii gravitas [8] mea pectora pressat [9]
Mole sua [10]; rerum grandia iura nimis.
Illuc nam poteram requiescere forte parumper,
Votaque praeplacita ferre secreta deo.
Altera causa monet, quoniam [11] tu nam ipse fateris,
570 Ingratum voto hoc opus esse tuo;
Nec deceat monachos civilibus infore rebus,
Resque palatinas ferre libenter eos.
Illuc sed poteras fratrum curare labores,
Obsequia hospitibus cura parare pia,
575 Atque iterum nostras renovatus visere sedes,
Fratribus et solito ferre patrocinia [12].
Tertia namque patet, nobis nostrisque subactis
Qualia lucra forent haec loca propter Aquis:
Si subito finis humani corporis esset,
580 Hoc mandarentur menbra sepulta loco,
Illuc conversi caperent mox munia Christi,
Atque volens placitum consilium acciperet [13].'
His sacer auditis, pedibus revolutus [14] amicis,
Laudat honore deum, Caesaris atque fidem.
585 'Haec mihi semper', ait, 'nota est tua, magne, voluntas,
Quam deus adfirmet, qui dedit omne bonum.'
Dicitur Inda [15] locus, dudum constructus ab ipsis,
Nomen aquae retinens, quae fluit ante fores;
Milibus hic ternis regali distat ab aula,
590 Quae modo perlate nota vocatur Aquis.

---

877 Tercia *V* 586 adfirmęt *V*

1) *Cf. supra p.* 6 *v.* 64. 2) *Karol. M. et Leo v.* 415 (*I,* 376) Rex pius interea. 3) *Cf. supra p.* 11 *v.* 218. 4) *Cf. supra p.* 10 *v.* 179. 5) *Aen. V,* 296 amore pio. 6) *Aen. I,* 73 propriamque dicabo. 7) *Met. XIV,* 31, *Ex Ponto II,* 5, 17, mihi crede. 8) *Met. I,* 30 Et pressa est gravitate sui. 9) *Aen. III,* 642 ubera pressat. 10) *Aen. X,* 771 mole sua. 11) *Venanti Fort. C. II,* 8, 7 Altera causa monet, quoniam .. 12) *Modoin. ad Theodulf. v.* 112 (*I,* 572) ferre patrocinium. 13) *Cf. supra p.* 14 *v.* 288. 14) *Theodulf. ad Modoin. v.* 7 (*I,* 563) genibus revoluta iacebis. 15) *Cornelimünster, cf. Vita S. Benedicti n.* 48 (*Bouquet Recueil VI,* 274) Vallis erat vicina, quae a palatio, ut reor, sex non amplius millibus distat .... ibique imperator iussit construere miro opere monasterium, quod vocatur Inda, mutuato de rivulo eiusdem vallis nomine; *Karol. M. et Leo* 137 — 140, 144, 146 — 150, *Inda monasterium iam anno* 814 *fundatum est, cf. Simson Ludwig I,* 24.

Cornigeris quondam sedes gratissima cervis[1], 814
Ursis seu bubalis apta, ferisque capris[2];
Sed Hludowicus agens purgavit lustra ferarum[3],
Atque deo gratum condidit arte locum.
595 Fundavit satagens, rebus ditavit opimis,
Quo, Benedicte, tua regula, sancte, viget.
Namque idem Benedictus erat pater illius aedis,
Et Hludowicus adest Caesar, et abba simul.
Haec loca saepe colit[4], properatque revisere caulas,
600 Ordinat et sumptus[5], munera larga parat[6].
Siste, Camena, melos[7]; celerans fratri ecce libellus
Consociandus adest[8], fine iucunda, suo.

EXPLICIT LIBER SECUNDUS.

INCIPIT LIBER TERTIUS.

Caesaris arma[9] dei crescebant munere celsi, 818
Gentibus et cunctis pax erat aucta fide;
Famaque Francorum Hludowici munere magni
Trans freta cuncta volat[10], et petit aethra poli.
5 More tamen prisco[11] regnorum limina[12] Caesar
Electosque duces adfore prima iubet.
Conveniunt omnes placito, parentque iubenti,
Partibus aeque suis congrua verba sonant.
Nobilis inter quos Francorum germine Lantpreht
10 Venit, et ipse sua parte volando citus.
Praevidet hic fines[13], quos olim gens inimica[14]
Trans mare lintre volans ceperat insidiis;
Hic populus veniens supremo ex orbe Brittanni[15],
Quos modo Brittones Francica lingua vocat.
15 Nam telluris egens, vento iactatus et imbri[16],
Arva capit prorsus, atque tributa parat.
Tempore nempe illo hoc rus quoque Gallus habebat,
Quando idem populus fluctibus actus[17] adest.
Sed quia baptismi fuerat hic tinctus olivo,
20 Mox spatiare licet, et colere arva[18] simul.

---

602 iocunda *corr.* iucunda *V* || 8 *an* atque? *W* 10 uolendo *V* 12 caeperat *V* 19 baptysmi *V* 20 tamen *corr.* licet *V*

1) *Met. VII,* 701 cornigeris ... cervis. 2) *Aen. IV,* 152 ferae .. caprae; *XII,* 414 feris incognita capris. 3) *Georg. II,* 471 saltus ac lustra ferarum; *Aen. III,* 646 ferarum | Lustra. 4) *Met. XIV,* 681 Nec loca magna colit. 5) *Venanti Fort. C. VI,* 8, 44 Ordinat et sumptus. 6) *Ib. VI,* 2, 105 Muneribus largis replet; *Art. Am. I,* 378 munus ... parat. 7) *Aen. VI,* 465 Siste gradum. 8) *Cf. supra p.* 24 *v.* 616. 9) *Fast. I,* 13 Caesaris arma; *Rem.* 156. 10) *Cf. supra p.* 14 *v.* 300; *Iuvenci H. euang. III,* 237 Trans freta contendit. 11) *Fast. II,* 282 prisco more. 12) *limitum custodes, marchiones.* 13) *Britannici limitis custos erat, cf. Vita Hludowici c.* 45 (*SS. II,* 633). 14) *Cf. supra p.* 24 *v.* 12. 15) *Ecl. I,* 67 toto divisos orbe Britannos. 16) *Aen. I,* 182 Iactatum vento; 442 iactati undis et turbine; *IV,* 249 vento pulsatur et imbri; *IX,* 60 ventos perpessus et imbres 17) *Ib. VII,* 213 fluctibus actos. 18) *Met. II,* 679 arva colebas.

818 Ut requies sibi cessa, movent mox horrida bella[1],
Et custode novo rura replere parant,
Lancea pro censu, munus pro rure duelli
Redditur hospitibus, pro pietate tumor.
25 Francia in alternis[2] pulsabat regna triumphis,
Asperiora quidem quae sibi visa forent;
Idcirco haec tantos res est dimissa per annos,
Gens magis atque magis[3] crevit, et arva replet.
Iamque superba nimis Francorum regna lacessit[4],
30 Nec contenta solo quo peregrina fuit.
Infelix, ignara, simul contendere sueta[5],
Sperabat Francos exsuperare agiles.
Hunc vero, ut dixi, Lanpreht compellat avito
Caesar more, rogans cuncta referre sibi.
35 'Ut gens illa deum recolat cultuque fideque,
Ecclesiisque dei qualis abundet honor,
Qui sit plebis amor, quae sit iustitia, quae pax,
Regis honor qualis, quod pietatis opus[6].
Insuper ad nostros quae sit salvatio fines:
40 Ordine cuncta suo dic[7], volo, France, mihi.'
Olli respondit fido de pectore Lantpreht[8],
Caesareum adclinis basiat ore genu[9].
'Gens', ait, 'illa quidem mendaxque superba, rebellis[10]
Hactenus existit, et bonitate carens[11];
45 Christicolum retinet tantummodo perfida nomen,
Namque opera et cultus sunt procul atque fides.
Cura pupillorum, viduae, sive ecclesiarum
Nulla manet; coeunt frater et ipsa soror.
Uxorem fratris frater rapit alter, et omnes
50 Incestu vivunt[12], atque nefanda gerunt.
In dumis habitant[13], lustrisque cubilia condunt,
Et gaudent raptu[14] degere[15] more ferae.
Iustitiae virtus nullam sibi vindicat aulam,
Linea iudicii hinc fugit acta procul.
55 Rex Murmanus adest cognomine dictus[16] eorum,
Dici si liceat rex, quia nulla regit[17].

---

25 alterius *V* 31 gallis contendere *VH*, *vox* gallis *saeculo* XV. *in V* deleta 38 piętatis *V* 39 salutatio *corr.* saluatio *V* 40 cunta *V* 47 aecclesiarum *V*

1) *Aen. VI,* 86, *VII,* 41 horrida bella; *cf. infra v.* 64. 2) *pro variis.* 3) *Georg. III,* 185 Tum magis atque magis. 4) *Aen. XII,* 186 ferrove haec regna lacessent. 5) *Cf. supra p.* 15 *v.* 341; *Aen. V,* 370 Paridem solitus contendere contra; 402 in proelia suetus | Ferre manum. 6) *Cf. supra p.* 39 *v.* 514. 7) *Cf. supra p.* 23 *v.* 601. 8) *Aen. XII,* 18 Olli sedato respondit corde Latinus. 9) *Cf. supra p.* 31 *v.* 226. 10) *Sedulii C. Pasch. V,* 59 audax, insane, rebellis. 11) *Venanti Fort. C. V,* 9, 11 bonitate placens, *cf. supra p.* 25, 30 *v.* 32, 218. 12) *Cf. Caesar de bello Gallico V c.* 14 Uxores habent .. inter se communes et maxime fratres cum fratribus. 13) *Aen. IV,* 526 quaeque aspera dumis | Rura tenent. 14) *Ib. VII,* 749 Convectare iuvat praedas et vivere rapto; *IX,* 613 Comportare iuvat praedas et vivere rapto. 15) *Ib. IV,* 550 vitam | Degere more ferae; *Iordan. Get. c.* 2 Communia tecta cum pecore, silvaeque illis saepe sunt domus. 16) *Aen. VII,* 671 Tiburti dictam cognomine gentem. 17) *Isidori Etym. XI,* 3, 1 reges a regendo vocati.

Saepius ad nostros venerunt tramite fines, 818
Sed tamen inlaesi non rediere suos.'
Haec Lantbertus ait, reddit cui talia Caesar [1],
60 Insignis meriti, pacificusque pius [2]:
'Est res dura nimis haec, est et inepta relatu [3],
Quae, Lantperte, meis auribus ore sonas [4],
Ut peregrina meum gens gratis incolat arvum,
Atque superba movet inproba bella [5] meis.
65 En decet, et licitum [6], facinus hoc Marte revelli,
Ni mare subsidium [7], quo petiere, ferat.
Praestat ut ad regem missus mittatur eundem,
Qui bene nostra sibi perferat orsa prius.
Est quoque rex idem sacro baptismate tinctus:
70 Idcirco hunc primo nos monitare decet.'
Witchariumque vocat, qui forte advenerat illuc,
Vir bonus atque sagax, et ratione capax [8]:
'Ito celer [9], Wichart, nostra haec mandata tyranno
Haud dubitanda refer [10], ordine iussa tibi.
75 En mea rura colit late, quibus exul oberrans [11]
Ponto vectus [12] adest, et genus omne suum [13].
Nempe tributa vetat, nec non et proelia temptat [14],
Atque minas Francis mandat, et arma parat [15].
Nam post, dante deo, quam regna paterna [16] recepi,
80 Imperiique decus, plebe petente simul,
Hunc ex parte tuli, operiens si forte fidelis
Adforet, et nostra quaerere iura velit.
Iam magis atque magis mens inproba nutat [17], et armis
Insuper extentis bella nefanda negat.
85 Nunc nunc tempus adest [18], nec se infelixque suosque
Decipiat; Francos pace rogando petat.
Sin aliud, tu perge celer [19], rediensque renarra
Cuncta mihi.' Caesar haec pius orsa dabat.
Witchar equo parat ire celer, pia iussa facessit [20];
90 Notus erat sibimet rex, domus, atque locus;

---

61 relatui *corr.* relatus *V* 63 mecum *VH, sed et sensus et prosodiae leges poscunt hic* meum *M, cf. v.* 75, 121, 212 77 ploelia *V* 84 negat *VH,* movet *coni. Mur.*, rogat *aut* parat *P*

1) *Aen. II,* 323 gemitu cum talia reddit; *X,* 530 Aeneas contra cui talia reddit. 2) *Cf. supra p.* 4, 38 *v.* 30, 502. 3) *Met. XV,* 298 res horrenda relatu, *cf. supra p.* 4 *v.* 7. 4) *Cf. supra p.* 35 *v.* 390. 5) *Aen. VI,* 821 nova bella moventis; *XII,* 333 Bella movens; *Amor. II,* 12, 21 nova bella movere; *Fast. V,* 556 bella movere decet. 6) *Aen. X,* 344 Est licitum. 7) *Aen. XII,* 733 Ni fuga subsidio. 8) *abbas alias ignotus, cf. Simson Ludwig I,* 131, *n.* 1. 9) *Cf. supra p.* 10 *v.* 181. 10) *Aen. III,* 169 Surge age, et haec laetus longaevo dicta parenti | Haud dubitanda refer; *XII,* 75 haec .. Phrygio mea dicta tyranno | Haud placitura refer. 11) *Met. XI,* 146 rura colebat; *XV,* 367; *Venanti C. I,* 21, 18 exul oberrat. 12) *Aen. II,* 295 pererrato .. ponto; *III,* 108 advectus ad oras; *Met. VI,* 422 subvectaque ponto | ... agmina. 13) *Aen. V,* 737 Tum genus omne tuum. 14) *Aen. III,* 240 nova proelia temptant; *XI,* 912 et proelia temptent. 15) *Ib. II,* 181 Arma .. parant; *IV,* 290 Arma parent; *Fast. IV,* 700. 16) *Cf. supra p.* 33 *v.* 293. 17) *Cf. supra p.* 42 *v.* 28; *Met. X,* 375 animus ... nutat. 18) *Aen. XII,* 95 Nunc .. | .. nunc tempus adest. 19) *Theodulf. ad Carol. imper.* 1 (*I,* 527) Perge, libelle, celer. 20) *Aen. I,* 678 puer ire parat; *VII,* 624 pedes ire parat; *X,* 770 Obvius ire parat; *cf. supra p.* 10 *v.* 187.

818 Illius ast propter fines Wiccharius abba
Regis habebat opes munere Caesareo.
Est locus[1] hinc silvis, hinc flumine cinctus amoeno,
Sepibus et sulcis atque palude situs;
95 Intus opima domus, hinc inde refulserat armis,
Forte repletus erat milite seu vario[2].
Haec loca praecipue semper Murmanus amabat,
Illi certa quies, et locus aptus erat[3].
Forte celer Wicchar cursim devenerat illuc[4],
100 Alloquiisque petit regis ut esse queat.
Murman ut agnovit Hludowici Caesaris almi
Adfore legatum, ilico mens refugit,
Utque rei tantae eventum cognoscere possit,
Spem simulat vultu, contegit atque metum[5].
105 Fit laetus, vi mox laetos iubet esse sodales,
Tandem Witcharium in sua tecta vocat[6].
'Salve', Witchar ait[7], 'Murman, tibi dico salutem
Caesaris armigeri, pacificique pii[8].'
Suspiciens prorsus reddit cui talia Murman[9],
110 Oscula more dedit[10]: 'Tu quoque, Wicchar, ave.
Pacifico Augusto, opto, salus sit, vitaque perpes[11],
Et regat imperium saecla per ampla suum[12].
Mox resident, cunctosque iubent procul esse ministros[13],
Vocibus alternis mutua verba sonant[14].
115 Inchoat ore prior Wicchar[15], sibi iussa renarrat;
Pectore in ambiguo Murman et aure capit:
'Me tibi transmisit Hludowicus Caesar in orbe,
Gloria Francorum[16], christicolumque decus,
Pace fideque prior, nulli quoque Marte secundus[17],
120 Dogmate praecipuus, et pietatis ope[18].
En sua rura colis late, quibus exul et errans
Ponto vectus ades, et genus omne tuum.
Nempe tributa vetas, nec non et proelia temptas,
Arma paras Francis insuper atque minas[19].
125 Nunc nunc tempus adest, nec te infelixque tuosque
Decipias, illuc pace petendo veni[20].
Caesaris haec ego, sed nostris de partibus ista
Adiciam paucis, Murman, amore tuo.

---

94 Sępibus *V* 95 recurserat *V*, reluxerat *coni. Pfund*, refulserat *F. D.*

1) *Ex Ponto III*, 2, 45 Est locus in Scythia; *Aen. XII*, 745 Atque hinc vasta palus, hinc ardua moenia cingunt, *cf. supra p.* 11 *v.* 203, *p.* 27 *v.* 93. 2) *Aen. II*, 495 late loca milite conplent; 20 armato milite conplent. 3) *Aen. III*, 393, *VIII*, 46 Is locus urbis erit, requies ea certa laborum. 4) *Cf. supra p.* 43 *v.* 71; *Aen. VII*, 160. 5) *Aen. I*, 209 Spem voltu simulat, premit altum corde dolorem. 6) *Cf. supra p.* 13 *v.* 260. 7) *Aen. VII*, 120 Salve .. | .. ait. 8) *Cf. supra p.* 43 *v.* 60. 9) *Cf. p.* 43 *v.* 59. 10) *Cf. supra p.* 9 *v.* 158; *Amor. II*, 18, 10 oscula mille dedit; *Art. Am. II*, 69. 11) *Iuvenci H. euang. II*, 513 perpete vita. 12) *Cf. supra p.* 32 *v.* 274. 13) *Met. VII*, 255 procul hinc iubet esse ministros. 14) *Venanti Fort. C. VIII*, 3, 7 Vocibus alternis divina poemata psallunt. 15) *Cf. supra p.* 25 *v.* 34. 16) *Aen. II*, 326 Gloria Teucrorum. 17) *Ib. XI*, 441 haud ulli veterum virtute secundus. 18) *Cf. supra p.* 35 *v.* 376. 19) *Cf. supra p.* 43 *v.* 75—78. 20) *Cf. ibi v.* 85—86.

Si nunc sponte tua regalia iussa facessas[1], 818
130 Ut prior ipse monet pro pietate sua,
Et cupis ad Francos pacem retinere perennem,
Ut decet, atque opus est sat tibi sive tuis,
Perge celer[2], regisque pii pia suscipe iura;
Non tua, sed potius debita redde soli.
135 Consule heu patriae[3], populo, rogo, consule cuncto,
Consule seu proli, coniugiique thoro.
Praecipue cum vana colas, nec dogmata serves,
Avia curva[4] petas tu, populusque tuus.
Ille pius forsan proprium te mittet ad arvum,
140 Et maiora tibi munera sorte dabit[5].
Esto esses magnus magni regnator et arvi[6],
Et tibi multa manus belligerumque[7] decus,
Auxilioque tuo gentes populique venirent[8],
Ut Rutuli Turno sive Camilla celer[9]
145 Italiaeque cohors cuncti venere Latini;
Non tamen Aeneam vincere posse fuit.
Si tibi Odisseos, Pirrhus, seu durus Achilles,
Pompeius socero cum quibus arma parat[10],
Non tamen in Francos fas est tibi tendere bello,
150 Quorum arvis resides, et pietate manes.
Namque semel quicumque duello hos experiari[11]
Coeperit, ipse luet et genus omne suum[12];
Gens est Francorum nulli virtute secunda[13],
Vincit amore dei, exsuperatque fide.
155 Pacem semper amat, nolens quoque corripit arma,
Quis tamen arreptis nullus adire volet.
Illorum quicumque fidem quaesivit et arma,
Laetanter vivit, pacificeque pie[14].
Eia age, rumpe moras[15], nec te in diversa pererrans
160 Mens inimica ferat insidiando tibi.'
Ille solo vultus iam dudum intentus et ora
Fixa tenet, terram percutit[16] atque pedo:
Iam iam cunctantem Wichar sermone polito
Coeperat[17] atque minis flectere rite datis,
165 Mente venenata thalamo cum perfida coniunx
Murman ad amplexus more superba petit[18];

---

137 seruas *V* 138 A uia *V* 145 cunti *V* 147 pihrrus *V*

1) *Cf. supra p.* 43 *v.* 89. 2) *Cf. ibi v.* 87. 3) *Ex Ponto II*, 9, 34 patriae consulit ille suae; *Venanti Fort. C. IX*, 2, 96 Consuleas genitae, consuleas patriae. 4) *Sedul. C. Pasch. I*, 284 curva per avia. 5) *Aen. I*, 139 Sed mihi sorte datum. 6) *Aen. X*, 437 magni regnator Olympi. 7) *Art. Am. II*, 672 belligeras . . . manus. 8) *Aen. VII*, 551 Undique ut auxilio veniant. 9) *Ib.* 803 Volsca de gente Camilla, *cf. sqq.*, *XI*, 432. 10) *Cf. supra p.* 43 *v.* 78. 11) *pro experiri.* 12) *Aen. XI*, 849 Morte luet; *cf. supra p.* 43 *v.* 76. 13) *Cf. supra p.* 44 *v.* 119. 14) *Cf. supra p.* 44 *v.* 108. 15) *Aen. IV*, 569 Eia age, rumpe moras. 16) *Aen. II*, 1 intentique ora tenebant; *VII*, 249 defixa Latinus | Obtutu tenet ora, soloque inmobilis haeret; *VI*, 469; *Met. I*, 283 terram percussit. 17) *Aen. XII*, 940 Et iam iamque magis cunctantem flectere sermo | Coeperat. 18) *Cf. supra p.* 26 *v.* 83; *Theodulfi versus contra iudic.* 693 (*I*, 511).

818 Oscula prima genu libabat[1], et oscula collo,
Oscula dat barbis, basiat ora, manus.
Itque redit[2] giro, tangitque perita per artem,
170 Officiumque cupit insidiosa dare.
Suscipit ille miser tandem hanc, strinxitque lacerto,
Datque locum voti[3], coniugis acta placent[4].
Et petit infelix aures, longeque susurrat[5],
Avertit sensus moxque mariti animum.
175 Ac velut in silvis pastorum frigoris anno
Turba foco celerat ligna recisa[6] dare;
Hic fert apta citus, praesicco fomite stramen
Iste vehit, flatus ingerit ille libens;
Iam rogus insiliens flammas dabat[7], altaque tangit
180 Sidera[8], pastorum frigida menbra calent[9];
Cum subito tonitru grando, pluviaeque, pruinae
Ecce fragore ruunt, et nemus omne tonat[10],
Imbribus ast crebris invitus concidit ignis;
Venerat unde calor, fumus et inde redit.
185 Wiccharii haud aliter mulier funesta restinxit
Verba, maritali pectore fixa boni.
Atque etiam missum torvum despectat[11] eundem,
Sublime aspiciens, et rogat arte sua:
'O rex atque decus Brittonum gentis opimae[12],
190 Dextera cuius avi nomen in aethra refert[13],
Unde tuas talis coniunx pervenit ad arces,
Hospes', ait, 'pacem, bellave[14] sive canit[15]?'
Olli subridens[16] finxit mox talia Murman:
'Mittitur a Francis nuncius iste mihi;
195 Seu pacem, seu bella ferat[17], res ista virorum est;
Officium perage, femina, rite tuum.'
Wicchar ut audivit verbis contraria verba[18],
Protinus ore tulit haec quoque verba suo.
'Murman', ait, 'regi quae vis mandata remitte:
200 Iam nunc tempus adest iussa referre[19] mihi.'
Ille quidem tristes volvens sub pectore curas[20]:
'Tempora sint placiti haec mihi noctis,' ait.

---

173 susurat *V* 182 sonat *coni. P.*

1) *Cf. supra p.* 9 *v.* 158, *p.* 31 *v.* 225. 2) *Cf. supra p.* 10 *v.* 188. 3) *Art. Am. I,* 712 Da causam voti; *Aen. VIII,* 405 Optatos dedit amplexus *(cf.* 387 *sq.).* 4) *Art. Am. II,* 574 coniugis acta suae. 5) *Met. III,* 643 aure susurrat. 6) *Art. Am. III,* 574 silva recisa. 7) *Trist. I,* 8, 4 Unda dabit flammas. 8) *Met. I,* 153, *II,* 71 Sideraque alta; *Ex Ponto II,* 5, 57 sidera tangas; *Fast. I,* 308 sidera tangat. 9) *Met. XIV,* 743 frigida . . . | Membra; *Aen. XII,* 297 calentia membra. 10) *Aen. V,* 149, *VIII,* 305 Consonat omne nemus, *cf.* 391 *sqq.*; *XII,* 722 nemus omne remugit; *Ecl. VI,* 11 Te nemus omne canet; *Fast. I,* 436. 11) *Cf. Aen. VI,* 467 torva tuentem. 12) *Venanti Fortun. C. VI,* 1, 70 spes gentis opimae. 13) *Ib.* 73 hic nomen avorum | Extendit bellante manu. 14) *Aen. VII,* 444 Bella . . pacemque gerant; *IX,* 279 Seu pacem seu bella geram. 15) *Aen. IV,* 14 quae bella . . . canebat. 16) *Aen. I,* 254, *IX,* 740, *XII,* 829 Olli subridens. 17) *Cf. supra v.* 192. 18) *Cf. p.* 15 *v.* 319. 19) *Cf. p.* 43 *v.* 85; *Met. IX,* 15 referebat iussa. 20) *Aen. VII,* 254 volvit sub pectore sortem.

Ruricolas terris somnus perfuderat, et iam 818
Auroram revehunt culmine solis equi [1],
205 Murmanis ante fores celerans Wiccharius abba
Mane venit primo [2], poscit et orsa dari.
Ecce miser tandem potu somnoque sepultus [3]
Murman adest, oculos vix aperire valens.
Ebrius haec ructans labris vix orsa remotis
210 Voce sonat, numquam post placitura sibi [4]:
'Perge [5], tuo regi celerans haec verba renarra:
Nec sua rura colo [6], nec sua iura volo.
Ille habeat Francos, Brittonica regmina Murman
Rite tenet, censum sive tributa vetat.
215 Bella cient [7] Franci, confestim bella ciebo;
Neve adeo inbellis dextera nostra manet.'
Wicchar ad haec: 'Semper nostros dixisse priores [8]
Fama fuit [9], quae nunc mens mea certa feret,
Instabiles animos [10] motus mutantia prorsus
220 Pectore consilia [11] gentis habere tuae.
Femina sola viri potuit mollescere mentem,
Atque susurrando vertere consilia;
Sic Salomonis', ait, 'testantur dogmata regis,
Quae legit ecclesia saepius atque colit:
225 'Abstrahe ligna foco, confestim deficit ignis [12];
Sitque susurro procul, iurgia cuncta cadunt [13].'
Sed quia iam nostris non vis parere suadelis,
Vera canam [14] vates, sumque propheta tuus.
Francia cum primo sermonis dicta nefandi
230 Audierit, frendens mox tua regna petet [15].
Tum millena tibi concurrent scuta virorum [16],
Cuspide Francisco forte repletus eris,
Et tua densatim complebunt milite rura [17],
Teque tuos captos in sua regna ferent.
235 Aut moriere miser, bibulaque iacebis harena [18]
Solus, et arma tua victor habebit ovans. [19]
Nec te decipiant saltus tremulaeque paludes [20],
Cum nemore et vallo sit tua septa domus.'
Olli respondit [21] furiato pectore Murman,
240 Se solio adtollens [22] Britto superba canit:

---

208 occulos *V* 224 ecclaesia *V*

1) *Aen. XII,* 115, *Met. II,* 154 Solis equi. 2) *Georg. II,* 461 foribus ... | Mane salutantum. 3) *Aen. III,* 630 expletus dapibus vinoque sepultus; *II,* 265 somno vinoque sepultam. 4) *Cf. supra p.* 15, 17 *v.* 336, 404. 5) *Aen. I,* 389 Perge modo. 6) *Cf. supra p.* 43 *v.* 75 7) *Aen. I,* 541 Bella cient. 8) *Aen. I,* 532 nunc fama, minores | Italiam dixisse. 9) *Ecl. IX,* 11 fama fuit. 10) *Georg. IV,* 105 Instabiles animos. 11) *Cf. supra p.* 11, 20 *v.* 218, 491. 12) *Aen. II,* 505 qua deficit ignis. 13) *Prov.* 26, 20 Cum defecerint ligna, extinguetur ignis et susurrone subtracto iurgia conquiescent. 14) *Art. Am. I,* 30 Vera canam. 15) *Aen. I,* 620 nova regna petentem. 16) *Aen. I,* 101 Scuta virum. 17) *Cf. supra p.* 44 *v.* 96. 18) *Aen. II,* 524 Aut moriere simul; *Georg. I,* 114 bibula deducit harena; *Met. XIII,* 901 bibula ... errat harena; *Aen. V,* 871 Palinure, iacebis harena. 19) *Aen. V,* 331 victor ovans. 20) *Iordan. Get. c.* 4 tremulis paludibus. 21) *Cf. supra p.* 42 *v.* 41. 22) *Aen. VIII,* 541 solio se tollit ab alto.

818 'Missilibus millena manent mihi plaustra paratis,
Cum quibus occurram concitus acer eis.
Scuta mihi fucata tamen (sunt candida vobis)
Multa manent; belli non timor ullus adest'.
245 Haec inter sese referebant vocibus ambo[1],
Non tamen ambobus mens erat una viris.
Haec responsa ferens[2] Wicchar properanter abibat,
Nunciat et regi dicta nefanda pio.
Interea Caesar Francorum regna recenset[3],
250 Et iubet instanter arma parare[4] sibi.
Est urbs fixa, maris Ligeris quo fluminis unda
Aequor arat[5] late, ingrediturque rapax[6],
Veneda cui nomen Galli dixere priores[7],
Pisce repleta, salis est quoque dives ope[8].
255 Saepius infestans Brittonum hanc turba nocentum
Visitat, et belli munera[9] more vehit.
Ergo illuc Caesar Francos gentesque subactas[10]
Esse iubet placito, pergit et ipse simul.
Conveniunt prisco Franci sub nomine[11] primo,
260 Adsueti bellis arma parata[12] ferunt;
Alba Suevorum veniunt trans flumina Rheni
Milia centenis accumulata viris[13];
Et Saxona cohors patulis praecincta pharetris[14],
Atque Turinga manus consociata venit.
265 Multimodam pubem Burgundia mittit, et auget
Francorum numerum consociando viros.
Europae referens populos gentesque relaxo
Inmensas[15], claudi quae numero nequeunt[16].
Caesar iter tutum[17] per propria regna gerebat,
270 Usque Parisiaca quo loca celsus adit.
Iam tua, martyr, ovans, Dionisi, tecta revisit,
Hilthuin abba potens[18], quo sibi dona paras;
Hinc, Germane, tui transivit culmina tecti[19],
Martyris et Stephani, seu, Genuvefa, tui.
275 Aurelianenses sensim dehinc visitat agros,
Victriacum villam[20] iam pius ingreditur;

1) *Aen. V,* 409 Tum senior tales referebat pectore voces. 2) *Ib.* 706 Haec responsa dabat; *VI,* 82 ferunt responsa; *VII,* 102, *IX,* 369, *XI,* 227. 3) *Aen. VI,* 682 recensebat numerum. 4) *Cf. supra p.* 43 *v.* 78. 5) *Trist. I,* 2, 76 Latum ... aequor aro; *Aen. II,* 780 vastum maris aequor arandum. 6) *Aen. IV,* 177, *X,* 767 Ingrediturque solo. 7) *Vannes* (*cf. SS. I,* 191 *n.* 53); *Aen. III,* 693 nomen dixere priores; *Theodulf. de siccitate* 1 (*I,* 565) Galli dixere priores; *cf. supra p.* 47 *v.* 217. 8) *Aen. I,* 14 dives opum. 9) *Met. XIII,* 296 munera belli. 10) *Met. XI,* 299 gentesque subegit. 11) *Venanti Fort. C. I,* 18, 5 de nomine prisco. 12) *Aen. V,* 301 Adsueti silvis; *IX,* 201 bellis adsuetus Opheltes; *Met. XV,* 484 Assuetam bello; *Art. Am. II,* 50 arma parata. 13) *Caesar de bello Gall. IV,* 1 Hi *(sc. Suevi)* centum pagos habere dicuntur, ex quibus quotannis singula milia armatorum bellandi causa ex finibus educunt. 14) *Aen. I,* 323 Succinctam pharetra. 15) *Trist. IV,* 9, 19, *Fast. V,* 221 per inmensas ... gentes; *Aen. VI,* 706 innumerae gentes populique. 16) *Sedul. C. Pasch. III,* 214 numero nec clauditur ullo. 17) *Aen. V,* 862 iter tutum. 18) *abbas sancti Dionysii et archicapellanus; cf. supra p.* 8 *v.* 118. 19) *Aen. II,* 695 culmina tecti. 20) *Vitry-aux-Loges in silva Aurelianensi.*

818

Quo, Matfride [1], sibi pulcherrima tecta parasti [2],
Munera magna [3] dabas atque placenda sibi.
Saepius inde means mox dictam visitat urbem,
280 Se crucis armari munere quaerit ope [4].
Obvius ecce venis [5], praesul sanctissime Iona [6],
Reddere digna paras debitor atque volens.
Iamque, Aniane [7], tuam properando revisitat arcem,
Et sibi praestari flagitat auxilium.
285 Tum, Durande [8], frequens currisque recurris, et offers
Quae tibi Caesareo munere cessa manent.
Inde Turonus adit, Martini culmina celsi
Visere Mauricii martyris atque pii.
Eia age, tempus adest [9], Fridugise magister [10], et instat,
290 Caesaris adventum gratulabunde vides.
Munera magna [11] offers: Martinus flagitat almus,
Ut sibi tutum itiner praestet habere deus [12].
Andegavensis ovans Caesar pervenit in urbem,
Sacrum, Albine [13], tuum corpus honore petit.
295 Obvius occurrit [14] laetanti pectore [15] carus
Helisachar [16], validas sedulus auget opes [17].
Namnetensis enim Caesar se mittit in urbem;
Oratu et precibus [18] culmina cuncta petit.
Iam, Lantberte [19], tuis optatum denique votis
300 Suscipis en regem, dasque potenter opes.
Poscis ad invisos, Caesar, properare Britannos,
Dignetur tibi se mittere in auxilium.
Cetera turba latet [20] comitum, necnonque potentum,
Quorum nec numerus, nec numerantur opes [21].
305 Venedam adit tandem praeclarus Caesar [22], avito
Proelia more parat, ordinat atque duces [23].
Interea Murman satagebat Brito superbus
Bella parare [24] armis ingenioque suo.
Caesar agens iterum solitae pietatis amore [25],
310 Actutum mittit, qui sibi cuncta ferant.

---

293 andegauensis *V*, andegavensem *corr. Mur.* 294 Sacre *V* 297 namnetensem ? *P.*

1) *comes Aurelianensis cf. t. I,* 572. 2) *Fast. II,* 214 tecta parant; *III,* 242. 3) *Cf. supra p.* 23 *v.* 610. 4) *h. e. ecclesiam sanctae Crucis oraturus visitat.* 5) *Amor. III,* 9, 61 Obvius huic venias; *Fast. IV,* 294. 6) *episcopus Aurelianensis* (818—844). 7) *monasterium Saint Aignan d'Orléans in urbe Aurelianensi MUR.* 8) *Muratorius eum abbatem sancti Aniani fuisse recte censet, cf. Simson Ludwig I,* 132 *n.* 9. 9) *Cf. supra p.* 44—46 *v.* 125, 159, 200. 10) *abbas Turonensis et Sithiensis, sacri palatii summus cancellarius, de quo cf. Simson l. l. II,* 235—238. 11) *Cf. supra v.* 278. 12) *Cf. carmen, quo Hludowicus a Turonensibus salutatur t. I,* 578; *supra p.* 48 *v.* 269. 13) *St. Aubin d'Angers.* 14) *Aen. X,* 734 Obvius adversoque occurrit. 15) *Cf. supra p.* 16 *v.* 369. 16) *Cf. supra p.* 35 *v.* 389. 17) *Fast. II,* 630 per scelus auget opes. 18) *Theodulf. ad Aiulfum* 60 (*I,* 562) Oratu et precibus. 19) *Cf. p.* 41 *v.* 9. 20) *Sedul. C. Pasch. III,* 214 Cetera turba latet. 21) *Ib. Prol.* 10 Quorum multiplices nec numerantur opes. 22) *Cf. p.* 48 *v.* 253; *Einhardi ann.* 818 ipse cum maximo exercitu Brittanniam adgressus generalem conventum Venedis habuit. 23) *Cf. supra p.* 15 *v.* 324. 24) *Met. VII,* 456 Bella parat; *Fast. V,* 701 Bella parant. 25) *Venanti C. II,* 16, 61 solitae pietatis amore.

818

'Dic', ait, 'o misero, quae se dementia torquet[1],
Quidve struit[2], cogit bella parare sibi?
Non memorat iurata fides[3], seu dextera Francis
Saepe data[4], et Carolo servitia exhibita?
315 Quo ruit[5], insanusque volens sibi proditor exstat,
Atque suae proli, exulibusque simul?
Praecipue sit cum una fides nostrisque suisque,
Dante deo periet, pro dolor! absque fide.
Hic finis, si praestat; agat, quae iussio nostra
320 Suadet eum, capiat mox mea frena celer,
Christicoloque gregi iungatur pace fideque,
Linquat amore dei daemonis arma miser.
Sin aliud, nam invitus agam, sed bella ciebo[6]
Densa satis nimium, atque verenda sibi'.
325 Itque reditque celer[7] missus, praestantia regis
Verba canit iussus, increpat atque rogat.
Ille miser merito pesti devotus[8] iniquae,
Nescit habere fidem, sed pia iussa fugit.
Mandat acerba magis confixus mente, superbae
330 Coniugis oratu fervida corda gerit.
Bella cupitque, vocat cunctos in bella Brittannos,
Ordinat insidias praeparat atque dolos.
Interea Caesar Brittonis dicta superbi
Aure capit, Francis et recitanda iubet.
335 His accensa[9] cohors, iam dudum Marte parato,
Castra movent[10], sonitum dat tuba terribilem[11].
Sed pius induperans custodes ponit opimos
Omnibus, et mandat haec in amore dei:
'Ecclesias servate, viri, nec tecta sacrata
340 Tangite, et ecclesiis pax sit amore dei.'
Salpicibus iam rura sonant, nemus omne resultat[12],
Et cava per campos bucina pulsa gemit[13].
Itur, ubique vias populis dat silva remotas[14],
Milite Francisco rura repleta[15] manent.
345 Quaerunturque dapes, lustrisque, palude repostae[16],
Atque solo sulcis ingenioque datae.
Praedantur miseri hominesque pecusque[17] iuvenci;
Res quoque nulla latet, nec latuere doli[18].

---

318 abque *V* 343 *an* remota? *Man.*

1) *Ecl. II*, 69, *VI*, 47 quae tę dementia cepit; *Aen. IX*, 601 quae vos dementia adegit? 2) *Aen. IV*, 235 Quid struit, 271 Quid struis?; *cf. v.* 308. 3) *Amor. III*, 3, 1 fidem iurata. 4) *Aen. IV*, 307 nec te data dextera quondam. 5) *Aen. IV*, 429 Quo ruit?, *II*, 520 quo ruis?, *X*, 811. 6) *Cf. supra p.* 47 *v.* 215. 7) *Cf. supra p.* 46 *v.* 169. 8) *Aen. I*, 712 pesti devota futurae. 9) *Ib.* 29 His accensa. 10) *Aen. XI*, 446 castra Aeneas aciemque movebat. 11) *ib. IX*, 503 At tuba terribilem sonitum . . . | Increpuit; *VII*, 567, *XII*, 267 sonitum dat. 12) *Cf. supra p.* 46 *v.* 182; *Aen. VII*, 514 omne | Contremuit nemus. 13) *Met. I*, 335 cava bucina; *Aen. VII*, 519 bucina signum | Dira dedit; *XI*, 474. 14) *Cf. Aen. VII*, 179, *XI*, 128. 15) *Cf. p.* 47 *v.* 233. 16) *Georg. III*, 527 epulae . . repostae. 17) *Met. I*, 286 pecudesque virosque . . | . . rapiunt. 18) *Aen. I*, 130 Nec latuere doli.

818

Nulla palude salus[1], nec dumis abdita servant
350 Claustra viros; Francus undique vastat opes[2].
Ecclesias, ut Caesar eis testatur, amabant;
Caetera flammivomis tecta dedere focis[3].
Sed tamen in campis Francis occurrere apertis[4]
Nulla fides[5]; bellum, Britto superbe, fugis.
355 Per dumosa procul, felicum[6] per densa reposti
Apparent rari[7], proelia voce gerunt.[8]
Ut folium[9] veniente gelu cadit arbore querna[10],
Ut pluvia autumno rosque calente die:
Haud aliter miseri complebant strage ferarum
360 Brittones lustra[11], sive paludis agros.
Bella per angustos agitabant inproba calles[12],
Aedibus inclusi proelia nulla dabant.
Iam, Murmane, tuae passim peragrantur harenae,
Avia lustra patent, atque superba domus.
365 Interea Murman dumosis vallibus[13] instans,
Acer equos agitat[14], armaque nota capit[15].
Affaturque suos[16] laetus, proprioque superba
Pectore verba[17] dabat, increpitatque diu:
'Vos servate domum[18], coniunx, proles, famulique
370 Haud timidi vestras frondigerasque casas[19],
Ast ego cum paucis, quo tutior agmina lustrem[20],
Illuc ire paro, concomitando[21] viris.
Credo quod indutus praeda spoliisque refertus[22]
Ad mea tecta celer memet equo referam.'
375 Armat equum, semet[23], fidos armatque sodales,
Ambas missilibus armat et ipse manus[24],
Scandit equum[25] velox, stimulis praefigit acutis[26]
Frena tenens[27]; giros dat[28] quadrupes varios.
Et salit ante fores, potus praegrandia vasa
380 Ferre iubet[29] solito, suscipit, atque bibit.

---

354 superbę *V* 361 galles *V*

1) *Aen. XI,* 362, 399 Nulla salus bello. 2) *Cf. Aen. VIII,* 7 undique cogunt | Auxilia, et latos vastant cultoribus agros; *cf. supra p.* 7 *v.* 86. 3) *Fast. IV,* 935 focis . . . dedit. 4) *Aen. IX,* 25 campis . . apertis; *Fast. II,* 227 In apertos undique campos | Prosiliunt hostes; *cf. Aen. IX,* 56. 5) *Art. Am. III,* 377 Nulla fides. 6) *Ecl. I,* 77 Dumosa pendere procul; *Georg. III,* 297 felicumque maniplos. 7) *Aen. I,* 118 Adparent rari. 8) *Ep. XVII,* 38 proelia mente geris. 9) *Aen. VI,* 309 frigore primo | Lapsa cadunt folia. 10) *Aen. XI,* 65 vimine querno. 11) *Cf. supra p.* 41 *v.* 593. 12) *Aen. IV,* 405 calle angusto. 13) *Georg. II,* 180 dumosis . . arvis. 14) *Aen. XI,* 770 Spumantemque agitabat equum. 15) *Met. XIII,* 221 arma capit; *Aen. II,* 314. 16) *Ib.* 700 Adfaturque deos. 17) *Met. XIV,* 715 Verba superba, *Trist. V,* 8, 8. 18) *Aen. II,* 702 servate domum, servate nepotem. 19) *Iordan. Get. c.* 2 virgeas habitant casas; *Fast. III,* 528 frondea . . casa. 20) *Aen. III,* 377 quo tutior hospita lustres | Aequora. 21) *Venanti Fort. C. VIII,* 3, 158 concomitante; *cf. supra p.* 43 *v.* 89. 22) *Cf. supra p.* 12 *v.* 231. 23) *Met. XIII,* 544 seque armat. 24) *Aen. XI,* 682 manus armat. 25) *Ib. II,* 401 Scandunt rursus equum. 26) *Cf. Aen. XI,* 337. 27) *Trist. II,* 42; *Fast. I,* 532 frena tenere. 28) *Georg. III,* 115 Frena . . . gyrosque dedere. 29) *Aen. I,* 648 Ferre iubet; *IV,* 270 Ipse haec ferre iubet.

818 Coniugis amplexus[1], prolis, famulosque per omnes
More petit hilaris, oscula lenta dabat[2].
Tum manibus crebro crispans astile[3] profatur:
'Coniunx, aure cape quae tibi verba dabo[4].
385 Lanceolas, quas cernis', ait, 'manibusque reflexat
Murman, amata, tuus laetus equo residens[5]:
Si mihi certa fides[6], Francorum sanguine tinctas[7]
Aspicies hodie me redeunte domum.
Credo quod incassum nullam Murmanis, amata,
390 Dextera mittet; ave, femina amata[8], vale.'
His dictis celerans silvis se condit apricis,
Ebrius, infelix te, Hludowice, petens.
Hortatur socios[9] firmato pectore in arma;
Ire iuvat[10], cuncti Martis amore[11] ruunt:
395 'Cernitis, o iuvenes, Francorum exercitus omnes[12]
Vastat agros, homines, et pecus omne trahit[13].
O patriae virtus, o quondam fama parentum
Nobilis, heu frustra iam memorata pudet.
Cernitis en miseros silvis confidere cives[14],
400 Nec campis audent hostibus arma dare.
Nusquam tuta fides[15], ubi nunc promissa per annum
Dextera? nunc Francos nullus adire volet.
En late regnant, laetique furuntque trahuntque[16]
Munera Brittonum tanta parata diu.
405 Si fortuna foret, possim quo cernere regem,
Namque sibi ferrum missile[17] forte darem,
Proque tributali haec ferrea dona dedissem,
Oblitusque mei[18] pergerem in arma celer.
Memet sponte mea[19] morti dare[20] nempe iuvaret
410 Pro patriae laude, proque salute soli.'
Olli respondit quidam[21] socia arma secutus[22],
Vera canens[23] nimium, non tamen apta sibi:
'O rex, vana cadunt tristi de pectore verba[24],
Plus reticenda valent, quam recinenda modo.
415 Milia multa[25] vides Francorum plana tenere,
Innumeri silvae lustra per alta ruunt.

---

382 *an* laeta? 416 siluas *V*, silvae *corr. Man.*

1) *Fast. VI*, 554 amplexus coniugis; *Ep. XIV*, 69 petis amplexus. 2) *Met. VI*, 504 dabat oscula natae, *cf. supra p.* 44 *v.* 110. 3) *Cf. supra p.* 24 *v.* 515. 4) *Cf. p.* 50 *v.* 334; *Amor. II*, 2, 58 sibi verba dabit. 5) *Art. Am. III*, 778 resedit equo. 6) *Trist. IV*, 3, 14 sit tibi certa fides. 7) *Trist. IV*, 6, 34 tela .. sanguine tincta; *Met. V*, 293 humum .. sanguine tinctam. 8) *Cf. supra p.* 37 *v.* 454. 9) *Cf. supra p.* 17 *v.* 387. 10) *Aen. IV*, 660 iuvat ire. 11) *Aen. VII*, 550 Martis amore. 12) *Cf. suprà p.* 14 *v.* 305. 13) *Aen. IX*, 340 manditque trahitque | Molle pecus, *cf. p.* 50 *v.* 347. 14) *Ecl. I*, 72 cives | ... miseros; *Aen. XI*, 360 miseros ... cives. 15) *Aen. IV*, 373 Nusquam tuta fides. 16) *Cf. supra p.* 7 *v.* 91. 17) *Aen. XII*, 278 missile ferrum. 18) *Aen. III*, 629 Oblitusve sui. 19) *Aen. IV*, 341 sponte mea. 20) *Ov. Ib.* 394 morti .. dedit; 629. 21) *Cf. p.* 47 *v.* 239. 22) *Aen. XI*, 161 socia arma secutum; *VIII*, 120 socia arma; *Met. V*, 91. 23) *Cf. p.* 47 *v.* 228. 24) *Met. XIII*, 263 nec vanis credite verbis. 25) *Georg. IV*, 473; *Aen. V*, 806 Milia multa.

Rex idem vario stipatus milite celsus 818
Tutus iter tutum per tua rura gerit[1].
Eheu, gens nimium quadrum diffusa per orbem[2],
420 Imperiis cuius subditur omnis homo.
Si, Murmane, placet, raros, quos cernis euntes,
Persequere: ad regem tendere nulla fides[3].'
Ille caput volvens, tandemque profatur, et infit:
'Certa canis nempe, non placitura tamen'[4].
425 Non caruere genae lacrimis[5], non corda dolore;
In varias partes[6] mens male sana[7] ruit.
Mox quoque in adversos sese dedit ocius[8] hostes;
Terga ferit, ferro pectora lata forat[9],
Nunc huc, nunc illuc[10] armis furit ante paratis,
430 More parentis[11] agens nunc fugit, atque redit[12].
Turba subulcorum[13] iam Murmanis icta furore
Multa iacet[14] passim, opilioque miser;
Qualiter ursa rapax catulos amissa novellos,
Per rus, per silvas itque reditque fremens[15].
435 Coslus erat quidam Francisco germine natus[16],
Non tamen e primo, nec generosa manus.
Francus erat tantum, fama minus antea notus[17],
Postea cui nomen dextera celsa dedit[18].
Hunc Murmanus agens procul aspicit[19], ocius et mox
440 Fisus equo[20] contra fervidus ire parat[21].
Nec minus ille quidem fidis confisus in armis,
Hunc celerando petit, acer uterque nimis[22].
Protinus hunc Murman verbis conpellat acerbis[23]:
'France, tibi primo haec mea dona dabo[24].
445 Haec servata tibi iam dudum munera constant,
Quae tamen accipiens post memor esto mei.'
Hoc dicens, ferrum vibrans longe et iacit hastam[25];
Ille sagax clipei hanc procul egit ope[26].
Coslus ad haec, armis animo praestantior[27] atque,
450 Exultans verbis haec tulit ore suo:

---

424 ni placitura *V* 427 aduerso . . hostis *V*

1) *Cf. supra p.* 48 *v.* 269. 2) *Cf. supra p.* 16 *v.* 355. 3) *Cf. supra p.* 51 *v.* 354. 4) *Cf. supra p.* 15 *v.* 336. 5) *Aen. V,* 173 Nec lacrimis caruere genae. 6) *Aen. IV,* 286, *VIII,* 21 In partesque rapit varias. 7) *Ib. IV,* 8 male sana. 8) *Ib. XII,* 681 dedit ocius. 9) *Karolus M. et Leo v.* 295 (*I,* 373) forat ense ferinum | Pectus. 10) *Met. IV,* 622 Nunc huc, nunc illuc, *cf. supra p.* 12 *v.* 250, *p.* 48 *v.* 260. 11) *Met. XV,* 366 More parentum. 12) *De Brittonum ratione pugnandi cf. Reginonis chron. a* 860 (*SS. I,* 570). 13) *Ecl. X,* 19 upilio . . subulci. 14) *Ov. Ep. XIV,* 2 turba iacet. 15) *Cf. supra p.* 50 *v.* 325. 16) *V. Hludowici c.* 30 (*SS. II,* 623) interfecto Marmano, dum sarcinis inmediatur castrensibus, a quodam regiorum custode equorum nomine Choslo; *Venanti Fort. C. VI,* 2, 53 regali germine natus. 17) *Aen. I,* 379 fama super aethera notus; *Ex Ponto III,* 1, 53 notus minus. 18) *Cf. p.* 46 *v.* 190. 19) *Ep. XVII,* 85 Ut procul aspexi. 20) *Cf. supra p.* 9 *v.* 147. 21) *Aen. X,* 769 speculatus . . . | Obvius ire parat. 22) *Aen. XII,* 789 Hic gladio fidens, hic acer et arduus hasta. 23) *Cf. supra p.* 10 *v.* 179. 24) *Aen. X,* 881 haec tibi porto | Dona prius. 25) *Ib.* 882 Dixit, telumque intorsit in hostem. 26) *Ib. VIII,* 776 eminus hastam | Iecit; at illa volans clipeo est excussa, proculque. 27) *Ib. XII,* 19 praestans animi; *XI,* 291 Ambo animis, ambo insignes praestantibus armis; *cf. XI,* 491.

818 'Britto superbe[1], tuae suscepi munera dextrae:
Nunc decet accipias, qualia Francus habet.'
Calcibus adstringens ferratis cornipedem mox[2]
Murman in adversum concitus ire facit:
455 'Non hoc missilibus certandum[3] est tempore parvis!'
Cuspide Francisco tempora lata forat[4].
Ille caput ferro seu cetera membra parato
Vestierat; Francus sed tamen arte ferit.
Concidit ad terram[5] confixus cuspide[6] Murman,
460 Tristis et invitus corpore pressat[7] humum.
Coslus equo cedens stricto caput abstulit ense[8],
Vitaque cum gemitu mox fugit acta procul[9].
Murmanis ante comes Coslum percussit eundem,
Victor et incautus, eheu! Cosle, peris,
465 Cosli namque puer, domini praevinctus amore,
Actutum latera perforat[10] hostis acris.
Ille dolens plaga puerum confixit eundem;
Alter ab alterius vulnere flexus obit.[11]
Quatuor hi[12] campo certabant Marte superbo:
470 Victori et victo sors fuit una quidem[13].
Interea castris paulum crebrescit[14] et auras
Fama replet tenues[15], gesta novella canens;
Scilicet infestum Murman cecidisse[16] superbum
Sorte sua[17], castris fertur inesse caput.
475 Circumfusa ruit Francorum hinc inde caterva,
Visendi studio[18] laetificata satis.
Mox caput affertur collo tenus ense revulsum[19],
Sanguine foedatum[20] absque decore suo.
Witchar adesse iubent, prorsus orantque referri,
480 Vera an falsa canant, eligat ipse, rogant.
Is caput extemplo latice perfundit, et ornat
Pectine; cognovit mox quoque iussa sibi.
'Murmanis hoc caput[21] est,' inquit, 'mihi credite[22] cuncti;
Cervix ista mihi sat bene nota manet'.

---

461 cędens *V* 464 *an* heu quoque? 466 acri *V* 469 suberbo *V* 481 exemplo *V*

1) *Cf. supra p.* 49, 51 *v.* 307, 354. 2) *Aen. XI*, 714 Quadrupedemque citum ferrata calce fatigat 3) *Aen. IX*, 520 Missilibus certant; *XII*, 890 saevis certandum est comminus armis. 4) *Cf. p.* 53 *v.* 428. 5) *Aen. V*, 447 ad terram ... | Concidit; *XII*, 926 Incidit ictus | ... ad terram. 6) *Aen. VII*, 817 praefixa cuspide. 7) *Fast. III*, 598 corpore pressit humum; *Aen. II*, 380 Pressit humi nitens. 8) *Aen. XII*, 175 stricto... ense; 382 Abstulit ense caput, *cf. X*, 394. 9) *Ib. XI*, 831, *XII*, 952 Vitaque cum gemitu fugit indignata sub umbras, *cf. supra p.* 42 *v.* 54. 10) *Trist. III*, 9, 26 perforat ense latus. 11) *Aen. II*, 667 Alterum in alterius mactatos sanguine cernam? 12) *Ib. X*, 518 Quatuor hic iuvenes. 13) *Ib. X*, 756 pariterque ruebant | Victores victique. 14) *Aen. XII*, 406 campis magis ac magis horror | Crebrescit. 15) *Aen. VII*, 646 tenuis famae perlabitur aura; *II*, 791 tenuesque recessit in auras; *Fast. V*, 375. 16) *Aen. XI*, 898 cecidisse Camillam. 17) *Aen. XII*, 932 sorte sua. 18) *Aen. II*, 63 Undique visendi studio Troiana iuventus | Circumfusa ruit. 19) *Georg. IV*, 523 caput a cervice revulsum. 20) *Cf. supra p.* 16 *v.* 368. 21) *Aen. IX*, 300 Per caput hoc iuro. 22) *Met. XV*, 254 mihi credite.

485 Caesar at ipse pius telluri more cadaver 818
Inponi miserans pro pietate iubet.
Corpora Francorum mandantur namque sepulcro[1]
More pio, hymnis munere rite datis.
Altera fama furit Brittonum lustra pererrans,
490 Voce tonat[2]: 'Regem sors tulit atra[3] nimis.
Heu miseri cives[4] concurrite, Caesaris almi
Quaerere iura decet, dum modo vita datur.
Murman noster obit Francisco cuspide tactus,
Credulus en nimium coniugis alloquiis!'
495 Regia frena petunt Brittones namque coacti,
Iam sobolesque genus Murmanis omne venit.
Mox Hludowicus ovans recipit Brittonica iura,
Dat ius, datque fidem; pax requiesque[5] datur.
Inde deo grates victor persolvit opimas[6],
500 Imperio sociat perdita regna diu.
Laetus at inde redit[7] Caesar, paucisque relictis[8]
Ardua regna petit, auxiliante deo.

Legati interea, quos dudum miserat orbi 817—818
Caesar, ut ecclesiae cresceret almus honor,
505 Iussa patrata pii, perfectisque ordine rebus,
Undique conveniunt[9], orsa parata ferunt.
Urbes innumeras[10], seu castra monastica cuncta
Canonicosque greges seu, Benedicte, tuos,
Rite peragrantes, Caesar quo maximus illis
510 Iusserat, adveniunt, haec quoque dicta canunt:
'Multa, favente deo[11], vestroque labore fideli
Vidimus ornata sive peracta pie,
Rebus et exemplis, cunctoque ex ordine cultu
Currere directo tramite[12], dante deo;
515 Plurima namque minus, neglectis rebus et actu,
Offitiumque minus currere rite dei.
Quîs tamen obnixe vestri sub pondere verbi
Iussimus, implerent ordine quisque suo;
Mensurasque sibi vestro moderamine dantes[13],
520 Quîs valeant semper pergere iure viam,
Sive etiam librum[14], quem patrum vestra potestas
Dogmate decerpsit, atque peregit ope,
Urbibus et castris, sexus quod eget uterque,
Linquimus, adfantes: 'Haec legitate viri'.

---

488 ymnis *V* 521 Seu *V*

1) *Cf. p.* 26 *v.* 87. 2) *Aen. IV*, 510 tonat ore. 3) *Ib. VI*, 429 Abstulit atra dies. 4) *Cf. p.* 18 *v.* 423. 5) *Cf. p.* 9 *v.* 154. 6) *Cf. p.* 37 *v.* 461. 7) *Fast. III*, 349 Ille redit laetus. 8) *Aen. III*, 190 paucisque relictis. 9) *Cf. p.* 13 *v.* 269. 10) *Ep. XV*, 177 Innumeras urbes atque. 11) *Cf. p.* 24 *v.* 1. 12) *Aen. V*, 610 cito decurrit tramite. 13) *Cf. Hludowici encyclic. a.* 817 (*LL. I*, 222) Direximus praeterea tibi pondus et mensuram, secundum quam clericis et sanctimonialibus panis et potus aequaliter tribuenda sunt. 14) *nempe de vita clericorum et sanctimonialium, quem Aquisgranensis concilii patres ita iubente piissimo Augusto ex sanctorum patrum sententiis confecere editum LL. II,* 201 *MUR.* (*cf. Simson I,* 85).

817—818 525 Illum pastor amat placide, grex sedulus illum
Perlegit, hunc semper sedula turba[1] colit.
Illic inveniunt iuvenesque senesque[2] magistri,
Quid teneant, doceant, quicquid amore colant[3].
Addimus ast, Caesar: post Christi tempora nostri,
530 Cum prius ecclesia crevit in orbe sacra,
(Vera quidem canimus[4]) nullius tempore regis
Creverat ecclesia, seu decus atque fides,
Temporibus vestris ut nunc, miserante tonante,
Crescit amore dei, sive decore sui.
535 Dextera vestra facit cunctos procul esse nocentes[5],
Protegit et famulos dextera vestra pios;
Munia vestra docent quicquid docuere priores[6],
Et facis assidue haec recolere ipse tuis.
Terribilis torvis, pius et mansuetus alumnis,
540 Inque tuis meritis mundus habundat ope.'
Reddidit ast illis Caesar mox pectore grates,
Munificis donis[7] munerat hos pariter.

820 Mos erat antiquus[8] Francorum semper, et instat,
Dumque manebit, erit gentis honorque decus[9],
545 Ut quicumque fidem regi servare perennem
Abnegat ingenio, munere sive dolo,
Aut cupit in regem, sobolem, seu sceptra misellus
Arte inferre aliquid, quae sonat absque fide,
Tum si frater adest, qui se super[10] haec quoque dicat,
550 Tunc decet ut bello certet[11] uterque fero
Regibus et Francis coram, cunctoque senatu[12];
Detestatur enim Francia hocce nefas.
Namque fuit dictus quidam Bero nomine quondam,
Dives opum[13] nimium, prae- quoque sive -potens,
555 Qui Parchinonam Carolo tribuente tenebat,
Temporibus multis[14] credita iura regens;
Hunc super infestans alius, cui Sanilo nomen
Propria terra dedit[15], alteruterque Gothus;
Hic venit ad regem, coram populoque senatu[16]
560 Verba nefanda canit, quae Bero cuncta negat.

---

527 Illuc *V* 538 *saeculo* XV. post recolere *intrusum* ipse 548 *an* quae facit? 549 frater *VII*, forte *coni. P*, *an* Si tunc alter *aut* Tum si Francus? 560 cunta *V*

1) *Rem.* 182 sedula turba. 2) *Aen. IX*, 309 iuvenumque senumque; *Met. VIII*, 525 lugent iuvenesque senesque. 3) *Art. Am. I*, 91 Illic invenies quod ames; *II*, 707 Invenient digiti quod agant. 4) *Cf. supra p.* 47 *v.* 228. 5) *Cf. supra p.* 44 *v.* 113. 6) *Aen. I*, 392 docuere parentes; *Fast. III*, 79 coluere priores. 7) *Ex Ponto IV*, 1, 24 munificas . . opes. 8) *Met. XV*, 41 Mos erat antiquus; *Aen. VII*, 601 Mos erat . . in Latio. 9) *Ecl. V*, 77; *Aen. I*, 607 Dumque . . | Semper honos nomenque . . manebunt. 10) *i. e. tum si frater (?) adest, qui dicat quoque haec super se (i. e. eum), qui huius rei eum accuset. P.* 11) *Trist. III*, 11, 27 bello certabat. 12) *Aen. I*, 426 sanctumque senatum. 13) *Ib. I*, 14, *II*, 22 *Georg. II*, 468 Dives opum. 14) *Cf. supra p.* 8 *v.* 103. 15) *Aen. I*, 248 genti nomen dedit; *Ex Ponto II*, 5, 41 cui dat Germania nomen. 16) *Cf. v.* 551; *p.* 32 *v.* 283.

Prosiliunt pariter, pedibus volvuntur honestis, 820
Atque precantur eis Martia tela[1] dari.
Tum Bero primus ait: 'Caesar, pietatis amore
Deprecor, ut liceat ista negare mihi.
565 More tamen nostro liceat residere caballum[2],
Armaque ferre mea.' Saepius ista rogat.
Caesar ait: 'Francis hanc rem finire licebit:
Sic fas, sicque decet, nosque iubemus idem.'
Iudicioque dato Francorum ex more vetusto[3]
570 Arma parant[4], trepidi currere in arma volunt.
Caesar amore dei paucis conpellat[5] eosdem,
Certa canens[6] illis pro pietate sua.
'Quisquis', ait, 'vestrum mihi quippe fatebitur ultro
Delicti istius protinus esse reum,
575 Errorem miserans donabo, et cuncta remittam
Debita peccati, vinctus amore dei[7].
Credite namque, meis praestat parere suadellis,
Quam fera pestiferi proelia Martis agi.'
Ast illi celeres iterumque iterumque[8] precantur:
580 'Bella placent nobis; bella parentur[9] enim!'
Caesar eis sapiens, Francorum iura facessant[10],
Praecipit; ast illi, haud mora, iussa colunt[11].
Est locus insignis[12] regali proximus aulae,
Fama sui late, quae vocitatur Aquis,
585 Marmore praecinctus lapidum sive aggere septus[13],
Consitus arboribus, quo viret herba recens[14];
At fluvius medium praelambit[15] gurgite lento,
Hunc volucres variae[16] incolitantque ferae.
Quando placet regi, paucis comitantibus illuc
590 Venandi studio[17] saepius ingreditur,
Figere cornigerum praegrandia corpora ferro
Cervorum[18], aut dammas percutere atque capras,
Seu glatie stringente solum sub tempore brumae[19],
Unguigeris volucres exagitare capis[20]:
595 Ergo illuc veniunt tremuli Bero, Sanilo necnon;
Cornipedum resident corpora magna viri,

---

1) *Ecl. IX*, 12 tela inter Martia. 2) *Einhardi ann.* 820 Bera . . cum accusatore suo equestri pugna confligere conatus; *V. Hludowici c.* 33 Bera . . cum eodem (*sc. Sanila*) secundum legem propriam — utpote quia uterque Gothus erat — equestri proelio congressus est. 3) *Cf. supra p.* 8 *v.* 111. 4) *Cf. supra p.* 45 *v.* 148. 5) *Aen. V*, 161 compellat voce. 6) *Cf. supra p.* 53 *v.* 424. 7) *Trist. I*, 8, 30 vinctus amore tibi; *Ep. XIX*, 86. 8) *Cf. supra p.* 18 *v.* 435. 9) *Met. XI*, 298 fera bella placebant; *Ecl. X*, 62 nec carmina nobis | Ipsa placent; *cf. supra p.* 49 *v.* 308. 10) *Cf. Simson Ludwig I*, 155 *n.* 8. 11) *Cf. supra p.* 21 *v.* 527, *p.* 32 *v.* 284. 12) *Cf. supra p.* 11 *v.* 195. 13) *Aen. XI*, 398 Inclusus muris hostilique aggere saeptus. 14) *Met. I*, 598 Consitaque arboribus; *Amor. II*, 16, 6 Et viret . . herba solo; *cf. supra p.* 8 *v.* 108. 15) *Prudent. Cath. V*, 120 praelambens fluvius. 16) *Cf. supra p.* 7 *v.* 90. 17) *Met. III*, 413 studio venandi; *Rem.* 199. 18) *Amor. II*, 14, 34 Figere . . corpora . . manu; *cf. supra p.* 41 *v.* 591. 19) *Georg. IV*, 135 cum tristis hiemps . . | . . glacie cursus frenaret aquarum; *Venanti Fort. C. VIII*, 7, 1 Frigoris hiberni glacie constringitur orbis. 20) *Cf. Hrabani epist.* (*Cod. Vindobon.* 956 *f.* 105) ab accipitre vel capo id est falcone mansueto.

820 Scuta gerunt dorso, manibusque astilia portant[1],
Exspectant signum[2] regis ab arce dari,
Quos sequitur propius regalis turba[3] virorum,
600 Regali iussu[4] scuta gerendo simul,
Ut si quis socium gladio percusserit, illi
More pio[5] eripiant, mortis ab ore trahant.
Mox Gundoldus adest, feretrum de more paratum[6]
Ducere postque iubet, ut fuerat solitus.
605 Annuitur solio[7], mox illi bella lacessunt[8]
Arte nova[9] Francis antea nota minus,
Et iaciunt hastas, mucronibus insuper actis[10]
Proelia temptabant irrita[11] more suo.
Iam Bero figit equum[12], giros dare cornipedes[13] mox
610 Incipit, atque fugit prata per ampla celer[14].
Ille[15] sequi simulat, tandem dimittit habenas[16],
Et ferit ense[17]: ille[18] se canit esse reum.
Concurrunt iuvenes validi, fessumque Beronem
Eripiunt[19] morti Caesareo monitu.
615 Miratur Gundoldus enim, feretrumque remittit
Absque onere tectis, venerat unde, suum.
Caesar ei vitam tribuit, tribuitque salutem,
Et miserans proprias cessit habere dapes.
O pietas inmensa[20] nimis! peccamina laxat,
620 Cedit opes, vitam cedit habere[21] reis.
Haec eadem pietas, posco atque reposco fidelis,
Memet Pippino reddat opima pio.
821 Iam, Benedicte[22], tuum complesti ex ordine cursum,
Servastique fidem, Paulus ut ore tonat[23].
625 Nunc paradisiaca residens laetanter in aula
Aequivocum[24] sequeris, quem hic imitatus eras.
Tertius in vestro finem tenet ecce libellus
Nomine, ut Ermoldi sis memor, alme, tui!

EXPLICIT LIBER III.

---

610 fugit *corr.* figit *V* 622 pipino *V*

1) *Met. XIV,* 344 laevaque hastilia bina ferebat; *Aen. VII,* 722 Scuta sonant. 2) *Aen. V,* 137 Intenti exspectant signum. 3) *Amor. I,* 7, 37 turba sequetur. 4) *Aen. I,* 637 regali . . . luxu. 5) *Cf. supra p.* 55 *v.* 488. 6) *Met. III,* 508 feretrumque parabant. 7) *Aen. X,* 115 Adnuit . . | . . solio. 8) *Ib. V,* 429 pugnamque lacessunt; *XI,* 254 ignota lacessere bella. 9) *Ib. VII,* 477 Arte nova. 10) *Ib. X,* 264 Tela manu iaciunt; *II,* 449 strictis mucronibus. 11) *Cf. supra p.* 43 *v.* 77; *Aen. XI,* 735 tela inrita. 12) *equum suum calcaribus.* 13) *i. e. cornipes MUR.*; *cf. p.* 51 *v.* 378. 14) *Aen. VI,* 425 Evaditque celer. 15) *Sanila.* 16) *Aen. VI,* 1 inmittit habenas; *Met. I,* 280 immittite habenas. 17) *Met. III,* 119, *V,* 204, *VI,* 641, *Aen. VI,* 251 Ense ferit. 18) *Bero.* 19) *Aen. V,* 463 fessumque Dareta | Eripuit; *XII,* 157 eripe morti, *cf. XII,* 297. 20) *Sedul. C. Pasch. V,* 250 Sed pietas immensa. 21) *Ex Ponto II,* 3, 42 vitam . . habere. 22) *abbas Anianensis.* 23) 2 *Tim.* 4, 7 cursum consummavi, fidem servavi, *cf. supra p.* 55 *v.* 490. 24) *Benedictum Casinatem, cf. Theodulf. ad monach. S. Benedicti v.* 23—26 (*I,* 520) Quod fuit Ausoniis Benedictus rector in arvis | Hoc modo tu in nostris es, Benedicte, locis.

INCIPIT LIBER IV.

Cura pii passim gliscebat denique regis,
Francorumque fides creverat usque polos,
Undique collectim gentes populique fluebant
Cernere christicolam Caesaris atque fidem [1].
5 Gens erat interea [2], antiquum cui perfidus anguis
Liquerat errorem, sustuleratque deum,
Quae pagana diu cultus servabat iniquos,
Pro factore colens idola vana suo,
Proque deo Neptunus erat, Christi retinebat
10 Iuppiter orsa locum cui sacra cuncta dabant.
Hi populi porro veteri cognomine Deni
Ante vocabantur et vocitantur adhuc [3];
Nort- quoque Francisco dicuntur nomine -manni,
Veloces, agiles, armigerique nimis.
15 Ipse quidem populus late pernotus habetur,
Lintre dapes quaerit, incolitatque mare;
Pulcher adest facie [4], vultuque statuque decorus,
Unde genus Francis adfore fama refert [5].
Victus amore dei [6] generisque misertus aviti [7],
20 Temptat et hos Caesar lucrificare deo.
Indoluitque diu, nullo monitante, perisse
Tot gentis populos, totque greges domini.
Consilio accepto [8] quaerit, quem mitteret illuc
Quaerere lucra dei perdita tanta diu.
25 Mittitur ad hoc opus Remensis episcopus Ebo [9], 822
Quo faciente queant credere nempe deo.
Nam Hludowicus enim puerum nutrirat eundem,
Artibus ingenuis fecerat esse catum. [10]
Hunc ergo alloquitur Caesar, verbisque coruscat;
30 Multa canens famulo dat pia iussa suo:
'Ito sacer, populum blando sermone [11] ferocem
Conpellato prius tempore, sive modo:
Est deus in caelo, mundi plasmator et omnis,
Quicquid rura tenent [12], quae mare, quaeque polus.

---

7 cultu seruabat *V* 11 Hic *VH,* Hi *corr. P*

1) *i. e. atque gentes populique collectim undique fluebant cernere fidem christicolam Caesaris.* 2) *Cf. supra p.* 7 *v.* 67. 3) *Venanti Fort. C. I,* 18, 5 vocat hunc de nomine prisco. 4) *Aen. V,* 570 formaque ... pulcher. 5) *Ib.* 568 genus unde Atii duxere Latini; *cf. Widukindi Rer. Saxonic. I c.* 2; *Hraban. De inventione linguar.* a quibus *(scil. Nordmannis)* originem, qui Theodiscam loquuntur linguam, trahunt. 6) *Aen. XII,* 29 Victus amore tui; *cf. supra p.* 57 *v.* 576. 7) *Iuvenci H. euang. I,* 792 gentis avitae. 8) *Cf. supra p.* 14 *v.* 288. 9) *a.* 816—835 *cf. t. I,* 623. 10) *Ex Ponto I,* 6, 7, *II,* 7, 47 Artibus ingenuis; *Flodoardi H. Rem. eccl. II c.* 19 (*SS. XIII,* 467) Ebo, vir industrius et liberalibus disciplinis eruditus ... imperatoris, ut fertur, Ludowici collactaneus et conscolasticus; *Thegan. c.* 44 Ebo ... ex originalium servorum stirpe. 11) *Aen. I,* 670 blandisque .. | Vocibus. 12) *Aen. IV,* 526 quaeque ... | Rura tenent.

822

35 Fecerat hic hominem primum, nostrumque parentem
Praeposuit Tempis et, paradise, tuis,
Ut sibi serviret laetus per saecula cuncta,
Ignarusque mali [1], dante creante, foret.
Sed quia peccavit, cecidit mox; inde nepotum
40 Daemonis invidia mox genus omne [2] cadit.
Crevit at inde seges, silvas replevit et arva,
Non coluere deum, sed simulacra manus.
Diluvii hos rapidis sepelivit denique flustris [3],
Ni pia quos paucos archa redemit aquis.
45 Hinc generosa cohors parvo de semine crevit,
Unde deum quidam percoluere suum.
Cetera turba quidem, variis infecta venenis [4],
Avia curva petit [5], idola saeva colens;
Ille iterum miserans natum transmisit ad arva,
50 Consortem regni, qui tenet alta poli.
Hic hominis mortale suo sociavit honori;
Delicto primo liberat hic hominem.
Qui mundum salvare valens cum patre potenter,
In terris voluit pro pietate mori,
55 In cruce confixus, morti se tradidit ultro,
Ut sua militibus regna benigna daret.
Hic sedet ad patris sociatus munere dextram,
Invitat famulos: 'Currite, regna dabo.'
Hic iubet electis omnes revocare bidentes,
60 Et sacra baptismi munia rite dare.
Non aliter caeli quisquam conscendet in aulam [6],
Ni quae iussit agat filius ille dei;
Scilicet amissis culturis daemonis atri,
Mox sacra baptismi munera percipiat.
65 Ad hanc, Ebo, fidem gentem revocare studeto:
Nostra fides haec est, hanc colit ecclesia.
Linquere vana decet; sculptis servire metallis
Heu scelus est homini [7], qui ratione viget.
Iuppiter aut Neptunus eos, vel quemque sequuntur [8],
70 Quid iuvat, aut manibus sculpta metalla suis?
Vana colunt miseri [9], surdis mutisque precantur
Daemonibusque litant debita danda deo.
Non pecudum placare deum fas sanguine [10] nostrum;
Pluris amat hominis vota benigna pius.
75 Iam satis errori tempus tribuere profano,
Cultibus inlicitis cedere tempus adest.

---

1) *Ib. I,* 630 ignara mali. 2) *Ib. IX,* 510 Omne genus. 3) *Ex Festo accepit Nigellus, scribente fluctus maris quando quiescunt sive malacia est, flustra appellari MUR.; Sedul. C. Pasch. I,* 57 Qui genus humanum, praeter quos clauserat arca | Diluvii rapida spumantis mole sepultum. 4) *Cf. p.* 8 *v.* 118; *Aen. VII,* 341 Gorgoneis Allecto infecta venenis. 5) *Cf. supra p.* 45 *v.* 138. 6) *Iuvenci H. e. II,* 196 conscendet in aulam. 7) *Ecl. IX,* 17 Heu cadit in quemquam tantum scelus? 8) *Aen. IX,* 162 quemque sequuntur. 9) *Sedul. C. Pasch. I,* 226 Heu miseri qui vana colunt. 10) *Aen. II,* 116 Sanguine placastis ventos; 118 animaque litandum | Argolica.

Ultima labentis hos iam vocat hora diei[1], 823
  Vinetis domini portio restat adhuc.
Otia lenta[2] decet iam nunc quoque rumpere[3], dum lux
80 Alma, licet homini quaerere dumque deum,
Ne nox atra cadens[4] miseros conprendat inertes
  Tradat et ignicomis ilico rite focis[5].
Tu, sacer Ebo, tamen perlectis accipe biblis,
  Testamenta novi dogmatis ac veteris;
85 Hoc de fonte sacro fer pocula dulcia[6] primo,
  Quîs haustis recolant dogmata vera dei.
Aspera dede locis mox convenientibus, atque
  Nosse queant .... hactenus orsa colunt.
His breviter regem nostris de partibus Herold
90 Adgredere, et dictis nostra referto sibi.
Nos pietate dei pariter nostraeque fidei
  Dogmate conpuncti, haec sibi dicta damus[7]:
Consiliis modo si mavult parere benignis,
  Suscipiat nostra pectore verba pio.
95 Pro dolor, accelerans errorem linquat avitum
  Poscimus, et Christo det pia vota pio,
Offerat atque deo semet promptissimus ipsum,
  Cuius factura est, quique creavit eum.
Monstra nefanda[8] procul, seu Iuppiter horridus absit,
100 Neptunum linquat, ecclesiamque colat.
Dona salutaris capiat de fonte sacrato,
  Atque crucem Christi frontibus, opto, ferat.
Non, sua regna mihi ut cedant, hoc consulo, credat,
  Sed quo plasma dei lucrificare queam.
105 Si cupit, ad nostras concurrat concitus arces,
  Percipiat vero fonte lavacra dei.
Insuper ablutus, dapibus iuvatus et armis,
  Mox sua regna petens vivat amore dei.
Haec nos vera fides[9], divina iussa tonantis
110 Dicere quippe monent, quae volo perficere.'
Mox iubet Ebonem donari munere magno[10],
  'Vade, deus tecum,' induperator ait.

Nuncius interea Brittonum a parte rebellum 824
  Ecce venit solito, nuncia saeva refert.
115 Scilicet infectum quod nuper Caesar ad illos
  Firmarat pignus, insuper atque fidem[11].

---

88 *aliqua excidisse patet; Muratorius legendum proposuit:* Nosse queant falsa quae hactenus orsa colunt; *fortasse:* queant velim quae hactenus orsa *P, an* fac quae? *F. D.* 89 herdoldt *V* 107 dabibus *V*

1) *Aen. XI*, 914 die labente; *Iuvenci H. euang. II*, 564 Ultima labentis restabat portio lucis. 2) *Ib. III*, 566 torperent otia lenta; *Venanti. Fort. V. S. Martini III*, 2 Otia lenta trahens. 3) *Aen. VI*, 814 Otia qui rumpet. 4) *Cf. p.* 19 *v.* 467. 5) *Cf. p.* 51 *v.* 352. 6) *Aen. VII*, 83 sacro | Fonte; *Iuvenci H. euang. II*, 271 Dulcia .. nostri .. pocula fontis. 7) *Cf. p.* 10 *v.* 172. 8) *Sedul. C. Pasch. II*, 192 monstrumque nefandum. 9) *Ib.* 283 Haec est vera fides. 10) *Art. Am. II*, 261 pretioso munere dones. 11) *Aen. III*, 611 pignore firmet, *XII*, 212 firmabant foedera.

824 Accitis populis, armis quoque rite paratis[1],
Illuc Caesar ovans concitus ire parat[2],
Francia cuncta ruit, veniunt gentesque subactae[3],
120 Et, Pippine, tua parte venire paras.
Divisit populum ternis sub partibus omnem[4],
Ductoresque dedit, ordinat et proceres.
Partem unam aequivoco belli committit, et una
Matfridum sociat, milia multa[5] simul;
125 Pippino regi Huc[6] Helisacharque potentes
Iunguntur, numero cetera turba caret[7];
Agmen ovans Caesar medium[8] sibi vindicat ipse
Belliger, et sapiens ordine bella movet[9].
Hos Lantpertus agit, hos ducit in agmina[10] Matfrid,
130 Et , Hludowice puer, bella paterna geris[11].
Pippin sive sui et Francorum mixta caterva
Arma ferunt, vastant undique gentis honos[12].
Caesar agens Francos, per calles dirigit amplos;
Regmina Brittonum sic peragrata patent.
135 Huc egomet scutum humeris ensemque[13] revinctum
Gessi, sed nemo me feriente dolet.
Pippin hoc aspiciens risit, miratur, et infit[14]:
'Cede armis, frater[15]; litteram amato magis[16]!'
Tunc peragrant agros, silvas tremulasque paludes[17],
140 Vastatur populus, et pecus omne[18] perit.
Ducuntur capti miseri[19], moriuntur et armis;
Tandem reliquiae Caesaris arma petunt.
Caesar namque duces custodes ponit opimos;[20]
Si cupiant, nequeunt bella movere[21] magis.
145 Victor at inde pius Caesar remeavit[22], et omnes
Victores Franci mox sua tecta petunt.[23]

823 Ebo sacer dudum Nortmannica regna peragrans,
Munia clara dabat nominis apta dei.
Iam, Herolde, tuas praesul pervenerat arces[24],
150 Et tua de Christi dogmate corda replet.

---

119 cunta *V* 125 huc *P*, Huc *Simson* (*Ludwig* I, 217 *n.* 6) 137 aspicitiens *V* 149 herorde *V*

1) *Iuvenci H. euang. IV*, 52 accita ... plebe; *cf. supra p.* 43, 48 *v.* 78, 260. 2) *Cf. supra p.* 53 *v.* 440. 3) *Cf. supra p.* 48 *v.* 257. 4) *Einhardi ann.* 824 diviso in tres partes exercitu duabusque partibus filiis suis Pippino et Hludowico traditis, tertiaque secum retenta Brittanniam ingressus; *Aen. V*, 560 ternique vagantur | Ductores. 5) *Cf. supra p.* 52 *v.* 415. 6) *comes Turonicus, Hlotharii imperatoris socer.* 7) *Hor. Carm. I*, 28, 1 numeroque carentis harenae; *cf. supra p.* 8 *v.* 118; *Trist. I*, 8, 48 Ut careant numeris. 8) *Aen. II*, 408 medium .. in agmen; *X*, 440 medium secat agmen; *IX*, 28 medio dux agmine Turnus (*cf. etiam v.* 27). 9) *Cf. supra p.* 43 *v.* 64; 10) *Aen. I*, 490 Ducit .. agmina. 11) *Met. XI*, 491 Bella gerunt. 12) *Cf. supra p.* 9 *v.* 160. 13) *Aen. XI*, 11 ensem collo suspendit. 14) *Aen. X*, 860 et talibus infit. 15) *i. e. monache.* 16) *Cf. supra p.* 28 *v.* 134. 17) *Georg. IV*, 53 saltus silvasque peragrant; *cf. p.* 47 *v.* 237. 18) *Georg. II*, 371 pecus omne, *Met. XIII*, 821, *cf. supra p.* 52 *v.* 396. 19) *Amor. I*, 2, 27 Ducentur capti iuvenes. 20) *Cf. supra p.* 50 *v.* 337. 21) *Cf. supra v.* 128. 22) *Aen. II*, 95; *Met. XV*, 569 victor .. remeabat ab hoste. 23) *Cf. p.* 14 *v.* 284. 24) *Iuvenci H. euang. IV*, 91 ad Oliveti .. pervenerat arcem.

Ille dei monitis, regis quoque credere verbis — 823
Coeperat, et populum praedicat ipse suum.
'Credo', sacer, 'dictis, tantum si gesta sequantur,
Perge,' ait, 'ad regem: haec sibi dicta refer[1].
155 Cernere namque placet Francorum regna, fidemque
Caesaris, arma, dapes, christicolumque decus,
Culturamque dei, cui servit cuncta potestas,
Ut canis, atque fides firmiter alma tenet.
Tum mihi si vester, recinis quem dogmate, Christus
160 Cedat opem voti, protinus acta dabo.
Di quoque serventur, quorum sacravimus aras[2],
Usque dei possim visere templa tui.
Si deus ille tuus nostris praefertur honore,
Et valet oranti munera plura dare[3],
165 Linquere causa monet, Christo parere iuvabit,
Sculptaque flammivomis ferre metalla focis'[4].
Munera ferre[5] iubet, donat quoque munere sacrum,
Qualia Denorum rus[6] quoque habere valet.
Ebo redit gaudens[7], lucrisque propheta futuris
170 Aestuat, et regi vota placenda refert,
Qualiter Heroldus, Denorum rector opimus,
Sacra lavacra dei suscipienda petat.
Caesar at inde pius grates persolvit opimas[8]
Cunctipatri domino, qui dedit omne bonum,
175 Et iubet extemplo imperii per iura subacti
Omnibus obnixe solvere vota deo[9],
Scilicet ut Christus, qui mundum sanguine totum
Salvavit, redimat hos quoque ab hoste malo.
Engilin-[10] ipse pius placido tunc tramite -heim — 826
180 Advolat induperans[11] coniuge cum, sobole.
Est locus ille situs rapidi prope flumina Rheni,
Ornatus variis cultibus et dapibus,
Quo domus ampla patet centum perfixa columnis[12],
Quo reditus varii tectaque multimoda,
185 Mille aditus[13], reditus, millenaque claustra domorum,
Acta magistrorum artificumque manu[14].
Templa dei summi constant operata metallo,
Aerati postes[15], aurea hostiola,

---

173 deinde *V*, inde *Watt.* (*cf. v.* 145) 178 saluabit *corr.* uit *V* 179 *an* heimum? *Man.* 187 summo *VH*, summi *corr. Mur.*

1) *Cf. supra p.* 43 *v.* 74. 2) *Aen. V*, 48 maestasque sacravimus aras. 3) *Amor. I*, 10, 54 Munera . . dare; *Art. Am. II*, 166. 4) *Cf. p.* 61 *v.* 82. 5) *Amor. III*, 10, 48 munera ferre. 6) *Cf. supra p.* 37 *v.* 466. 7) *Tribus post Ebonis reditum annis demum Heroldus baptizandus Moguntiacum venit, cf. Simson Ludwig I*, 209. 8) *Cf. supra p.* 37 *v.* 461. 9) *Cf. supra p.* 21 *v.* 532. 10) *Descriptio basilicae sancti Albani Moguntiae, in cuius suburbano Einhardus ad a.* 787 *Ingelheimense palatium collocat.* 11) *Aen. X*, 896 Advolat Aeneas; *Met. XI*, 348. 12) *Aen. II*, 310 ampla . . | . . domus; *VII*, 170 centum sublime columnis; *Ex Ponto III*, 2, 49 vastis innixa columnis. 13) *Met. IV*, 139 Mille . . aditus; *Aen. V*, 590; *VI*, 43 aditus centum. 14) *Aen. I*, 455 Artificumque manus; *XII*, 210. 15) *Amor. III*, 8, 32 Aerati postes, ferrea turris erat; *Aen. II*, 480 postesque . . . | Aeratos.

826 Inclita gesta dei, series memoranda virorum [1],
190 Pictura insigni [2] quo relegenda patent.
Ut primo, ponente deo, pars laeva recenset,
Incolitant homines te, paradise, novi;
Inscia corda mali serpens ut perfidus Aevae
Temptat, ut illa virum tangit [3], ut ipse cibum,
195 Ut domino veniente tegunt se tegmine ficus,
Ut pro peccatis iam coluere solum [4],
Frater ob invidiam fratrem pro munere primo
Perculit, haud gladio, sed manibus miseris.
Inde per innumeros pergit pictura sequaces,
200 Ordine sive modo dogmata prisca refert.
Utque latex totum merito diffusus in orbem [5]
Crevit, et ad finem traxit ut omne genus [6];
Ut miserante deo paucos subvexerat archa,
Et corvi meritum, sive, columba, tuum.
205 Inde Habrahae sobolisque suae, pinguntur et acta
Ioseph seu fratrum, et Pharaonis opus;
Liberat ut populum Aegypto iam munere Moyses,
Ut perit Aegyptus, Israel utque meat,
Et lex dante deo geminis descripta tabellis [7],
210 Flumina de rupe, deque volucre cibus [8];
Et promissa diu quo redditur hospita tellus [9],
Ut Hiesus populo dux bonus extiterat.
Iamque prophetarum, regum praemagna caterva [10]
Pingitur, acta simul et celebrata nitent,
215 Et Davidis opus, Salomonis et acta potentis,
Templaque divino aedificata opere;
Inde duces populi quales quantique fuere,
Atque sacerdotum culmina seu procerum.
Altera pars retinet Christi vitalia gesta [11],
220 Quae terris missus a genitore dedit;
Angelus ut primo Mariae delapsus ad aures [12],
Utque Maria sonat: 'Ecce puella dei [13].'
Nascitur ut Christus, sacris longe ante prophetis
Notus, et e pannis volvitur utque deus.
225 Ut pia pastores capiunt mox iussa tonantis,
Cernere moxque deum quo meruere magi,
Ut furit Herodes, Christum succedere credens,
Perculit ut pueros qui meruere mori [14],

---

198 cladio *V* 205 sobolíque *V* 208 aegiptus *V* 210 cybus *V*

1) *Aen. I,* 641 series longissima rerum | Per tot ducta viros. 2) *Ib.* 464 pictura . . . inani. 3) *Fast. VI,* 231 tetigisse virum. 4) *Fast. I,* 241 solum colui. 5) *Cf. supra p.* 53 *v.* 419. 6) *Cf. supra p.* 60 *v.* 40. 7) *Art. Am. III,* 469 abiegnis scripta tabellis. 8) *Cf. supra p.* 33 *v.* 324. 9) *Aen. III,* 539 o terra hospita; *Met. III,* 637; *Ex Ponto IV,* 9, 105 hospita tellus. 10) *Aen. I,* 497, *V,* 76, *XI,* 478 magna . . caterva. 11) *Iuvenci H. euang. prol.* 19 Christi vitalia gesta. 12) *Met. III,* 101 delapsa per auras. 13) *Luc.* 1, 38 Dixit autem Maria: Ecce ancilla domini. 14) *Sedul. C. Pasch. II,* 119 Iam meruere mori.

Ut fugit Aegypto Ioseph, puerumque reportat, 826
230 Crevit ut ipse puer, subditus utque fuit;
Ut baptizari voluit, qui venerat omnes
Sanguine salvare, qui periere diu;
More hominis ut tanta tulit ieiunia Christus,
Ut temptatorem perculit arte suum;
235 Ut pia per mundum docuit mox munia patris,
Reddidit infirmis munia prisca pius.
Mortua quin etiam ut reparavit corpora vitae,
Daemonis arma tulit[1], expulit utque procul;
Discipulo ut tradente fero saevoque popello,
240 More hominis voluit ut deus ipse mori;
Ut surgens propriis apparuit ipse ministris,
Utque polos palam scandit, et arva regit.
His est aula dei picturis arte referta,
Pleniter artifici rite polita manu.[2]
245 Regia namque domus late persculpta nitescit,
Et canit ingenio maxima gesta virum,
Cyri gesta canit, nec non et tempore Nini
Proelia multimoda duraque facta nimis.
Hic videas fluvio regis saevire furorem,
250 Vindicat ut cari denique funus equi;
Deinc mulieris ovans infelix prenderat arva,
Sanguinis utre caput ponitur inde suum.[3]
Impia nec Falaris reticentur gesta nefandi,
Utque truces populos hic necat arte fera.
255 Ut Pyrillus ei quidam, faber aeris et auri,
Iungitur, et Falari cum impietate miser
Aere celer taurum nimio fabrivit[4] honore,
Truderet ut hominis quo pia membra ferus;
Moxque tyrannus eum tauri conclusit in alvo,
260 Arsque dedit mortem ut artificique suo[5].
Romulus et Remus Romae ut fundamina ponunt[6],
Perculit ut fratrem impius ille suum[7];
Hannibal ut bellis semper persuetus[8] iniquis,
Lumine privatus[9] ut fuit ipse suo;
265 Ut quoque Alexander bello sibi vindicat orbem,
Ut Romana manus crevit et usque polum.
Parte alia[10] tecti mirantur gesta paterna[11],
Atque piae fidei proximiora magis.
Caesareis actis Romanae sedis opimae
270 Iunguntur Franci gestaque mira simul.

---

229 aegipto *V* 237 reperauit *V* 238 Doemonis *V* 241 aparuit *V* 247 Ciry *V* 255 pyrirlus *V* 263 Annibal *corr.* Hanibal *V*

1) *Cf. supra p.* 15 *v.* 341, 48 *v.* 260. 2) *Cf. p.* 63 *v.* 186; *Aen. VIII,* 426 manibus .. polita. 3) *Orosii Hist. I c.* 6, 7. 4) *Venanti Fort. Carm. II,* 8, 23 Romana gente fabrivit. 5) *Orosii Hist. I c.* 20; *Trist. V,* 12, 47. 6) *Met. XV,* 433 rerum fundamina ponit; *cf. supra p.* 13 *v.* 264. 7) *Orosii Hist. II c.* 4; *cf. v.* 198. 8) *Cf. supra p.* 15 *v.* 341. 9) *Ex Ponto I,* 1, 53 privatus lumine. 10) *Aen. I,* 474 Parte alia (*cf. ad totum hunc locum v.* 455–494). 11) *Ib. I,* 641 Fortia facta patrum.

826 Constantinus uti Romam dimittit amore[1],
Constantinopolim construit ipse sibi.
Theodosius felix illuc depictus habetur,
Actis praeclaris addita gesta suis.
275 Hinc Carolus primus Frisonum Marte magister
Pingitur, et secum grandia gesta manus;
Hinc, Pippine, micas, Aquitanis iura remittens,
Et regno socias, Marte favente, tuo;
Et Carolus sapiens vultus praetendit apertos,
280 Fertque coronatum stemmate rite caput;
Hinc Saxona cohors contra stat, proelia temptat[2],
Ille ferit, domitat, ad sua iura trahit.

His aliisque actis clare locus ille nitescit,
Pascitur et visu, cernere quosque iuvat.
285 Illic ergo pius Caesar dat iura[3] subactis,
More suo[4] regni rite revolvit opus;
Ecce volant[5] centum per Rheni flumina puppes,
Velaque candidolis[6] consociata modis,
Denorum populis oneratae munere, nec non
290 Heroldum regem prima carina vehit[7],
Te, Hludowice, petens. Debetur hoc tibi munus,
Qui facis ecclesiae crescere rite decus.
Iamque propinquabant ripae, portumque tenebant[8];
Caesar ab excelsa haec prospicit arce[9] pius,
295 Matfridumque iubet, iuvenum comitante caterva[10],
Ocius occurrat pro pietate viris.
Mittit equos faleris multos ostroque paratos[11],
Qui revehant homines ad sua tecta novos.
Francisco subvectus equo[12] Heroldus adibat,
300 Coniunx atque domus cuncta venire parat.
Caesar eum gaudens celsa suscepit ab aula,
Ordinat expensas[13], distribuitque dapes.
Heroldus regem adclinis affatur opimum[14],
Incipit ore sua vota referre[15] prior:
305 'Caesar opime, tuas quae res me vexit ad arces[16],
Meque, domumque meam, et genus omne simul[17],

---

288 consotiata *V* 300 Coniux n *superscripto V*

1) *scil. Silvestri pontificis.* 2) *Cf. supra p.* 43 *v.* 77. 3) *Aen. V,* 758 dat iura vocatis; *VII,* 246 cum iura vocatis | More daret populis, *cf. supra p.* 34 *v.* 340. 4) *Georg. IV,* 66 more suo. 5) *Aen. V,* 324 Ecce volat. 6) *Art. Am. II,* 6 Candida . . vela. 7) *Ib. II,* 430 panda carina vehit. 8) *Aen. V,* 159 Iamque propinquabant scopulo metamque tenebant; *IX,* 371 Iamque propinquabant castris, muroque subibant; *XI,* 621 Iamque propinquabant portis. 9) *Ib. IV,* 410 Prospiceres arce ex summa. 10) *Cf. supra p.* 16 *v.* 349. 11) *Sedul. C. Pasch. IV,* 295 equi, phaleris qui pictus et ostro; *cf. supra p.* 12 *v.* 219. 12) *Aen. V,* 571 Sidonio est invectus equo. 13) *Cf. supra p.* 41 *v.* 600. 14) *Aen. VIII,* 126 Tum regem Aeneas dictis adfatur amicis; *XII,* 10 Tum sic adfatur regem. 15) *Amor. II,* 6, 43 Quid referam . . pia vota, *cf. supra p.* 25 *v.* 34. 16) *Aen. VII,* 364 Troianas vexit ad urbes. 17) *Sedul. C. Pasch. II,* 6 simul omne genus.

826

Incipiam narrare[1], iubet si vestra potestas,
Caesareis promptus auribus[2] atque canam.
Namque diu patrum sectatus iura priorum,
310 More mei generis hactenus usque tuli,
Et mea sacra meis semper dis atque deabus
Persolvi supplex, et pia vota[3] dedi,
Scilicet ut horum suffragia regna paterna[4]
Servarent, populum, praedia sive lares,
315 Auferrentque famem, seu noxia cuncta potenter
Abstraherentque darent prospera cuncta suis[5].
Ebo sacer vester, dudum Nortmannica rura
Ingrediens, aliter praedicat atque probat.
Namque canit caeli terraeque marisque[6] creantem
320 Esse deum verum, quem decet omne decus[7].
Qui geminos homines luti de fomite primo
Fecerat, unde genus crevit in orbe virum;
Ille deus summus natum transmisit in arva,
De cuius latere sanguis et unda fluit.
325 Haec lavit mundum miserans mox crimine ab omni[8],
Atque renascenti caelica regna dedit.
Filius ille dei Christus vocitatur Iesus,
Cuius crisma beat nunc genus omne pium.
Hunc nisi confessus fuerit quisque esse tonantem,
330 Et pia baptismi munera suscipiat,
Tartarei invitus properabit ad ima profundi[9],
Quo male daemonibus consociandus erit.
Ast quicumque cupit caeli conscendere sedem,
Quo manet omne bonum, et procul omne malum,
335 Iam fateatur, eum verum esse deumque hominemque,
Expurget necnon corpora fonte sacro[10],
In patris, et nati, seu nomine flaminis almi
Membra salutiferis ter quoque mundet aquis.
Hic deus est unus, quamvis sint nomina trina,
340 Par honor atque decus et fuit, est, quoque erit.
Cetera, quae manibus constant praeficta, metalla
Idola vana vocat praesul, et esse nihil.
Hanc mihi Caesar amans praesul sanctissimus Ebo
Esse fidem vestram censuit ore suo;
345 Cuius ego exemplo verbis recreatus honestis,
Credo deum verum, respuo sculpta manus.
Idcirco ad vestrum properavi remige regnum,
Ut mihi vestra fides consociata foret.'

---

312 suplex *V* 315 Auferentque *V* 325 Hac *praefert Mur.* 331 properauit *V* 340 decus *ad marg. alia manus supplevit V*

1) *Cf. supra p.* 7 *v.* 66. 2) *Nasonis Ecl. Prol.* 1 (*I*, 384) Caesareis . . auribus hauri. 3) *Cf. p.* 66 *v.* 304; *Rem.* 813 pia vota; *Met. I*, 221. 4) *Cf. supra p.* 33 *v.* 293. 5) *Cf. supra p.* 34 *v.* 332. 6) *Aen. I*, 598 terraeque marisque. 7) *Theodulf. ad Carol. reg.* 44 (*I*, 484) quem decet omne decens. 8) *Aen. II*, 65 crimine ab uno. 9) *Sedul. C. Pasch. V*, 137 Tartareum descendit ad usque profundum. 10) *Cf. p.* 61 *v.* 85.

826 Caesar ad haec: 'Herolde, tibi quae poscis amice
350 Rite dabo, et grates inde rependo deo[1].
Quo miserante diu sectatus iussa celidri,
Cristicolam tandem poscis adire fidem.
Ecce parate', iubet, 'cuncti concurrite', Caesar,
'Munera baptismi rite parare decet,
355 Candidolas vestes quales gestare decebit
Cristicolis, fontes, crismaque, seu latices.'
Ordine his gestis, sacris quoque rite paratis,
Caesar et Heroldus tecta sacrata petunt[2].
Caesar honore dei Heroldum suscepit ab undis,
360 Vestibus albidulis[3] ornat et ipse manu;
Iudith reginam Heroldi pulcra induperatrix
Fonte levat sacro[4], vestibus atque tegit;
Hlutharius Caesar, Hludowici filius almi,
Heroldi natum sustulit a latice;
365 Regis honoratos proceres relevantque decorant,
Ast alios plures turba levavit aquis.
O Hludowice, deo quantas das, magne, catervas!
Quantus odor Christo te faciente meat[5]!
Haec tibi lucra diu, princeps, servata manebunt;
370 Abstrahis ore lupi, quae facis esse dei.
Vestibus albatus Herold, seu corde renatus,
Iam patris eximii candida tecta subit[6].
Caesar ei celsus praegrandia munera donat[7],
Qualia Francorum gignere rura valent[8],
375 Consertam clamidem gemmis seu murice rubro[9],
Aureus in gyro quam quoque limbus arat[10].
Dat lateri[11] insignem Caesar, quem gesserat, ensem,
Aurea quem comunt cingula rite data.
Aurea mox geminos constringunt vincla lacertos,
380 Foemora gemmatus balteus eius obit[12];
Et caput insigni donatur rite corona,
Perstringuntque pedes aurea plectra[13] suos;
Aurea per dorsum resplendent tegmina latum,
Ornanturque manus tegmine candidulo[14].
385 Munera praeterea matronae regia Iudith
Congrua namque dedit, gratificumque decus,

---

354 parate *VH*, *fortasse* parare decet *Mur.* 359 suscoepit *V* 362 leuas *corr.* uat *V* 365 reuelantque *V* 371 herord *corr.* rold *V* 373 donat. turrite corona *V*

1) *Iuvenci H. e. I,* 96 gratesque rependit. 2) *Cf. p.* 62 *v.* 117; *v.* 146. 3) *Amor. III,* 13, 27 vestibus albis. 4) *Thegan. c.* 33 uxorem eius elevavit de fonte domna Iudith augusta; *cf. v.* 336. 5) 2 *Cor.* 2, 15 Christi bonus odor sumus deo in iis qui salvi fiunt. 6) *Cf. supra p.* 31 *v.* 228. 7) *Cf. supra p.* 26 *v.* 75, *p.* 61 *v.* 111. 8) *Cf. supra p.* 37 *v.* 466. 9) *Ecl. IV,* 43 rubenti | Murice; *Aen. IV,* 137 Sidoniam picto chlamydem circumdata limbo. 10) *Met. V,* 51 Indutus chlamydem Tyriam, quam limbus obibat | Aureus. 11) *Amor. II,* 10, 25 Et lateri dabit; *III,* 8, 14 Ense latus cinctum; *Aen. XI,* 489 laterique accinxerat ensem. 12) *Aen. V,* 312 lato quam circumplectitur auro | Balteus. 13) *calcaria MUR.* 14) *Theodulf. ad Carol. reg.* 93 (*I,* 485) manuum seu tegmina blanda.

Scilicet ex auro tunicam gemmisque rigentem[1], 826
Conficit ast qualem arte Minerva sua[2];
Aurea vitta caput gemmis redimita[3] coronat,
390 Atque monile tegit pectora grande nova[4],
Flexilis obtorti per collum it circulus auri[5],
Armillaeque tenent brachia femineae;
Foemora lenta tegunt auro gemmisque[6] peracta
Cingula, dorsa tegit aurea cappa suum.
395 Nec minus interea[7] Hluttharius ornat amore
Heroldi natum vestibus aurigeris.
Caetera namque cohors Francisco more paratur,
Vestimenta sibi Caesar amore dedit.
Interea missarum aderant iam sacra parata,
400 More vocat signum[8] ad culmina sacra homines.
Tecta nitent vario clero repleta corusco,
Ordine mirifico vernat amoena domus[9];
Turba sacerdotum Clementis[10] dogmate constat[11],
Levitaeque micant ordine namque pii[12].
405 Theuto[13] chorum cleri disponit rite canentum,
Adhalliutus adest, fertque manu ferulam,
Percutit instantesque, viam componit honore
Caesaris et procerum, coniugis et sobolis.
Atria Caesar ovans per lata petebat[14] in aulam,
410 Sedulus officiis adfore saepe sacris;
Resplendens auro nimium gemmisque refulgens[15],
Innixus famulis laetus abibat[16] iter.
Hilduinus habet dextram, Helisacharque[17] sinistram
Sustentat[18]; Gerung[19] pergit at ipse prior,
415 Virgam more gerit, servans vestigia[20] regis,
Aurea cuius habet quippe corona caput.
Hlutthariusque pius, Heroldus et ipse togatus
Pone sequuntur[21] eos, muneribusque micant.
Ante patrem pulcher Carolus puer[22] inclitus auro
420 Laetus abit, plantis marmora pulsat[23] ovans.

---

390 munile *V* 407 percut *V*

1) *Aen. I,* 648 pallam signis auroque rigentem. 2) *Venanti Fort. C. IV,* 28, 8 Arte Minerva fuit. 3) *Aen. X,* 538 redimibat tempora vitta. 4) *Aen. VII,* 278 Aurea pectoribus demissa monilia pendent; *Met. V,* 52 ornabant aurata monilia collum. 5) *Aen. V,* 558 it pectore summo | Flexilis obtorti per collum circulus auri. 6) *Met. XIII,* 704 auro gemmisque. 7) *Cf. supra p.* 15 *v.* 313. 8) *campana.* 9) *Venanti Fort. C. I,* 19, 2 vernat amoenus ager. 10) *Cf. supra p.* 30 *v.* 211. 11) *Scotti, magistri palatini, cf. t. I,* 581. 12) *Venanti Fort. C. II,* 9, 21 Inde sacerdotes, leviticus hinc micat ordo. 13) *Aliquis ex palatinis proceribus, uti et Adhalvitus subsequenter positus, cf. Simson Ludwig I,* 260. 14) *Aen. VI,* 589 Ibat ovans, *cf. supra p.* 6 *v.* 42. 15) *Cf. supra p.* 30 *v.* 215. 16) *Met. XII,* 208, *XI,* 106 Laetus abit; *Aen. VIII,* 544 Laetus adit. 17) *Cf. supra p.* 35 *v.* 389. 18) *Aen. X,* 339 Sustentat dextra. 19) *Einhardi ann.* 822 Gerungum ostiariorum magistrum, *cf. Simson I,* 182 *n.* 5. 20) *Met. I,* 237, *IX,* 227 servat vestigia; *Aen. II,* 711 servet vestigia coniunx. 21) *Georg. IV,* 487, *Aen. X,* 226 Pone sequens. 22) *a.* 823 *natus; Aen. V,* 570 ante omnes pulcher; *IX,* 291, 308. 23) *Cf. supra v.* 412; *Sedul. C. Pasch. III,* 228 lambebant marmora plantas.

826 Iudith interea regali munere fulta
Procedit, renitens munere mirifico,
Quam proceres gemini summo comitantur honore [1],
Matfridus sive Huc [2] consociando gradum,
425 Atque coronati dominam venerantur honestam;
Vestibus auratis [3] celsus uterque micat.
Heroldi sequitur propius quam denique coniunx,
Induperatricis munere laeta [4] piae.
Et Fridugisus abit [5], sequitur quem discipulorum [6]
430 Turba sagax, candens vestibus atque fide.
Ordine composito [7] sequitur deinc caetera pubes [8],
Vestibus ornata munere Caesareo.
Caesar ut ecclesiam gressu pervenit honesto,
Exposcit votis more suo dominum.
435 Mox tuba Theutonis clare dat rite boatum [9],
Quam sequitur clerus protinus atque chori.
Miratur Herold, coniunx mirantur [10] et omnes,
Proles et socii, culmina tanta dei,
Mirantur clerum, mirantur denique templum [11],
440 Atque sacerdotes officiumque pium [12];
Regis praecipue mirantur praemia magni,
Imperiis cuius currere tanta vident.
Dic, Herolde, precor iam nunc, quam pluris amabis
Celse, fidem regis, an tua sculpta nequam?
445 Ferque fabrita focis auri argentique metalla [13],
Et tibi sive tuis inde paretur honos.
Si ferrum fuerit, fortassis ad arva colenda [14]
Sufficit, et cultros inde fabrire iube;
Plus tibi vomer opes telluri infixus habebit,
450 Quam deus ille tibi conferat arte sua.
Hic deus est verus, Franci quem Caesar et ipse
Rite colunt votis; hunc cole, linque Iovem.
De Iove fac ollas [15] nigras furvosque lebetes [16],
Ignem semper ament [17], auctor ut ipse suus.
455 Neptuno fabricetur aquae gerulus tibi iure
Urceus, et laticum semper habebit honos [18]!

Interea reverenter opes parabantur [19] heriles,
Atque cibi varii multimodumque merum.

---

428 munera *VH*, munere *corr. Mur.*

1) *Aen. XI*, 52 vano . . . comitamur honore. 2) *Cf. supra p.* 62 *v.* 125. 3) *Met. VIII*, 448 auratis . . vestibus. 4) *Met. XII*, 208 Munere laetus abit. 5) *Aen. V*, 319 Primus abit. 6) *Cf. supra p.* 49 *v.* 289. 7) *Cf. supra p.* 6 *v.* 55. 8) *Aen. V*, 74 sequitur quos cetera pubes; 573 Cetera . . pubes. 9) *Aen. V*, 139 ubi clara dedit sonitum tuba. 10) *Ib. VIII*, 91 mirantur et undae, | Miratur nemus. 11) *Ib. I*, 709 Mirantur dona Aeneae, mirantur Iulum; 421 Miratur molem Aeneas . . | Miratur portas. 12) *Ov. Ep. XIII*, 27 Officium fecere pium. 13) *Aen. VIII*, 445 aurique metallum. 14) *Cf. supra p.* 41 *v.* 20. 15) *Venanti Fort. C. XI*, 10, 11 Olla nigella; ***Historia tripart. IX*** *c.* 27 Idola siquidem deorum conflabantur ad faciendas ollas et ad Alexandrinae ecclesiae diversas utilitates. 16) *Aen. III*, 466 Dodanaeosque lebetas. 17) *Amor. II*, 4, 10 semper amem. 18) *Aen. I*, 736 laticum libavit honorem. 19) *Fast. V*, 282 parabat opes.

Pistorum Petrus hinc princeps, hinc Gunzo coquorum[1] 826
460 Accelerant, mensas ordine more parant[2].
Candida praeponunt niveis mantelia villis[3],
Marmoreo disco disposuere dapes.
Hic Cererem solitus, hic carnea dona ministrat[4];
Aurea per discum vasa[5] sedere vides.
465 Nec minus Otho puer pincernis imperat ardens[6],
Praeparat et Bachi munera[7] lenta meri.

Cultibus almificis transactis rite verenter,
Venerat unde prius, Caesar abire parat
Aureus; et coniunx, proles, auratus et omnis
470 Coetus abit, clerus denique candidolus.
Inde pius moderando gradum pervenit in aedes,
Quo sibi caesareo more parantur opes[8].
Discubuit laetus, lateri Iudith quoque pulcra
Iussa[9], sed et regis basiat ore genu[10].
475 Hlutarius Caesar, necnon Heroldus et hospes
Parte sua resident, rege iubente, thoro.
Miranturque dapes Deni, mirantur et arma[11]
Caesaris, et famulos, et puerile decus[12].
Ille dies laetus[13] Francis Denisque renatis
480 Namque fuit merito, post recolendus erit.

Alter namque dies primo veniebat Eoo[14],
Cedunt astra polo, sole calescit humus;
Venatum ire parat[15] Caesar Francique solentes,
Et secum Heroldum Caesar abire iubet.
485 Insula propter adest, Rheni quoque gurgite cincta[16],
Quo viret herba recens[17] et nemus umbriferum[18];
Illuc quippe ferae multae variaeque fuerunt,
Et late silvis turba iacebat iners[19].
Hanc quoque complerunt venantum hinc inde manipli,
490 Atque molosorum magna caterva[20] simul.

---

459 gunto *corr.* gunzo *V* 462 marmareo *V* 466 *an* laeta? 482 Cędunt *V*

1) *Cf. t. I,* 581; *Simson Ludwig I,* 261. 2) *Aen. I,* 638 parant convivia. 3) *Georg. IV,* 377—79, *Aen. I,* 702 tonsisque ferunt mantelia villis; 706 Qui dapibus mensas onerent et pocula ponant. 4) *Ib. VIII,* 181 Dona laboratae Cereris Bacchumque ministrant; *Venanti Fort. C. XI,* 10, 3 Carnea dona. 5) *Cf. supra p.* 29 *v.* 163. 6) *Hludowici capit.* 826 *c.* 6 (*LL. I,* 256) Odo buticularius de foreste sua interrogandus est. 7) *Cf. supra p.* 31 *v.* 233. 8) *Cf. p.* 70 *v.* 457. 9) *Aen. I,* 708 toris iussi discumbere. 10) *Cf. supra p.* 42, 46 *v.* 42, 168. 11) *Cf. supra p.* 70 *v.* 439. 12) *pueri honorarii, qui nutriti in aula regia dicebantur, ii praecipue ex eorum numero fuerint MUR.* 13) *Fast. I,* 87 laeta dies; *Aen. IV,* 169 Ille dies primus leti . . | Caussa fuit. 14) *Aen. III,* 588 Postera iamque dies primo surgebat Eoo; 356 Iamque dies alterque dies processit. 15) *Ib. IV,* 117 Venatum . . | In nemus ire parant. 16) *eadem Rheni insula prope Ingelenheim sita, in qua Hludowicus imperator a.* 840 *mortuus est; cf. Dümmler, Gesch. des Ostfränk. Reiches I,* 135. 17) *Cf. supra p.* 57 *v.* 586. 18) *Aen. VI,* 473 In nemus umbriferum. 19) *Georg. III,* 354 iacet . . | . . late; *Art. Am. II,* 706 iacebit iners. 20) *Cf. supra p.* 64 *v.* 213.

826 Caesar veloci residens terit arva caballo,
Wito pharetratus cui comes ibat equo[1];
Plurima turba fluit[2] iuvenum, necnon puerorum,
Inter Hluttharius quos celer ibat equo[3];
495 Atque simul Deni, necnon Heroldus et hospes,
Spectandi studio[4] huc quoque laetus adest.
Iam pia scandit equum Iudith pulcherrima coniunx[5]
Caesaris, ornata comptaque mirifice,
Quam proceres summi dominam, seu turba potentum
500 Praeterit et[6] sequitur regis honore pii.
Iam nemus omne sonat[7] crebris latratibus ictus,
Hinc hominum voces[8], hinc tuba crebra furit;
Dissiliuntque ferae, fugiuntque per aspera dumi[9],
Nec fuga subsidio[10], nec nemus estque latex.
505 Inter cornigeros cecidit quoque dammula cervos[11],
Dentifer ipse cadit cuspide fixus aper[12].
Caesar laetus enim dat corpora multa ferarum
Ipse neci[13], propria perculit atque manu[14];
Hlutharíusque celer florens, fretusque iuventa[15]
510 Percutit ursorum corpora multa manu[16].
Caetera turba[17] virum passim per prata trucidat
Diversi generis multimodasque feras.
Forte canum infestante fugit damella caterva
Per nemus umbriferum[18], perque salicta salit;
515 Ecce locum, quo turba potens et Caesera Iudith
Constiterant, Carolus cum quibus ipse puer,
Praeterit instanter, pedibus spes constat in ipsis;
Ni fuga subsidium conferat, ecce perit[19].
Quam puer aspiciens Carolus[20] cupit ecce parentis
520 More sequi, precibus postulat acer equum[21];
Arma rogat[22] cupidus, pharetram celeresque sagittas[23],
Et cupit ire sequax, ut pater ipse solet.
Ingeminatque preces precibus; sed pulcra creatrix[24]
Ire vetat, voto nec dat habere viam.

---

505 coruos *V* 515 Caesera *pro* . . . Caesarea *Mur.*

1) *Aen. IX,* 269 quo Turnus equo . . ibat; *VIII,* 466 illi comes ibat Achates; *XI,* 33 Tum comes . . ibat alumno; *Fast. II,* 314 roscidus ibat equo. 2) *Aen. VI,* 667 plurima turba; *XII,* 443 omnisque . . . . | Turba fluit. 3) *Cf. supra v.* 492. 4) *Aen. II,* 63 visendi studio. 5) *Cf. p.* 51 *v.* 377; *Aen. IV,* 60 pulcherrima Dido; *X,* 611 pulcherrime coniunx. 6) *Aen. V,* 171 Praeterit et. 7) *Cf. p.* 46 *v.* 182; *Aen. XII,* 751 latratibus instat; *Met. III,* 231 resonat latratibus aether. 8) *Trist. I,* 3, 27 voces hominumque canumque. 9) *Aen. IV,* 526 aspera dumis. 10) *Aen. XII,* 733 Ni fuga subsidio. 11) *Cf. supra p.* 41 *v.* 591. 12) *Aen. XI,* 691 cuspide fixit. 13) *Georg. III,* 480 Et genus omne neci pecudum dedit, omne ferarum; *Aen. X,* 664 Obvia multa virum demittit corpora morti; *XII,* 328 Multa virum volitans dat fortia corpora leto. 14) *Cf. p.* 64 *v.* 198. 15) *Aen. V,* 430 fretusque iuventa. 16) *Karol. M. et Leo p.* 311 (*I,* 374) Corpora multa cadunt . . . ferarum; *Aen. XI,* 197 Multa boum . . . corpora. 17) *Cf. supra p.* 8 *v.* 118. 18) *Cf. supra p.* 71 *v.* 486. 19) *Cf. supra v.* 504. 20) *Aen. IV,* 156 At puer Ascanius (*cf. v.* 156—159). 21) *Cf. supra p.* 12 *v.* 243. 22) *Aen. VIII,* 376 arma rogavi; 383 Arma rogo genetrix nato. 23) *Ib. I,* 187, *XII,* 394 celeresque sagittas; *Met. V,* 367 celeres . . sagittas. 24) *Aen. VI,* 367, *VIII,* 534 diva creatrix.

525 Ni pedagogus eum teneat materque volentem, 826
    More puer pueri iam volet ire pedes[1].
Pergunt ast alii iuvenes, capiuntque fugacem
    Bestiolam[2], inlaesam mox puero revehunt.
Arma aevo tenero tunc convenientia sumit[3],
530 Perculit atque ferae terga[4] tremenda puer.
Hunc puerile decus hinc inde frequentat et ambit[5],
    Hunc patris virtus, nomen et ornat avi[6],
Qualis Apollo micat gradiens per culmina Deli,
    Latonae matri gaudia magna ferens[7].

535 Iam pater eximius Caesar seu caetera pubes[8]
    Venatu gravidi tecta subire[9] parant;
Sed tamen in medio nemoris viridantia claustra
    Iudith prudenter construit, atque tegit
Vimine praeraso nec non et tonsile buxo,
540 Palleolis cingit linteolisque tegit,
Atque pio regi viridanti ruris in herba[10]
    Ipsa sedile parat, ordinat atque dapes.
Mox manibus lotis[11] Caesar seu pulcra iugalis
    Aurato ecce thoro discubuere simul[12].
545 Hlutharius pulcher, Heroldus et hospes amatus
    Accumbunt mensae[13], rege iubente pio.
Caetera gramineo residet nam rure iuventus[14],
    Per nemus umbriferum corpora lassa[15] fovet.
Pinguia tosta ferunt iuvenes mox exta ferarum[16];
550 Caesareis dapibus mixta ferina[17] coit.
Aufugit acta fames dapibus[18]; dant pocula[19] buccis,
    Pellitur atque sitis[20] ipsa liquore pio,
Laetificatque bonus mox pectora fortia[21] Bacchus:
    Laetanter repetunt aulica tecta viri.
555 Aulai ut venere, fovent mox corda Lyeo[22],
    Et vespertinis pergitur officiis.

---

1) *Aen. VI,* 881, *VII,* 624 Pars pedes ire parat; *X,* 453 pedes apparat ire. 2) *Aen. X,* 724 fugacem | . . . capream. 3) *Ib. XII,* 31 arma impia sumpsi; *XI,* 578 Tela manu iam tum tenera puerilia torsit. 4) *Amor. III,* 10, 26 Figentem . . terga ferina. 5) *Cf. p.* 71 *v.* 478; *Theodulf. in die palmar.* 2 (*I,* 559) puerile decus. 6) *Trist. IV,* 5, 34 det tibi nomen avi; *Venanti Fort. C. IX,* 1, 10 te genus ornat avi. 7) *Aen. I,* 502 Latonae tacitum pertemptant gaudia pectus *(cf. v.* 500 *sq.)*; *Amor. II,* 9, 44 gaudia magna feram. 8) *Cf. supra p.* 70 *v.* 431. 9) *Met. XIV,* 250 tecta ignota subire; *Aen. VIII,* 359, *III,* 83; *p.* 68 *v.* 372. 10) *Aen. V,* 388 viridante toro consederat herbae. 11) *Iuvenci H. euang. III,* 174 Illotis autem manibus. 12) *Cf. supra p.* 71 *v.* 473; *Met. VIII,* 565, *XII,* 155 Discubuere toris. 13) *Aen. I,* 79 epulis accumbere; *Iuvenci H. euang. I,* 760 accumbere mensae. 14) *Aen. VIII,* 176 gramineoque viros locat ipse sedili, 182 Troiana iuventus. 15) *Cf. supra p.* 71, 72 *v.* 486, 514; *Rem.* 414 Lassatque . . . corpora. 16) *Aen. VIII,* 179 Tum lecti iuvenes . . . | Viscera tosta ferunt taurorum. 17) *Ib. I,* 215 pinguisque ferinae. 18) *Ib.* 216 exempta fames epulis, *VIII,* 184. 19) *Met. XIV,* 287 data pocula. 20) *Amor. II,* 6, 32 Pellebatque sitim. 21) *Aen. VIII,* 150 fortia bello | Pectora; *cf. I,* 734 Adsit laetitiae Bacchus dator. 22) *Ib. III,* 354 Aulai medio libabant pocula Bacchi.

826 His quoque transactis solito digneque verenter
Inde palatinas iam subiere domus [1].
Ecce manus iuvenum [2], venatus munera tollens,
560 Multa fluit, cupiens regis adesse oculis.
Milia cervorum praegrandia cornua, nec non
Ursorum referunt tergora [3] seu capita,
Plurima saetigerum revehunt et corpora aprorum [4],
Capreolos, dammas fert puerile decus [5].
565 Ille pius praedam famulos partitur in omnes [6]
More suo [7], clero pars quoque magna cadit.
Interea Heroldus cum talia cerneret hospes,
Multimoda versat pectore consilia [8].
Regia iura videns, stupet imperiumque fidemque,
570 Officiumque dei currere iure suo.
Sed tandem incertos tergit de pectore motus,
Consiliumque capit, quod deus ipse dedit.
Ecce fide plenus, regi haec quoque verba profatur [9],
Sponte sua veniens procidit ante pedes [10]:
575 'Caesar opime [11], dei cultor, rectorque tuorum,
Quos tibi cunctipotens contulit, alme, deus,
Cerno, quod insignis, paciens, fortisque piusque,
Armiger et clemens sis, tribuente deo.
Dives opum [12] nimium, nec non largitor egentum [13],
580 Blandus subiectis [14] atque quietus ades.
Omnia virtutum video tibi credita, Caesar,
Flumina, sidereo pectora rore madent [15]:
Colla iugo Christi en monitans mea vestra subegit
Suasio, et aeternis traxit ab usque focis,
585 Deque errore malo memetque domumque subactam
Abstulit, et vero pectora fonte replet.
Insuper en donis variisque iuvatus et armis [16],
Corde deo plenus, corpus habundat ope.
Talia quis faceret, ni Christi ignitus amore
590 Ingratae plebi munia tanta ferens?
Credo quidem, in terris vos nunc caput esse bonorum [17],
Cristicolum imperii rite tenere decus;
Idola cuncta mihi ut cedunt pro nomine Christi,
Sicque potestates nomine quippe tuo.

---

560 occulis *V* 565 partitus *V* 570 Offitiumque *V* 593 caedunt *V*

1) ***Met. I,*** **121** Tum primum subiere domus. 2) *Aen. VI,* 5, *X,* 167 manus iuvenum; ***Met. VIII,*** **300** Lecta manus iuvenum. 3) *Met. XIII,* 347 taurorum tergora septem. 4) *Aen. VII,* 17 ***XI,*** **198** Saetigerosque sues; *Met. X,* 549 Saetigerosque sues. 5) *Cf. supra p.* 71, 73 *v.* 478, 531. 6) *Aen. I,* 194 socios partitur in omnes; *Karol. M. et Leo* 312 (*I,* 374) Tunc Karolus praedam proceres partitur in omnes. 7) *Cf. supra p.* 66 *v.* 286. 8) *Cf. supra p.* 20 *v.* 491. 9) *Iuvenci H. euang. I,* 236 laetusque haec dicta profatur; *Aen. IV,* 364 et sic accensa profatur. 10) *Hor. Epod.* 17, 13 rex procidit . . | ad pedes Achillei. 11) *Cf. supra p.* 66 *v.* 305. 12) *Cf. supra p.* 56 *v.* 554. 13) *Venanti Fort. C. IV,* 10, 13 tacitus largitor egentum. 14) *Cf. Aen. VI,* 854 Parcere subiectis. 15) *Cf. supra p.* 8 *v.* 106; *Amor. I,* 6, 55 vitreoque madentia rore | Tempora; *Aen. V,* 854 rore madentem. 16) *Cf. supra p.* 61 *v.* 107. 17) *Aen. IV,* 12 Credo equidem, nec vana fides, genus esse deorum.

595 Cedat iamque potens antiqui gloria saecli, 826
Dum viget imperium, dante tonante[1], tuum.
Forte aliquis aequandus erat tibi munere et armis:
Praecellis cunctos sed quoque amore dei[2].
Sed quid agam[3] iam iam? cur me mea verba retardant[4],
600 Et sermone brevi prodere[5] tanta volo?'
Mox manibus iunctis[6] regi se tradidit ultro,
Et secum regnum, quod sibi iure fuit.
'Suscipe, Caesar', ait, 'me nec non regna subacta:
Sponte tuis memet confero servitiis!'
605 Caesar at ipse manus manibus suscepit honestis[7];
Iunguntur Francis Denica regna piis.
Mox quoque Caesar ovans Francisco more veterno[8]
Dat sibi equum nec non, ut solet, arma simul[9].
Festa dies iterum surgit[10] renovata nitescens,
610 Francis et Denis concelebrata micat.
Interea Caesar Heroldum iamque fidelem
Munere donat[11] opum pro pietate sua.
Illius ast propter tribuit sibi praedia fines[12],
Et loca vinifera multimodasque dapes.
615 Officiique dei cultum quo rite perornet,
Dat sibi Caesar adhuc omnia vasa potens.
Ordinibus vero dat vestimenta sacratis,
Datque sacerdotes catholicosque libros.
Illuc et monachos mittit miserando volentes[13],
620 Qui revehant populos ad pia regna poli.
Munera quanta quidem seu qualia donat habenda,
Ingenium vincunt exsuperantque melos[14].

Interea nautae, pelagi qui pignora norant,
Stipe rates onerant regificisque cibis;
625 Et iam vela vocant aurae[15], ventusque morantes
Arguit, atque hiemis signa tremenda monet[16].
Navibus aequatis tandem velisque novatis[17],
Cum licitu Heroldus intrat honore ratem[18],

---

1) *Cf. supra p.* 28 *v.* 148. 2) *Cf. supra p.* 5 *v.* 1—2. 3) *Met. VIII,* 506 Quid agam. 4) *Georg. III,* 253 obiecta retardant. 5) *Aen. II,* 127 Prodere voce sua. 6) *Cf. Ann. Lauriss. mai., Einhardi* 757; *Met. IX,* 314 iunctasque manus; *cf. supra p.* 31 *v.* 223. 7) *Aen. VIII,* 486 Conponens manibusque manus; *Einhardi ann.* 814 Herioldus rebus suis diffidens ad imperatorem venit et se in manus illius commendavit. 8) *i. e. vetusto*, *cf. supra p.* 8 *v.* 111. 9) *Cf. Taciti Germania c.* 14, *Hibernic. exul ad Carol. reg.* 94 *sqq.* (*I,* 399). 10) *Amor. III,* 10, 47, *Fast. VI,* 239, *Met. XII,* 150 Festa dies aderat; *Aen. III,* 588 Postera . . dies . . surgebat. 11) *Cf. supra p.* 38 *v.* 477. 12) *Thegan. c.* 33 magnam partem Fresonum dedit ei; *Einhardi ann.* 826 In qua provincia *(scil. Frisia)* unus comitatus, qui Hriustri vocatur, eidem datus est. 13) *Anskarium et Autbertum Corbeienses cf. Vitam Anskarii c.* 7, 8 (*SS. II,* 695). 14) *Aen. X,* 658 Exsuperatque moras; *Trist. I,* 5, 56 Materia vires exsuperante meas. 15) *Aen. III,* 356 Iamque . . et aurae | Vela vocant. 16) *Cf. p.* 73 *v.* 530; *Aen. VIII,* 335 tremenda | . . monita; *Fast. V,* 46 sceptra tremenda. 17) *Aen. IV,* 587 aequatis . . procedere velis; *V,* 232 aequatis . . rostris. 18) *Ib. V,* 272 sine honore ratem.

826 Filius atque nepos ipsius regis in aula
630 Excubiis vigilant[1], Francica iura colunt.
Heroldus dapibus variisque refertus et armis[2],
Per mare fluctivagum propria regna petit[3].
Haec, Hludowice, deo das tu quoque lucra potenti,
Et socias regnis inclita regna tuis;
635 Arma patrum nullo quae non valuere duello,
Sponte sua, capere, te modo regna petunt;
Quod nec Roma potens[4] tenuit, nec Francica iura,
Tu retines Christi nomine cuncta, pater.
Organa quin etiam, quae numquam Francia crevit,
640 Unde Pelasga tument regna superba nimis,
Et quis te solis, Caesar, superasse putabat
Constantinopolis, nunc Aquis aula tenet[5].
Fors erit indicium, quod Francis colla remittant,
Cum sibi praecipuum tollitur inde decus.
645 Francia plaude[6], decet; Hludowico fer, pia, grates,
Cuius virtute munera tanta capis.
Det deus omnipotens, caeli terraeque repertor[7],
Saecla per ampla suum nomen in orbe sonet[8].

Haec quoque dum canerem, Strazburc custode tuebar[9],
650 Delicti proprii conscius atque reus,
Virgo Maria, tibi quo templa dicata[10] nitescunt,
Quo tuus in terris rite veretur honos.
Saepius has equidem dicuntur visere sedes
Caelicolae, et coetus has colere angelicus[11].
655 Plurima mira quidem referunt, sed pauca renarrans
Sume, Thalia, favet si tibi virgo pia.
Ecclesiae custos Theutrammus nomine quondam
Praefatae fuerat, nomine dignus eo[12].
Pervigil hic solitus noctuque dieque sacratam
660 Virginis ante aram saepe rogare deum[13],
Idcirco meruit, caelesti munere[14] fretus,
Angelicos cives cernere saepe sacer.
Nocte quidem quadam, psalmis hymnisque peractis[15],
Cum cuperet membra fessa locare thoro[16],
665 Templum namque videt subita clarescere luce
Ut sol, et accendi sole serena dies.

---

642 Constanti nobilis *VII, emend. Mur.* 648 Secla *V*

1) *Aen. IX,* 159 vigilum excubiis. 2) *Cf. p.* 74 *v.* 587. 3) *Cf. p.* 14 *v.* 304; *Ov. Ep. XV,* 322 mea regna petas. 4) *Fast. IV,* 255 Roma potens. 5) *Einhardi ann.* 826, *Transl. S. Marcellini et Petri IV,* 75. 6) *Cf. p.* 26 *v.* 79. 7) *Iuvenci H. euang. I,* 35 dominus caeli terraeque repertor; *Aen. XII,* 829. 8) *Fast. III,* 390 Nominaque . . . nostra sonent, *cf. supra p.* 37 *v.* 446. 9) *Cf. supra p.* 20 *v.* 495. 10) *Fast. I,* 706 templa dicata deis; *III,* 704 templa dicata foro; *Aen. V,* 60 templis . . dicatis. 11) *Venanti Fort. C. VIII,* 3, 5 Coetibus angelicis. 12) *Cf. supra p.* 39 *v.* 533. 13) *Ex Ponto II,* 3, 100 solitum . . rogare deos. 14) *Met. XIII,* 659 caelesti munere. 15) *Cf. supra p.* 27 *v.* 117. 16) *Ov. Ep. II,* 90, *IV,* 90 fessaque membra; *Aen. X,* 867 consueta locavit | Membra.

Surgit ab usque thoro[1], causam cognoscere[2] mavult, 826
Lumine quo tanto fulgeat alma domus.
Forte aquilae similis pennis praetexerat aram,
670 Non tamen in terris gignitur haec volucris;
Rostrum erat ex auro, gemma preciosior unguis,
Et color in pennis aethere fusus adest,
Ast oculis lux ipsa micat[3]. Stupet ipse sacerdos[4],
Nec valet obtutus tendere contra suos[5].
675 Miratur volucrem, pariter miratur et alas[6],
Lumina praecipue, corpus et omne simul[7].
Tamque diu residet, cum galli garrula terna
Vox resonat, fratres excitat officio.
Inde levans, miranda fides, se sponte fenestra
680 Obvia recludit, laxat et ire foras.
Ipsa abeunte polos, pariter lux ipsa recessit[8]:
Apparet civem inde fuisse dei.
Tempore nempe alio[9] crevit didasculus idem,
Mira satis cecinit[10] quae mihi turba fratrum.
685 Psalleret ut solito praefatae sedis ad aram,
Expendens tenebras, corde petendo deum.
Discipuli secum, quorum custodia noctis,
Servabant signi tempora pervigiles.
Ecce repente sonus, tonitrus, ventusque perurguens
690 Concutit instanter ardua tecta[11] domus.
Discipuli cecidere solo, trepidique per aulam
Corpora prosternunt[12] mensque timore fugit,
Intrepidusque sacer palmis ad sidera[13] pansis
Scire cupit, causae quid sonus ille ferat.
695 Aspicit alma aperire domus mox tecta sacratae,
Intrantesque videt tres quoque honore viros,
Lumine perfusos, vestitos vestibus albis[14],
Candidiora nive corpora, lacte caput[15].
Tertius in medio senior namque ipse duobus
700 Fultus abit famulis, ingrediturque pie[16].
Ut pedibus tenuere solum, mox virginis aram
Relligione petunt, et prece vota canunt.
Tramite more hominis nam culmina[17] caetera poscunt,
Ore sonant verba, ordine dantque preces.

---

670 uolucres *V* 702 Religione *V*

1) *Met. IX*, 702 toro surgit; *XII*, 579. 2) *Georg. II*, 490 cognoscere caussas; *Trist. V*, 7 causam ... cognoscere. 3) *Met. VIII*, 356 Emicat (Lux micat) ex oculis. 4) *Aen. XII*, 707 Stupet ipse Latinus. 5) *Aen. I*, 495 Dum stupet obtutuque haeret defixus in uno; *IX*, 795 nec tendere contra; *V*, 27, *IX*, 377. 6) *Cf. supra p.* 70, 71 *v.* 439, 477. 7) *Cf. supra p.* 66 *v.* 306. 8) *Aen. III*, 311 lux alma recessit. 9) *Georg. III*, 245 Tempore non alio. 10) *Fast. IV*, 267 Mira canam. 11) *Aen. VII*, 512 Ardua tecta; *ib.* 160 ac tecta Latinorum | Ardua. 12) *Trist. III*, 5, 33 Corpora .. prostrasse. 13) *Aen. III*, 263 passis .. palmis; *Met. IX*, 175, *VI*, 368 tendens ad sidera palmas. 14) *Cf. supra p.* 68 *v.* 360, 371. 15) *Ex Ponto II*, 5, 37 lacte | Et non calcata candidiora nive; *Amor. III*, 5, 11 Candidior nivibus, 13 Candidior ... | .. lacte. 16) *Cf. supra p.* 48 *v.* 276. 17) *hic pro altaribus accipienda sunt MUR.*

705 Dextera pars aedis Pauli nam munere [1] gaudet,
Fulcitur laeva nomine quippe Petri,
Egregius doctor hinc, claviger inde polorum;
Inter utrosque micat mater opima dei.
Michahel mediam sibi seu crux vindicat aulam,
710 Ultima Iohannis unguine [2] laeta nitet.
Hos quoque caelicolae terris petiere precatu,
Quorum animas cernunt saepius ante deum.
Quis nam idiota ferat demens, non corpora patrum
Sanctorum merito rure colenda fore,
715 Cum deus in famulis merito veneretur amatis,
Quorum nos precibus scandimus alta poli?
Non deus est Petrus, sed Petri credo precatu
Noxa delicti posse carere mei.
Nam tenus [3] usque viri properant per templa Mariae,
720 Semper tecta super discooperta patent;
Expletis votis remeant ad sidera sursum,
Suscepere suum tecta reclusa locum.
Hoc sacer aspiciens pergit, sociosque revisit [4],
Qui stupefacta diu pectora rure [5] tenent.
725 'Surgite,' ait, 'socii, nam quae fortuna coegit [6]
Vos dormire modo, dum vigilare decet'?
Singultu quatiente [7] valent vix promere verba,
Ignotosque rei se fore nempe ferunt.
'Eia', ait, 'instanter horam tempusque notate;
730 Forte feret nobis haec quoque res aliud.
Credo, fuit vates praesulque dicatus honore,
Angelicus revehit quem quoque in aethra chorus' [8].
755 Mira fides rerum [9]! Bonefatius almus in illo
Tempore decessit [10], quem sacer ille videt,
735 Ferrea Frisonum Christi dum dogmate vellet
Frangere corda, viam ad caelica regna dare [11]:
Morbida heu medicum mox gens extinxit opimum,
Vulnere quippe suo regna paravit ei.
Hic properans caelos, socio comitante gemello [12],
740 Virgo Maria, tua visere templa volet.
Magna tibi virtus caelo, terraque potestas,
Quae patrem mundi progenerasse vales.
Tu mihi confer opem [13] inmerito, conferque medellam
Exilio, cuius limina saepe colo.

---

707 Aegregius *V* clauier *V* 710 unguie *V* 713 *voci* idiota *glossa theotisca* heimikizogener *superscripta est V* 723 sotiosque *V* 725 sotii *V* 732 reueit *V*

1) ***reliquiis; Venanti Fort. C. III,*** 7, 51 Dextera pars templi meritis praefulget Hilari; ***Art. Am. III,*** 655 munere gaudet. 2) ***oleum benedictum ex reliquiis S. Iohannis MUR.*** 3) ***i. e. quoad.*** 4) ***Aen. VI,*** 900 sociosque revisit. 5) ***i. e. humi.*** 6) ***Aen. VI,*** 533 an quae te Fortuna fatigat? 7) ***Sedul. C. Pasch. III,*** 107 vix verba precantia fari | Singultu quatiente valens; ***Amor. III,*** 9, 12 singultu concutiente. 8) ***Venanti Fort. V. S. Martini III,*** 411 Angelicusque chorus. 9) ***Iuvenci H. euang. I,*** 113 Sed pro mira fides. 10) ***a.*** 754 ***aut*** 755. 11) ***Aen. X,*** 49 viam dederit. 12) ***Ov. Ep. VI,*** 143 fetu comitante gemello; ***Met. XIII,*** 631 sociis comitantibus. 13) ***Ex Ponto II,*** 9, 6 adfer opem; ***II,*** 3, 48 lapso, quam potes, affer opem.

745 Et si praesentis fugit effera gloria saecli,
Te duce, virgo pia, caelica regna petam.

Hoc tibi, Caesar, opus stolida crocitante cicuta
Porrigit Ermoldus exul, egenus, inops[1];
Munere quippe carens[2], fero carmina pauca potenti,
750 Divitiis liber[3] offero namque melos.
Regia corda manu Christus qui stringit et ornat,
Vertit et in partes quas sibi cumque placet[4],
Qui tua praecipue virtutum flore replevit,
Atque redundare de pietate dedit,
755 Conferat, ut nostram propius, rex inclite[5], causam
Respicias, aurem accomodando[6] pie,
Veridicis poteris forsan cognoscere verbis
Criminis obiecti me minus esse reum[7].
Non tamen excuso me illius, crede, reatus
760 Inmunem, quo sum trusus in exilio[8],
Sed pietas inmensa, reis quae debita laxat[9],
Deprecor ut nostri sit memor exilii.
Tu quoque digna sibi coniux, pulcherrima Iudith[10],
Quae secum imperii culmina iure tenes,
Confer opem lapso, allisum solare misellum[11],
Erige labentem, carcere solve reum,
Ut vos altitonans per plurima tempora saecli
768 Sublimet, salvet, ditet, honoret, amet.

CARMEN NIGELLI[b] ERMOLDI EXULIS IN LAUDEM GLORIOSISSIMI PIPPINI REGIS.

Perge, Thalia[12], placet, nostro sociata labori[13],
Magnifico regi fer mea dicta celer:
Condere nube cava[14], ventis da vela[15] secundis,
Donec ad egregii regna venire queas.
5 Qua regione pius, quis nunc consistat in oris,
Narratu nostro sat bene nosse vales.

---

748 hermoldus *corr.* ermoldus *V* 760 *ante* quo *in V literae* In . . *tantum exstant* trursus *V* 768 amet UCS *finit V* || [b] nigely *H* 1 talia *H (passim)* 3 cana *superposito* caua *H* 5 horis *H*

1) *Met. XIII*, 510 exul, inops; *Theodulf. ad Modoin.* 15 (*I*, 563) Exul, inops, pauper, . . . egens. 2) *Cf. supra p.* 5 *v.* 14. 3) *opibus destitutus.* 4) *Prov.* 21, 1 cor regis in manu domini; quocumque voluerit inclinabit illud. 5) *Aen. VI*, 562 dux inclite Teucrum. 6) *Trist. V*, 12, 53 commodet aurem. 7) *Theodulf. ad Aiulfum* 74 (*I*, 560) Me obiecti haudquaquam criminis esse reum. *Consilium quod Modoinus Theodulfo dederat, Ermoldus hic sequitur.* 8) *Cf. supra p.* 29 *v.* 169—170. 9) *Cf. supra p.* 58 *v.* 619. 10) *Cf. supra p.* 72 *v.* 497. 11) *Cf. p.* 78 *v.* 743; *Aen. IX*, 290 solare inopem. 12) *Theodulf. ad Carol. imp.* 1 (*I*, 527) Perge, libelle, celer; *ad Modoin.* 3 (*I*, 563) Ito, Thalia, celer. 13) *Met. VIII*, 546 sociati . . laboris. 14) *Aen. I*, 516, *V*, 810, *XI*, 593 Nube cava; *Met. XV*, 804 condere nube. 15) *Georg. II*, 41 da vela; *Aen. III*, 683 ventis intendere vela secundis; *VII*, 23 ventis inplevit vela secundis; *IV*, 546 ventis dare vela; *VIII*, 682; *Met. I*, 132 Vela dabat ventis.

Est fluvius nostris fama modo notus [1] in arvis,
    Cui Curantan [2] inest nomen et amplus honor;
Piscibus hunc habilem [3] et pratorum germine laetum
10   Sanctonus [4] adfirmat, nec Egelisma [5] minus;
Aurea rura [6] sibi flavescunt [7], rosea prata,
    Fertilis arboribus [8], vitibus atque satis;
Haud procul hunc [9] propter laqueata palatia [10] cernes,
    Quod, Hluduwice, tuus sermo peregit opus [11].
15 Illuc, crede mihi [12], nuper pascalia festa
    Coniuge cum digna [13] rex peragenda fuit.
Ventum erit ut tandem ad praefata palatia regis,
    Prospicies varium murmur inesse loco;
Ordine quisque suo regalia iussa frequentat [14],
20   Currit hic, ille manet, hic venit, ille redit [15];
Prospectant proceres, se rex quo limine solus
    Officioque dei pergat inesse solers.
Hac clerus graditur, patres hinc, inde iuvenci,
    Et puerile simul agmen [16] abibit ovans.
25 Praemissis senibus iuvenum stipante caterva [17],
    Consulibus mediis, rex venerande, venis.
Forte, Thalia, cupis signis cognoscere regem;
    Noscere quo possis, rex tibi signa dabit [18].
Ut Phoebus radiis totum dilucidat orbem [19],
30   Utque calore suo nubila cuncta fugat [20],
Arboribusque, satis [21], nautis, sua gaudia signans:
    Haud aliter [22] populo rex veniendo placet.
At regina quidem summis vestigia plantis [23]
    Ordinat, et sequitur [24], ecclesiamque petit.
35 Quam circum comitantur heri [25] seu regia pubes,
    Virgineique chori pulcra corona [26] comit;

---

9 praetorum *H* 10 egelismamnus *H*, *corr. P* 11 roseam *H* 12 uicibus *H* 13 cernens *H* 14 luduuuice *H* pergit *H* 16 *an* peragendo? 25 iuuenumque *H* 27 talia *V* 29 dilcucitat *H*

1) *Cf. supra p.* 53 *v.* 437. *Andiacum palatium fortasse ab Ermoldo dicitur, cf. Vita Hludowici c.* 7 (*SS. II*, 610). 2) *hodie Charente.* 3) *Cf. supra p.* 27 *v.* 96. 4) *Saintes.* 5) *Angoulême.* 6) *Aen. VII*, 712 rosea rura. 7) *Ecl. IV*, 28 flavescet campus. 8) *Georg. IV*, 142 fertilis arbos. 9) *Aen. VIII*, 603 Haud procul hinc. 10) *Theodulf. contra iud.* 531 (*I*, 507) laqueata palatia. 11) *Cf. supra p.* 16 *v.* 358. 12) *Trist. II*, 353, *Amor. II*, 2, 51 Crede mihi. 13) *Ex Ponto I*, 4, 55 cum coniuge Caesare digna. 14) *Iuvenci H. e. III*, 425 pia iussa frequentet. 15) *Venanti V. S. Martini III*, 362 Hic fugit, ille redit. 16) *Aen. V*, 548 puerile paratum | Agmen. 17) *Ib. I*, 498 magna iuvenum stipante caterva, *cf. supra p.* 56 *v.* 527. 18) *Georg. I*, 463 Sol tibi signa dabit, *cf. v.* 438—39. 19) *Venanti Fort. C. III*, 23 *a*, 1 Phoebus ut ..... 3 Effusis radiis totum sibi vindicat orbem, *cf. Nasonis Ecl. II*, 69 — 72 (*I*, 389); *Aen. IV*, 119 Titan radiisque retexerit orbem. 20) *Venanti Fort. C. IV*, 26, 18 Nubila fronte fugans. 21) *Georg. I*, 444, *Aen. II*, 139 Arboribusque satisque. 22) *Aen. I*, 399 Haud aliter. 23) *Iuvenci H. euang. I*, 394 summas ... plantas; *Aen. XI*, 573 primis infans vestigia plantis | Institerat. 24) *Met. IV*, 515 sequitur vestigia coniugis; *IX*, 640. 25) *Aen. VIII*, 462 comitantur herilem. 26) *Venanti Fort. V. S. Martini III*, 273 Virgineique chori; *C. VIII*, 4, 7 Pulchra corona.

Ipsa puellari graditur comitante phalanga [1],
Regifico renitens luxu [2] onerosa nimis.
His ita conspectis tu demum pelle timorem [3],
40 Teque palam cunctis offer adesse, peto;
Dic: 'Valeant patres, fratres, valeantque sodales',
Ordinibus variis [4] solve salutis opus.
Undique conveniunt [5] socii fratresque patresque
Singula quisque cupit orsa referre sibi;
45 His tandem breviter verbis me vivere dices [6],
Exiliumque pati [7] culpa operante mea.
Invenies quosdam nostrum flevisse laborem [8],
Est cui corde pius noster et almus amor,
'Vestra manent vobis, socii,' dic, 'gaudia regni,
50 Gloria larga simul et pietatis honos;
Nam sua quae fuerit tandem fortuna sequetur [9];
Inveniet reditum fors operante deo.'
Coetibus in tantis [10] haud usquam deerit amicus,
Regis ad aspectum sistere te cupiens;
55 Ut quoque sorte datum [11] fuerit tibi cernere regem,
Dic: 'Ave, rex, salve, rex venerande, vale [12].'
Mox prostrata solo celsis da basia plantis [13],
Celsa forte manu te relevabit humo;
At gemitu vario lacrimis compunctus obortis [14],
60 Si sibi cura mei, cuncta referre [15] iubet:
'Unde venis [16], te aut quis nostram huc misit ad aulam?' Rex
Dixerit, at tu mox exere iussa libens,
Exere quicquid habes [17], testor, nec multa loquaris,
Divitibus nimia displicuisse solent.
65 'Exulis imperium me tanta per aequora vectam [18] Thalia
Conpulit ad vestra regna venire modo;
Prosperitate volens de vestra certus haberi,
Coniugis et prolis, seu procerum atque ducum.
His sibi cura manet, horum me discere causas [19]
70 Iussit, et ad sese cuncta referre cito'.

---

37 puellare *H* 38 retinens *H* (*cf. supra p.* 70 *v.* 422) 39 *ad marg. additur* Rex sine fine maneus miseris tu parce rui(nam) 59 ab ostis *H*

1) *Venanti Fort. C. VIII,* 3, 27 Ipsa puellari medio circumdata coetu. 2) *Aen. VI,* 605 Regifico luxu. 3) *Ib. V,* 812 pelle timorem. 4) *Venanti Fort. C. VIII,* 3, 264 Ordinibus variis. 5) *Cf. p.* 13 *v.* 269. 6) *Trist. I,* 1, 19 Vivere me dices; *Theodulf. ad Modoin.* 17 (*I,* 563) me vivere dices. 7) *Aen. II,* 638 Exiliumque pati. 8) *Trist. I,* 1, 27 Invenies aliquem; *Aen. VIII,* 380 durum . . . flevissem saepe laborem. 9) *Amor. I,* 4, 69 Sed quaecumque tamen noctem Fortuna sequetur; *Aen. IV,* 109, *Aen. VIII,* 15 si fortuna sequatur. 10) *Venanti V. S. Martini III,* 418 Coetibus in mediis. 11) *Aen. I,* 139 Sed mihi sorte datum. 12) *Theodulf. ad Carol. imp. v.* 2 (*I,* 527) O pie, dic, induperator ave. 13) *Ib. v.* 3 Stratus humi plantis da basia grata decoris, *cf. p.* 22, 23 *v.* 547, 584. 14) *Aen. III,* 492, *IV,* 30, *VI,* 868, *XI,* 41 lacrimis . . . obortis; *Amor. I,* 4, 61 lacrimis ego maestus obortis. 15) *Cf. p.* 42 *v.* 34; *Ex Ponto IV,* 16, 37 cuncta referre. 16) *Theodulf. l. l. v.* 7 (*I,* 528) Et roget unde venis. 17) *Ib.* 30 Exere virtutis . . si quid habes. 18) *Aen. I,* 376, *III,* 325 diversa per aequora vectae; *VI,* 692 quanta per aequora vectum; *VII,* 228 vasta per aequora vecti; *Georg. I,* 206. 19) *Aen. III,* 505 maneat nostros ea cura nepotes; *ib. VI,* 488 et veniendi discere caussas.

Rex 'Verba, Thalia, placent ex ordine dictaque cuncta [1],
Sed mihi de nostro exule certa refer [2].
Est quibus in terris, urbs quae dic, quique coloni [3],
Quis sacer aut populi aut pietatis opus [4],
75 Ordine quo poteris nobis narrare memento [5],
Quod valeam dictis noscere cuncta tuis.'
Thalia 'Terra antiqua, potens, Franco possessa colono [6],
Cui nomen Helisaz Francus habere dedit [7];
Wasacus est istinc, Rhenus quoque perluit illinc,
80 Inter utrumque sedet plebs animosa [8] nimis.
Bacchus habet colles [9], pubescunt montibus uvae [10],
Vallibus in mediis pinguia culta [11] satis;
Pinguia culta nimis putrique simillima fimo [12],
Qui solet agricolis horrea laeta dare.
85 Arva ferunt Cererem, colles dant copia vini,
Wasace, das silvas, Rhenus opimat humum [13].
Experiere, libet, iam nunc quid possit [14] uterque,
Quis populo tribuat fertiliora suo [15].
Rhenus 'Nota nimis Francis, Saxonibus atque Suebis [16],
90 Munera larga quibus nostra carina vehit [17],
Mercibus innumeris opifex nec pisce secundus
Fluminibus magnis sum quia Rhenus ego.
Wasacus infelix vento [18] quassatus et imbri
Munere pro vario ligna dat apta foco [19];
95 Wasacus, ecce meum latum percurrit in orbem
Nomen, et officio regibus apta veho.'
Wasacus 'Robore de nostro fabricata palatia constant,
Ecclesiaeque domus, transtraque lecta fero;
Saltibus in nostris [20] soliti discurrere reges,
100 Venatu varias exagitare feras [21].
Hic fugit ad fontes coniecta cerva sagitta [22],
Hac spumosus aper [23] flumina nota petit [24].

---

77 francos p. colona *H* 81 Baccus *H* 85 copia uini *H, an* optima vina? 88 tribuit *H*, tribuat *corr. P* 91 secunda *H* 93 infoelix *H*

1) ***Aen. XI,*** 241 Ordine cuncta suo; *cf. Met. XIV,* 473; 496 Dicta placent. 2) *Aen. XII,* 112 Certa referre. 3) *Aen. VII,* 131 Quae loca, quive habeant homines, ubi moenia gentis, | Vestigemus. 4) *Cf. supra p.* 39 *v.* 514, *p.* 42 *v.* 38. 5) *Aen. II,* 549 Neoptolemum narrare memento. 6) *Ib. I,* 531, *III,* 164 Terra antiqua, potens armis atque ubere glaebae, | Oenotri coluere viri; *I,* 12 Urbs antiqua fuit, Tyrii tenuere coloni. 7) *Ib. I,* 248 et genti nomen dedit. 8) *Aen. XII,* 277 animosa phalanx. 9) *Georg. II,* 113 Bacchus amat colles. 10) *Ib.* 390 pubescit vinea fetu, | Conplentur vallesque cavae. 11) *Aen. IV,* 156 mediis in vallibus; *Georg. IV,* 372, *Aen. VIII,* 63, *X,* 141 pinguia culta. 12) *Georg. I,* 80, *II,* 347 pingui fimo. 13) *Aen. VI,* 195 opacat | Ramus humum. 14) *Ib. XI,* 386 Possit quid vivida virtus | Experiare licet. 15) *Art. Am. I,* 90 voto fertiliora tuo. 16) *Venanti Fort. C. IX,* 1, 75 Fresonibus atque Suebis. 17) *Cf. p.* 41 *v.* 600; *p.* 60 *v.* 290. 18) *Cf. supra p.* 41 *v.* 15; *Aen. I,* 551 Quassatam ventis; *IX,* 81 quassatae . . turbine venti. 19) *Cf. Georg. II,* 440 Ipsae Caucasio steriles in vertice silvae, | Quas animosi Euri adsidue franguntque feruntque | . . . dant utile lignum | Navigiis pinos, domibus cedrumque cupressosque. 20) *Georg. III,* 143 Saltibus in vacuis, *cf. Einhardi ann.* 805, 817, 821, 825. 21) *Aen. XI,* 686 Silvis . . feras agitare; *VII,* 478; *Fast. VI,* 109 feras agitare. 22) *Aen. IV,* 69 qualis coniecta cerva sagitta. 23) *Ib. I,* 324 Aut spumantis apri; *IV,* 158 Spumantemque . . | . . aprum. 24) *Ecl. I,* 52 flumina nota; *Aen. II,* 256 Litora nota petens; *III,* 657.

Quid de pisce loquar? Vario sum pisce repletus [1],
Fluminibus parvis sum quia dives ego;
105 Quod mercede putas proprioque adquirier usu.
Crede mihi [2], nostro munere, Rhene, venit;
Si non, Rhene, fores, mansissent denique nostra
Horrea, quae nobis gignit amoenus ager [3],
Per te vecta quidem pretioque redempta [4] marino;
110 Esurit hic noster, heu, gemebundus arans!
Si non, Rhene, fores, mansissent laeta Falerna,
Bacchus et exhilarans gaudia larga daret [5],
Per te vecta quidem pretioque redempta marino:
Vinetis recubans vinitor ipse sitit.'
115 'Omnia si populus proprios misisset in usus — Rhenus
Quae, Helisace, tuus gignit amoenus ager,
Gens animosa arvis vinoque sepulta [6] iaceret,
Vix in tam magna urbe maneret homo:
Utile consilium Frisonibus [7] atque marinis
120 Vendere vina fuit, et meliora vehi.
Hinc quoque plebis honor populos transcurrit, honestus
Hinc repetit [8] civis, hinc peregrinus, opes.
Nam tego veste meos vario fucata colore [9],
Quae tibimet nusquam, Wasace, nota foret.
125 Lignea tecta tibi, nobis est aurea harena,
Robore pro secto [10] lucida gemma venit:
Nilus ut Aegyptum rivis perfundit [11] opacam,
Utque humore suo fertilis extat humus,
Haud aliter populi precibus deposcor anhelis [12],
130 Dum redeam relevans prataque seu Cererem.'
'Aufuge, Rhene, procul, latices prohibeto nocivos, — Wasacus
Stulte, rigare cupis — heu sata laeta [13] necas!
Si non montanis misissem sedibus aulam,
Iam me captivum duceret unda ferox.'
135 'Quae, tibi, Rhene, dedi, Ligeri fortasse dedissem, — Thalia
Si licitum patriam posse redire foret.
Wasace, quicquid habes, totum tibi semper habeto;
Tutum iter ad patriam per tua rura dato' [14]!
Parcite carminibus, sint vobis munera vestra,
140 Me vocat urbanus ad sua tecta fragor.

---

109 praetioque *H* 110 ouans *H*, arans *correxi* 112 Baccus *H* 113 praetioque *H* 114 Vineas *H* 116 helisacie *H*, *corr. Mone* (*Zeitschr. für die Gesch. des Oberrheins* III, 274) 117 armis *H*, arvis *corr. Mone* 121 populi *H* *an* onustus? 122 regni ciues *H*, repetit *correxi* 123 uestem eos *H* 127 aegiptum *H* opacum *H*, *an* opimam? 128 Ut quae *H* 129 praecibus *H* anelis *H*

1) *Cf. p.* 16 *v.* 345, *p.* 48 *v.* 254. 2) *Cf. p.* 80 *v.* 15. 3) *Venanti Fortun. C. I,* 19, 2, *III,* 12, 17 vernat amoenus ager. 4) *Aen. IX,* 213 pretiove redemptum. 5) *Rem.* 728 gaudia nocte dedit. 6) *Cf. supra p.* 47 *v.* 207. *De vino Alsatiensi cf. Monachi Sangall. gesta Caroli I c.* 22 (*Iaffé Mon. Carol.* 652). 7) *De Frisonum commercio cf. Waitz Deutsche Verfassungsgesch. IV,* 37. 8) *Aen. VII,* 240 Hinc . . . | Huc repetit. 9) *Georg. IV,* 335 saturo fucata colore; *Theodulfi versus contra iudic.* 211 (*I,* 499) vario fucata colore | Pallia. 10) *Aen. VI,* 214 robore secto. 11) *Venanti C. VII,* 5, 34; 7, 35 Nilus ut Aegyptum recreat, dum plenus inundat. 12) *Sedul. C. Pasch. IV,* 221 precibusque extorsit anhelis. 13) *Georg. I,* 325 sata laeta. 14) *Cf. p.* 48 *v.* 269; *Met. IV,* 241 iterque | Dat tibi; *XV,* 441.

Urbs populosa nimis Romano nomine dicta est[1]
    Argenterata, nomine digna suo[2];
Prosperitate nova[3] Strazburg vocitata manet nunc,
    Quod populis constet publica strata modo.
145 Hac, Bernolde, manes devotus in urbe sacerdos,
    Commissae plebis fers pia vota[4] deo,
Quem Carolus sapiens, quondam regnator[5] in orbe,
    Doctrinae studiis imbuit atque fide.
Saxona hic equidem veniens de gente[6] sagaci,
150 Sensu atque ingenio nunc bene doctus homo,
Vir humilis, bonitate micans, pietate coruscans[7],
    Artibus ingenuis[8] insita corda gerens;
Sed gens atra nimis, cui praeest modo praesul honore,
    Divitiis pollens, nescit amare deum;
155 Barbara lingua[9] sibi, scripturae nescia sacrae,
    Ni foret antestis ingeniosus ei:
Hic populis noto scripturas frangere verbo
    Certat, et assiduo vomere corda terit,
Interpres quoniam simul atque antestis[10] habetur;
160 Sic monitando gregem ducit ad astra[11] suum.
Adiuvat et praebet Christi suffragia mater,
    Sunt quia cura sibi templa dicata loco[12];
Caesaris imperium[13] nos hanc perduxit ad urbem
    Cumque sacerdote iussit adesse pio.
165 Nec, rex, cuncta tibi possum sermone referre,
    Contulit inmerito quam pia dona sacer[14],
Humanitate volens nostrum relevare dolorem[15],
    Sollicitus verbo hinc monet, inde fovet.
Plura quid hinc referam[16]? solo se nomine profert,
170 Cetera namque simul praesul et exul habent.
Inde tibi potius debentur, rex pie, grates,
    Haec quia cuncta facit certe in amore tuo.
His pro peccatis vester manet exul in arvis,
    Haec urbs, hic populus, hic sacer, haec pietas[17].
175 Exilium levius[18] quamquam sit munere nostrum,
    Edocet exilium res ratione duplex[19]:

---

143 strasburg *H*   153 praest *H*   167 *an* Hic comitate?   175 nostrum *H an* vestro?

1) ***Georg. III,*** **147** cui nomen asilo | Romanum est. 2) ***Cf. supra p.*** 39 ***v.*** 533. 3) ***Venanti Fort. C. VII,*** **8, 17** Prosperitate nova. 4) ***Cf. supra p.*** 66, 67 ***v.*** 304, 312. 5) ***Aen. II,*** 556 quondam .... | Regnatorem Asiae. 6) ***Ib. V,*** ,373 veniens Amyci de gente; ***cf. Dümmler Gesch. des Ostfränk. Reiches I,*** 207 ***n.*** 6. 7) ***Venanti Fort. C. II,*** 11, 11 pietate coruscans; ***V,*** 9, 11 Vir bonitate placens; ***XI,*** 8, 5 probitate micans. 8) ***Cf. supra p.*** 59 ***v.*** 28. 9) ***Trist. V,*** 2, 67; ***Art. Am. III,*** 482 barbara lingua. 10) ***Venanti Fort. C. IV,*** 4, 5 Testis et antestis Gallus. 11) ***Aen. IX,*** 641 sic itur ad astra. 12) ***Cf. supra p.*** 76 ***v.*** 652. 13) ***Ex Ponto IV,*** 13, 38 Caesaris imperio. 14) ***Aen. VII,*** 86 huc dona sacerdos | Contulit. 15) ***Ib. I,*** 330 nostrumque leves ... laborem. 16) ***Amor. II,*** 6, 43, ***Ep. XII,*** 129, ***Met. VII,*** 734 Quid referam. 17) ***Cf. p.*** 82 ***v.*** 73 ***sq.***; ***Met. XIV,*** 634, ***Aen. XI,*** 739 Hic amor, hoc studium, ***VI,*** 129 Hoc opus, hic labor est. 18) ***Trist. II,*** 1, 185 Mitius exilium. 19) ***Venanti Fort. C. II,*** 8, 4 Admonet ingenium res ratione duplex: | Una quod est. . .

Una est quod solus patriis deiectus ab arvis[1],
Altera[2] quod te, rex, cernere, celse, nequit.
Si sibi rura, domus, seu praedia multa darentur,
180 Te sine nulla putat, quicquid habere valet.'
'Parce, Thalia, precor, sunt nobis digna relatu[3] — Rex
Carmina, quae noster exul habere velit;
Novimus exilio multos tolerasse laborem[4]
Gentiles, fateor, ecclesiaeque viros,
185 E quibus ut valeas paucis cognoscere multa,
Mente teneto[5], precor, quae tibi dicta dabo[6].
Exul ob invidiam[7] quam multos Naso labores
Pertulit[8], haec tibimet nota, Thalia, manent.
Ipse poeta Maro patrio spoliatus honore[9],
190 Versibus en reditum, arte redemit agros.
Qui potius colitur Christi dilectus amore[10],
Phatmos Iohannes truditur exilio[11].
Claviger ipse Petrus, nec non fortissimus heros[12]
Paulus, clau[sus erat carceris in gremio].[13]
195 Hilarius, radians Pictavis in urbe sacerdos,
Extera pro Christo sustulit exilia[14];
Ergo, Thalia, decet pacienter ferre laborem[15],
Cum constet magnos haec subiisse viros:
Dic sibi multiplices nostra de parte salutes,
200 Prospera cuncta vides[16], perge, Thalia, vale!'

AD EUNDEM PIPPINUM.

Sunt mihi praeterea — nam, rex venerande, fatebor[17] —
Carmina parva[18], paro quae recinenda tibi.
Carminibus prisci quondam placuere poetae[19],
Carmine Naso placet atque poeta Maro;
5 Rustica nostra tamen nuper Musella[20] placebat,
Es solitus nostris ludere versiculis[21];

---

177 est *addidi* solo *H* 183 exilium *H*, exilio *corr. P* 189 patrios *H* 191 Christi *om. H*, *add. P* 194 -sus erat carceris in gremio *supplevi* || 6 Et *H*

1) *Venanti IV*, 1, 17, *VI*, 8, 5 patriis vagus exul ab oris. 2) *Ib. II*, 8, 7 Altera causa monet, *cf. supra p.* 40 *v.* 569. 3) *Cf. supra p.* 12 *v.* 241. 4) *Met. IX*, 289 tolerare labores, *XV*, 121, *Art. Am. II*, 669. 5) *Modoin. v.* 96 (*I*, 572) mente teneto, precor. 6) *Aen. V*, 852 dicta dabat; *X*, 600 Dicta dabas. 7) *Ib. X*, 852, *XI*, 539 Pulsus ob invidiam. 8) *Modoin. ad Theodulf.* 47 (*I*, 571) Pertulit, an nescis, quod longos Naso labores, | Insons est factus exul ob invidiam. 9) *Ib.* 52 Virgilius propriis exspoliatus agris. 10) *Cf. p.* 25 *v.* 31. 11) *Modoin. l. l. v.* 57 Qui magis a magno colitur pius ipse magistro, | Iohannes durum pertulit exilium. 12) *Aen. VI*, 169 fortissimus heros. 13) *Modoin. v.* 61 Claviger ipse Petrus nam, necnon et populorum | Doctor erat Paulus carceris in gremio; *cf. p.* 36 *v.* 409. 14) *Modoin. v.* 59—60; *Venanti Fort. C. II*, 15, 16 pertulit exilium. 15) *Aen. XII*, 177 perferre labores; *Venanti Fort. C. III*, 30, 5 Fer patienter onus; 19 se ferre laborem. 16) *Cf. supra p.* 36 *v.* 437. 17) *Cf. supra p.* 15 *v.* 335; *Aen. IX*, 276 venerande puer. 18) *Venanti Fort. C. III*, 30, 21 Carmina parva ferens. 19) *Nasonis Ecl. 1*, 86 (*I*, 386) Carminibus Carolo studiosis saepe placere. 20) *Verg. Ecl. III*, 84 Pollio amat nostram, quamvis est rustica, Musam; *cf. supra p.* 5 *v.* 9. 21) *Georg. II*, 386 Versibus incomptis ludunt.

Nam tibi magna satis possent cum scribere magni,
Et facerent, nostrum saepe placebat opus:
Saepe potens catulum, gremio quem nutrit, alacrem
10 Cum canibus doctis saltus adire facit;
Magnis cum redeat praeda exagitata molosis,
Quod catulus tribuit, hoc quoque pluris amat.
Pruna nigella placent[1], spernuntur lilia postquam,
Rustica cum magnis merula saepe canit:
15 Saepe placent regi de luto vascula ficta[2],
Aurificis superant pocula sculpta manu.
Sic leo terribilis, homini formido ferisque[3],
Vilis blanditur obsequio catuli;
Sic auro ferrum, sic ulmus grata Lieo,
20 Inter doctilocos scurra placere solet;
Sic arbusta iuvant[4] proprio plantata labore,
Ingenii nostri sic tibi Musa placet.
Quaeso, benigne satis gratanter dicta capessas,
Quae modo nostra libens Musa iocosa[5] canit!
25 Caesareo veniens pulcro de germine Pippin[6],
Rex generate piis et geniture pios[7],
Pulcher es aspectu[8], vultu pulcherrimus extas,
Atque oculis paribus lumina digna geris.
Vertice de summo[9] plantam ut veniatur ad imam,
30 In toto macula corpore nulla manet[10];
Et tibi lingua sagax, prudens verbum, inclita vox est,
Sensus adest facilis, mensque benigna[11] satis —
Si Veneris soboles, Priami si filius adsit,
Hector et Aeneas cedet uterque tibi[12].
35 Regibus antiquis quicquid cecinere poetae[13],
Tu, Pippine meus, omnia solus habes[14].
Omnia conveniunt regali in corpore membra;
Conveniat casto Christum in amore[15] coli,
Muneris est cuius, regni quod sceptra gubernas[16],
40 Qui tibi plura valet, si placet, alme, dare.

---

9 alacre *H* 20 scurro *H* 22 nostro *H* 34 Haector *H* caedet *H*

1) ***Venanti Fort.*** *C. XI,* 18, 1 pruna nigella . . . | Ne rogo dispicias, *cf. Verg. Ecl. II,* 53. 2) ***Venanti IX,*** 2, 73 Quale placet figulo vas fictile. 3) *Met. VII,* 185 Homines . . ferasque; *Aen. I,* 308 hominesne feraene. 4) *Ecl. IV,* 2 Non omnes arbusta iuvant. 5) *Trist. II,* 354 Musa iocosa mea. 6) ***Venanti Fort.*** *C. VI,* 2, 53 regali germine natus. 7) *Aen. VI,* 322 Anchisa generate; *IX,* 642 Dis genite et geniture deos; ***Venanti Fort.*** *VI,* 1, 69—70 Et reges geniturus erit. 8) *Ib. C. app.* 8, 7 Gratus in aspectu. 9) *Met. VII,* 702 Vertice de summo; *Aen. II,* 682 summo de vertice; *XI,* 526. 10) *Amor. I,* 5, 18 In toto nusquam corpore menda fuit. 11) *Aen. I,* 304 mentemque benignam. 12) *Ecl. IV,* 38, *V,* 18 tibi cedit Amyntas. 13) ***Venanti Fort.*** *C. IX,* 5, 7 Regibus antiquis; *III,* 10, 1 Cedant antiqui quidquid meminere poetae. 14) *Ib. VII,* 7, 1—4 Antiqui proceres et nomina celsa priorum | Cedant cuncta Lupi munere victa ducis. | Scipio quod sapiens, Cato quod maturus agebat, | Pompeius felix, omnia solus habes; *cf. IX,* 1, 136; *VI,* 2, 60. 15) *Fast. IV,* 224 casto . . amore; ***Venanti Fort.*** *VII,* 10, 22 cordis amore colo. 16) *Ib. IX,* 1, 91 regni dicione gubernas.

Caelica regna monet primum tibi quaerere Christus [1]:
'Subicientur,' ait, 'cetera sponte sua.'
Utere concessis, flagito, inconcessa [2] caveto,
Sic bona cuncta bonis adsociata manent;
45 Utere nempe iocis silvestribus [3], utere campo,
Cum cane cumque capo ista vel illa cape;
Sitque statuta dies venalibus utier armis,
Sitque statuta dies utiliora sequi.
Nec puer [4] esse velis iam nunc aetate nec actu,
50 Esto vir; hoc quoque, rex, nomen habere vales.
Omnia consilio facito, ecclesiaste [5] monente,
Actaque consilio post placitura manent.
Consiliis quondam Romana potentia [6] crevit,
Subdidit imperio cetera regna suo.
55 Dilige subiectos, dilectio maxima res est,
Qua sine nemo deum cernere namque valet [7].
Dilige iustitiam, iustus quo possis haberi;
Rex sapiens debet iustus et esse pius,
Pauperis auditor promtissimus, altor egentum [8]:
60 Ecclesiae iuris nec tibi cura minor [9].
Colla superba teres [10], humiles relevabis ab imis,
Esto bonis placidus, fervidus esto malis [11].
Sic tua progenies, regni moderando decorem,
Latius extendit nomen in orbe suum [12].
65 Sit tua cura deus, regum qui iura ministrat,
Cuius ad imperium sidera, terra, tremunt [13].
Nullus amor domini debet postponere amorem,
Adsimilata deo est quod creatura nihil.
Vita refert patrum, ut talia iussa sequentem [14]
70 Quemdam heremi lustris vitam habuisse virum,
Qui strenuam toto transegit pectore vitam,
Cui soli domino vivere cura fuit;
Solus erat semper, solum se laetus agebat,
Nec sibi cura magis praeter amare deum [15],

---

42 Sufficientur *H* 45 *deest vox,* campo *supplevit P* 47 *an* venatibus? 52 narent *H,* manent *corr. P* 55 Diliges *H* 60 minus *H* (*cf. v.* 108.) 68 quia est *H*

1) *Matth.* 6, 33 Quaerite ergo primum regnum dei et iustitiam eius, et haec omnia adicientur vobis; *Aen. IV,* 350 quaerere regna. 2) *Cf. ib. I,* 651. 3) *Georg. II,* 183 bacis silvestribus. 4) *Aen. VI,* 876 Nec puer. 5) 32, 24 Fili, sine consilio nihil facias, et post factum non poenitebis. 6) *Aen. VIII,* 99 Romana potentia; *Venanti Fort. C. VII,* 7, 5 Illis consulibus Romana potentia fulsit. 7) *Hebr.* 12, 14 sanctimoniam, sine qua nemo videbit deum. 8) *Cf. supra p.* 74 v. 579; *Venanti Fort. C. III,* 22a, 7 altor egentum. 9) *Aen. V,* 803 Nec minor . . . | . . mihi cura tui. 10) *Theodulf. ad Hluduic. v.* 11 (*I,* 531) Colla superba teras. 11) *Id. ad Aiulfum v.* 51 (*I,* 562) Esto bonis agnus, leo fervidus esto malignis. 12) *Venanti Fort. C. VI,* 1, 73 hic nomen avorum | Extendit. 13) *Ib. IX,* 2, 76 Cuius ad intuitum sidera terra tremunt. 14) *Ermoldi auctorem invenire non potui. Cf. historiolam similem a Iohanne Diacono* (*V. S. Gregorii II c.* 61, *Mabillon Acta SS. II,* 432) *traditam de eremita quodam, viro magnae virtutis,* qui nihil in mundo possidebat praeter unam cattam, quam blandiens crebro quasi cohabitatricem in suis gremiis refovebat *etc*; *cf. supra p.* 22 *v.* 548. 15) *Venanti Fort. C. IV,* 26, 32 Omnia praetereunt praeter amare deum.

75 Oratu et fletu[1] caelestia mente tuendo
   Promeruit tandem cernere namque deum:
Nam scriptura docet, quotiens sibi adire placebat,
   Apparere deum conloquiumque dare.
Digna sed infelix post tanta praemia vitae
80 Musio nutritur usibus aptus ei,
Qui solamen erat[2] monacho convivaque soli,
   Palpabatque feri terga pater manibus[3].
Namque die quadam Christum cum cernere vellet,
   Et precibus solitis posceret: 'Alme veni,
85 Da famulo indigno placidum, da, cernere vultum[4],
   Christe, tuum, supplex cernuus ecce peto!'
Sensit enim, nec nota sibi responsa dabantur[5],
   Se peccasse deo fassus ait nimium.
Quid faceret[6]? . . . Lacrimarum flumina fudit[7],
90 Pectora nam pugnis, unguibus ora quatit[8];
Omnia conqueritans, gemitu pulsabat Olimphum[9],
   Ut sibi, Christe, tuus sermo veniret ovans.
Contriti miserans precibus veniamque precanti[10]
   Christus ait: 'Tanti est musio causa mali[11]!
95 Dummodo nostra tibi placuit plus visio cunctis,
   At tibi nostra placens visio saepe fuit.
Quantum in amore tuo huius dilectio crevit,
   Tantum, crede mihi[12], visio nostra fugit.'
Ad sese rediens, verbis flagrisque fugacem
100 Insequitur, celsa denique voce tonat[13]:
'Musio, perge foras mures agitare fugaces,
   Carnibus et quorum sume libenter opes!'
Bestia caesa fugit, dominique revertitur almus
   Fulgor, et abiectum restituit famulum.
105 Liminibus nostris liceat succedere nusquam
   Bestiolam, pro qua tot mala proveniunt!
Nec ideo haec tibi, rex, scripsi, quod cura sit huius
   Bestiolae, canum sit pia cura minor[14];
Non est parva quidem vestro sed publica res, rex,
110 Cessa ministerio, propitiante deo.
Officii nomen vestri tenet alma potestas[15],
   Rex regat ut populum[16]; hinc quoque nomen habet[17].

---

75 fletuque simul *H* 77 sibi replacebat *H* 78 conloquiaque *H* 79 infoelix *H* proemia *H* 88 Sepe casse *H* (*cf. ex Ponto IV*, 1, 5) 105 vestris? *P*

1) *Cf. Aen. III*, 599 Cum fletu precibusque. 2) *Aen. X*, 858 Hoc decus illi, | Hoc solamen erat; *III*, 660 ea sola voluptas | Solamenque mali. 3) *Sedul. C. Pasch. IV*, 214 palpante manu. 4) *Ib. V*, 237 meruerunt cernere vultum; *Iuvenci H. euang. IV*, 11, 85; *Met. XV*, 692 placido . . vultu. 5) *Aen. II*, 376 neque enim responsa dabantur | Fida. 6) *Georg. IV*, 504 Quid faceret. 7) *Cf. Aen. I*, 465; *Venanti Fort. C. VI*, 5, 123, *VIII*, 3, 255 lacrimarum flumina. 8) *Cf. p.* 18 *v.* 412. 9) *Aen. X*, 216 medium pulsabat Olympum. 10) *Aen. III*, 144 veniamque precari. 11) *Cf. p.* 9 *v.* 152. 12) *Cf. p.* 80 *v.* 15. 13) *Cf. p.* 55 *v.* 490. 14) *Georg. III*, 404 Nec tibi cura canum fuerit postrema; *cf. p.* 12 *v.* 242. 15) *Venanti Fort. C. III*, 9, 65 alma potestas. 16) *Isidori Etym. I*, 28, 3 rex a recte agendo; *Aen. VI* 852 regere . . populos. 17) *Aen. X*, 145 hinc nomen Campanae ducitur urbi.

Haec trepidans refero famulus, sed fida manebit
  In domino pietas, cuius amore cano[1].
115 Acta legens regum poteris cognoscere, princeps,
  Quisque deo placuit quae sibi promeruit.
Primus in Ebrea Saul rex unctus habetur,
  Quem gens dura[2] sibi praefore namque petit;
Hic tenus usque[3] dei servavit iussa iubentis,
120 Et regnum obtinuit, et decus omne simul[4];
Denique, crede mihi[5], a domino ut mox corde recessit,
  Retro abiit, regnum perdidit, ipse obiit;
David psalmographus, rex atque propheta[6] tonantis,
  Successit regno mox meliore fide,
125 Semper amore dei iussis parere[7] paratus,
  Confisus numquam viribus in propriis;
Peccavit siquidem, correctus voce prophetae
  Mox veniam lacrimis seu prece promeruit.
Prospera cuncta sibi domino tribuente fuere,
130 Et Salomone sua sede locato[8] obiit.
Hic etiam sapiens regni suscepit honorem,
  Atque fide patris regna diu obtinuit;
Nam quicumque dei regum praecepta peregit,
  Et regnum obtinuit, huic bona cuncta manent;
135 Qui secus atque suos pravos sectavit amores,
  Posthabito domino, qui sibi regna dedit,
Hunc quoque praesentis dimisit gloria saecli,
  Pro dolor! aeterni compos is esse nequit.
Nulla valent melius proprii quam gesta parentis
140 Reddere te certum, si recitata placent[9];
Unde reor vobis nuper scripsisse parumper[10],
  Nescio si vestris auribus apta forent[11].
Nam genus, alme, tuum ut regni suscepit honorem[12],
  Ecclesiae satagens crescere fecit opus[13];
145 Quanto in amore dei ecclesiarum iura levavit,
  Tanto prostravit arma nociva sibi.
Primus adest Pippin[14], Caroli pater ecce potentis,
  Rex bonus et sapiens[15] ecclesiamque colens,
Francia gens nimium cuius virtute secunda[16]
150 Crevit, et ecce suum claret in orbe decus!
Hinc Carolus magnus[17], variis virtutibus auctus,
  Qui propriis manibus amplificavit avos[18];

---

116 prouenerit *H* 122 Raetro habiit *H* 126 Confissus *H* 130 salomon *H* 134 nec *H*, ac *P*, huic *correxi* 138 inesse *H*, is *corr. Man.* 139 qua gesta par estis *H*, *corr. P* 147 pippini *H*

1) *Venanti Fort. C. III*, 9, 46 passer amore cano. 2) *Cf. supra p.* 16 *v.* 355. 3) *Cf. supra p.* 78 *v.* 719. 4) *Cf. supra p.* 33 *v.* 294. 5) *Cf. supra p.* 80 *v.* 15. 6) *Venanti Fort. C. IX*, 2, 101 David psalmographus; 31 David rex atque propheta. 7) *Met. I*, 385 iussisque deae parere recusat. 8) *Aen. II*, 525 sacra . . . in sede locavit. 9) *Cf. p.* 16 *v.* 346. 10) *Carmen in honorem Hludowici Caesaris scriptum dicit.* 11) *Ov. Ep. XII*, 176 auribus apta loqui. 12) *Cf. v.* 131. 13) *Venanti C. IV*, 1, 8 crescere fecit avos. 14) *maior domus regiae*; *Aen. XI*, 380 Primus ades. 15) *Venanti C. VI*, 2, 15 Ille fuit mitis, sapiens, bonus. 16) *Aen. XI*, 441 virtute secundus. 17) *maior domus regiae, qui Martellus dicitur.* 18) *Venanti C. II*, 8, 40 Moribus ipse suis amplificavit avos; *VII*, 16, 8 Quae meritis propriis amplificavit avos.

Qualis in arma ruit, quantus surrexit in ensem [1],
Interrogatus Friso referre valet.
155 Tertius, ecce, venit Caroli lectissima proles [2],
Pippinus, cuius nomine nomen habes [3];
Hic virtute dei subiecit maxima regna,
De quorum numero gens Aquitana manet.
Iam venit armipotens Carolus [4], Pippinea proles [5],
160 Romuleum Francis praestitit imperium,
Rex bonus et sapiens, mitis [6], praeclarus, honestus,
Augustus, placidus, bellipotensque [7], pius,
Ecclesiae custos [8], sapientia munere cuius
Surrexit, longo tempore posthabita.
165 Nostra nequit, fateor, gracilis nunc Musa referre
Inclita gesta viri [9]; rus, polus, aequor, habent [10].
Tres quoque cunctipotens Carolo de coniuge natos
Contulit; hos reges plebs vocitabat ovans:
Aequivocus patri primus nomenque parentis [11]
170 Gestabat Carolus, inclitus atque potens,
Qui populo placitus regno succedere gaudens [12],
Iam procerum votis induperator erat;
Alter avi gestans nomen de nomine Pippin [13],
Italici regni dignus honore fuit,
175 Quem Carolus sapiens nimio dilexit amore [14],
Regem constituit, inclita dona dedit.
His ita sepositis, cursum transegit uterque,
Digna suis meritis Christus habere dedit.
Quid tibi, rex, referam [15] regnorum iura? tributor
180 Perspexit famulum, cui sua sceptra daret [16].
Tertius, ecce, manet Hluduwicus Caesar in orbe,
Quem merito Christus vexit ad imperium.
Dum puer, acta tamen puerilia nulla patravit,
Semper amor domini pectore regis erat;
185 A puero semper Christi succensus amore [17],
Cuius tutus ope cetera perdomuit.
Hic virtute sua nescivit quaerere regna [18],
Imperiumque modo, dante tonante [19], tenet.
Cuius celsa fides [20], probitas, sapientia, laus, pax,
190 Nota sat Europae finibus atque Asiae [21];

---

153 fuit *H*, ruit *Man.* 170 Gestator *H*, Gestabat *correxi* 183 patratu *H* 190 satis aeuropae *H*

1) *Aen. XII*, 729 consurgit Turnus in ensem; *IX*, 749. 2) *Cf. supra p.* 15 *v.* 323. 3) *Aen. III*, 18; *Met. XV*, 740 Insula nomen habet. 4) *Aen. VI*, 500 Deiphobe armipotens, *IX*, 717. 5) *Ib. VII*, 691, *IX*, 523, *X*, 353, *XII*, 128 Neptunia proles. 6) *Cf. p.* 89 *v.* 148. 7) *Aen. XI*, 8 Bellipotens. 8) *Cf. supra p.* 76 *v.* 657. 9) *Cf. supra p* 32 *v.* 258. 10) *Venanti Fort. C. III*, 9, 36 lux polus arva fretum. 11) *Cf. supra p.* 6 *v.* 37—38. 12) *Cf. supra p.* 89 *v.* 124. 13) *Aen. V*, 564 Nomen avi referens Priamus; *XII*, 348 Nomine avum referens; *III*, 18 meo nomen de nomine fingo; *Iuvenci H. euang. IV*, 60 nomen .. gestare magistri. 14) *Cf. p.* 25 *v.* 31. 15) *Cf. p.* 84 *v.* 169. 16) *Aen. IV*, 597 cum sceptra dabas. 17) *Cf. supra p.* 10 *v.* 189. 18) *Cf. p.* 87 *v.* 41. 19) *Cf. supra p.* 28 *v.* 148. 20) *Venanti Fort. C. VI*, 2, 31 Cuius celsa fides. 21) *Aen. VII*, 224 Europae atque Asiae . . . orbis; *Amor. II*, 12, 18.

Pacificus, prudens, doctus, moderatus, amatus[1],
Augusti nomen induperator habet;
Ecclesiae tutor[2], monachorum regula, concors
De cuius meritis omnia mundus habet:
195 Cuius in aspectu Phoebi radiatur imago[3],
Cuius ab ore fluunt dulcia mella[4] satis.
Nam terrena regens, meritis transcendit Olimphum,
Vivus in aetherea iam modo sede[5] micat.
Non aliunde, peto, in genitore exempla require,
200 Quae gessit facito[6], quae facit ipse gere!
Haec tibi, rex, quondam verbis scriptisque solebam
Dicere, non ea quae conposuere quidam.
Testis adest Christus[7], tu, rex mitissime, nosti,
Invidiae haec stimulis[8] improperata mihi!
205 Sed pater omnipotens Susannam crimine solvens[9],
Me vestris meritis solvere nempe valet!
Sit tua vita diu pulchra cum coniuge Irmgart[10],
Pippin amate deo[11], rex venerande satis!
Sic, rogo, praesentis delectet gloria mundi,
210 Ut vobis pateat ianua celsa poli[12];
Vivite felices[13] per tempora longa[14], iugales,
Iura pudicitiae servet uterque sibi:
Coniugii casti soboles procedat amata,
Quae patrum referat nomen[15] ad aethra poli!
215 Carmina nostra tuo, princeps, tutamine, posco,
Ante tuos vultus sint recitata pie[16];
Quisque cupit nostros molimine rodere versus[17],
Audiat a vobis: 'Parce! Nigellus abest.'
Rex bone[18], te propter famulum consiste Nigellum:
220 Quisque cupit, Martem inferat, arma gero[19]!
ER- modolata tibi conscripsit carmina -MOLDUS,
Nominis ut famuli sis memor, alme, tui.

---

197 transcendens *H* 203 Testis adest testis christus *H* 207 ringart *H*, Irmgart *corr. P* 211 foelices *H*

1) *Venanti Fort. C. IV*, 24, 9 Vir sapiens iustus moderatus honestus amatus. 2) *Ib.* 3, 10 Ecclesiae cultor, 11 tutor viduarum. 3) *Venanti C. III*, 24, 2 Cuius in aspectu mens pretiosa micat; *Met. IV*, 349 referitur imagine Phoebus. 4) *Venanti Fort. C. XI*, 12, 4 Cuius ab ore pio dulcia mella fluunt, *cf. p.* 9 *v.* 134. 5) *Met. V*, 348, *XV*, 449, 839 Aetherias sedes. 6) *Venanti Fort. C. VIII*, 3, 77 Non aliunde petas, in matre exempla require, *cf. Aen. XII*, 439 animo repetentem exempla tuorum; *ib.* 438 Tu facito. 7) *Venanti C. XI*, 6, 5 Testis adest Christus. 8) *Aen. XI*, 337 Obliqua invidia stimulisque agitabat amaris. 9) *Aen. I*, 60, *Georg. II*, 325; *Met. I*, 154 Tum pater omnipotens; *Art. Am. II*, 371 Helenen ego crimine solvo. 10) *Venanti C. III*, 18, 19 Sit tua vita diu; *Pippinus a.* 822 *filiam Theotberti comitis Matricensis uxorem duxit, quae in quodam eius diplomate Ingeltruda vocatur (Simson Ludwig I*, 186). 11) *Cf. supra p.* 37 *v.* 454. 12) *Venanti C. II*, 7, 1 Ianua celsa poli ... patescit. 13) *Aen. III*, 493 Vivite felices. 14) *Ex Ponto II*, 1, 54 tempora longa. 15) *Amor. III*, 6, 104 nomen ... referre. 16) *Trist. III*, 14, 39; *IV*, 1, 89 cui recitem .. mea carmina. 17) *Nasonis Ecl. Prol.* 13 (*I*, 384) Aut lacerare velit nostros molimine versus. 18) *Cf. supra p.* 9 *v.* 160. 19) *Aen. XI*, 467 inferat arma; *Fast. I*, 254 arma gero; *Aen. V*, 412 arma gerebat.

APPENDIX AD ERMOLDUM.

Cum Ermoldi carmina ad Pippinum, Aquitaniae regem, melius cognoscendum nonnulla conferant, adnectere eis liceat versus pueriles, quos poetam aequalem ad eundem Pippinum misisse probabile est. Quos hucusque ineditos Paulus Ewald V. Cl. in bibliotheca academiae Matritensis historicae reperit et ex codice saeculi X, manu Gothica scripto 44 (F. 212) qui glossarium Latinum continet, descripsit (Cf. de eo Neues Archiv VI, 334). Versus, qui secuntur trochaici, de basilica Remensi et de Himiltrude, Ebonis archiepiscopi matre, ab eo compositos Flodoardo, Remensium rerum scriptori uni debemus, ex cuius historia Remensis ecclesiae eos repetere oportuit.

I. VERSUS AD PUEROS.

Fistula, pange melos puero, meditante Camena[1],
  Regi Pipino[2], fistula, pange melos.
Obtime carpe puer salicis de frondibus uvas[3]:
  Celica dona libens obtime carpe puer.
5 Psitacus infit ave[4], merolus pia carmina mea;
  Queque sofia docet obtime disce puer.
India mittit ebur, sua per mare tura Sabei[5];
  Celica dona libens obtime carpe puer.
Anxia dum tremula resonat filomela sub umbra[6]:
10 Queque sofia docet obtime disce puer.
Balsama Iordanis rivuli refluente papiro
  Celica dona libens obtime carpe puer.
Pervigil, oro, legas recinit quod Musa Maronis,
  Queque sofia docet obtime disce puer.
15 Cerne libens sonipes volucresque canesque ferasque,
  Celica dona libens obtime carpe puer.
Neglige ne, iuvenis, relegens pia dicta Catonis,
  Queque sofia docet obtime disce puer.
Attica fert agates et Arabs nitet inclitus auro,
20 Celica dona libens obtime carpe puer.
Organa centigenis resonant auletica hymnis,
  Queque sofia docet obtime disce puer.
Aurea Roma[7] tonat, vario constructa metallo[8],
  Celica dona libens obtime carpe puer.

---

2 Regia *M* 3 salices *M* ubas *M* 5 Siptacus *M* 7 sua *add. Man.* sabea *M* 16 celida *M* 17 iubenis *M* facta *M* 19 agatis *M* 21 duletas mise *M*

1) *Ecl. 1,* 2 Musam meditaris avena. 2) *Aut Pipinum, Caroli M. filium aut, quod probabilius est, Hludowici filium auctor alloqui videtur.* 3) *Georg. III,* 175 Nec vescas salicum frondes ulvamque palustrem | . . . carpes. 4) *Persii Prol. v.* 8 Quis expedivit psittaco suum chaere; *Amor. II,* 6, 62 Ora fuere mihi plus ave docta loqui; *Isid. Etym. XII,* 7, 24. 5) *Georg. I,* 57 India mittit ebur, molles sua tura Sabaei. 6) *Georg. IV,* 511 populea maerens philomela sub umbra. 7) *Art. Am. III,* 113 aurea Roma. 8) *Venanti Carm. I,* 1, 11 solido perfecta metallo.

25 Omnia disce canens cecinit quod carmine[1] psalmus,
Queque sofia docet obtime disce puer.
Francia currat equo procerum stipata triumpho,
Celica dona libens obtime carpe puer.

II.

Ludowicus Caesar factus coronante Stephano 816
Hac in sede papa magno, tunc et Ebo pontifex
Fundamenta renovavit cuncta loci istius;
Urbis iura sibi subdens praesul auxit omnia.

III. [EPITAPHIUM HIMILTRUDIS.] 826

Mea forte si requiris temporis initia,
Scito, Karoli fuisse regni sub primordia,
Ludowico[2] triumphante dies fluxit ultima.
Rhenus primus lavit mores alveus Germanicus[3],
5 Hinc nutrivit et secundos Liger[4] amnis Gallicus,
Sequana[5] fovit iuventam, sordes sordens Vidula[6].
Praesul erat urbis huius mihi natus unicus:
Idem me conduxit sibi sociam laboribus,
Proximum ruinae locum renovando cupidus[7];
10 Decem ferme nuper annos simul hic peregimus[8],
Ebo rector, ego mater Himiltrudis humilis,
Fundamenta sedis sanctae pariter ereximus.
Deo debitum laborem dum gerebat pontifex,
Fessa quietem quaerebam, ecce, sub hoc tumulo:
15 Quinto me September mensis Kalendarum rapuit.
O viator, esto cautus semper ab excessibus!
Fateor non profuisse ut debui, dum potui,
Veniam, dic, pro vindicta da, deus, peccantibus[9].

---

25 psalmum *M* 27 curuat *M*

[II] *Flodoardus Hist. Remens. eccl.* II *c.* 19 *haec praemittit:* Huius ecclesiae pinnaculum talem videtur premonstrare titulum, personis etiam vel imaginibus Stephani papae ac Ludowici imperatoris insignitum.

[III] *Flodoardus haec praemittit:* Matris eiusdem Ebonis huiusmodi habetur epitaphium. 5 secundo *cod. Montispessul. al.* 6 Secana *cod. Vatic.* 9 Proxime *cod. Montispess.* 11 ebo mater *cod. Mont.*

1) *Ecl. I,* 78 Carmina nulla canam. 2) *Pio, ante annum igitur* 840. 3) *Cf. Flodoard. l. l.* Ebo . . patria Transrenensis ac Germanicus. 4) *Loire.* 5) *Seine.* 6) *Vesle (apud Remos).* 7) *Cf. Flodoard. l. l.* Cupiens ergo . . pontifex Ebo domum ecclesiae sanctae . . Mariae diuturna pene lapsabundam vetustate reparare *etc.*. 8) 816—826. 9) *Ov. Ep. XVIII,* 4 Da veniam fassae, 149.

CANDIDUS DE VITA AEIGILI.

Bruun sive Candidus presbyter et monachus Fuldensis vixit in celebri illo monasterio sub regimine abbatum Ratgarii (802—817), Eigili (818—822), Hrabani (822—842). A Ratgario abbate ad Einhardum, virum doctissimum, ut ab eo institueretur[1], *missus, tum Eigili iussu, qui et ipse vitam Sturmi conscripserat, vitam Baugulfi, abbatis secundi, paullo ante mortui, literis mandavit*[2], *quam ad nostram non pervenisse aetatem maxime dolemus. Dein qua ratione ductus ad Eigili ipsius vitam, sub cuius ditione absidam basilicae ab eo constructae picturis exornaverat, enarrandam accesserit, verba epistolae eius ad Reccheonem seu Modestum datae nobis explicent*[3]*:*

CANDIDUS MODESTO.

Dilectissimo fratri et conpresbytero suo Modesto Candidus perpetuae pacis et beatitudinis optat in Christo salutem.

De caetero quoque notum facio tuae caritati quod anno praeterito domnus abbas Hrabanus, cum illi querebar, quia non haberem quemquam mecum consociorum, cum quo in divina lectione disputando et legendo proficere potuissem, tale mihi responsum referebat: 'Exerce', inquit, 'temet ipsum legendo et aliquid utilitatis adde dictando. Nam dum ego ibidem, ubi nunc ipse moraris, quondam commanerem, librum prosa et versibus in laudem sanctae crucis, divina gratia inspirante, incepi atque fidelibus legendum studioso labore comsummavi'.

Hac igitur, frater, licentia fretus, duos libros de vita Aeigili abbatis nostri dictando et scribendo dei dono peregi: unum prosa, alterum vero versibus explicavi. Quos tamen ideo in unum corpus conligare rogabam, ut in rerum narratione alter alteri subsidia ferret[4]. In quibus nimirum Hluduici serenissimi Augusti clementiam circa nos factam reverenter expressi, cuius commonitionem atque doctrinam, etsi ita, ut ab eo prolatae sunt, ad integrum explanare nequivi, benivolam tamen voluntatem illius secundum legem dei et sanctorum dogmata patrum enodare curavi, quatenus per hoc miseri-

---

1) *Catalog. abbat. Fuld.* (*SS. XIII,* 272) Ratger .. direxit .. Brunan ad Einhartum variarum artium doctorem peritissimum. *Cum Bruun se picturae operam dedisse ipse profiteatur* (*infra c. XVII,* 133 *sqq.*), *Einhardus ei fortasse non tam literarum quam artium magister fuit.* 2) *Vita Aeigili c.* 1 Ex eo igitur tempore, quo me venerabilis pater Aegil vitam Baugulphi cari abbatis nostri iam de ergastulo corporis absoluti intima exhortatione persuasit litteris explicare *etc.* 3) *Repeto eam ex editione Broweri p.* 7. 4) *Cf. p.* 19 *(ed. Brower)* Et translatum est corpus martyris Christi Bonifacii in locum, quem praeparaverat ei pater Aeigil una cum fratribus tuis, sicut in sequenti libro manifestissime continetur; *p.* 20 Cuius dedicationis nihilominus diem, numerum, tempus et annum pariterque sanctorum nomina, quorum reliquiae ibidem conditae sunt, idem magister, qui supra, versibus et prosa eleganter expressit, sicut sequens volumen diligenter legentibus satis evidenter ostendit.

cordiae bonum eius memoria subolumque illius apud nos nostrosque successores in sancta oratione maneat semper. Hoc igitur opus, dilectissime frater, ad profectum et utilitatem legentibus, deo donante, congessi et tibi famulo dei consecravi, ut sit in memoriam antiqui praeceptoris tui iugiter apud te. Vale.

Annus, quo Bruun opus suum perfecerit vel ad quem vixerit, accurate definiri non potest, sed duorum cognominum monachorum, qui in annalibus Fuldensibus ad annos 832 et 845 nobis occurrunt[1], *iuniorem eum fuisse oportet, cum non solum fratres Racholfum et Odilhohum, sed etiam Reccheonem seniorem a. 839 defunctum in mortuis numeret*[2]. *Ante annum 842 vero eum scripsisse eo efficitur, quod in praefatione Hrabanum abbatem, operis sui auctorem, commemorat, qui hoc anno dignitate sua se abdicavit. Hludowicum Pium tum cum Candidus Eigili vitam composuit etiamnunc superstitem fuisse crederes*[3]. *Reccheo, Clementis Scotti quondam discipulus*[4], *qui a monacho huius nominis seniore distinguitur, anno 843 obiisse videtur*[5].

Ex duobus libris, quibus Bruun, Alcuini et Hrabani exempla secutus, Eigili vitam complectitur, posterior tantum ad propositum nostrum pertinet. Praeter bibliorum libros patres aliquot[6] *et regulam sancti Benedicti, quam propria manu integram descripsit*[7], *Bruun inprimis Vergilium, Ovidium, Iuvencum, Sedulium, Venantium Fortunatum legit floresque non paucos ex eorum poematibus ad dictionem suam ornandam decerpsit. Utitur sermone vivido quidem sed non prorsus puro, immo subbarbaro, qui Germanum prodat. De rebus ab Eigilo abbate gestis, quarum pars ipse fuit, testem locupletem ac bene instructum se praestat.*

Vita Eigili exstabat olim in codice membranaceo perantiquo Fuldensi, qui praeter eam Hrabani quoque scripta de dedicationibus ecclesiarum Fuldensium a. 819 et 822 constructarum[8] *multasque figuras a Candido pictas continebat. Ex quo Christophorus Browerus a. 1612 in Antiquitatum Fuldensium libris IV primo particulas libri posterioris nonnullas narrationi suae hic illic inseruit*[9] *simulque picturarum illarum exempla notabilia dedit*[10]. *Tum a. 1616 inter Sidera illustrium et sanctorum virorum totum opus magno literarum emolumento publici iuris fecit. Cum post Browerum nemo umquam codicem ipsum iam deperditum nactus sit, editionem eius, quae satis accurata videtur, Mabillon, qui nonnulla correxit (Acta SS. ord. S. Benedicti saec. IV, 1, 242—259), Schannat (Hist. Fuld. Cod. Probb. 88—114), Migne (Patrologiae CV, 381—422) repetiverunt nec nobis alia subsidia praesto fuerunt. Eigili vitae a Candido conscriptae addere placuit duplex eius epitaphium, unum a Hrabano, alterum ab ipso Eigilo compositum, quod utrumque a Candido exscriptum Browerus edidit (Antiquit. Fuldens. p. 276), Mabillon (l. l. p. 260) repetivit.*

---

1) *SS. XIII,* 173, 175. 2) *Cf. infra c. VII,* 32, *XV,* 5—9. 3) *Nisi verba 'sospite regno'* (*XIV,* 7) *post annum* 840 *scripta esse veri similius videretur.* 4) *Catalog. abb. Fuld. l. l. (Ratger direxit)* Modestum cum aliis ad Clementem Scottum grammaticam studendi. 5) *Si Reccheo senior a.* 839 *obiit, ad nostrum referendus est Reccheo presbyter, qui annalibus Fuldensibus testibus* (*l. l. p.* 175) *a.* 843 *decessit. Reccheo uterque commemoratur in catalogo monachorum Fuldensium huius temporis* (*SS. XIII,* 217—18). *Reccheo scolasticus a.* 848 *mortuus huc non pertinet.* 6) *A Hludowico Pio laudantur, si Candido fides habenda est, Cassianus, Gregorius papa in libro pastorali, Iohannes Chrysostomus, S. Hieronymus, ipse laudat* (*p.* 22) *Cassiani conlocutiones sanctorum patrum.* 7) *In codice Wirciburgensi Theol. Quarto* 22 (*Forschungen z. D. G. VI,* 119), *ubi haec adduntur:* Cognoscatis quod ego Bruun scripsi istam regulam sancti Benedicti abbatis. Lege felix feliciter memento mei in oratione vestra. Gratia domini nostri Iesu Christi sit semper nobiscum amen. 8) *Antiq. Fuld. p.* 109—112, 118, *cf. Broweri editionem p.* 19, 20. 9) *Ibid. p.* 1—2, 6, 21—24, 26—27, 37, 48, 89—92, 104—106, 113—118, 193. 10) *Ib. p.* 90, 170, *cf. quae ad editionem* (*p.* 51) *adnotavit Browerus: In libro secundo versuum, qui historiam vitae passibus aequis fere sequitur, emblemata picta, quibus lemmata et tituli poematis exornabantur, omisimus, tum, quia pleraque impolita mansere aut ne inchoata quidem.*

LIBER II CANDIDI DE VITA AEIGILI VERSIBUS EXPLICATA.

CANDIDUS FRATRI SUO MODESTO.

Hoc carmen cecinit[1] Candidus, ecce,
Fratri quippe suo sponte Modesto,
Lecti commemorans inclita facta
Patris, hic abitum hincque venustum.
5 Quapropter rogitat hic quoque glebo
Promptosque et resides quosque legentes,
Formicae ut tenuem farris acervum[2]
Huius non temere dente peroso
Multum dilacerent, sed magis orat
10 Summisso capite et pectore prono[3],
Ut frater socio hunc rite relegat
Ursisque alitibusque abdicat atris.

EXPLICIT PRAEFATIO CANDIDI AD MODESTUM, QUI PROPRIO NOMINE BRUUN ET RECCHEO NUNCUPANTUR[a].

INCIPIUNT CAPITULA.

---

4 abitum *gl.* transitum *Br.* 5 glebo *ad marg.* arator *Br.* 11 relegat *ad marg.* commendat || [a] nuncupatur *Br., corr. Mabillon* [b] scholam *Br.* [c] presbyter *Br.* [d] *ad marg.* Aegilis *Br.* [e] *ad marg.* pro transfertur [f] *ad marg.* id est Modesti et Candidi

1) *Cf. p.* 93 *v.* 25. 2) *Georg. I,* 185, *Aen. IV,* 402 velut ingentem formicae farris acervum. 3) *Aen. XII,* 807 submisso . . . voltu; *Met. IX,* 44 pectore pronus.

INCIPIT CANDIDI PRESBYTERI DE VITA AEIGILI ABBATIS MONASTERII FULDAE LIBER.

CANDIDUS AD MODESTUM.

Ex quo[1] me pater ille senex fastigia vitae
Aegil Baugolfi quondam labentibus annis[2]
Communisque patris olim memorabile nomen[3]
Litterulis mandare iubet, post iussa beati
5 Vota viri moresque graves animumque virilem[4]
Ex tunc non piguit, nec nunc meminisse piget me[5].
Hinc iuvat, o frater, quo non praestantior alter[6],
Huius namque senis famosi culmina vitae,
Quae iuvenis iam postque senex celeberrima vidi
10 Rebus in eximiis quaeque interdum auribus hausi[7]
Relligiosorum ex dictis pia facta virorum,
In cumulum congesta tibi sacrare Modesto.

I. Hic iuvenis Norica quondam regione serena[8]
Nobilis exoritur: illic haud multa moratus[9]
Tempora progenies patriis evectus ab oris[10]
Ducitur in silvam fagi de nomine dictam[11]
5 Buchoniam; undisonus serpens ubi labitur amnis[12]
Fulda, unde iste locus, ubi nunc ingentia cernis
Moenia[13], prima olim nomen ab origine sumpsit[14].
Ventum est interea varia per compita longe
Ad sanctum lectumque locum templumque dicatum[15],
10 Martyr ubi pro laude dei Bonifacius almus,
Qui pro lege dei duro succumbere Marti[16]
Quondam non timuit, digno veneratur honore.

II. Proditur hicce puer ventus pro postibus adstans
Aeigil forte viro, qui tunc ditione regebat
Coenobium Fuldense humilis sub moenibus huius[17].
Quem mox blandiloquo Styrmi cum murmure visum
5 Suscepit, lassisque suis complectitur ulnis[18],

---

1) *Cf. l. I* Ex eo igitur tempore, quo me venerabilis pater Aegil vitam Baugulphi cari abbatis nostri . . persuasit litteris explicare, ex eo me libuit benivolentiam, studium et gravitatem tanti patris memoriae commendare. 2) *Trist. IV,* 10, 27; *Aen. II,* 14 iam labentibus annis. 3) *Ib. II,* 583; *Met. X,* 608 memorabile nomen. 4) *Aen. IX,* 309 animumque . . . virilem. 5) *Aen. IV,* 335 nec me meminisse pigebit. 6) *Aen. VI,* 164 quo non praestantior alter. 7) *Met. XIII,* 787 auribus hausi | Talia dicta meis. 8) *Aen. VIII,* 528 in regione serena. 9) *Ib. III,* 610 haud multa moratus. 10) *Cf. Aen. III,* 108. 11) *Ib. IX,* 387 Albae de nomine dicti | Albani. 12) *Amor. I,* 8, 50 labitur amnis. 13) *Aen. I,* 365 locos, ubi nunc ingentia cernis | Moenia. 14) *Fast. I,* 599 sumat nomina; *Aen. X,* 618 deducit origine nomen. 15) *Aen. V,* 60 templis . . dicatis. 16) *Aen. XII,* 410 duro sub Marte. 17) *Cf. prologum in vitam S. Sturmi (SS. II,* 366): ego Eigil in discipulatu illius *(sc. Sturmi)* plus quam viginti annos conversatus eram et sub ipsius coenobii disciplina ab infantia usque in hanc aetatem nutritus et eruditus sum. 18) *Met. XI,* 63 cupidisque amplectitur ulnis.

Ac iuveni consanguineo dat basia[1] pastor.
Talibus auspiciis[2] primaevis miles ab annis[3]
Christi coepit; abhinc qui sit post exitus atque
Qui sibi iam fuerit iuvenili in pectore sensus[4],
10 Quaeque viro succrescenti constantia mentis,
Si mihi vita comes fuerit, si spiritus intus
Corpus alit[5], lingua et solitum si munus habebit,
Progressusque dabit summa ac veneranda secundos
Maiestas, eadem paucis superare camoenis
15 Incipiam[6]. Abbatis post haec subductus ab aede
Hic puer inberbis scolae defertur ad arcem,
Lex aeterna dei semper qua munere Christi
Discitur a pueris, seniorumque ore docetur[7].
Nec mora continuo[8] coepit elementa parare.
20 Utque apis esuriens primo cum tempore veris
Enitens paribus volitat per gramina pennis,
Campigenosque sibi certat decerpere flores[9],
Altius inde volans glaucas stridentibus alis[10]
Nunc salices, nunc namque pyrum platanumque[11] nitentem
25 Floribus ore legit[12], tiliam fervore recenti hinc
Mellifluam[13] satagit caeco sub condere tecto:
Haud secus hic iuvenis librorum carmine primum
Corticibus veluti rasis quis pascitur acris,
Donec vi quoque non propria, sed munere Christi
30 Proficiens aetate simul sensuque sagaci
Pasci promeruit umbrati nectaris haustu.

III. Hinc etiam monachis iam tum Fuldensibus haerens
Moribus atque habitu vitae caelestis amore
Succensus[14], cum consilio fratrumque patrisque
Iungitur ac nitidis Christi succingitur armis[15],
5 Signifer intrepidus Christi tutamine fretus.
Fit comes interea patris fidusque[16] minister,
Prospere cuncta gerens, supplex oracula cuius
Saepius una cum senibus spatiatur ad alta[17];
Saepe etiam ante omnes multa exspectante caterva[18]
10 Iussus iura dabat[19], iterumque infanda vetabat,
Ac magna ingenii quaeque discreverat arte,
Tempore non alio[20], meritis et dogmate clarus.
Felix patre satus quondam felicibus annis,

---

16 scholae *Br.* || [III] 11 *an* quaequae? *Watt.*

1) *Cf. supra p.* 10 *v.* 178. 2) *Aen. V,* 534 Talibus auspiciis. 3) *Venanti Fortun. Carm. app. I,* 47 primaevis qualis ab annis. 4) *Aen. XII,* 914 pectore sensus; *V,* 475 Et mihi quae fuerint iuvenali in corpore vires. 5) *Aen. VI,* 726 Spiritus intus alit; *Ex Ponto I,* 10, 22. 6) *Aen. II,* 13 Incipiam. 7) *Fast. VI,* 386 ore docet. 8) *Aen. III,* 548 Haud mora continuo. 9) *Rem.* 103 Veneris decerpere fructum (*al.* flores). 10) *Aen. I,* 397; *Met. IV,* 616 stridentibus alis. 11) *Georg. IV,* 145, 146 pirum . . . | . . platanum. 12) *Georg. IV,* 200 herbis | Ore legunt. 13) *Cf. Georg. IV,* 141. 14) *Aen. VII,* 496 laudis succensus amore. 15) *Ib. VI,* 184 paribusque accingitur armis. 16) *Ib. VI,* 158 Cui fidus Achates | It comes; 448. 17) *Ib. IV,* 62 spatiatur ad aras. 18) *Ib. II,* 40 Primus ibi ante omnes magna comitante caterva. 19) *Ib. I,* 507 Iura dabat. 20) *Georg. III,* 245 Tempore non alio.

Aegil hoc sortitus erat baptismate nomen.
15 Fungi promeruit ab Lullo praesule[1] sacro
Presbyter infestis mundi direptus ab undis.

IV. Contigit interea senio morboque peresum[2] — 779
Styrmen, qui fuerat primus fundator et abbas
Coenobii Fuldensis, ab hac quoque luce migrasse,
Credimus, in lucem semper sine fine manentem.
5 Cuius post obitum concordi voce boantum
Baugolf eligitur, larga Germanica proles,
Rite pater praecessoris porrectus ab ore.

V. Hoc nam cessante successit monoceros[3], qui — 802
Forte gregem sibi commissum, res foeda refertur,
Nescio qua fronte, stimulis agitabat ineptis[4],
Donec vi nimia pastum fontesque fluentes,
5 Dulcia namque loca et stabula alta[5] coactus
Deserit, atque fuga regnis decessit avitis[6].
Quid maiora sequar[7]? thomi dum pondus in istis,
Si quis ab ore velit peragrans haec cuncta referre,
Congeritur. Quodam instinctu grex omnis ab uno
10 Lanigero circumspecte collectus in unum et
Spem sibi direptam saltim viresque recepit,
Atque iterum in solitum repedavit concite pastum.

VI. Hinc quoque sublato silvestri monocerote[8], — 817
Inprovisa cito surrexit regia cura
Hludwici, qui semper erat melioris amator
Vitae, qui monachos casto dilexit amore[9].
5 Quem deus omnipotens sospem de sede paterna
Conlocet in regnum lucis sedemque beatam[10].
Misit ab occiduo hic monachos[11], qui maxime nostros,
Quin et finitimos fratres, hincque inde cubantes,
Mores et studia et leges et dogmata patrum
10 Incoepta incipere et lapsa renovare monerent.

VII. Subdimur interea, duro custode remoto,
Scilicet extremis usque dum frater Adalfrid
Unus ab occiduis nostris comitatus ad alta
Fratribus eximii subiens oracula regis
5 Frustrataque loco et diro spoliata magistro

|| [v] 1 Hoc iam *Ant. Fuld.* 89 || [vi] 5 sospem *ad marg.* sospitem *Br.* 6 Conlocat et *Br., corr. Ant. F.* 91

1) Moguntino (754—786). 2) *Georg. III,* 561 morbo inluvieque peresa. 3) *L. I* Hoc nimirum cessante Ratgarius eligitur in patrem mira concordia fratrum; *Ann. Fuld.* 802 (*SS. III,* 117) Ratger mira concordia est fratrum electus ad abbatem. *Contra eum fratres Fuldenses Carolo Magno libellum supplicem a.* 812 *obtulerunt, cui hi versus antecedunt* (*Brower Antiq. Fuld. p.* 212):

Haec quoque coenobium totum Fuldense rogavit
Augustum Carolum iura novare sibi.
Quae cuncta honesta censebat caesar opimus,
Et votum precibus iussit inesse piis.

4) *Aen. XI,* 337 stimulisque agitabat amaris. 5) *Ib. VI,* 179, *X,* 723 stabula alta. 6) *Georg. III,* 228 regnis excessit avitis. 7) *Georg. II,* 434 Quid maiora sequar? 8) *Cf. Ratgarii abbatis schema ex codice Candidi depictum ap. Brower Ant. Fuld. p.* 90. 9) *Fast. IV,* 224 casto .. amore. 10) *Aen. VI,* 639 sedesque beatas. 11) *Aaron et Adalfridus Galli monachi instaurant Germanica monasteria BR.*

818 Fuldae patre pio rursus vestirier orat.
Cui pia progenies contra sic ore locutus [1]:
'Vade age, consiliumque voca [2], fratresque saluta,
Et quemcumque velint iuste riteque repertum
10 Expetito patrem ex nobis, concede labori.'
Dixerat et [3] laetum clara dimisit ab aula.
Ille ubi percepit regis responsa petentis [4],
Atque haec ipsa suo volvens sub pectore versat [5],
Hortatur socios [6] creber, iubet esse paratos,
15 Cogit inire viam et celerem per opaca locorum [7]
Concite ferre gradum, per terras, gramina, lymphas,
Per montes vallesque simul, per densa ferarum
Lustra [8], lupus horrendum ululans [9] ubi devius ore
Sanguineo saepe insidias sub corde volutat [10].
20 Nec mora [11] cumque dies noctis superaverat umbras [12]
Titanisque rubens orbi lux alta refulsit [13],
Statim cum sociis missus de rege remissus
Ardua certatim pariter ad moenia tendit [14]
Fuldae, parta quidem secum bona dona reportans.
25 Interea latos volitat pennata per agros,
Coenobii Fuldensis ovans adlabitur aures
Fratrum fama [15], boni cursum rumoribus aptis
Forte virum ostentat absque discrimine sospem
Confectum, laevique monet nil mente vereri.
30 Haec adhuc memorans lictor de rege venusto
Missus adit nostrique simul cum principe fratres
Odilhoh [16], Reccheo et senior, iam functus uterque,
Presbyter et monachus, animo laetique minores [17]
Iussi tecta petunt [18], neque enim post tempora multa
35 Fratribus accitis regis ita nuntius orsus:
VIII. 'Hludvicus rex pacificus Caesarque serenus
Vobis iam propria mandavit voce salutem.
Et quemcumque cupit vestra Concordia concors
Rite patrem iusteque simul digneque repertum
5 Laetis luminibus vestro concessit amori.'
Dixit et introrsus oris spiramina sepsit.
Nulla mora, in medio supplex in rebus egenis [19]

---

7 pia *ad marg.* Hluduicus imperator *Br.* || [VIII] 5 Laesis *Br.* (*L. I* hilari vultu)

1) *Aen. IX*, 319 sic ore locutus. 2) *Aen. IV*, 223 Vade age, nate, voca; *Met. I*, 167 Conciliumque vocat. 3) *Aen. II*, 621. *III*, 607 Dixerat et. 4) *Ib. VII*, 92 petens responsa. 5) *Aen. I*, 657, *IV*, 563 in pectore versat. 6) *Aen. VI*, 184 Hortatur socios. 7) *Aen. II*, 725 per opaca locorum. 8) *Aen. III*, 646 deserta ferarum | Lustra. 9) *Georg. I*, 486 lupis ululantibus. 10) *Aen. IV*, 533, *I*, 185 cum corde volutat. 11) *Aen. V*, 368 Nec mora. 12) *Ib. IX*, 411 noctis diverberat umbras. 13) *Aen. I*, 588, *II*, 590 in luce refulsit. 14) *Aen. I*, 410 ad moenia tendit; *XII*, 745 ardua moenia. 15) *Ib. IX*, 473 Interea pavidam volitans pennata per urbem | Nuntia Fama ruit, matrisque adlabitur aures. 16) *Ann. necrol. Fuld.* 831 (*SS. XIII*, 172) ob. Uodalhoh; 839 (*p.* 174) ob. Reccheo; *cf. Dronke Cod. diplom. Fuld. p.* 176 *a.* 819 Reccheo presbiter scripsit hanc traditionis kartam: *occurrit iam inde ab a.* 800 *ib. p.* 89 Sign. Reccheoni Fuldanensis ecclesiae diaconi. 17) *Aen. VIII*, 268 laetique minores. 18) *Georg. IV*, 187 tecta petunt. 19) *Aen. VI*, 91 supplex in rebus egenis.

Fratrum congeries responsa ante ora ferentis[1] 818
Corpore conlapso genibus procumbit humi mox[2],
10 Grates persolvens dignas[3] haec munera danti.

IX. Quis tibi tum, fraterna cohors, in pectore sensus[4]?
Immo talia volventi quae mente voluntas[5]?
Quasve tremens cieras concreto corpore voces?
Nonne via simplex fratrum se flectit in ambas
5 Discolor atque subintravit Discordia pone
Turbataque ruit simpla Concordia retro?
Talia si subeas ultra, o sociabilis ordo,
Concilia, tenui liceat te voce monere.
Parce metu[6] solique deo confidere disce,
10 Posce deo placita si scis; si poscere nescis
Aut tibi si desit veri sapientia verbi
Alma altaque fide regnantem cernuus ora,
Qui bona cuncta dabit et nulli probra rependit.

X. Larga quidem super hoc concessa est copia fandi[7]
Fratribus, inque vicem dehinc respirare potestas[8].
Fit subito fratrum passim concursus in unum.
Longis porticibus[9] claustri consessio longa
5 Cernitur hinc vario varia sermone[10] levata.
Concite prorupit in medium res dissona, circum-
Fusa[11] rotat, acuens variis rumoribus iras[12]
Infausta genitrice sata Discordia proles.
An loquar, an sileam[13], vulgi sententia fatur,
10 Quod quis flammigero valide contactus ab igne
Ignem flammigero pavitanti mente veretur[14].
Hicce patrem petit hunc; illum namque ille reposcit:
Quem pars una cupit, refugit pars altera, longe
Compellare senem iuvenis, audetque virum vir[15]
15 Vocibus infestis duroque lacessere verbo.
Nec iam quis proprium furtim testatur amorem[16]:
Curritur ad solita saltim solatia votis.
Omnibus in commune deo prex alta refertur.
Supplicat obnixe ostendi fraterna voluntas,
20 Dextera quid super hoc statuat manus omnipotentis.
Perspice nunc, precor, o confidentissime[17] frater,
Ipse deus rex perspicui possessor Olympi[18]

|| [x] 7 rumoribus *gl.* allocutionibus *Br.* 18 prex *ad marg.* a prece *B*

1) ***Aen.*** ***IX,*** 369 responsa ferebant. 2) *Ib. V,* 481 procumbit humi bos. 3) *Ib. II,* 537 Persolvant grates dignas. 4) *Cf. p.* 98 *II,* 9. 5) *Aen. VI,* 675 corde voluntas. 6) *Ib. I,* 257 Parce metu. 7) *Aen. I,* 250, *XI,* 248 data copia fandi. 8) *Aen. IX,* 813 nec respirare postestas. 9) *Aen. II,* 528 Porticibus longis fugit. 10) *Aen. VIII,* 309 varioque viam sermone levabat. 11) *Aen. II,* 64 Circumfusa ruit. 12) *Aen. IX,* 464 variisque acuunt rumoribus iras. 13) *Ib. III,* 39 Eloquar, an sileam? 14) *L. I* In multis siquidem rebus conterriti sumus, quia, ut vulgo dicitur, homo ustulatus ignem timet. *Cf. Proverbia* (*Müllenhof u. Scherer Denkmäler p.* 47—48) *v.* 79 Igne semel tactus timet ignem postmodo cattus; *v.* 98 Laesus ab igne puer timet illum postea semper. 15) *Aen. III,* 299 Compellare virum; *IX,* 632 legitque virum vir. 16) *Aen. III,* 487 testentur amorem. 17) *Georg. IV,* 445 iuvenum confidentissime. 18) *Fast. III,* 759 ipse deus; *Venanti C. II,* 16, 9 possessor Olympi.

818

Fidis quam facile miserans in rebus egenis [1]
Consulit omnipotens, discors et futtilis amens
25 Ast heresis refugit, subito bipatentibus intrat
Laeta quidem comitata Fide Concordia portis [2].
At vero interea quatitur densissime signum [3],
Quo moniti fortasse animis non viribus aequis [4],
Ordine permixto fratres glomerantur [5] in unum.
30 Exin more quidem solito [6] fit lectio versus;
Inde sequens tandem extimplo prece rite peracta
Erupit in vocem graviter pars ardua fratrum,
Ac salubri dehinc consilio sic ore ferebat [7]:
'Nos, o fida manus, vario turbante tumultu [8]
35 Saepe sub adverso partim sudasse labore
Contigit in commune: tamen discrimina morbi
Mixtim nos tolerasse mali contingeret adhuc,
Celsi fulminea subito ni dextera patris
Desuper adveniens nostri miseresceret ultro.
40 Sed quia nos voluit magni regnator Olympi [9]
Haec iterum loca praecipere, non linquere; nosque
Rursus in antiquam [10] nostrae conducere formam
Vitae, nunc animae, totis nunc viribus esto
Quisque suae vitaeque memor [11]: praesumite patrem,
45 Fratres, qui valeat, supplex licet ore recuset —
Non hunc, qui cupit atque nequit, licet ore reposcat —
Moribus insignis pariter cum dogmate sacro ac
Mente pia digne tantam praecedere turbam.'
Haec memorans circumspecte, pars ardua patrum [12]
50 Extuderat ea, dein repetens quoque cetera prona
Contulit inque vicem spisso sermone reformat.
Haud mora continuo [13] concordi mente vetustus
Poscitur in patrem Norica regione serena [14]
Nobilis adveniens, olim et parvissima proles
55 Aeigil tuncque gravis veterum scrutator avorum [15].
Quove reluctanti sedato pectore [16] pauca:
'Fraternum ante quidem nobiscum foedus inisse
Te meminisse decet [17], socium miserere tuorum [18], et,
Si quid habes virtutis,' ait Concordia fratrum,
60 'Corporis atque animae precibus neu subtrahe nostris [19].'
XI. Tunc quoque longaevus commoto pectore contra:
'Nonne vides, quod hoc corpus effaeta senectus [20]

---

24 futtulis *B* 25 haeresis *B*

1) *Cf. p.* 100 *VIII,* 7. 2) *Aen. II,* 330 Portis alii bipatentibus adsunt. 3) *Signum quod nobis campana BR.* 4) *Aen. X,* 357 animis et viribus aequis. 5) *Aen. IX,* 689 Troes glomerantur. 6) *Trist. III,* 1, 165 solito tibi more. 7) *Aen. IV,* 11 ore ferens. 8) *Aen. IX,* 397 subito turbante tumultu. 9) *Aen. X,* 437. 10) *Nasonis eclog. I,* 26 Rursus in antiquos. 11) *Aen. XII,* 528 nunc totis . . viribus; *X,* 280 nunc coniugis esto | Quisque suae tectique memor. 12) *Cf. supra v.* 32. 13) *Cf. p.* 98 *v.* 19. 14) *Cf. p.* 97 *I,* 1. 15) *Aen. VII,* 177 veterum . . avorum. 16) *Aen. IX,* 740 sedato pectore. 17) *Iuvenci Hist. euang. IV,* 733 Nunc meminisse decet. 18) *Aen. XII,* 653 miserere tuorum. 19) *Ib. VI,* 465 aspectu ne subtrahe nostro. 20) *Aen. VII,* 440, 452 effeta senectus.

Deprimit exagitatque caput, vestigia torquet, 818
Visus languescit, lacerat praecordia tussis,
5 Corporis ac totos quatit aeger anhelitus artus[1].
Solus quapropter fateor subsistere tanta
Pondera non valeo.' Senior sic ore repugnans
Dixerat[2], et luteos lacrimis perfudit ocellos:
'Desine plura, pater'[3], inquit, 'et cede petenti huic
10 Coenobio, non oro senem te cura refringat.
Huius namque operis fratrum Concordia tecum
Viribus infessis pariter sufferre laborem[4]
Sponte subit; nec te solum sub fasce dolere
Sustinet.' Hincce senis durum mollescere coepit
15 Pectus, et hinc fratres dictis affatur amicis[5]:
'Non me velle fugam mihimet pro laude pacisci[6]
Huius profiteor operis; nec terruit hoc cor
Horridus iste labor, sed debilitata senectus
Terrebat, morbusque tumens et pestifer hostis.
20 Nunc iam cedo equidem iussis ac iussa facesso[7].
Tu tamen interea pariter, Concordia fratrum,
Viribus infessis mecum partire laborem[8].'

XII. Haec ubi dicta essent[9], verrat fraterna potestas
Fratres ac socios proprio de corpore lectos,
Qui cum patre simul noviter seniore recepto
Regis ad eximii super hoc decreta recurrant.
5 His quoque compositis pergunt; comitatur Aaron
Primus ab his, misit sollers quos regia cura
Ad nostrum commune bonum sub tempore, quo nos
Improbus atque minax demum furialibus ausis
Monoceros iam cessavit terrere fugaces[10].
10 Solibus hinc etiam nonnullis rite relectis,
Venit ad occidua haec eadem legatio rura,
Caesaris antiqui supplex oracula poscens.
Tum namque occiduus monachus et presbyter alti
Regis ad aspectum prior invitatus Aaron
15 Progreditur, causasque viae fratresque venisse
Fuldenses humili coram sermone patenter
Rege aperit atque ante fores[11] astare reclusit.
Quos cum pro foribus Caesar praesensit, ut intrent
Dicitur, at senior, fratrum stipante caterva[12],
20 Intrans, procidit ad genua, genibusque volutans[13]

|| [XII] 1 verrat *ad marg.* vernat vel ornat *B.* 17 reclusas *coni. Simson* (*Ludwig II,* 265 *n.* 2) 19 senior *ad marg.* Aeigil cum suis imperatorem veneratur *B.*

1) *Aen. V,* 199, 432, *IX,* 814 vastos (fessos) quatit aeger anhelitus artus. 2) *Cf. p.* 100 *VII,* 11. 3) *Ecl. V,* 19 tu desine plura, puer. 4) *Georg. II,* 343 perferre laborem. 5) *Aen. VIII,* 126, *X,* 466 dictis adfatur amicis. 6) *Ib. V,* 230 vitamque volunt pro laude pacisci. 7) *Ib. XII,* 818 Et nunc cedo equidem; *Aen. IV,* 295 ac iussa facessunt. 8) *Ib. XI,* 510 mecum partire laborem, *cf. supra v.* 12. 9) *Ib. XII,* 441 Haec ubi dicta dedit. 10) *Aen. XII,* 591 solitus terrere fugaces. 11) *Aen. VI,* 47 Ante fores. 12) *Aen. I,* 497, *IV,* 136 magna iuvenum stipante caterva. 13) *Ib. III,* 607 genua amplexus genibusque volutans.

818 Una cum sociis vultum regnantis honorat.
Nec mora continuo [1], dextra innuit ipse nitenti
Atque astare iubet, prior et sic incipit ipse [2]:
'O nati fratresque mei lectique parentes,
25 Spes patriae, nostrique decus et gloria regni,
Vos horrenda nimis ante discrimina pestis
Letiferae urgebant, saltim nunc eruta corda
Erigite, maestumque metum secludite [3]; vestra
Regula quod doceat, intento corde tenete.
30 Ipsa est porta atque arcta via, quae ducit ad alta
Regna poli [4]; contendite nunc intrare per illam [5],
Ut per eam modo currentes veniatis ad illum,
Qui vos de tenebris miserans et carcere caeco
Non meritis produxit in admirabile lumen [6].
35 Currite nunc fratres, vitae dum lumen habetis [7],
Neu tenebrae vos praeripiant, ante omnia pacem,
Veram pacem, inquam, sine qua nec munus ad altar
Proficit adlatum, neque enim possessio quemquam
Pauperibus profusa iuvat, nec martyr ab alto
40 Iudice dona tulit [8] umquam, servate monebo.'
Haec dicens aliaque simul longo ordine [9] multa,
'Quem vobis optastis', ait, 'producite patrem,
Fratres'; canitie subito conspersus Aeigil
Porgitur in medium constanti mente vetustus;
45 Regis ad imperium propius processerat ultra [10]
Progrediens. Quem ut conspexit rex arduus infit [11]:
'Istene pastor adest, quem omnis Concordia fratrum
Concors provehit atque probat uno ore canoro [12]?' At
Regis suppliciter pauca legatio fratrum:
50 'Iste est, o bone rex, nunc inclinata recumbit [13]
In te summa eadem, tantum decerne tenendum, o
Spes nostra nostraeque decus et gloria vitae [14].'
XIII. 'Ecce senex iste hic praesens, quem poscitis, adstat,
Hunc habetote patrem, hunc, fratres, servate parentem
Tuque tuos addisce, pater, servare minores
Omni cum studio, inque vicem pia foedera sollers
5 Iungere [15] semper ama, retro de pace ruentes
Corripe, ne pereant, suavi reducique salubri
Ad pacem repedare doce, discretus in omni
Re quoque causidicus esto: quod condita norma

27 Lethiferae *B* 29 deceat *B* 41 longe *B* || [XIII] 8 sunto *B*, esto *Man.*

1) *Cf. supra II,* 19, *X,* 52. 2) *Ecl. VI,* 26 Simul incipit ipse. 3) *Aen. I,* 562 Solvite corde metum . . secludite curas. 4) *Matth.* 7, 14 Quam angusta porta et arcta via est, quae ducit ad vitam. 5) *Luc.* 13, 24 Contendite intrare per angustam portam. 6) *Ps.* 106, 14 Et eduxit eos de tenebris et umbra mortis; *Aen. VI,* 734 tenebris et carcere caeco. 7) *Ioh.* 12, 35 Ambulate, dum lucem habetis, ut non vos tenebrae comprehendant. 8) *Aen. IX,* 407 Dona tulit. 9) *Aen. VI,* 482 longo ordine. 10) *Aen. XI,* 94 processerat ordo. 11) *Aen. XI,* 301 rex infit. 12) *Ib. IX,* 503 aere canoro. 13) *Aen. XI,* 344 o bone rex; *XII,* 59 in te omnis domus inclinata recumbit. 14) *Cf. suprà v.* 25. 15) *Aen. VIII,* 56 foedera iunge, 641, *XII,* 822 foedera iungent.

Communis doceat intento corde teneto[1]. 818
10 Ecce ibi reperies fixum, quid pastor ovilis
Praevius, atque tener quid dehinc post terga sequens grex
Exsequitur, operis pariter qui pastus obaesis
Lanigeris prosit, teneris qui congruat agnis[2].
Nec minus ordine composito[3] scrutator avarus,
15 Quae aegris debilibus maneat quae cura fovendis.
Hanc Benedictus ovans sacro spiramine plenus[4]
Legem constituit, monachorum rite magister,
Servandamque suis secum mandarat alumnis.
Hanc tibi nunc committo equidem, tu percipe normam,
20 Atque in ea totum, o pastor, sub foedere firmo[5]
Coenobium Fuldense, bona ex hinc omnia circum-
Quaque loca ipsius iam decernoque tuenda.'
Haec ait et[6] fratrum precibus rex inclitus almis
Expetitis, in pace simul dimisit abire.

XIV. Post haec inde means socium comitante caterva[7]
Iste pater laetus gressum direxit ad urbem[8],
Quondam opulentam opibus, opere constructa vetusto[9],
Apparet quae namque super glacialis aquai
5 Ripam Rheni, in quem fluitans turgentibus undis
(Nam parte ex alia castrum qua cernitur ingens
Haud procul a ponte[10] sursum, quem sospite regno
Olim rex Karolus fecit[11]) prolabitur amnis[12]
Mogoin, ex quo, ut fama sonat, Mogontia dicta est.
10 Haistolfo interea venit gratissimus hospes
Aeigil pontifici sacro Mogontiacensis
Ecclesiae[13], condigno etiam susceptus honore.
Primum ducitur ad templum, precibusque peractis
Praesulis occurrit subito conspectibus, inque
15 Oscula pacis iens pronus dignanter adorat.
Postquam consedere simul provectus uterque
Temporis aetate, pariterque in dogmate claro
Legis iustitiae praesul pastorque vetustus,
Adveniens prior urbis apex sic incipit ore[14]:
20 'Nos, pater, in primis laudemus cunctipotentem
Atque olli grates dignas dicamus[15] ovantes,
Qui sibi nos proprio devotos munere vernos
Una cum sociis sospes conduxit in unum.

|| [XIV] 2 laetum *Ant. F.* 6 Non *B*, Nam *corr. Ant. Fuld.*

1) *Aen. II,* 1 intentique ora tenebant. 2) *Ecl. III,* 103 teneros . . agnos. 3) *Cf. supra p.* 6 *v.* 55. 4) *Sedul. C. Pasch. II,* 176 sacro spiramine plenum. 5) *Aen. I,* 62 foedere certo. 6) *Aen. I,* 297 Haec ait et. 7) *Aen. II,* 40, 370 Danaum magna comitante caterva. 8) *Aen. I,* 401, *XI,* 856 dirige gressum. 9) *Ib. I,* 447 donis opulentum; *Fast. III,* 391 operi promissa vetusto. 10) *Met. XI,* 277 Haud procul a muris. 11) *Cf. de hoc ponte mense Maio anni* 813 *flammis consumpto Einhardi Vitam Karoli M. c.* 17, 32, *Einhardi ann.* 813, *Monachi Sangallens. Gesta Caroli I c.* 30, *Poeta Saxo l. V, v.* 445—462 (*Iaffé Mon. Carol.* 619, 661), *Mariani Scotti Chron.* 835 (*SS. V,* 549), *Ann. Hersfeld.* (*SS. III,* 41). 12) *Cf. p.* 97 *I,* 5. 13) *a.* 813—825. 14) *Aen. XII,* 692 simul incipit ore. 15) *Cf. p.* 101 *VIII,* 10; *Aen. XI,* 508 dicere grates.

818 Praeterea te nosse decet, quae pondera quondam
25 Quamque inportuna temet pressere tuosque
Consocios, indiscreto regnante tyranno, et
Maxime nunc, quia te voluit regnator Olympi [1]
Notis praeficere vigili tutamine mandris [2],
Ne quandoque pater subiectos more prioris
30 Exagitans, ex his forte indignatus aberres.
Non te decipiat falsa et fugitiva potestas
Saecli pompiferi, nec te pomposa virago
Possideat; iram cohibe, fuge nomen avari [3].
Omnia fac cum consilio, sic Idida quondam
35 Basileos Solymae repetens [4], sic legifer ipse [5]
Vester ait, et post factum te poena reorum
Non cruciet, nec verba dehinc tibi dira manebunt.
Consule quosque tuos, pastor, pietate paterna,
Consule quosque tuos fratres, quia saepe minori
40 Optima quaeque bona, rerum qui condita praesens
Inspicit omnipotens, pandit, dignaque revelat.
Saepe quidem stropha mentem confundit inanem,
Hostis perversi retro feriente sagitta,
Aut ita subripiet, sensumque interpolat error
45 Humanum, quia nullus adest in carne manens vir,
Ut homo, qui nunquam non falli possit in ista,
Quamvis magnifice ingenio quis polleat alto.
Utque ille interdum, sophia qui acrior extat,
Ingenio maiorque manet, quid mente retunsa
50 Falsum concipiat, contra et quid rectius atque
Verius ille minus sapiens meritique minoris
Cordis in hospitio interdum praesentiat; inde at
Nullus in hac vita positus, sit spes sibi, nec se
Consilii alterius tumide non dicat egere,
55 Cuius iudicium et si non zabolica fallit
Gannatura, tamen laqueos hinc inde tumoris
Non facile superat graviores.' Haec ita patri
Commemorans, aliaque simul longo ordine praesul [6],
Statim iussit adesse viros, qui rite ministrent
60 Undam, qui Cererem Bacchum [7] mensasque reponant.
Ipse autem interea sacram spatiatur ad aram [8]
Cum clericis alta acturus modulamina missae.
Laudibus expletis Christi venerandus honore
Praesul perspicuo patulam suscepit in aulam

49 *ad marg.* retusa *B* 55 *ad marg.* zabolus id est diabolus *B* 56 Gannatura *ad m.* vulpinus astus *B* 58 ordene *B* 63 Expletus *B*

1) *Aen.* X, 437 magni regnator Olympi. 2) *Caulibus ovium B.* 3) *Aen. III*, 44 fuge litus avarum. 4) *Eccli.* 32, 24 Fili, sine consilio nihil facias, et post factum non poenitebis. 5) *Cf. Regulam S. Benedicti* c. 3 (*Hattemer Denkmahle I*, 42) Si qua vero minora sunt agenda in monasterii utilitatibus, seniorum tantum utatur consilio *(sc. abbas)*, sicut scriptum est: Omnia—peniteberis. 6) *Cf.* p. 104 *XII*, 41. 7) *Aen. VIII*, 181 Dona .. Cereris Bacchumque ministrant. 8) *Aen. IV*, 62 spatiatur ad aras.

818

65 Abbatem comitesque suos, manibus data lympha [1]
Funditur et coram subito fit mensa reposta [2]
Vate atque hospitibus, epulis onerata [3] venustis.
His ita confectis successit lectio sacra,
Quam praesul solito tetigit summotenus ore,
70 Interdum satians supera dulcedine cives.
Hac namque explicita mussabant ora virorum,
Dulcia conloquia resonant, pax undique circum-
Fusa volat [4], penitus fit laetus in aula
Urbis apex, pastorque senex, cunctique minores [5]
75 Amborum quoque tripudio versantur in alto.
Hinc pater iste pius, fratrum gyrante corona
Post epulas, post conloquia, post pocula laeta [6]
Summisso capite [7] saltim divortia laetus
Nota petens [8] a pontifice benedictus abibat.
80 Non multi fluxere dies, nec tempora multa
Praeteriere, dehinc fratrum genialis acervus
Cum patre unde ierat iterum remearat eodem.
Ventus namque senex famosi nominis Aeigil
Cum sociis digno primum collectus honore
85 Fratribus a propriis altam defertur in aedem,
Christi martyr ubi compta requiescit in area,
Quondam cum sociis telo sopitus acuto [9].
Hinc prece completa monachorum conflua turba
In parte occidua templi seniore reviso
90 Statim prona ruit, patrem de more salutat [10].
Qua resalutata propius accedere contra
Namque iubet [11] pacemque iniens atque oscula figens [12]
Congrua, more patrum pariter cum fratribus ipse
Davidicae subito cecinit modulamina Musae [13]:
95 'En quam dulce, bonum, fratres, quamque ardua semper
Laetitia, longe bilis rancore remoto,
Moribus in sanctis communem vivere vitam.'
Hoc quoque carmine completo divortia lassus
Abbas progrediens adiit optatus, euntem
100 Prosequitur turba mixtim iuvenesque senesque [14]
Inspiciunt, gaudentque simul, ardentque tuendo.
Illum namque diem pater idem laetus in omni
Laetitia cunctis secum disponit habendum:
Fratribus ostentans penitus praecordia laeta
105 Corporis effigie, lingua vultuque micare.

---

72 resonans *B* 87 genialis *gl.* pulcher *B*

1) *Aen. I,* 701 Dant famuli manibus lymphas. 2) *Georg. III,* 527 epulae . . repostae. 3) *Georg. IV,* 378 epulis onerant mensas. 4) *Cf. p.* 101 *X,* 6. 5) *Cf. p.* 100 *VII,* 33. 6) *Georg. II,* 383 inter pocula laeti. 7) *Cf. supra p.* 96 *v.* 10. 8) *Aen. II,* 256 Litora nota petens. 9) *Ib. III,* 635 telo . . . acuto; *i. e. Bonifatius.* 10) *Aen. III,* 524, *XIII,* 257 clamore salutant. 11) *Met. II,* 41 propiusque accedere iussit. 12) *Aen. II,* 490 atque oscula figunt. 13) *Psalm.* 132, 1 Ecce quam bonum et quam iucundum habitare fratres in unum. 14) *Aen. VI,* 476 Prosequitur . . . euntem; *ib. IX,* 308 quos omnes euntes | 309 . . . iuvenumque senumque | 310 Prosequitur.

818—819 XV. Hic homo coepit abhinc magno pietatis amore [1]
Ecclesiae mundare loca, pavimenta refundi
Constituit, quadrata locans altaria circum
Fixerat in summo petris contecta politis.
5 Arcubus, idem Racholpho dictante magistro [2]
Et monacho, fratrumque simul sine felle ministro —
Cuius te meminisse rogo cunctosque legentes,
Hoc opus et domini pietas requietis honorem
Ipsius animae tribuat lucemque perennem
10 Conferat, — ut dixi, hoc ipso dictante magistro.
Arcubus atque interpositis hinc inde columnis
Binas magnifice erexit pulcro ordine cryptas.
Quarum prima quidem spectans intendit Eoum
Ternis luminibus, oriens ubi lucis ab axe
15 Signifero pluvia tempestateque sonora [3]
Disiecta primum radios sol aureus [4] orbi
Terrigeno spargit; unam quae continet aram
Interius comptam, sanctorum rite patronum
Relliquiis, quas inferius subnectere mens est.
20 Nec minus hoc speleum capitis in vertice gestat
Altare, sanctus quod iam sub tempore prisco [5]
Consecrat ipse suo Bonifacius omnipotenti,
Quae superaddita sunt alii sacranda relinquens [6].
Ast aliud quoque nobiliter, ubi martyr adest nunc,
25 In parte occidua constructum cernitur antrum,
Multum dives ope [7] interius spoliisque piorum,
Ternis prospiciens fixis post terga fenestris,
Obscuratus hinc atque hinc clausisque duobus,
Solis ad occasum [8] qua Phoebus more recepto
30 Mergitur in solitum vergens lux aurea callem,
Lustrandoque rotat iterum tollendus in ortum,
Hoc summo in capite duris prae viribus aram
Fortiter insistens, pedibus nam sustinet, in qua
Christi martyris eximii nunc membra locata [9]
35 Cum sociis quoque sacra manent sine fine beatis.
XVI. His ita constructis mox invitatur ab omni
Fratrum consilio digne fratrumque parente
Haistolf sacrandam metropolitanus ad aedem.
Interea quoque fama volans [10] rumoribus altis
5 Excitat ad laudem Christi multorum christicolarum
Concite corda pia veniendumque, ecce repente
Non mora digreditur propria de sede sacerdos
Primum progrediens metropolitanus et exin
Turba sacerdotum [11], abbatum comitumque potentum,

---

1) *Cf. supra p.* 49 *v.* 309. 2) *Cf. ann. necrol. Fuld.* 824 (*SS. XIII,* 171) obiit Rahholf; *Dronke cod. diplom. Fuld. p.* 94 *a.* 801 ego Racholfus cancellarius scripsi. 3) *Aen. I,* 53 ventos tempestatesque sonoras. 4) *Georg. I,* 232, *IV,* 51 sol aureus. 5) *Fast. I,* 197 prisci temporis. 6) *Georg. IV,* 148 aliis . . memoranda relinquo. 7) *Aen. I,* 14, *II,* 21 dives opum. 8) *Georg. I,* 336 Solis ad occasum. 9) *Aen. X,* 867 locavit | Membra. 10) *Ib. XI,* 139 Et iam Fama volans. 11) *Cf. supra p.* 30 *v.* 211.

10 Ordinis atque etiam gaudens hincque inde minoris 819
Ad tam magnificum et sanctum sub tempore festum
Disposito cum vi multa confluxit in unum.

CANDIDUS AD MODESTUM.

Perspice nunc, frater, quo non praestantior alter [1]
Mentis luminibus mecumque haec numina firma.

XVII. Venerat alma dies radio inlustrata corusco
Solis perpetui; praesul processit ad aulam
Sacrandam [2]; tunc relliquiae tolluntur in altum
Condendae interius, praecesserat ordine claro
5 Pontificalis apex [3], rubra vexilla triumphi
Regis magnifici pariter tolluntur in auram,
Luminibus roseis apte stipata; deinde
Turba sacerdotum, monachum comitumque potentum [4],
Ordinis atque etiam clamans post terga minoris [5]
10 Consequitur, Christumque vocans ter voce tonantem [6].
Invitatur enim Christus virtute potenti,
Ipsaque sancta dei genitrix virgoque Maria,
Compellantur in auxilium caelestia votis
Agmina, sanctorumque dehinc exercitus omnis [7].
15 Cumque etiam his precibus ternos expleverat orbes [8]
Praesul et ipsa sequens pariter laeto agmine turba,
Protinus ante oculos plebis oraque virorum [9]
Regi virtutum, regis praecone iubente,
Victorique deo patuerunt limina templi.
20 Ingreditur praesul divino numine ductus,
Presbyterique simul intrant araeque ministri,
More suo interius acturi iussa potentis.
Importantur enim laetis vallata choreis
Sanctorum spolia, exterius nam caetera turba [10]
25 Insistens precibus altis exclusa respectat,
Donec cuncta bonus famulis altaria praesul
Consecrat altithroni regis praesentibus absque
Quinis, quae mihimet iterum memoranda relinquo [11].
Protinus interea rursus lictore iubente
30 Panditur alta atque alma dei domus omnipotentis [12].
Inruit agmen ovans plebis; subito quoque semet
Inque vicem [13] valvasque intro pressere ruendo.

---

1) *Cf. supra p.* 97 *v.* 7. 2) *Martyrolog. Hrabani* (*Canisii Lect. ant. VI,* 747) Kal. Novemb. Item in eodem die in monasterio Fulda dedicatio ecclesiae sancti Bonifacii et translatio corporis eiusdem sancti martyris; *Ann. Fuld.* 819 (*SS. I,* 95) Dedicatio ecclesie sancti Bonifatii; (*I,* 357) Hoc anno basilica sancti Bonifacii martyris in coenobio Fuldense ab Heistolfo archiepiscopo dedicata est *etc.* 3) *Venanti Fortun. Carm. I,* 15, 33 Pontificalis apex. 4) *Cf. p.* 108 *XVI,* 9. 5) *Cf. supra v.* 10. 6) *Aen. VI,* 247 Voce vocans Hecaten. 7) *Aen. II,* 415, *V,* 824, *XI,* 171, 598 equitumque exercitus omnis. 8) *Ib. XII,* 763 Quinque orbes explent cursu. 9) *Ib. II,* 531 Ut tandem ante oculos evasit et ora parentum. 10) *Cf. p.* 8 *v.* 118. 11) *Cf. p.* 10 *v.* 23. 12) *Aen. X,* 1 Panditur interea domus omnipotentis Olympi. 13) *Georg. III,* 188 inque vicem.

819 Dextram namque tenet, dextra inducitque virum vir[1]
More laicorum porgentes basia buccis.
35 Hinc sopito etiam et turbis clamore remoto,
Ecclesiasticus hinc atque inde collectus in unum[2]
Martyris ad tumbam extimplo convertitur ordo,
Quae tunc noscitur in medio consistere templo.
Plebs quoque testis adest[3] praesens, fit testis et ipse
40 Conditor omnipotens, qui maiestate perenni
Semper ubique manet, eiusque exercitus omnis[4],
Quod eadem ipsa hora adventus tunc numinis alti,
Qua rapitur Christi martyr de sede priore,
Perspicue in sacra multis innotuit aula.
45 Praesulis interea insistit veneranda vetustas
Haistolfi precibus Christi solamina poscens,
Ut opus incoeptum[5] divino munere sacrum
Cum sociis sacro possit concludere fine.
At post haec propius Christi tutamine fretus,
50 Idem praesul iens tolli venerabile corpus
Instruxit, levat ipse prior hunc voce valenter
Hymnum magnifico laudis nidore refertum
Gignentis genitique simul ac spiritus almi.
'Te ergo deum laudamus te dominumque fatemur,
55 Te genitorem perpetuum terra veneratur.
Cuncta tibi angelicus adstans mirabilis ordo
Namque poli cunctaeque potestates venerandae,
Cherubin quoque Seraphin pariterque verenter
Iure tibi soli incessanti voce reclamant.
60 Sanctus sanctus sanctus enim dominus deus unus
Sabaoth, caeli magna tellusque replentur
Doxa perpetuae maiestatis: quoque temet
Coetus apostolicus pollens atque inclitus ordo,
Teque prophetarum numerus laudabilis aeque,
65 Te nitidus testum laudat exercitus ardens.
Ecclesia te sacra canit diffusa per orbem[6]
Maiestatis enim patrem immensae venerandum,
Atque tuum proprio verum de pectore natum,
Sanctum nam paracletum aequali numine flatum.
70 Tu doxae rex ac lucis, lux ardua Christus;
Tu genitoris es aeternus sine tempore natus.
Tu hominem suscepisti mundum ad liberandum,
Virginis atque uterum non horruit alta potestas,
Devicto mortis stimulo tu victor ubique,
75 Fidis nam miserans reserasti regna polorum.
Tu patris in dextra regnas virtute perenni,
Desuper adveniens certus namque arbiter orbis[7],
Te petimus proni, proprios defende colonos

62 Dona *B*, Doxa *corr. Mabill.*

1) *Cf. p.* 101 *v.* 14. 2) *Met. XIII,* 910 collectus in unum. 3) *Cf. p.* 91 *v.* 203. 4) *Cf. p.* 109 *v.* 14. 5) *Amor. III,* 12, 18 inceptum . . opus. 6) *Cf. p.* 53 *v.* 419. 7) *Sedul. C. P. VI,* 165 arbiter orbis.

Mundi, quos proprio redemisti sanguine, soter. 819
80 Salvum fac populum hostis de fauce reductum,
Atque tuam dignare, deus, benedicere sortem,
Auxilioque tuo rege sublimato per aevum et
Omni quippe die temet benedicimus alte,
Laudamusque tuum cuncta per saecula nomen.
85 Hacce die nos, Christe potens, dignare tueri,
Neu nos commaculent spurcae contagia vitae.
O nostri miserere, deus, nostri miserere,
Sitque tua circa nosmet miseratio larga.
Corde quidem fixo veluti confidimus in te;
90 In te, summe deus, spero, non turber in aevum [1].'
Hunc hymnum subito trepidus suscepit ab ore
Pontificis forte simul ecclesiasticus ordo,
Altithrono cantans alto modulamine laudem.
Nam feretrum loculi, sacra qua martyris almi
95 Membra inclusa iacent, in prima fronte gerentes
Ambo graves amboque senes [2] Haistolfus et Aigil,
Scilicet a tergo pariter monachusque sacerdos
Ercanberctus [3], Baugolfi germanus, et abbas
Theotgarius [4] Brunwardque [5] simul, Hrabanus et ipse
100 Presbyter et monachus, multorum iure magister,
Ibant aequati numero, Christumque canebant [6].
Cum quibus admixta pars hinc atque inde piorum
Presbyterum, turbaque premens cum lumine circum
Vi multa [7] loculum gaudet contingere dextra.
105 Regia quippe via pannis candentibus apte,
Regis perpetui magnum quae ducit ad altar,
Strata fuit, illuc idem quos ipse sacerdos
Ercanberctus ovans Christi devotus amore
Martyris exhibuit, ostro peplumque rigentem [8]
110 Insuper accumulans auxit pro seque suisque.
His ita perceptis gressum porrexit ad aram
Pontificalis apex, magno comitatus honore [9].
In parte occidua Romano more peractum
Elevat interea populari voce repente
115 Advena plebs kyrie eleison, fit clamor ad astra [10]
Christicolis, ardent penitus fervore recenti
Numinis infusi, verum mirabile dictu [11]!
Cunctis non solito laudis vox omnibus aequa [12]

---

99 Brunwarque *B* 110 suosque *B* 111 *an* direxit? 118 Tuscis *B*, Cunctis *correxi*

1) *Psalm.* 70, 1 In te, domine, speravi, non confundar in aeternum. 2) *Aen. XI,* 291 Ambo animis, ambo insignes praestantibus armis; *Ecl. VII,* 4 Ambo florentes aetatibus, Arcades ambo. 3) *Ann. necrol. Fuld.* 846 (*SS. XIII,* 175) ob. Ercanbraht monachus. 4) *Cf. Forsch. zur Deutschen Gesch. V,* 388: *abbas fuit Herriedensis* (798—832), *de quo optime egit comes Hundt* (*die Urkunden des Bist. Freising* 69—71). 5) *abbas postea Herfeldensis* 843—875. 6) *Aen. VII,* 698 Ibant aequati numero regemque canebant. 7) *Aen. I,* 271 multa vi. 8) *Ib. I,* 648 signis auroque rigentem. 9) *Cf. p.* 109 *v.* 5; *Aen. XI,* 52 comitamur honore. 10) *Met. XII,* 387 fit clamor; *Fast. III,* 374 clamor ad astra venit. 11) *Aen. I,* 439, *II,* 174, *IV,* 182 mirabile dictu. 12) *Aen. V,* 616 vox omnibus una.

819 Efficitur, lacrimas profundunt [1], gaudia mentis
120 Laetitiae, lacrimae et cantus miscentur in unum [2].
Hinc aliud cecinit simili moderamine carmen
Sors domini magna laudis dulcedine plenum
Gignentis genitique simul ac spiritus almi [3]:
'In celsis domino gloria magno
125 Voti sitque boni terrigenis pax.
Laudamus quoque te et sanctificamus
Propter magnificum et decus altum'.
Haec tam quippe diu celsae iubilatio vocis
Personuit, donec saxoso membra sepulchro [4]
130 Includunt, clausaque dehinc pausanda relinquunt.
Hoc namque occidua martyr tumulatus honore
Altithroni regis compta iacet altus in ara,
Absida quam super exstructa namque imminet ingens [5]
Quamque egomet quondam hac Christi nutritus in aula
135 Presbyter et monachus Bruun vilisque magister
Depinxi ingenio tenui parvaque Minerva [6]
Formans expressi varios ferrugine vultus.

XVIII. Cuius quemque rogo supplex meminisse legentem
Hoc opus, orando dominum pietatis amore,
Ut scelerum veniam fidens mereatur ab illo,
Qui non vult quemquam peccati morte perire,
5 Sed magis ut rediens vivat virtutibus almis [7].
His quoque patratis summae celebratio missae
Laudibus intonuit dignis, qua rite peracta
Lassi cum sociis multa crepitante caterva
Haistolf atque Aeigil ducti sub tecta recurrunt.
10 Moenibus en altis [8] praesul convivia laetus [9]
Pastor et ipse simul, utrorumque inde minores
Mox adeunt patris celeres tum forte ministri.
Dona ferunt Cereris multo sudore canistris [10]
Quaesita, ast alii vario nidore respersis
15 Instant ferre dapes, alii namque inclita vitro
Ordine composito miscebant pocula Bacchi [11].
Nec minus intererat [12] epulis simul alma paternis
Lectio namque cibus fortis solidusque virorum,
Intentos satians superi pinguedine verbi.

XIX. Crastina cumque dies fuscas dimoverat [13] alas,
Noctis et umbrifera nebula consederat arvis,

---

1) *Aen. XII,* 154 lacrimas .. profudit. 2) *Aen. XII,* 714 fors et virtus miscentur in unum. 3) *Cf. p.* 110 *v.* 53; *Luc.* 2, 14 Gloria in altissimis deo, et in terra pax hominibus bonae voluntatis. 4) *Aen. X,* 558 patrioque onerabit membra sepulchro. 5) *Aen. IX,* 515 Nam qua globus imminet ingens. 6) *Aen. VIII,* 408 tenuique Minerva. 7) *Ezech.* 33, 11 Vivo ego, dicit dominus deus, nolo mortem impii, sed ut convertatur impius a via sua et vivat. 8) *Aen. I,* 95, *III,* 322, *IX,* 805 moenibus altis. 9) *Georg. I,* 301 laeti convivia curant. 10) *Aen. V,* 101 Dona ferunt; *Aen. I,* 701 Cereremque canistris | Expediunt. 11) *Aen. III,* 354 libabant pocula Bacchi, *cf. p.* 105 *v.* 14. 12) *Aen. I,* 633, *VI,* 212 Nec minus interea. 13) *Aen. III,* 588 Postera iamque dies . . . | . . polo dimoverat umbram; *VIII,* 369 Nox ruit et fuscis tellurem amplectitur alis; *X,* 244 Crastina lux.

Evolat hospitio solis iam luce retecta 819
Cum sociis iussus Humberct corepiscopus[1] antra ad
5 Ecclesiae sacranda duo, quae luce reliquit
Hesterna[2] praesul, primum quod spectat Eoum,
Pontificis vice rigido conspectus in ostro[3],
Adgreditur speleum, saltim quo nempe sacrato
Uno cum titulo, simili mox ordine sacrat
10 Solis ad occasum[4] spectans quod respicit antrum.
Excipiuntur enim infecta hinc altaria bina:
Unum qua martyr media testudine templi[5]
Ante fuit, aliud qua Styrmi corpore quiescit
Ac digna Liobgyd pausans Bonifacia neptis[6]
15 Sola iacet busto mulierum sorte sepulta.
Quae rediens uno Iacobi simul atque Philippi
Cum titulo praesul venturo dedicat anno.
Ut liceat dictis summam comprendere[7] paucis,
Hanc aulam Haistolf praesul Mogontiacensis
20 Ecclesiae Christi primaevis miles ab annis[8]
Cum magno studio ac magno pietatis amore
Insuper et magno sanctorum sacrat honore,
Ordine praedicto complens promissa petenti.

XX. Huius nempe diem numerumque ac tempus et annum,
Officia pariter sanctorum et nomina partim,
Quem supra tetigi, Hrabanus iure magister[9]
Versibus obtitulat, partim sermone retexit,
5 Panso equidem cuius nunc hic ex ordine dicta
Florigera huic operi dignum infigenda putavi[10],
Quatenus in libro hoc memori narranda relatu[11]
Inlaesa intactaque simul serventur in aevum.
Haec tibi, frater mi, coram sollemnia praesens
10 Ut vidi, ut sensi, ut super haec addiscere quivi,
Versibus exposui, iam nunc hic limite facto
Quae superaddita sunt, alii scribenda relinquo[12].

XXI. Haec ubi facta at sunt, instat prudenter ubique
Sedulus addiscens communis gaudia vitae
Aeigil, subiectis sacro connexus amore.
Fratrum consilio parvam qua corpora fratrum
5 Hinc defuncta iacent devote namque rotundam
Condidit ecclesiam, latitans qua pervia crypta
Sub tellure latet, una quae rite columna
Incipit, ac supra octonis subrecta columnis,

[XIX] 7 vice nunc *coni. Watt.* 14 Bonifacio *B,* Bonifacia *corr. Mabill.*

1) *episcopus postea Wirciburgensis.* 2) *Amor. II,* 2, 3 Hesterna . . luce. 3) *Georg. III,* 17 Tyrio conspectus in ostro. 4) *Cf. supra p.* 108 *v.* 29. 5) *Aen. I,* 505 (*Sedul. C. Pasch. IV,* 233) media testudine templi. 6) *Ann. necrol. Fuld.* 780 (*SS. XIII,* 167) Leobgid abbatissa obiit IX Kal. Oct. 7) *Met. XIII,* 160 comprendere dictis. 8) *Cf. p.* 98 *II,* 7. 9) *Cf. p.* 111 *v.* 100; *Sedul. C. Pasch. II,* 138 iure magister. 10) *Hrabani denotationem dedicationis ed. Brower Antiq. Fuld. p.* 109—112. 11) *Cf. supra p.* 29 *v.* 171. 12) *Cf. p.* 108 *v.* 23.

819 Praepulchre in summo lapide concluditur uno [1].
10 Hoc opus hoc etenim [2] divino munere docti
Pastor, et ipse simul infantum doctor honestus
Cum sociis iaciunt alto sinuamine mentis [3],
Nescio quid magni fingentes arte fecunda,
Quod tamen ipse reor, salva menteque fideque,
15 Istius ecclesiae et Christi praeferre figuram.
Templum quippe dei sanctum est, quod Paulus [4] aperte
Christicolas esse Christi vas personat ipse.
Cuius tecturae princeps et conditor adstat
Arbiter ipse deus, fundamentumque, columna
20 Inconcussa manens semper virtute perenni.
Qua fidei merito nunc hic plebs advena Christo
Subrigitur, templumque deo coalescit in almum.
Quod vero in summo lapide concluditur uno,
Edocet ipse monens, intenta mente rogandum
25 Egregius doctor [5], ut qui virtute potenti in
Nobis coepit opus placitum, dignetur in altum
Perficere, Iesu donec manifesta micando
Ac famosa dies Christi procedat in orbem.
Octonae interius stantes hincque inde columnae
30 Totque beatitudinibus aptantur, ut apte
Quique quater bina haec complentes dicta tonantis,
In hac aede dei fulcra mereantur haberi.
Circulus ecclesiae qui nullo fine rotundus
Clauditur, interius complectens commoda vitae,
35 Spem quoque vitae perpetuae regnumque perenne, ac
Praemia mansura post hanc signare videtur
Vitam, quis iusti merito vittantur in aevum.

822 XXII. Hoc igitur templum domino quod condidit almo
Impiger ille senex, metropolitanus ab urbe
Digrediens Haistolf, Turingea rura petendo [6],
Tempore disposito cum ternis dedicat aris.
5 Cuius et ipse simul infantum doctor opimus,
Quem saepe posui, digne docteque pieque,
Officii numerum, tempus, annumque diemque [7]
Cum sanctum reliquis varia complectitur arte [8].

XXIII. Ast opus ecce novum senio depressus acerbo
Exorsus, tandem subito fit mentio claustri.

[XXI] 12 doctor *ad marg.* Hrabanus *B* 22 conglescit *ad marg.* coalescit *B* || [XXII] 3 Haistolff *B*

1) ***Cf. Einharti epist. ad Vussinum filium datam*** (*ep.* 56, ***Mon. Carol. ed. Iaffé*** 478) Et credo, quod eorum maxima pars ***(sc. verborum et nominum obscurorum ex libris Vitruvi)*** tibi demonstrari possit in capsella, quam domnus E(igil) columnis eburneis ad instar antiquorum operum fabricavit. 2) ***Iuvenci Hist. euang. Praef.*** 22 Hoc opus hoc etenim forsan me subtrahet igni. 3) ***Iuvenc. l. l. III,*** 56 sinuamine motus. 4) 1 ***Cor.*** 3, 17 Templum enim dei sanctum est quod estis vos. 5) ***Phil.*** 1, 6 confidens hoc ipsum, quia qui coepit in vobis opus bonum perficiet usque in diem Christi Iesu. 6) ***Met. XIII,*** 120 Rura petunt. 7) ***Cf. p.*** 113 ***XX***, 1—3. 8) ***Hrabani versus et prosam hac de re edidit Brower Antiquitat. Fuld. p.*** 118—119, ***cf. infra; Martyrolog. Hrabani*** (***Canisii Lect. ant. VI,*** 693) ***XVII*** Kal. Febr. In monasterio quoque Fuldae dedicatio ecclesiae sancti Michaelis in coemiterio fratrum.

822

Consilium subeunt quidam, dant more prioris
Constitui. Ast alii depromunt more Romano
5 Solis ad occasum [1] satius, ubi martyr opimus
Pone iacet. Huic consilio cessere priores,
Atque huic suppliciter consensit cetera pubes [2].
Quidnam plura loquar [3]? statim mensura laboris
Tenditur, effossoque solo fundamina ponunt [4].
10 Fervet opus [5], animosque simul viresque ministrat [6]
Cunctis par cura, atque operis concepta voluntas.
Quod tamen infectum post se compleverat alter.
Protinus interea magni discrimine morbi
Corripitur, cessitque cito violentia lassis
15 Artubus. Increpuit mussans Concordia fratrum
Cum gemitu patris inviso perterrita morbo.
Et tamen ille sibi collectis viribus ipse
Corporis hospitium tenui virtute dehiscens,
Primus namque aperit, propriis manibusque reclusit.
XXIV. Hinc magis atque magis fervet, mortemque minatur [7]
Effera vis morbi [8], tandemque urgente dolore
Ductus ad extrema est, sistitque in limine laetum.
Quem circum glomerati omnes, hinc comminus atque hinc [9]
5 Namque senes iuvenesque adstant: prex alma refertur
In commune deo cari pro flamine patris.
Tum fratrum precibus saltim commenditus [10], at sic
In lectum moriens lassos protenderat artus,
Undantemque animam superas proflabat ad auras [11].
10 Hoc obitu concussi animo, altusque per omnes
It gemitus [12], queritantur his genitoris amissa
Gaudia, sed maius gerere quod namque potes vir,
Cum sua cuique dies atque inreparabile tempus [13]
Certum iure manet. Solita sic lege priorum
15 Hic obiit, aliisque loca haec tutanda reliquit.
Exin more patrum [14] fratres mox quippe cadaver
Exanimum templi orantes sub tecta ferebant.
Inde interque manus sibimet, quem fecerat ipse,
Poscentes requiem, tumuli sub domate condunt.
20 Cuius epitaphium celebri cum dogmate iam tunc
Versibus expressit noster Hrabanus ovando,
Et pater et pastor, meritis et dogmate celsus [15].

[XXIII] 18 hospitium *ad marg.* sepulchrum *B* || [XXIV] 12 huius *B*, maius *corr. F. D.*

1) *Cf. supra p.* 108 *v.* 29. 2) *Aen. V*, 74 cetera pubes. 3) *Ecl. VI*, 74 Quid loquar. 4) *Georg. IV*, 161 Prima . . ponunt fundamina. 5) *Aen. I*, 436 Fervet opus; *Georg. IV*, 169. 6) *Aen. IX*, 764 Iuno vires animumque ministrat. 7) *Ib. XII*, 760 praesensque minatur | Exitium. 8) *Aen. X*, 898 Effera vis animi. 9) *Ib. IX*, 440 Quem circum glomerati hostes hinc comminus atque hinc | Proturbant. 10) *Barbare pro commendatus, cum ad modum quo Alcuinus utitur voce commendite pro commendate in epigrammatis MAB.* 11) *Georg. IV*, 486 superas veniebat ad auras. 12) *Aen. IX*, 498 Hoc fletu concussi animi, maestusque per omnes | It gemitus. 13) *Aen. X*, 467 Stat sua cuique dies; breve et inreparabile tempus. 14) *Georg. III*, 177 More patrum. 15) *Cf. infra p.* 117.

822 XXV. Cernis quam nihil est, cernis, mi frater amate,
Saecli fluctivagi vana et peritura potestas.
En iacet obtectus tumulo, quem plurima quondam
Turba senum iuvenumque[1] simul stipata tegebat.
5 Sed licet ad praesens careat affectibus istis,
In fratrum precibus semper laetatur honestis.
Haec nam conditio misera, diraque sub aura
Condita fata manent cunctis mortalibus aegris[2].
Hanc legem iure primi meruere parentes,
10 Unius ob culpam hanc reges proceresque potentes,
Dives, inops; dominus, servus; contractus, egenus;
Insons, sonsque capit; nec habent discriminia finem,
Laetifera haec rapidus usque dum fortis et ardens
Ultimus ille dies[3] nebulae clangoris et irae
15 In commune rapit totum sub Tartara mundum.
At pater hic genitale solum[4], patriamque parentes
Infans postposuit, Buchonica rura petivit.
Iustitiae gradibus paullatim providus, hicce
In hac aede locum divino munere celsum
20 Promeruit, nulli veterum pietate secundus[5].
Hunc ita nutribat geminis Discretio mammis,
Mater virtutum, summo sit gratia Christo,
Ut nec sponte suos umquam terrore bidentes
Praeciperet, nec ab his umquam conterritus iret.
25 Auribus admitti sprevit prudentia patris
Frivola vaniloquum: nec huic insomnis et atra
Suspicio, incautos torquet quae maxime quosque,
Praevaluit. Sed nec facile commotus in ira.
Dira et flammivoma mentis incendia prompsit.
30 Hic acies geminas flectens[6] divertit et aufert,
Hostis pestiferi prorsus neu vana viderent.
Paenituit alte, si quem conspexit inertem
Vela dare[7], nimiamque fugam, tetrumque timorem,
Ipse sui blando saepe compescuit ore[8].
35 Hinc etiam sopita fuit hincque inde maligna
Infausta genitrice sata discordia proles,
Nec poterat exhinc fratrum concordia rumpi.
Huius strenuitas Fuldensis coenobii res
Non tulit in partes rapere, nec torva potentum
40 Lumina[9], nec procerum tumidos horrebat honores.
Noxia quaeque vetans, vetuit sed maxime fures,
Insequitur pansaque mala, constanter agendo,
Cacopragmones hic rite procul expulit a se.

---

8 fama *B*, fata *corr. Mab.* 33 nimiumque *B* 43 Maleficos *ad marg. Br.*

1) ***Aen. VI,*** 667 plurima turba; *IX,* 309 iuvenumque senumque. 2) ***Georg. I,*** 237. ***Aen. II,*** 268, ***X,*** 274, *XII,* 850 mortalibus aegris. 3) ***Aen. IX,*** 759 Ultimus ille dies. 4) ***Ex Ponto I,*** 3, 35 natale solum. 5) ***Riese Anth. lat. I,*** 1, 2 nulli pietate secundus; *Aen. XI,* 441 haud ulli veterum virtute secundus. 6) ***Aen. VI,*** 789 Huc geminas nunc flecte acies. 7) *Aen. VIII,* 708 Vela dare. 8) ***Met. XIII,*** 555 blando . . . ore. 9) ***Met. V,*** 241 Torva . . . lumina monstri.

Hic decus, hic nostrae fautor et gloria vitae 822
45 Exstitit, hic operis nostri nostrique laboris
In hac aede dei salubri cum dogmate Noe.
Huius te meminisse rogo, cunctosque legentes.
Hoc opus ut domini magna et miseratio larga
Hunc in perpetua requie conservet in aevum.

EXPLICIT LIBER CANDIDI PRESBYTERI.

APPENDIX.

I. EPITAPHIUM EIGILI ABBATIS AB HRABANO ABBATE DICTATUM.

Ingrediens, lector, perparvi domatis antrum, 822
Cerne legens titulum, nosceque fata viri.
Abbas iste fuit famosi nominis Eigil,
Qui iacet in tumulo, sed super astra manet [1].
5 Hoc quoque coenobium rexit feliciter ipse,
Multaque facta bona rite peregit ovans.
Martyris ergo sacra cum praesule transtulit ossa,
Ac binas pariter has dicat ecclesias.
Post haec alta petit [2], animamque ad sidera misit,
10 Corporis infirmi membra locavit [3] et hic.
Huic quoque Hrabanus, vilis successor, amando
Conscripsi hunc titulum: Christus utrosque iuvet.

II. VERSUS QUOS IPSE ABBAS EIGIL DICTAVERAT SIBI.

Abbas hic Eigil tumulatus sorte quiesco,
Qui dudum multis notus in orbe fui [4].
Hicque mea parvo clauduntur membra sepulchro [5],
Quod vivens ipse construere studui.
5 Hic dominum exspecto, qui solvet vincula leti:
Cum veniet, credo, surgere me faciet.

---

1) *Met. VIII,* 539 iacent tumulo; *Venanti Fort. Carm. IV,* 2, 6 nunc super astra manet. 2) *Met. XV,* 243 Alta petunt. 3) *Ov. Ep. XIX,* 241 infirmum . . . corpus; *Aen. X,* 867 locavit | Membra. 4) *Venanti C. VIII,* 1, 14 notus in orbe pater. 5) *Aen. X,* 558 patrioque onerabit membra sepulchro.

CARMEN AD AGOBARDUM ARCHIEPISCOPUM MISSUM.

Ad Agobardum, Lugdunensis ecclesiae archiepiscopum[1] *celeberrimum (816—840), qui et ipse Caroli Magni epitaphium composuisse dicitur*[2], *clericus vel monachus, de cuius nomine nihil constat, carmen de iudicio divino metro sapphico ex lege rhythmorum pacto*[3] *conditum, sed satis inconditum misit. Quem fautorem poeta dicere velit, eo tantum quod singulorum versuum initiis verba* Agobardo pax *efficiuntur compertum habemus. Cum eum vivum alloquatur, hoc poema ante annum 840, quo obiit, ei dicatum esse sequitur. De discordia inter imperatorem et archiepiscopum orta, qua hic a. 835 Lugduno pulsus est, poeta prorsus tacet.*

Poema etiamnunc ineditum codici Parisino 4841 (quondam Colbertino 3603) saeculo IX. scripto debemus, de cuius argumento multiplici alio loco accuratius retulimus[4]. *In quo post Isidori differentias f. 54' oratione continua vitiose conscriptum ab Hermanno Knust b. m. primo inventum, nuper ab Augusto Molinier V. Cl. descriptum atque ab Iohanne Heller b. m. denuo collatum est. Textum corruptum, quoad fieri potuit, sanare et restituere conatus sum.*

[AGOBARDO PAX.]

1. **A**rvi polique creator inmense,
qui tuum globum dimensus es palmo,
tellurem cunctam pugillo concludis[5],
fabe placatus.

2. **G**nari nam probi praeinstruunt cunctos,
constare nullum latibulum reo,
quia tu testis et iudex ubique
adesses ultor.

1,1 Arue *P* 2 glouum demensus *P* 3 tellure cuncta pugilla *P* 4 falie *P* 2,4 adęssę *P*

1) *Cf. de eo Simson Ludwig der Fr. II,* 137, 206. 2) *Tom. I,* 394, 407. 3) *Singulae strophae trinis versibus dactylicis tetrametris catalecticis adoneo adiuncto constant. Elisio neglegitur.* 4) *Neues Archiv IV,* 149, *tom. I,* 100. *Addo hic titulum ineditum, quem Knust item descripsit* (*f.* 92'):

EPYTHAPHIUM ADELELMI.

In hoc locello humatum quiescit corpusculum pie recordationis Adelelmi, filii Madelgaudi, Francorum quondam ducis. Hic ab ipsa infantia contempto mundo in clericali habitu delegit servire Christo. Et licet fratre et propinquis resistentibus auctore dei votum ad effectum perduxit. Et factus clericus ita vixit, ut omnibus gratissimus et universis existeret amantissimus. Itaque vicesimo quarto aetatis suae anno et clericatus quinto XIII. kal. Februar. felici transitu migravit ad caelum. Pro quo quicumque legerit titulum intrans et exiens, per deum obtestor, toto corde fundat preces Christo. *Madhelgaudus, Caroli M. aequalis, vir nobilis, commemoratur a Nithardo* (*Histor. IV c.* 5). 5) *Isai.* 40, 12 Quis mensus est pugillo aquas, et caelos palmo ponderavit?

3. **O** deus sancte, depromunt examen
nimis pavendum restare superbis,
labentia quaeque atroci puniri
acervitate.

4. **B**ibrant coruscae, iam sicca procumbit,
tetrum puniri reatum prospectant,
sed pius iudex leniri se monet
actibus bonis.

5. **A**rtor addictus larbalibus suasis
horridae mortis in carcerem trusus,
posco ne pandant clibani se fauces,
me renitente.

6. **R**umpe iam, quaeso, altitonans alme,
nex pollinctoris convinxit me lege,
adsis paratus et promptus ablutor,
o salutator.

7. **D**efluit vita et affluit noxa,
noxae exactor pro foribus pulsat,
vanam proritat, inlecebrat mentem
male devinctam.

8. **O**pperit oram terribilem nimis,
qua spiritus linquat carneam sedem,
quem secum gestit abducere gaudens,
eheu pro dolor!

9. **P**ectore in imo sic pavitans volvo[1]
necem: sodalis vel pronus amator,
proximus parens vel karus germanus,
opitulentur.

10. **A**rcent delicta scandere excelsa,
animam foedam caelicolae spernunt,
frigidam carnem odibilem effert
karus superstes.

11. **X**riste tu solus omnimoda ope
viribus vitam et requie mortem
robora, sensum et conplue rore
aeternitatis.

12. Suscipe, pater, versiculos missos
tibi, vocaris tu vero meorum
in versuum primis litteris: tuum
lege iam nomen[2].

13. Tu ut in Christo valeas, obto
fratresque ut sospitet, quaero deum;
ut vos quiete fruatis aeternae
lucis, exoro.

14. Tu quoque meis sic annue votis[3],
ut me commendes christicolis notis,
quis det, ut velit redemptor me celsus
iungere suis.

15. Praestet hoc sanctus ingenitus auctor,
geniti pater et prolis quoaevus,
quibus non dispar spiritus constat
in saecula amen.

3,1 sagre *P* 3,3 quoque *P* punire *P* 3,4 aceruitatem *P* 4,2 punire *P* propectat *P* 4,3 linire sermonet *P* 5,2 arride mentis in carcere *P* 5,3 posco *vel* posce *legendum est;* pandit (pandet?) clibalis effectus *P* 6,1 quesalti to non salme *in rasura P* 6,2 couinxit in lex *P* 6,3 parsus et *P* 6,4 obsalutato *P* 7,1 afluit *P* 7,2 Uaxe rexactor *P* 7,3 bossam *P* 7,4 malae *P* 8,1 terribile *P* 8,2 hanc carneam *P* 8,4 heu *P* 9,1 pauitant *P* 9,2 nece sodalus *P* 10,2 an feda cęlicole *P* 10,4 karus supprestit *P* 11,1 Xristę tu sola *P* 11,2 requiem *P* 11,3 rorem *P* 12,2 meum *P* 12,3 tuum *addidi* 12,4 nomen *addidi* 13,1 Te in xristo ut *P* 13,2 sospites *P* 13,3 ut quiem fructis *P* 14,2 *an* cunctis? 15,4 aeterna in secula *P*

1) *Aen. I,* 485 pectore ab imo; *VII,* 254 volvit sub pectore sortem. 2) *Trist. III,* 4, 68 Versibus in nostris nomina vestra legi. 3) *Georg. I,* 40, *Aen. IX,* 625 adnue coeptis.

CARMEN DE TIMONE COMITE.

Codex nunc Monacensis 21571, quondam monasterii Weihenstephanensis prope Frisingam in colle amoenissimo siti, saeculo XI. exaratus, conservavit nobis post Iohannis Cassiani collationes patrum foliis 233'—235' carmen elegiacum, cuius initium deest, de miraculo quodam Hludowico Baioariam regente ad fontem Corbiniano sacrum observato. Ex quo postquam Gasparus Bruschius Egranus quattuor disticha (v. 111—116, 119—120) a. 1551 foras dedit[1], *Bernardus Pez librum manuscriptum in itinere Baioarico a. 1717 denuo reperit ac breviter commemoravit*[2]. *Poema integrum Carolus Meichelbeck a. 1724 primus edidit (Historia Frisingensis I, 2, 38—41), deinde correctius a. 1852 ex eodem codice Martinus de Deutinger (Beyträge zur Geschichte des Erzbisthums München-Freysing III, 557—561). Ipse librum tertio contuli.*

Carmen a poeta miraculi illius aequali, hirsuto quidem sed qui in Vergilio Ovidioque satis versatus fuit, compositum esse mihi persuasum est, cum et Hludowicum regem iuvenem alloquatur et Timonem palatii comitem ipsum, quem de reis iudicantem vividis coloribus pingit[3], *bene cognovisse videatur. Post annum 834 eum scripsisse colligitur, eo quod reliquiae S. Alexandri papae, quas Hitto Frisingensis episcopus (811—835) hoc anno Roma attulit*[4], *laudantur. Iudicia dei, quae vocantur, poeta prorsus respuit simili ratione ductus, qua etiam Agobardus Lugdunensis eodem fere tempore ea impugnavit*[5].

DE TIMONE COMITE ET DE MIRACULO FONTIS SANCTI CORBINIANI PRIMI FRISINGENSIS ECCLESIAE EPISCOPI.

...... instanti optatus quae contigit anno
...... eum Romam sudor agebat iter[6].
(H)aec series quoniam nota est, percurrere plectro
.... (str)ictim nostra Thalia cito.

---

ad marginem haec adscripta sunt: Versuum istorum initium non neglegentia uel ignauia est relictum sed pocius uetustate deletum in rotula scilicet antiquitus composita, unde hęc sunt transscripta. 4 Incipiat *fortasse supplendum est*

1) *Chronologia monasteriorum a.* 1682 *p.* 649. 2) *Thesaurus anecdotor. I p. XXVI.* 3) *Cf. de eo traditionem Frisingensem a.* 831 *datum, cuius testis fuit* Timo palacii comes (*Meichelbeck Hist. Frising. I,* 2, 293) *et traditionem Ratisbonensem a.* 837 *datam* (*Pez Thesaur. I,* 3, 245). 4) *Gesta epp. Frisingens.* (*SS. XXIV,* 320): Hic *(sc. Hitto)* in Weichenstephen iniciavit dei servicium cum uno preposito et sex prebendariis. Qui sanctos Alexandrum et Iustinum de Roma huc attulit, *cf. chartam a.* 838 *datam* (*Meichelbeck l. l. p.* 311) Actum est hoc ad Frigisingas in monte Sancti Stephani in ecclesia, ubi requiescunt sanctorum corpora Alexandri pabae atque Iustini confessoris, *Beyträge III,* 485. 5) *Cf. I. Grimm Deutsche Rechtsalterthümer p.* 705, 708, 709, 801, 909. 6) *Met. VIII,* 225 egit iter.

5 Timo comes missusque tuus, rex inclite[1], quidam
Iura bonis reddens[2], iure malos quaciens,
Noricus in regnum qua se diffudit agellus,
Neglectum legis restituebat opus.
Furibus exosus, raptoribus atque perosus,
10 Osor erat litis iusticiamque tuens.
Noverat ista placere tibi, dignissime regum,
Exercebat ob hoc munia digna tibi.
Regia, crede mihi, res est inhibere nocentes[3],
Insontumque gravi colla levare[4] iugo[5].
15 Regia prorsus enim res est succurrere paci,
Discreta et regni sceptra movere[6] manu[7].
Exemplo nusquam meliore iuvabere, quam si
Gesta David relegas orsaque discucias.
Turbidus ille malis, placabilis ille benignis,
20 Ultor in effrenis, mitis in innocuis.
Ipse teredo vorax, vermisque tenerrimus ipse[8]
Uno octingentos impete conteruit.
Iob quoque dicta ferunt, quanto moderamine vitam,
Quanta et subiectos rexerit arte, suam[9].
25 Contrivisse molas sese testatur[10] iniqui,
Dentibus et praedam eripuisse feris.
Cumque sederet uti rex circumstante caterva,
Solamen mestis, murus erat miseris[11].
Dissimulans siluit facienda silensque quievit
30 Haud simulans, sed erat dissimulanter agens.
Namque ridens magis ambiguos reddebat adentes,
In terram radii nec cecidere sui[12].
Lumen erat ceco seu sustentatio claudo[13],
Orfanus illius tegmine tutus erat.
35 Sic Moyses homines ultra mitissimus omnes[14],
Eius et electus discipulus Iosue,
Mitibus aequales, trucibusque fuere feroces,
Virga quibus baculum ferrea saepe tulit.
Nonne Ioseph fratricidis cum fratribus asper
40 Extitit, admissum diluit arte scelus[15]?

---

20 externis *W*, effrenis *correxi*

1) *Hludowicum Germanicum alloquitur poeta, qui inde ab anno* 826 *Baioariam regendam susceperat.* 2) *Met. XIII*, 25 qui iura silentibus illic | Reddit. 3) *Ex Ponto II*, 9, 11 Regia, crede mihi, res est succurrere lapsis. 4) *Met. VIII*, 798 colla levavit. 5) *Ib. II*, 315, *Fast. III*, 376 colla premenda iugo 6) *Aen. VII*, 252 nec sceptra movent. 7) *Rem.* 480 valida sceptra tenere manu; *Ex Ponto I*, 8, 22 Semper honorata sceptra tenere manu. 8) *Ps.* 21,7 Ego autem sum vermis; 2 *Reg.* 23, 8 ipse est quasi tenerrimus ligni vermiculus, qui octingentos interfecit impetu uno. 9) *Trist. I*, 4, 12 non regit arte ratem. 10) *Iob.* 29, 17 Conterebam molas iniqui et de dentibus illius auferebam praedam. 11) *Ib.* 25 cumque sederem quasi rex, circumstante exercitu, eram tamen moerentium consolator. 12) *Ib.* 24 Si quando ridebam ad eos non credebant, et lux vultus mei non cadebat in terram; *Met. VII*, 283 in terram guttae cecidere; *Ex Ponto II*, 3, 50 non cecidere tui. 13) *Iob.* 29, 15 Oculus fui caeco, et pes claudo. 14) *Numer.* 12, 3 Erat enim Moyses vir mitissimus super omnes homines. 15) *Ex Ponto III*, 6, 13 Nec scelus admittas.

Publica res tunc est felix, quando inperat ille
Qui sapit, aut certe qui regit ipse sapit[1].
Rex sapiens stabilimentum quia plebis habetur[2],
Terra beata[3], regit quam bene rex sapiens.
45 Cuius oportuno princeps in tempore vesci
Cogitat[4] et pastum plus rationis amat.
Iuncta salus[5] orbi multorum cum sapientum
Consiliis et iam bella patrata silent:
Faxit hoc ut sileant, cuius virtute subegit
50 Hostes lampadibus sive tubis Gedeon[6].
Quod cito proveniet per partes fasce levato,
Ad genus a specie si fluat alma salus.
Interior fuerit cum pax infusa per artus[7],
Exterior vires corpus in omne dabit[8].
55 Hanc, rex, rite volens praesens absensque creari,
Quicquid iusticiae est continuando studes.
Inde comes proprio dictus cognomine[9] Timo,
Iussa voluntatis perficiendo tuae,
Frigisiensis adit frondosa cacumina collis[10],
60 Quo Stephanus facta martyr in aede micat.
Edita surrexere novi fastigia templi,
Eminus adveniens quod procul aspiciat[11].
Haec te, praesul Alexander martyrque, parato
Expectant gremio cunctipotentis ope.
65 Ergo comes veniens censet pendere latrones,
Furibus et furvas semper habere genas.
Detruncare reis inhonesto vulnere nares[12],
Iste pedem perdit, perdit et ille manum.
Disceptamen erat varium certante tumultu[13],
70 Alter habet male quod vindicat alter idem.
Cum ferro ferrum, cum scutis scuta repugnant,
Cum plumbo plumbum, cumque sudes sudibus.
Ignis, aqua occultos rimantur frustra reatus,
Quod ratio prorsus futtile vera probat.
75 Nam si obstrusa queunt retegi prodentibus undis,
Proditor aut dubiis actibus esse focus,
Haud opus est[14] ratio, sapientia nulla necesse est[15],
Totus in ambiguum sermo loquax teritur.
Sanctorum nutat series incerta librorum;
80 Argumenta sacrae cum fidei pereunt.

---

1) *Trist. IV*, 4, 15 res est publica; *Prudent. C. Symmach. I*, 30—32 Esset | Publica res, inquit, tunc fortunata satis, si | Vel reges saperent vel regnarent sapientes. 2) *Ecclis.* 10, 1 principatus sensati stabilis erit. 3) *Ov. Ep. XVI*, 188 terra beata. 4) *Eccle.* 10, 17 Beata terra, cuius rex nobilis est et cuius principes vescuntur in tempore suo ad reficiendum. 5) *Ov. Ep. XIX*, 233 Iuncta salus. 6) *Iudic.* 7, 20. 7) *Aen. VI*, 726; *Met. IX*, 162 diffusa per artus. 8) *Georg. II*, 286 vires dabit omnibus aequas. 9) *Ex Ponto IV*, 16, 17 dictus cognomine Largus. 10) *Aen. VIII*, 351 frondoso vertice collem. 11) *Ov. Ep. XVIII*, 85 Ut procul aspexi lumen; *Met. XIV*, 218 Hanc procul aspexi; *Aen. VI*, 825 procul ... | Aspice. 12) *Cf. Theodulfi carmen XXIX*, 30—32 (*I*, 518); *Aen. VI*, 497 truncas inhonesto volnere nares. 13) *Ib. IX*, 397 turbante tumultu. 14) *Fast. II*, 734 Non opus est verbis. 15) *Aen. III*, 478, *IV*, 613 necesse est.

Postremo cur iudicium speratur habendum,
Si in vita hac homines nulla latere queunt?
Verum alias haec: nunc, quod causa reposcit, agamus,
Quae per se cuiquam frivula iure patent.
85 Sunt super his exempla, quibus studiosa voluntas
Quod nostrae fidei congruit inspiciat.
Mons igitur cuius supra caput eminet aula,
Se nimis australi climate praecipitat.
Cetera planicie descendere constat aperta,
90 Quam bene scandentis ungula pulset equi [1].
Inde supercilio clivi quod vergit ad austros [2],
Elicitur [3] profluis unda means scatebris [4].
Haud natura loci profudit origine fontem
Illum, haud has tenuis fistula ducit aquas:
95 Corbinianus cum Christi de munere praesul
Iussit inexhaustas fundere semper aquas [5].
Ardebant omnes uti novitate liquoris,
Gaudebantque frui munere, credo, dei [6].
Pluribus inde salus potantibus hausta cucurrit,
100 Fert ut fama [7], fuit cum cito pulsa febris.
Vena salutiferas donare creata medellas
Sueverat et morbos fonte fugare suo.
Sed quid, avaricia, non cogis sulphure fervens
Mortales [8], cuius libera pestis eris!
105 Munera quapropter domini manifesta maligni
Vendere temptantes his caruere bonis.
Cum coepere canum ad pastum inreverenter abuti
Lymfa, quam dominus christicolis dederat,
Amisere, simul sicco nec gurgite [9] tranat
110 Gutta, nec arentem stilla respergit humum [10].
Transactis igitur per tempora plura [11] diebus,
Concessas quondam plebs siciebat aquas [12].
Accendunt animos [13] in vota precesque retexunt,
Ipse fatigatur voce polus [14] querula.
115 Ieiunant itaque et tridui statione peracta,
Quaeritur admotis forte locus crucibus.
Affuit et cambutta patris quam suspicit arca
Eius pendentem desuper ossa fovens.
Hac freti clerus, plebs, innuptaeque puellae [15]
120 Assunt et Christum supplice voce rogant [16].

89 planicię *W* 120 supplici *W*

1) *Trist. III,* 10, 32 ungula pulsat equi. 2) *Fast. III,* 793 vergit ad arcton. 3) *Cf. Georg. I,* 108 Ecce supercilio clivosi tramitis undam | Elicit? 4) *Ib.* 110 scatebrisque. 5) *Ex Ponto II,* 1, 26 Fuderit assiduas nubilus auster aquas; *Fast. II,* 146 Et liquidas .. fundit aquas. *Cf. Vita Corbiniani* c. 24. 6) *Trist. V,* 9, 14 accepto munere posse frui. 7) *Met. XII,* 197 ita fama ferebat. 8) *Cf. Aen. III,* 56 Quid non mortalia pectora cogis, | Auri sacra fames! 9) *Aen. VIII,* 261 siccum .. guttur. 10) *Amor. III,* 6, 96 arentem ... humum. 11) *Ex Ponto II,* 9, 50 tempora plura. 12) *Fast. I,* 216 plus sitiuntur aquae. 13) *Aen. VII,* 482, *XII,* 426 animos accendit in hostem. 14) *Trist. V,* 1, 62 Voce fatigaret .. saxa. 15) *Aen. II,* 238, *VI,* 307 pueri innuptaeque puellae. 16) *Met. II,* 396 Supplice voce rogant; *VI,* 33.

Explorant baculo fossam, tum scindere temptant,
Tempore sed lusit error eos modico.
Noster Oudalbaldus donec memor ecce: 'Negati
Istic fontis', ait, 'rivus erat profluus'.
125 Instant ergo viri certatim [1], terra cavernis [2]
Egeritur rastro, viva vocatur aqua [3].
Fluxit et ecce liquor, salientibus exsilit undis [4],
Levia raucisonus temperat arva [5] latex.
Porro liquor dulcis, potabilis unda salubres
130 Haustus poscenti praebet habunda modo.
Hanc nec durat hyems, torrente nec aret ab aestu,
Nec sentit solem, nec pavet alluviem.
Monticolis illic et qui servire beatis
Martyribus cupiunt, sufficit ille latex.
135 Absistant tantum sordes ac turpia dictu [6],
Solus honestus enim quaeritur usus ibi.
Hinc canis exemplum comitis monstravit habendum
Iam dicti, quem se est fassus amasse nimis.
Perficeret siquidem placitum censorius eius
140 In summo montis vertice [7] cum dominus,
Ille parum providus medicatas attigit aescas,
Mox letale truci virus in ore fuit [8].
Toxica perstringunt instante venena supremo
Viscus et in fibris perfurit atra lues.
145 Limfa nocet profutura homini, canis interit aesca,
Qua rationalis fit bene pasta caro.
Idem potus ab humano pecus ore revulsit,
Unde homo nempe viget, occidit inde canis.
Quis tibi, fare canis, vitalia lambere suasit
150 Pocula, quis stillam sorde piare sacram?

---

146 parta *W*, pasta *Meichelbeck* 148 cecidit *W*

1) *Aen. II,* 627 instant | . . agricolae certatim. 2) *Met. VII,* 243 egesta . . tellure. 3) *Fast. II,* 259 vivarum . . aquarum. 4) *Rem.* 632 saliens . . unda. 5) *Georg. I,* 109 per levia, 110 arentia temperat arva. 6) *Ex Ponto II,* 3, 7 Turpe quidem dictu. 7) *Aen. XI,* 526 summoque in vertice montis; *Fast. III,* 664 in Sacri vertice montis. 8) *Trist. IV,* 1, 68 semper in ore fuit.

PASSIO MARTYRUM MARCELLINI ET PETRI.

Postquam Einhardus, Caroli Magni et Hludowici familiaris, a. 826—827 Marcellini et Petri martyrum Christi corpora per Ratleicum notarium Roma in Germaniam transferenda curavit, historia passionis eorum iamdudum literis mandata diligentius lectitari coepta est. Tunc etiam, nisi iam antea factum fuerat, narratio illa pedestri sermone conscripta strophis rhythmicis, quae ternis versibus trochaicis constant, expressa est. Cum Einhardus sanctos illos, quibus basilicam haud indecori operis dicaverat[1], *summo studio coleret, eundem carmine quoque celebrasse, Mosander, qui primus hos versus edidit, opinatus est*[2]. *A qua coniectura nec Mabillon plane abhorruit*[3], *quippe qui in codice inferius commemorando (R) Einhardo auctori carmen attributum invenit. Qui tam ab Alcuino*[4] *quam a Nasone*[5] *in poetis aulicis numeratus quin caeterorum exempla secutus et ipse poemata cuderit, dubitari non potest, sed exstiterunt inter homines doctos, qui interrogarent, num vir scriptorum priscorum admodum peritus rhythmos, poesis genus barbarum, componere sibi proposuisset*[6]. *Verum satis probabile est, Einhardum hoc aptius iudicasse, quo rudi populo martyrum fata illustraret, quam versus elegantiores quidem, sed ingenio illius alieniores*[7], *cum praesertim Paulum quoque et Paulinum et Hrabanum eodem consilio utraque canendi ratione usos esse sciamus*[8].

Passio Marcellini et Petri tribus libris manuscriptis parum inter se discrepantibus ad nostram pervenit aetatem:

(P) codex Parisinus Lat. 14143 (S. Germani a Pratis 1455, ol. Corbeiensis) saec. IX, cuius catalogus vetus monasterii Corbeiensis iam meminit (Delisle, le cabinet des

---

1) *Translat. c.* 1 *(p.* 178 *ed. Teulet).* 2) *'In eodem vetusto ms. codice unde haec descripsimus (sc. translationem) sequebatur eorundem beatissimorum martyrum historia iambico carmine licet non admodum exacto conscripta, non addito authoris nomine. Qui cum mihi videatur esse idem Eginhartus qui superiora scripsit, . . . eum hoc loco subiungere voluimus'.* 3) *Acta SS. saec. IV,* 1, 416. *Teulet etiam assentitur huic sententiae (Einhardi opp. I,* 397 *n.* 1). 4) *T. I,* 245 *v.* 21

Quid faciet Beleel, Hiliacis doctus in odis?
Cur, rogo, non tenuit scolam sub nomine patris?

5) *Ib.* 387 *v.* 91

Aonias David solitus recitare camenas
Nardus ovans summo praesenti pollet honore.

6) *Baehr Gesch. der Röm. Literatur im Karoling. Zeitalter p.* 98, *Wattenbach Geschichtsquellen I,* 156; *Ebert Gesch. der Literatur des Mittelalters II,* 102. 7) *Cf. quae de diversa elocutionis Einhardianae ratione affert M. Manitius (Neues Archiv VII,* 548). 8) *De indole poematum rhythmicorum Ebert recte diiudicavit (Steinmeyer Zeitschr. für Deutsches Altert. XXIV,* 146).

mss. II, 432 n. 282), continet post Sedulii carmen paschale hymnumque et hymnum Pauli (cf. t. I, 34) f. 60—68' passionem nostram, quam carmen heroicum de sancto Quintino ineditum f. 72—82 sequitur. Codicem ipse evolvi, contulerunt G. Waitz et Aug. Molinier.

(M) codex bibliothecae municipalis Mettensis E. 99, liber S. Arnulfi monasterii quondam Mettensis saec. X. elegantissime scriptus, continet historiam translationis martyrum ab Einhardo compositam ac (f. 76—83) poema de passione. Quem librum contulerunt G. Waitz (Pertz Arch. VIII, 455), Al. Teulet (Einhardi omnia opp. I p. LXXXII, II, 397) atque ego ipse.

(R) codex Vaticanus, Christinae reginae 711, ex fragmentis consutus (cf. Arch. XII, 305), continet manu saeculi X. f. 97—103' carmen nostrum titulo insignitum. Codicem, quem ex monasterio Floriacensi Romam delatum esse constat, Paulus Ewald accurate contulit.

Post editionem principem Surianam, quae anno 1579 prodiit (De probatis sanctorum historiis III, 555—561, VII, 488—494), passio Marcellini et Petri inter Acta sanctorum Bollandi (Iunii I, 174—176) et in Patrologiae cursum (ed. Migne CIV, 593—600) recepta, ab Alexandro Teulet denique Einhardi operibus adiuncta est (II, 397—410).

Hoc loco addere liceat disticha in Caroli et Einhardi laudem nonnullis vitae eius codicibus[1] *a Gerwardo Hludowici Pii bibliothecario*[2] *adscripta.*

GERWARDI VERSUS.

Hos tibi versiculos ad laudem, maxime princeps,
  Edidit aeternam memoriamque tuam
Gerwardus supplex famulus, qui mente benigna[3]
  Egregium extollit nomen ad astra tuum[4].
5 Hanc prudens gestam noris tu scribere, lector,
  Einhardum Magni magnificum Karoli.

INCIPIT RYTHMUS EINHARDI VIRI ERUDITISSIMI DE PASSIONE CHRISTI MARTYRUM MARCELLINI ET PETRI.

1. Erat quidam exorcista Romae Petrus nomine,
qui doctrinam magni Petri secutus apostoli
veram fidem Iesu Christi praedicavit gentibus.

2. Malignorum adiurator iste fuit daemonum,
atque atros verbo potens effugabat spiritus,
perque signum sanctae crucis aegros sanos fecerat.

3. Quem pagani conprehensum duris nectunt vinculis
ac per multa laniatum tormentorum genera
ad extremum tenebroso manciparunt carceri.

Incipit — Petri *R, sine titulo PM f.* 76. 1,1 exorcista *manus poster. suppl. R* rome *R* 1,2 sequutus *PR* 2,2 atros *corr. in* tetros *R* 2,3 egros *R*

1) *De quibus cf. Einhardi Vita Karoli M. ed. quarta p. XVI—XX.* 2) *Simson Ludwig der Fr. II,* 254. 3) *Aen. I,* 304 mentemque benignam. 4) *Aen. VII,* 98, 271 nostrum | Nomen in astra ferant.

4. Inprudentes arbitrati, quod per artus corporis
poena inflicta praevaleret Christi fidem tollere,
sed cor caelo fixum manens nescit flagris cedere.

5. Cui custos deputatus praefuit Artemius,
qui reorum turbam diris constringebat vinculis,
atque claustra caligosi servabat ergastuli.

6. Erat cui cara valde nata Virgo nomine [1],
quae invasa praeferoci vexabatur daemone,
et paterna saeva poena cruciabat pectora.

7. Quod cum Petrus comperisset compellat Artemium,
monens simul et exhortans Christi miles inclitus,
mercaretur sancta fide ut salutem filiae.

8. 'Deum', dixit, 'crede Christum, qui creavit omnia,
qui caelum terramque sua continet in dextera,
et qui miti potentatu protegit quod possidet.'

9. Haec beato proferente Petro Christi famulo
custos ille tenebrosi carceris Artemius
plura dicta contra refert, sed eadem frivola:

10. 'Non est', inquit, 'verum, Petre, neque veri simile,
meam tuus possit Christus ut salvare filiam,
qui nullum suis exhibet solamen cultoribus.

11. Ferret, puto, si valeret, opem suis famulis,
sed hoc illum non valere, produnt illa verbera,
quae tu dudum propter ipsum tolerando deficis.'

12. Ad haec Petrus vultu laeto pauca verba referens:
'Christum', inquit, 'confitemur et in ipsum credimus,
qui est solus saeculorum salvator et dominus.

13. Ipse valet quicquid sibi placuerit facere,
tam caelo terraque potens quam et ponti fluctibus,
cui servit totum suis caelum cum sideribus.

14. Ille potest, quandocumque sibi placet, solvere
Duros nexus catenarum, quibus vinctus teneor,
et de cunctis tormentorum poenis tutum reddere.

15. Sed meum, credo, quod nolit impedire bravium,
quin peccatis depurgatum pervenire faciat
per tormenta passionis ad perennem gloriam.

16. Vellem tamen, ó Artemi, faceres periculum,
verum siet anne falsum, quod de Christo credimus,
quodque illum tam potentem omnes esse dicimus.'

4,3 cędere *M* 5,3 adque *R* aergastuli *R* 7,2 exortans *MR* cristi *R* 10,3 exibet *R*
11,2 uulnera *corr. in* uerbera *R* 12, 2 cristum *R* 13,2 pontis *corr.* ponti *P* 16,2 sit *R*

1) *Acta martyrii c.* 3 nomine et corpore virgo Paulina.

17. Ad haec antri carceralis custos nondum credulus
'Fiat', ait, 'quod hortaris, hodieque clareat,
valeat quid Christus tuus, quem me rogas credere.

18. En ego nunc tuis vinclis superaddam vincula,
teque ipsum tenebroso clausum linquo carcere,
atque antri postes seris stringam firmioribus.

19. Si te tantis innodatum liberarit nexibus
Christus vester, ac solutum sospitem reddiderit,
credam illum atque deum colam sine dubio,

20. Ea tamen ratione si redemptam videro,
ipso Christo faciente, meam caram filiam
ab illius dominatu, quo vexatur, daemonis.'

21. Tunc subridens fortis ille Petrus, Christi famulus:
'Fides', ait, 'inbecilla confirmari poterit,
si quae verbis promisisti, factis adimpleveris.

22. Meque humana sine ope atque amminiculo,
isto taetro quo includor liberatum carcere,
domus tuae limen pede penetrasse videris.

23. Et non tantum contemplatu, sed palmarum tactibus
explorando conprobabis ipsum tibi adsistere,
quem inclusum dimisisti tenebroso in carcere.'

24. Ad haec verba crebro caput agitans Artemius,
et non credens deum posse tanta bona facere,
tali Petro servo Christi respondet affamine:

25. 'Homo', inquit, 'mente captus aliena loqueris,
quod ex multis accidisse reor passionibus,
quas tu diu propter sectam christianam sustines.'

26. Ista dixit et abscessit, seque domum contulit,
coniugique cuncta suae cognomento Candidae
valde stupens atque mirans dicta Petri rettulit.

27. Cui coniux dubitanti corde fatur credulo,
se mirari quod insanum voluisset dicere,
quem audisset sospitatem sibi nunc promittere.

28. Nec hoc diu differendum esse quod promiserat,
sed praesenti se facturum fateretur tempore,
et quod dixit ac spopondit hodie clarescere.

29. Ille vero contra nitens uxorem increpitat,
cur his verbis fidem daret et appellat fatuam,
quia Christum deum Petri tam potentem crederet.

30. 'Non est', ait, 'numen ullum, sed nec ipse Iuppiter,
quod eundem sic conclusum possit vinclis solvere,
vel ex antri taetro lacu liberum dimittere.'

17,3 cristus *R* 18,1 ego et nunc *R* 18,2 linquam *P* carceri *R* 18,3 adquae *R* 19,1 tantum *R*
20,1 redemtam *add.* p *R* 24,3 a famine *R* 25,3 sustinens *M* 26,1 Ita *PSur.* 26,3 adque *R*
30,1 illum *corr.* ullum *R*

31. Illa Petri verbis credens, quibus se promiserat,
per virtutem Iesu Christi mira posse facere,
tali sibi resistentem reppulit elogio:

32. 'Hoc est', inquit, 'quod augebit dei sui gloriam,
cum per illum erit factum quod patrare nequeunt
illa magna, quae a nobis nunc coluntur numina.'

33. Haec dum simul ac vicissim alternando conferunt,
atque solis orbe merso stellae noctem proferunt,
ecce Petrus, ut promisit, adest admirantibus.

34. Signum crucis manu gestans, veste fulgens candida,
seque verum Christi servum et non falsum aliquod
esse monstrat, dum multorum contrectatur manibus.

35. Haec cernentem stupor ingens arripit Artemium,
atque Petri sine mora pedibus advolvitur,
deum solum verum Christum magnis clamans vocibus.

36. Hoc et coniux, hoc et cuncta consonat familia,
esse nullum nisi Christum rerum potentissimum,
quem beatus praedicasset Petrus atque coleret.

37. In adventu cuius ipsum, quod eorum filiam
diu male possidendo vexabat, daemonium
fugit statim et invitus dei virum praedicat,

38. Ut in alto palam atrox audiretur aere:
'Virtus', dicens, 'Christi, Petre, in te manens pepulit
me de illa, quam tenebam usque modo, virgine.'

39. Haec tum Petro faciente per virtutem spiritus,
fama velox per vicina statim loca volitans
multos valde congregavit viros atque feminas.

40. Nam non minus quam trecenti convenere masculi,
mulierum quoque maior numerus confluxerat,
simul omnes admirantes sanctam Christi gloriam.

41. Etenim cernebant cuncti, quod in Christi nomine
omnes morbi sanarentur per supernam gratiam,
perque sacra Petri iussa pellerentur daemones.

42. Et videntes corde puro capere desiderant
fidem Christi salutarem, simul atque flagitant,
ut in sacri mererentur unda fontis ablui.

43. Huc statim vocante Petro venit Christi famulus
magnus martyr et confessor Marcellinus presbiter,
ut novellum confirmaret baptismate populum.

44. Quae dum essent adimpleta conpetenti ordine,
nutu dei quater deni dies evoluti sunt,
per quos sancti novae gentis nationem roborant.

33,3 ammirantibus *R* 34,1 gestans *corr.* genstans *M* 34,3 contractatur *R* 35,1 cernente *MP* 38,2 et dicens *R* 40,3 ammirantes *R* 43,1 huc *corr. in* hic *R* 43,2 presbyter *M*

45. Ut in Christo permanentes creaturas colere
nolint, vitam neque istam velut magni quippiam
amplectantur, immo velint propter ipsum perdere.

46. His exactis adest saevi missu lictor iudicis,
iubens omnes qui fuissent taetro clausi carcere
ad conspectum nocte prima arbitris adsistier.

47. Quod extemplo cum audisset atri custos carceris,
blandis vinctos qui aderant, vocibus alloquitur,
irent cuncti, quoquo versum vellet quisque pergere:

48. 'Qui ad palmam', inquit, 'regni pervenire cogitat,
ille mecum ad sereni iudicis praesentiam,
poenas ibi subiturus, pergere non dubitet.

49. Si quis vero nondum vitam mundialem spernere
valet atque tormentorum est pavore territus,
eat liber, quo voluntas illum sua tulerit.'

50. Ecce autem iudex primo noctis gallicinio
surgit vigil ac furenti voce iubet noxios
suis omnes alligatos exhiberi visibus.

51. Huic praesto tenebrosi custos adstans carceris:
'Petrus', ait, 'exorcista, quem puniri iusseras,
per virtutem sui Christi cunctos vinctos solverat;

52. Et catenis absolutos ire iussit liberos,
ipse tamen Marcellinum quendam secum retinens,
in qua semel missus erat permanet custodia.'

53. Haec dicentem furibundus imperat vicarius
plumbo caesum atque vinctum carceris Artemium
in obscuram atque artam recipi custodiam.

54. Sanctos vero Marcellinum atque Petrum martyres,
quaestionem habiturus de illorum actibus,
suo iubet saevus iudex tribunali adsistere.

55. Quos ut torvis coram stantes conspicatur vultibus,
blandis primo conpellandos arbitratus vocibus,
ut eorum permutaret mentium propositum:

56. 'Poena', dixit, 'vos minore plecti posse dicerem,
nisi cunctos criminosos, qui vobiscum carceris
antro clausi tenebantur, effugisse cernerem,

57. Et hoc factum vestro nossem christiano dogmate,
per quod male miserorum mentibus inluditis,
fascinantes ac fallentes magicis versutiis.'

58. Cui magnus Christi martyr Marcellinus presbiter,
forti pectus pietatis plenum gerens spiritu,
pauca quidem, sed non parva, verba contra reddidit:

45,1 permantes *corr. in* permanentes *R* 46,1 missi *M* 46,2 clausi *corr.* clausos *P* 46,3 assistier *P*, *corr. in* assistere *R* 48,3 haesitet *Sur.* 53,2 carceris *post. corr.* catenis *M* 54,2 questionem *R*, Quastionem *corr.* quaestionem *M* 55,3 post terrerent *ad marg.* uel permutaret *R* 57,1 christiani *R* 58,1 presbyter *M* 58,2 forti *corr. post* te *M*

59. 'Non est', inquit, 'criminosus, nec dicendus noxius,
qui omisso paganismo Christo coepit credere,
atque illi sana mente serviendum iudicat.

60. Hoc qui facit, dei summi filius vocabitur,
et a cunctis peccatorum absolutus sordibus,
vere esse quod vocatur deo dante visitur.'

61. Haec dicentem Marcellinum imperat minaciter
saevus iudex sub duorum pugnis caesum subigi,
et in locum omni luce qui careret conici.

62. In quo vitrum super humum fecit fractum spargier,
ac desuper adsertorem veri nudum sternier,
atque vinctum volutari illis in fragminibus,

63. Omni victu abstineri Christi iubens famulum:
ut his poenis enecatus interiret propere,
cui fidem extorquere se non posse viderat.

64. Tum deinde Petrum videns talibus adloquitur:
'Nolo', inquit, 'arbitreris iterum eculeo
te torquendum vel ignitis exurendum faculis.

65. Immo noris, quod nectendus nodis fortioribus
stipitique adplicatus luce stabis crastina
ac ferarum laniatu vitam brevi finies.'

66. Tum beatus respondendo Petrus forti pectore,
iram volens contumacis concitare iudicis,
tali voce saevientem provocat insaniam:

67. 'Cum Serenus vociteris, miror validissime,
cur tam taetro vultum geras obfuscatum nubilo,
ut mensuram pervidere propriam non valeas.

68. Esse namque te mortalem universi novimus;
et tu, velut quiddam magnum in te vigens maneat,
grandes poenas comminaris christiano populo.

69. Stulta nimis ac feroci confidens audacia,
inmortalem Christi fidem de credentum cordibus
exturbari umquam posse poenis temporalibus.

70. Sacerdotem quidem Christi, quem rogare poteras,
ut pro tuis exoraret plurimis excessibus,
pugnis caesum atque vinctum mancipasti carceri.

71. De quo tamen tristi facto vero laetus gaudio
magnus ille martyr Christi modo nihil queritur,
immo rerum conditori dignas refert gratias.'

72. His auditis efferatus tormentorum arbiter
Petrum iubet catenarum conprehensum pondere
oneratum in obscuram recipi custodiam.

60,3 uincitur *ad marg.* uel uisitur *R* 61,3 coici *M* 62,2 sternere *MR* 62,3 fracminibus *R* 64,1 alloquitur *P* 64,2 aequuleo *R* 65,2 applicatus *P* 68,1 Esse *corr.* Ipse *R* 68,2 uelud *R* lateat *R Sur.* 68,3 minitaris *Sur.* 69,2 credendum *R* 70,1 quam *R* 71,2 quaeritur *MP*

73. Et in cippo furibundus praecipit artissimo
plantas simul atque crura pretiosi martyris
ne abire praevaleret includendo comprimi.

74. Sed cum essent isto modo separati martyres,
celso missus visitator caeli venit culmine
ad beatum Christi testem consolandum angelus.

75. Qui dum sanctum invenisset vitro superpositum
Marcellinum sine veste nudo vinctum corpore,
Christo deo supplicantem, sicut erat solitus,

76. Solvit statim, et opertum indumentis propriis
quoquo versus praecedentem se sequendum imperat,
eo dicens perducendum, ubi Petrus fuerat.

77. Cumque esset illo ventum, verus dei nuntius,
Petro statim absoluto Marcellino praecipit,
ut se ambo praecedentem sequerentur pariter.

78. Quem sequentes intraverunt domum quandam subito,
in qua erat congregatus christianus populus,
qui per ipsos ad divinam doctrinam pervenerat.

79. Tum praecepit ille magnis angelus martyribus,
ut catervam congregatam confirmare studeant
per septena proximorum dierum volumina:

80. Ac tum demum saevienti se tyranno proferant
ostendantque parum posse illius potentiam
contra dei continentis cuncta providentiam.

81. Tum sequenti luce iussit iudex crudelissimus,
ut ministri visitarent loca, quibus martyres
clausos simul et ligatos custodiri iusserat.

82. Cumque ibi non repertos referentes dicerent,
ire iussit et adduci una cum Artemio,
eius quoque mulierem cognomento Candidam,

83. Atque natam eorundem nuncupatam Virginem,
de qua Petrus exorcista daemonem expulerat
et purgatam regi Christo credulam reddiderat.

84. Hos adductos ille truci intuitus oculo,
diis iussit, immo taetris ut litarent larvulis,
atque sacram Christi fidem abnegando linquerent.

85. Et cum nolle pervidisset imperata facere,
iussit saevus ut ingenti ruderum congerie
more pressi noxiorum necarentur pariter.

86. Qui cum vincti ducerentur viam per Aureliam,
vident simul Marcellinum atque Petrum martyres,
et cum eis multam valde populi frequentiam.

73,1 cip..o *P* 73,2 praetiosi *M*, praeciosi *P* 78,1 quendam *R* 82,1 reppertos *M* 85,1 nollet *post corr.* nolle *M* 85,2 in ingenti *R* congeriae *R* 86,1 cum cuncti *R*

87. Quibus visis profugisse tremefactos asserunt,
qui beatos confessores catenarum pondere
praegravatos ac depressos puniendos traxerant.

88. Quos ut pii fugientes turba vidit populi,
praecurrendo festinavit praevenire pavidos,
ac mulcere cor furentum verbis coepit mitibus.

89. Sed non valens quod volebat pia plebs perficere
loco fixos retentavit, donec Christi famulus
Marcellinus obtulisset salutarem hostiam.

90. Nam in specu, quo futura sperabatur passio,
martyr Christi celebravit missarum sollemnia,
quis completis abscesserunt quos abire iusserat.

91. Tum conversi Marcellinus atque Petrus martyres,
ambo simul perfidorum alloquuntur populum,
atque tali furibundos conpellabant famine:

92. 'En vidistis quod in nostra dicione fuerat,
ut vos modo, quo vellemus, valeremus laedere,
et quos vinctos tenebatis vi ereptos tollere.

93. Sed hoc nolle christiana fecit patientia,
quam suorum inserendo famulorum sensibus
suo mites ac modestos Christus facit munere.

94. Et nunc quidem nos, superna suffragante gratia,
hinc abire poteramus, si hoc ferret animus,
vos econtra quid possitis, tandem palam dicite.'

95. Tum frendentes ac frementes satanae satellites
primo ipsum, quem trahebant, trucidant Artemium,
ense duro ferientes effecerunt martyrem.

96. Cuius neci coniunxerunt coniugem ac filiam,
quas per cryptae luminare praeceps datos obruunt
saxis simul atque magnis harenarum molibus.

97. Tum beatos adsertores veritatis alligant
Marcellinum atque Petrum, avidos martyrii,
adnectuntque catenatos arborum stipitibus.

98. Donec taetro nuntiarent tormentorum arbitri
atque ipso conperirent decernente iudice,
quali morte magni forent consumendi martyres.

99. Qui dum cuncta cognovisset gesta quaeque iusserat,
nigram iubet intra silvam sanctos duci martyres
et inibi capitalem capere sententiam.

100. Quo cum eos deduxissent daemonum satellites,
illi laeti et alacres laudantesque dominum,
locum suae passioni largiorem faciunt.

87,1 uisus *corr.* uisis *R* 87,3 traxerunt *corr.* rant *P* 88,3 cepit *R* 90,1 factura *corr.* futura *R* 90,2 sollempnia *R* 91,1 Tunc *R* martires *R* 92,2 et uos *P* mundo *corr.* modo *R* 93,1 pacientia *RP* 96,2 luminare *corr.* lininare *RM*, (*cf. Rossi Roma sott.* III, 422) 96,3 harenarem *corr.* rum *R*

101. Nam et spinas atque vepres evellebant manibus
ipsi suis, ut purgando terram puram redderent,
sacrum erat quae illorum exceptura sanguinem.

102. Tunc orantes atque pacis sibi dantes osculum,
genu flexo percussorem patienter perferunt,
ac proiecta gravi petunt caelum carnis sarcina.

103. Quorum ipse, qui eosdem magnos Christi martyres
ferro iussus iugulavit, se vidisse fassus est,
carnis vinclis absolutos evolasse spiritus,

104. Forma quasi virginali tectos veste fulgida
auro quoque radiantes ac gemmarum lumine,
angelorum coruscantum circumdatos agmine,

105. Laetabundos cum inmensa lucis affluentia
supra cuncta penetrando celsa mundi sidera
sublevatos ad aeterna caeli regna scandere.

106. Duae quaedam referuntur Romae natae feminae,
una dicta est Lucilla, Firminaque altera,
veram puris retinentes Christi fidem cordibus.

107. Quae propinquae ter beati martyris Tiburtii,
ad illius sacrosanctum assidentes tumulum,
deo gratas vigilando ducebant excubias.

108. Quibus ipse cum beatis semet comitantibus
Marcellino atque Petro manifeste rettulit
per soporem, ubi sacra iacuissent corpora.

109. Eorundem electorum atque simul admonet,
ut euntes absque mora illa statim auferant,
et in crypta suum prope curent corpus ponere.

110. Quae praeceptis obsequentes nigram silvam adeunt,
sublatosque beatorum inde portant cineres,
et in specu deponentes iusso loco tumulant.

111. Quas ad ista peragenda adiuvasse referunt
duos quosdam de sacratae sedis apostolicae
clericis, quos ordo sacer nominat acolitos.

112. Haec ut gesta referuntur retulisse adserunt
illum ipsum, qui eosdem interemit martyres,
et ab illo didicisse Damasum pontificem,

113. Cum aetate puerili per eadem tempora
sub magistro ministraret et ad magnum cresceret
rerum culmen, tunc Romana lector in ecclesia;

101,3 erant n *eraso R* 102,2 pacienter *P* 103,2 fassus est *ad marg.* a fateor *M* 104,2 radientes *M* 104,3 choruscantum *R* 105,1 ac fluentia *R* 106,1 rome *R* 108,2 manifesto *R* 109,1 ammonet *R* 109,2 Rotbertus peccator *manus saec.* X. *ad marg. adscripsit R* 110,3 iussu *corr.* so *P* 111,2 *corr.* sacrata sede apostolica *manu poster. R* 111,3 clericos *R* 112,1 asserunt *P*, adserunt *corr.* asserunt *R*

114. Post haec cuncta memorasse ac mandasse litteris,
cum illius almae sedis obtineret apicem,
et in tota principatu polleret ecclesia[1].

115. Ille autem, qui beatos martyres percusserat,
Dorotheus cognomento, per divinam gratiam
ad baptismi sacramentum pervenisse dicitur:

116. Sacram sedem tunc regente Iulio pontifice[2],
publicam simul puramque gessit paenitentiam,
atque morum probitate consequi promeruit

117. Sempiterni salvatoris salutarem gratiam
per illorum, quos percussit, beatorum martyrum
nunc et semper memorandam miram patientiam,

118. Qui de mundo triumphantes principe diabolo
in supernis collocati semper gaudent sedibus
coram Christo per aeterna saeculorum saecula.

INCIPIUNT VERSUS PER ALFABETUM CONPOSITI[3].

1. Alexander urbis Romae clarus olim pontifex[4],
quem senectus non aetatis sed mentis ornaverat[5],
aggregavit castris Christi bellatorum milia;

2. Bellatorum invictorum, quos perfecta caritas
circumcinxit et protegit fidei sinceritas,
quosque iure spes coronat in perhenni gloria.

3. Claret cunctis, Hermen esse tali de collegio,
qui terrenae dignitatis principatum spreverat,
et pro Christo parvipendit quaeque mundi gaudia.

4. Dum supreptum namque morte carum fleret filium,
tunc sanctorum expectanda iudicat suffragia
et credendum Christo dicit caeca nutrix parvuli.

114,2 optineret *M* 114,3 ecclesiae *corr.* sia *P* 117,3 pacientiam *P* 118,1 triumfantes *B*
118,3 Marcelline, tuos pariter, Petre, nosse triumphos
Percussor retulit Damaso mihi, cum puer essem.
Haec sibi carnificem rabidum mandata dedisse
Sentibus in mediis vestra ut tunc colla secaret,
5 Nec tumulum vestrum quisquam cognoscere posset.
Vos alacres vestris manibus fodisse sepulchra
Candidulae occulto postquam iacuisse sub antro
Postea commonitam vestra pietate Lucillam
Hic placuisse magis sanctissima condere membra.
add. P ex Actis martyrii c. 13 (*Acta SS. ed. Bolland Iunii I,* 173).

Ex codice Bernensi 102 *f.* 200' *s.* X (*de quo cf. Hagen catalog. codd. Bernens. p.* 153) *descrips. H. Hagen, edidi Steinmeyer's Zeitschr. für Deutsches Altert.* XXIV, 152. INTIPIUNT *B post* conpositi *verba erasa sunt* QUOS PAPA GREGORIUS F(ecit). 1,1—2 mentis or *in rasura* 2,2 circumcinsit *B* 4,1 suppreptum *B*

1) *I. a.* 366—384. 2) *I. a.* 337—352. 3) *Hunc rhythmum incerti auctoris propter quandam similitudinem cum priore hic addere placuit.* 4) *a.* 105(?)—115(?). 5) *Alexandri Acta c.* 1 (*Acta SS. Mai. I,* 371) iuvenis quidem aetate sed fide senior.

5. Exultemus et laetemur insigni miraculo:
caeca monstrat devianti lumen vitae perpetis,
atque pandit ignoranti callem rectitudinis.

6. Fervet mentis ingens ardor, currit caeca concite,
et praefati provoluta praesulis vestigiis
mox obtatam inpetravit lucem Christo credula.

7. Gaudens ergo freta luce tunc reversa protinus
mortis praedam conprehendit consuetis umeris [1],
atque rursus incunctanter appetit antistitem.

8. Hunc orabat lacrimosis rigans ora fletibus: [2]
'Lucis', inquid, 'atque vitae praedicator, poscimus,
aufer morti, confer vitae karum nobis parvulum.

9. Iamque malo me carere luce [3] pridem reddita,
redde nobis raptum mortis faucibus infantulum [4],
quo patescat virtus Christi cunctis mundi partibus.'

10. Karitatis mox movetur antistes affectibus,
nec credenti denegavit quod pie petiverat,
quin petenti suscitavit abortivum filium.

11. Laetus facto Hermes extat, credere nec distulit,
immo mundi quaeque calcans, ambiens caelestia,
fontem vitae scandit sibi cunctis cum domesticis [5].

12. Mens fidelis et devota mensque deo dedita
praefecturam commutavit in Christi militia [6],
nec orrescit iam pro Iesu Hermes sanctus vincula. amen.

5,1 insignis *B* 6,3 obtate *B* 9,2 ratum *B* 10,1 effectibus *B* 10,2 ne *B* 10,3 qui in *B* 11,1 facta *B* distuli *B* 11,2 calcas *B* 12,3 hermen *B*

1) *Ib. c.* 2 imponensque mortuum filium meum in humeris suis currere coepit. 2) *Met. XI*, 419 fletibus ora rigavit. 3) *Ib. XV*, 531 luce carentia. 4) 'Domine, redeat ad me caecitas, tantummodo ut iste resuscitetur ad vivum'. 5) *Ib. c.* 1 .. ut .. praefectum urbis quoque Hermen cum uxore et sorore et filiis baptizaret, cum mille ducentis quinquaginta servis suis uxoribus quoque et filiis eorum. 5) 'ego praefecturam non perdidi sed mutavi'.

RHYTHMI DE PUGNA FONTANETICA ET DE OBITU HUGONIS ABBATIS.

Codex quondam S. Martialis Lemovicensis, nunc Parisinus 1154 saec. X, cuius scripturam Coussemaker (Hist. de l'harmonie, Planches I—V) expressit, continet pretiosum rhythmorum aevi Carolini thesaurum, neumis sive notis ex parte additis (cf. t. I, 124). In quibus exstant etiam duo qui sequuntur de Hugone abbate (f. 133) et de pugna Fontanetica (f. 136) compositi, uterque editus primum a. 1738 ab abbate Lebeuf (Recueil de divers écrits I, 165—168, 349), tum a Martino Bouquet (Recueil VII, 304, 305), ab Edelestando Duméril (Poésies populaires antér. au XII. siècle p. 249—253), a Coussemaker (l. l. 86—87, 92—93), posterior etiam a Pasumot (Maltebrun Annales des voyages XIII, 209—212 a. 1811) aliis, quos enumerare longum est.

Cum priorem ryhthmum Parisino (L) soli debeamus, posterior aliis duobus codicibus et ipse traditus est: Fabariensi (F) saeculi IX. exeuntis, qui nunc in archivio Sangallensi asservatur, a librario rudiore scripto et Kornikano (P) 124 saec. IX. Posnaniensis provinciae inter libros comitum de Dzialinski, qui carmen nostrum duabus strophis auget. Codicem b. Mariae de Fabaria reperit et contulit Ludowicus Bethmann (cf. Arch. IX, 593), Kornikanum (cf. t. I, 606) Pertz ipse. Illum usui nostro iterum Wartmann descripsit (cf. Dümmler Gesch. des Ostfränk. Reiches I, 155 n. 67), huius evolvendi Sigismundus Celichowski bibliothecarius benigno animo copiam nobis dedit. Post novissimam editionem, quam Pertz in appendice Nithardi a. 1839 praebuit Parisino solo fundamento posito, inter commentationes in honorem Mommseni a. 1877 elucubratas carmen tribus codicibus adhibitis plenius foras dedi.

Angilbertus alias ignotus, qui in exercitu Hlotharii imperatoris pugnae apud Fontanetum commissae interfuit, poetam se profitetur. Strophae singulae a literis alphabeti secundum ordinem incipiunt, metrum est trochaicum, Hugo abbas trimetris iambicis addito post ternos versus dactylo cum spondeo celebratur.

Rhythmum de pugna Fontanetensi[1] *in linguam vernaculam vertit Geroldus Meyer de Knonau (Ueber Nithards vier Bücher Geschichten p. 139, Leipz. 1866).*

---

1) *In codice Orosii Parisino* 9665 *f.* 212' *saeculi IX. haec adduntur:* Anno ab incarnatione domini DCCCXLI Rotomagus civitas mense Maio a Nortmannis incensa. Tunc bellum mense Iunio aput Fontan. inter Francos satis horrendum fuit.

VERSUS DE BELLA QUAE FUIT ACTA FONTANETO[1].

841 Iuni. 25.

1. Aurora cum primo mane tetram noctem dividet,
Sabbatum non illud fuit[2], sed Saturni dolium,
de fraterna rupta pace gaudet demon impius.

2. Bella clamat, hinc et inde pugna gravis oritur,
frater fratri mortem parat, nepoti avunculus;
filius nec patri suo exhibet quod meruit.

3. Caedes nulla peior fuit campo nec in Marcio;
fracta est lex christianorum sanguinis proluvio,
unde manus inferorum, gaudet gula Cerberi.

4. Dextera prepotens dei protexit Hlotharium,
victor ille manu sua pugnavitque fortiter:
ceteri si sic pugnassent, mox foret concordia.

5. Ecce olim velut Iudas salvatorem tradidit,
sic te, rex, tuique duces tradiderunt gladio:
esto cautus, ne frauderis agnus lupo previo.

6. Fontaneto fontem dicunt, villam quoque rustici,
ubi strages et ruina Francorum de sanguine:
orrent campi, orrent silvae, orrent ipsi paludes.

7. Gramen illud ros et ymber nec humectat pluvia[3],
in quo fortes ceciderunt, proelio doctissimi,
pater, mater, soror, frater, quos amici fleverant.

8. Hoc autem scelus peractum, quod descripsi ritmice,
Angelbertus ego vidi pugnansque cum aliis,
solus de multis remansi prima frontis acie.

9. Ima vallis retrospexi, verticemque iuieri[4],
ubi suos inimicos rex fortis Hlotharius[5]
expugnabat fugientes usque forum rivuli[6].

Versus — Fontaneto *L*, *titulum omittunt PF* 1,1 tetra nocte *F*, tetra noctis *P* diuidens *L*, diuitens *F* 1,2 sabatum *F*, sabbati *P* nec illo *F* doleo *FP* 2,1 clamant *LP* 2,2 nepotis auunculis *F* 2,3 exiuit *F* 3,1 Cedes *L*, Cedens *F* campo in quo maxime *P*, camponesque mahina *F* 3,2 facta est nex *L* sanguis hic profluit *P*, sanginem preluuium *F*, sanguine proluuiūs *corr.* proluuii *L* 3,3 unda manans *P*, inde manens *F* infernorum *L* cerueri *F* 4,1 Dexteraque potens *F* Dextera potentis *P*, lotorio *P*, ludhario *F* 4,2 manus suas *F* 4,3 ceteris set si pugnasset mox et sit *F*, foret uictoria *P* 5,1 uelut olim *F*, uelūd *P* tradedit *F* 5,2 si te res tuique ducis *F* 5,3 cautum *F* preuius *P*, predius *F* 6,1 Fontanella *P*, Fontanete *F* fonte *F* uilla *F* rustice *PF* 6,2 in qua *L* strauit *F*, trahens *P* et ruine *L*, ad ruinam *P* franchorum de sanguinę *P*, de francorum sanguinnem *F* 6,3 silue *LF* 7,1 nec ẏmber *P*, et imber *F* umecta *P*, humectet *L*, me cum edit *F* 7,2 ubi *F* prelio *P*, prelia doctissima *F* 7,3 matri *P*, frater *F* fratri *P*, mater soror *F* fleuerat *F*, plangent illos qui fuerunt illo casu mortui *L* 8,1 Hoc scelus hinc et inde quod uero describitur *P*, *om. F* 8,2 engelbertus *P* 8,3 fontis *L*, hangelbertus non remansit prima fontes acie *F infra* 9 *om. F* 9,1 retrospexi in uallis cacumine *P* 9,2 uidit suos *P* lotarius *P* 9,3 debellabat fugienter *P* foras riuulum *P*

1) ***Fontenoy en Puisaye.*** 2) ***Ann. Laubac.*** (*SS. I*, 15) die sabbati. 3) *Cf.* ***Paulini versus de Herico duce*** 8,3 (***I***, 132) vos super umquam imber, ros nec pluvia | descendant. 4) ***i. e. iugeri, iugi Pertz.*** 5) ***Cf. Agnelli liber pontific. eccl. Ravennatis*** c. 174 (*SS.* ***rer. Langobard.*** 389) Bella solus vicit (*sc.* ***Lotharius***) sed sui omnes terga dederunt. 6) ***Nithardi Histor. II*** **c.** 10 super rivolum Burgundionum.

10. Karoli de parte vero, Hludovici pariter
albent campi vestimentis mortuorum lineis,
velut solent in autumno albescere avibus.

841
Iuni. 25.

11. Laude pugna non est digna, nec canatur melode,
Oriens, meridianus, Occidens et Aquilo
plangant illos qui fuerunt illic casu mortui.

12. Maledicta dies illa, nec in anni circulo
numeretur, sed radatur ab omni memoria,
iubar solis illi desit, aurora crepusculo.

13. Noxque illa, nox amara, noxque dura nimium,
in qua fortes ceciderunt, proelio doctissimi,
pater, mater, soror, frater, quos amici fleverant.

14. Ó luctum atque lamentum! nudati sunt mortui,
horum carnes vultur, corvus, lupus vorant acriter:
orrent, carent sepulturis, vanum iacet cadaver.

15. Ploratum et ululatum nec describo amplius:
unusquisque quantum potest restringatque lacrimas,
pro illorum animabus deprecemur dominum.

PLANCTUS UGONI ABBATIS.

844
Iuni. 14.

1. Hug dulce nomen, Hug propago nobilis
Karli potentis ac sereni principis [1],
insons sub armis tam repente soncius
occubuisti.

2. Sed cur adire Karolum [2] presumeres,
quem Hludovicus, imperator inclitus,
regem libenter visus est ex filio
constituisse?

3. Sed non ob hoc tu perforandus lanceis,
nec membra tua lanianda fuerant,
cum plus prodesse quam nocere cuique
semper amares.

4. Nam rex Pipinus [3] lacrimasse dicitur,
cum te vidisset ullis absque vestibus
nudum iacere turpiter in medio
pulvere campi [4].

10,1 Carlus de uero parte *F* hac ludouici *P*, ludouuicus *F* 10,2 albesunt *PF*, albescebant *L* campes *F* uestes mortuorum lineas *L*, mortuorum uestimenta lineas *F* 10,3 uelud *P* de auibus *P*, hangelbertus *etc. F (cf. supra)* 11—15 *om. F* 11,1 nec cantus melodię *P* 11,2 ab aquilo *L* 11,3 plangent *L* tali pęna mortui *P* 12,1 Maledictus ille dies *P* annis *P* circuli *L* 12,3 nec illustrat horrore crepusculum *P* 13,1 Nox et sequens dies illam *P* dira *P* 13,2 nox illaque planctum mixta et dolore pariter *P* 13,3 hic obit et ille gemit cum in graui penuria *P* 14 et 15 *om. L* 14,2 illorum carnes *P* 14,3 uane *P* ‖ 1,3 saucius *coni. Dum.* 3,1 laceis *L* 4,2 uidissed *L*

1) *Caroli M. et Reginae concubinae filius, Drogonis germanus, cf. Einhardi V. Caroli c.* 18. 2) *Calvum.* 3) *iunior.* 4) *Cf. Prudentii ann. Bertin., Ruodolfi ann. Fuld., Laubac.* 846, *Blandiniens.* 844, *Xantens., St. Germani min.* 845; *S. Quintini Viromand.* 844 (*SS. IV,* 3, 23, *XVI,* 507), *Folcwini Gesta abbat. S. Bertini c.* 57 (*SS. XIII,* 618); *Aen. XI,* 908 pulvere campos.

5. Quin immo de te subsecutus addidit:
'Hunc si vidissem sospitem nunc corpore,
talenta centum non placerent aurea
hoc michi quantum!

6. Karroff[1] oneste collocetur tumulo,
de quo sacerdos extitit ac monachus,
et ubi vivens postulavit mortuum
se sepeliri'.

7. O quam venustam, quamque pulcram speciem
circumferebas, omnibus pre ceteris,
cum plus prodesse quam nocere cuique
semper amares.

8. Non crimen ullum, non rapinam quamlibet
tu perpetrasses, cum fores mitissimus,
cum plus prodesse, quam nocere cuique
semper amares.

6,2 ha monachus *L* 8,2 te perpetrasse *L*, *corr. Dumeril*

1) *Charroux en Poitou.*

CARMEN DE EXORDIO GENTIS FRANCORUM.

Codex Parisinus 8303, quondam Colbertinus 5462, saeculi X. continet post Festum Avienum et carmina, quae Columbano cuidam attribuuntur (cf. t. I, 165), f. 20'—23 versus hexametros 146 de primordiis gentis Francorum conditos, quibus stemmate Carolorum[1] *pedestri sermone conscripto omnis materia praebetur. Cum poeta Carolum Calvum optimae spei iuvenem alloquatur*[2], *haud multo post regnum ab eo susceptum scripsisse probabile est, i. e. anno circiter 844. Quem non diversum fuisse a Flaviano diacono, cuius carminum catalogus Cluniacensis monasterii meminit*[3], *coniectura admodum dubia est. In Vergilii et Ovidii poematibus satis versatus fuit.*

Ex codice unico ediderunt poetam nostrum primus a. 1644 Thomas Aquinas Carmelita 'Carmen authoris incerti de origine atque primordiis gentis Francorum', *a. 1646 Bouchet, Preuves de la véritable origine de la maison de France p. 32, Chiflet Vindiciae Hispanicae p. 431—435, Bouquet Recueil III, 677—681, denique libro Parisino iterum adhibito nonnullisque correctis Pertz SS. II, 312—313. Codicem ipse denuo contuli.*

ORIGO ET EXORDIUM GENTIS FRANCORUM.

Clara tibi celsae referam primordia gentis [4],
Karole, tantorum titulis insignis avorum,
Quos pietate probos, meritis actuque verendos,
Conspicuos armis [5], firmos et foedere pacis
5 Collocat in solium rerum regumque creator.
Iure, legens veteres proavos ab origine reges [6],
Sis decus omne tuis [7], unusque habearis et omnes,
Hos referens armis, illos pietate secundans [8].

---

7 abearis *P*

1) *Hanc domus Carolingicae genealogiam ediderunt Pertz SS. II,* 308 *et Waitz SS. XIII,* 245: *ipse poeta noster prosam laudat v.* 9 *et* 47. 2) *Cf. v.* 2, 45, 124. *Bonnell (Anfänge des karoling. Hauses p.* 6) *poetam Carolo in regno modo suscepto gratulatum esse coniecit, quia eum in avis tantum laudat.* 3) *Delisle le cabinet des mss. II,* 479 *n.* 535: Volumen in quo continetur liber Flaviani diaconi ad Lotharium imperatorem versifice de laude eiusdem et aliorum de quorum progenie descendit et de veteri et novo testamento. *Fortasse is, qui hunc catalogum conscripsit, Carolum cum Hlothario confudit, cf. v.* 142 *sqq. carminis nostri, in quibus poeta historiam euangelicam se cantaturum esse pollicetur.* 4) *Ov. Ep. XVI,* 57 Phrygiae late primordia gentis | ...refer. 5) *Trist. III,* 1,33 armis | Conspicuos. 6) *Aen. VII,* 181 aliique ab origine reges. 7) *Ecl. V,* 34 Tu decus omne tuis. 8) *Aen. VI,* 403, 769 pariter pietate vel armis | Egregius.

Cum tibi prosa tuam celebraret in ordine gentem,
10 Versibus hanc nostrae libuit cecinisse Camenae,
Ut sine lege, probis quae non est indita, vivens,
Et cum lege dei felix serveris in aevum.
Incipe [1]: caesareas versemus ab ordine cunas;
Ille iubet, parere decet te, fistula nostra.
15 Quae celebranda forent promissis intulit ipse;
Quae tibi sunt comperta, modo tu carmine pande [2].
Aurea cum totum regnaret Roma per orbem [3]
Consiliis, sublime caput solempniter astris
Extulit [4], ac tonitru sonuit per climata mundi,
20 Horrida permiscens nimbosis fulmina bellis [5],
Gallia tunc tanto tremuit concussa fragore [6],
In medioque sui tenuit tum forte senatum,
E senibus natu sapiens quem Roma coegit:
Ipsa feros inter referens moderamina mores,
25 Procubuit tandem multo de sanguine [7] fessa,
Romanosque senes licet indignata recepit.
Surgit ab his igitur nitido cum vertice splendor,
Lucifer ut reliquis assurgit blandior astris [8],
Ansbertus, generis portans insignia clari,
30 Nobilius sed corde iubar specimenque rependens.
Dives opum largusque [9] manu fulgebat in auro.
Bellipotens tunc dura tui, Hlotharius, arma [10]
Sceptraque victrici retinebat sorte valenter
Francia, nomen habens proprio de nomine facti [11].
35 Huius erat plenis iam filia nubilis annis [12],
Roma, tibi claros quae posset ferre nepotes.
Copulat hanc talamo vir dives et inclitus ille:
Nomen erat Blithild, multorum linea regum.
Sic igitur, sic, Roma, tuos adcresce triumphos;
40 Iunge quod aeterno maneat sub foedere pignus.
Viderat hoc certe domini sententia longe,
Conubio tali proles quod surgeret alta,
Quae Romam dicione sua proscriberet amplam,
Francorumque simul duras agitaret habenas [13].
45 Tu iuvenis, tu pulcher eras in semine tali,
Karole, multorum non inprovise laborum.

---

35 nobilis *P* 37 thalamo h *deleto P*

1) *Cf. Ecl. VIII,* 21 Incipe Maenalios mecum, mea tibia, versus. 2) *Cf. Aen. VII,* 641, *X,* 163 Pandite nunc Helicona, deae. 3) *Art. Am. III,* 113 aurea Roma; *Aen. I,* 457 totum volgata per orbem. 4) *Ecl. I,* 25 alias inter caput extulit urbes; *Georg. II,* 341 duris caput extulit arvis; *IV,* 352; *Aen. I,* 127. 5) *Aen. VI,* 843 fulmina belli. 6) *Venanti C. VIII,* 3,10 concutit astra fragor. 7) *Aen. II,* 551; *XI,* 418 Procubuit moriens, 421 cum multo . . | Sanguine. 8) *Cf. Aen. VIII,* 587 Pallas . . 589 Qualis . . Lucifer . . | Quem Venus ante alios astrorum diligit ignes; *II,* 801 surgebat Lucifer. 9) *Aen. I,* 14, *II,* 22 dives opum, *XI,* 338 Largus opum. 10) *Ov. Ep. XIII,* 40 dura . . arma. 11) *Isidor. Etym. IX,* 2, 101 Alii eos *(sc. Francos)* a feritate morum nuncupatos existimant; *Aen. III,* 18 meo nomen de nomine fingo. 12) *Aen. VII,* 52 filia . | . . iam plenis nubilis annis; *Rem.* 571 filia nubilis. 13) *Met. VII,* 221 manibusque leves agitavit habenas.

Denique sic generis testatur in ordine prosa.
Et regale duces paulatim nomen adornant.
Suscipit Ansbertus clara de coniuge natos
50 Tres, et nata fuit felici dote virago.
E quibus Arnoldum primogenitum vocitavit,
Feriolum sic deinde videns iubet esse secundum.
Tertius assurgit Modericus in ordine frater,
Quarta puella dei Tharsicia dicere, semper
55 Quis honor atque decus, pandam, memorabile mansit.
Praesul eras, sed martyr ades, Feriole perempte,
Sanguine foeda[1] tuo testatur Utecia palmam,
Quae retinet cineres, repetit sed spiritus astra[2].
Tu quoque fraternos, Moderice, imitaris honores,
60 Iuris apostolici culmen sublimiter ornans.
Harisido confessor obis ibidemque quiescis.
Multaque pro meritis Christi miracula virtus
Est operata tuis; servantur et hactenus ista.
Virgo dei castis adolens altaria donis[3],
65 Virgineumque decus servans Tharsicia fructu
Centeno cumulata tenet memorabile nomen[4]
Rodinis, et cuius praestas insignia, Christe,
Pro meritis fieri iugiter; nam mortua fertur
Ad superos, mirum dictu, revocàsse cadaver.
70 Accipe, virginitas, dignam pro munere laudem,
Et potiora vale, dum mortua cerneris esse;
Virginis hoc nullo potuit de semine natus.
Vos quia celsorum cumulastis regna deorum,
Et tria scripsistis caelesti nomina libro,
75 Tu, benedicte, dabis subolem, Harnolde, beatam,
Quae teneat terras, quae caelum vertice tangat[5],
Quae iuvenem nostrum hinc usque ad sidera tollat[6].
Te genitore piis Harnulfus moribus exit,
Pontificisque gradum meritis sortitur et actu.
80 Hoc patre Flodulfus superas despexerat auras[7],
Iura sacerdotii patris de more frequentans
Filius, atque gradum tenuit[8] de more paternum.
Huic erat Anschisus frater, memorabilis aevo[9],
Viribus infractis[10] surgit quo patre Pipinus,
85 Pipinusque virum genuit cognomine Karlum.
Karole, tu regem referes in stirpe Pipinum,
Pipinusque senex Karolum de moribus offert.

---

55 honorisque *P*, atque *edd.* 56 adefferiole *P*, *corr. edd.* 61 confessoro bis *P* 64 adorens *P*, adolens *edd.* 65 Uirgeneumque *corr.* gineumque *P* 72 femine *P*, semine *corr. Pertz* 77 tollot *P*

1) *Aen. II,* 502 Sanguine foedantem; *Met. VII,* 845 foedantem sanguine. 2) *Venanti C. IV,* 4,17 petit astra; 5,6 spiritus astra colit. 3) *Aen. VII,* 71 castis adolet dum altaria taedis, | ... Lavinia virgo. 4) *Aen. II,* 583; *Met. X,* 608 memorabile nomen. 5) *Met. VII,* 61 vertice sidera tangam. 6) *Aen. I,* 103 ad sidera tollit; *Fast. II,* 75 tollens ad sidera voltum. 7) *Georg. IV,* 486 superas veniebat ad auras, *cf. Aen. VII,* 768. 8) *Fast. VI,* 398 sustinuique gradum. 9) *Cf. infra v.* 88. 10) *Aen. IX,* 499 infractae ... vires.

Hic vir, hic est nobis[1] toto laudabilis aevo[2].
Suscitet hic validas in te, sua viscera, vires[3],
90 Optime rex noster, nomenque insigniter aptet!
Huius in optentu breviabo magna relatu[4].
Aecclesiam Christi puro veneratus amore
Ornavit, coluit semper, provexit et auxit.
Finibus a longis sophia te, Francia, compsit.
95 Belliger indomitas devincens undique gentes[5]
Transtulit ad formam sanctae pietatis honestam;
Aut sibi subiectos faciens servire tonanti
Finibus in propriis firmos sub foedere pacis,
Inde vel evulsos latum transmisit in orbem[6].
100 Saxo dira fremens[7], poteris tu dicere vera,
Mitia qui miti modo subdis colla[8] potenti.
Hunc, quid insanos iuvit cumulasse labores[9]?
Huius in aspectu vires cecidere superbae[10],
Et semel attritae nequeunt consurgere demum.
105 Vidit et extimuit vacuis Nortmannus harenis
Arma ducis, haesitque mari, nec litora vastat[11],
Qui mea regna modo ferro populatur et igni[12].
Historiae pandent reliquas ex ordine gentes[13],
Quas avus ille tuus sensu perfregit et armis.
110 Hic senium longa produxit pace dierum,
Nomen habens astris liquit memorabile[14] terris.
    Filius hinc scandit solium Hludvicus avitum[15].
Pacificus cultorque dei, patiensque laborum[16],
Digna ferens, indigna[17] simul clementior extat,
115 Sanguinis immunem retinens a funere dextram.
Hic decreta patris Benedicti lege tenenda[18]
Sancit, et antiquae renovat legalia normae,
Cuius erat fautor devota mente fideque.
Multa sub imperio passum discrimina linquo,
120 Ultio quae forsan redivivo tempore punit
Iusta dei, montesque cadunt vallesque levantur[19].
Post ubi multiplices complevit in orbe labores,
Transiit ad Christum, vitamque remisit in astra[20].

---

94 sopphia *P* 98 firmo *coni. Pertz* 105 harenas *P* 123 Trasiit *P*

1) ***Aen. VI,*** 792 Hic vir, hic est tibi. 2) ***Venant. Fortun. Carm. III,*** 9, 39 toto venerabilis aevo; ***Trist. V,*** 14, 35 longo .. laudabilis aevo. 3) ***Aen. V,*** 454 vim suscitat ira; ***Trist. I,*** 5, 72 Invalidae vires. 4) ***Aen. IX,*** 595, ***Met. IV,*** 792 digna relatu. 5) ***Fast. III,*** 720 domitas gentes. 6) ***Met. V,*** 481 latum vulgata per orbem. 7) ***Aen. X,*** 572 dira frementem. 8) ***Venanti Carm. III,*** 30, 7 Subdere colla decet. 9) ***Ecl. X,*** 22 Galle, quid insanis; ***Aen. VI,*** 135 insano iuvat indulgere labori. 10) ***Ib. XI,*** 539 viresque superbae. 11) ***Ex Ponto I,*** 2, 84 smiliti arma timet; ***Met. VIII,*** 6 Lelegeia litora vastat. 12) ***Amor. I,*** 6, 57 ferroque ignique paratior. 13) ***Aen. VIII,*** 722 longo ordine gentes. 14) ***Cf. supra v.*** 66. 15) ***Aen. VII,*** 169; ***Met. VI,*** 650 sedens solio .. avito. 16) ***Met. VII,*** 656; ***Trist. I,*** 5, 71 patiensque laborum. 17) ***Aen. IX,*** 595 digna atque indigna. 18) ***Ib. XII,*** 819 lege tenetur. 19) ***Isai.*** 40, 4 Omnis vallis exaltabitur et omnis mons et collis humiliabitur. 20) ***Aen. V,*** 519 vitamque reliquit in astris.

Tu modo, quem robur regni comitatur ab annis,
125 Karole, scande thronum, regum successor avorum,
In medioque tenens aequo discrimine libram [1],
Hinc avus, hinc genitor vires moresque ministrent [2];
Karolus invicto feriat mucrone [3] rebelles,
Hludvicus foveat devota mente sodales.
130 Arma tibi David durum consciscat in hostem,
At Salomon carum semper coniungat amicum.
His eris illesus dextra levaque [4] magistris,
Consilio tutus, prudenti pectore cautus.
Cum scribenda tibi fuerint insignia gesta,
135 Et matura suis aetas adoleverit annis [5],
Prosequar [6] ulterius. Iam, carmina parcite [7], venit.
Cum teneam praeclara quidem fastigia rerum [8],
Quae decus et nomen celebrant animosque viriles [9],
Et tibi festivis applaudunt rite choreis [10];
140 Ut tamen ad finem fuerint deducta, citentur.
Alta iubet nunc alta sequi sapientia vestri,
Scilicet ut Christi referam miracula [11] versu,
Dictaque vel hominis forma, vel scripta leonis,
Aut vituli specie, pennis aquilaeve rapacis,
145 Quattuor en libros numero meritoque sacratos
Percurrent celeres, domino praestante, Camenae.

EXPLICIT CARMEN DE ORIGINE ATQUE PRIMORDIIS GENTIS FRANCORUM
IN HONORE DOMNI KAROLI[a] REGIS.

---

127 in genitor *P*, hinc *edd.*   139 chorẹis *P*   [a] karori *P*

1) *Med. Fac.* 71 habeant aequo discrimine libras. 2) *Aen. IX*, 764 vires animumque ministrat; *XI*, 71 viresque ministrat. 3) *Ib. XII*, 511 Hunc mucrone ferit. 4) *Aen. I*, 611, *VI*, 48 dextra laevaque. 5) *Aen. XII*, 438 mox cum matura adoleverit aetas; *Fast. V*, 175 virtus annis adolevit 6) *Georg. III*, 339 versu | Prosequar. 7) *Aen. XII*, 693 Parcite iam, Rutuli. 8) *Aen. I*, 342 sed summa sequar fastigia rerum. 9) *Aen. III*, 342 animosque viriles. 10) *Ib. VI*, 644 Pars ... plaudunt choreas. 11) *Sedulii Carmen pasch. I*, taceam miracula Christi.

VERSUS DE EVERSIONE MONASTERII GLONNENSIS.

Codex donationum vetustarum monasterii Glonnensis sive Sancti Florentii, qui Niger nuncupatur, saeculo XI. medio scriptus, continet inter chartas regum aliorumque benefactorum f. 6—8 versiculos de coenobii illius incendio per Nominoium, Brittonum ducem facto. Quo tempore hoc evenerit, auctoribus aequalibus ea de re tacentibus [1], *certo definiri non potest. Exstat quidem praeceptum a Carolo rege datum* [2], *in quo haec de eadem calamitate referuntur: (idem locus)* a rebelli nostro crudelissimo Nomenoio Britone nostri odii causa incensus est et plurimae tum possessiones invasae; licet ipse impius percussus ab eodem sancto multas pecunias ad restaurandum tribuerit, nosque illum persequentes et nimium pro hac causa dolentes eidem loco plurima contulimus *etc., sed ad quem annum haec pertineant minime liquet* [3]. *Post annum 848* [4] *et ante annum 851, quo Nomenoius obiit, Glonna incensa sit opus est.*

Poeta, nisi fallor, aequalis [5] *et ex ipso sancti Florentii monasterio fortasse oriundus eversionem eius dimetris iambicis* [6] *deploravit. Carmen eius Mabillon primus a. 1704 edidit (Annal. ord. S. Bened. II, 753), tum repetiverunt Bollandiani (Acta Sanctor. Sept. VI, 415), Lobineau (Histoire de Bretagne II, 49), Bouquet (Recueil VII, 306), Duméril (Poésies popul. lat. anter. au XII siècle 255—261), denique libro nigro in Angliam vendito et in bibliothecam Philippsianam, quae nunc Cheltenhami servatur, recepto, dominus Pitra, qui et codicem accurate contulit et notas strophis prioribus XXIV additas inprimendas curavit (Archives des missions scientifiques t. IV, 180—184, Paris 1856). De codice, quem periisse viri docti Gallici crediderant, in Anglia denuo invento, Marchegay iam antea retulit (Bibliothèque de l'école des chartes sér. IV, 1, 127—131).*

---

1) *Cum Prudentius* (*SS. I,* 444) *ad annum* 849 *referat:* Nomenogius Brito consueta perfidia Andegavis et vicina eis circumquaque loca invadit, *ad sancti Florentii quoque monasterium haec fortasse pertinent. Quod coenobium mense Iunio anni* 853 *a Normannis flammis datum esse et Prudentius et auctor annalium Engolismensium referunt.* 2) *Bouquet Recueil VIII,* 501 anno nono regis. *Monachus, qui saeculo XI. historiam eversionis monasterii S. Florentii scripsit* (*Martene et Durand Thesaur. ampliss. III,* 843), *ex carmine nostro hausisse videtur.* 3) *Si annalibus Engolismensibus fides habenda est, Carolus Nomenoio vivo ter 'Britanniam cum exercitu adiit, annis* 843, 845, 850, *anno vero* 846, *Prudentio teste, pacem cum eo fecit.* 4) *In diplomate, quod Carolus a.* 848 *Didoni abbati dedit* (*Bouquet VIII,* 495), *de incendio omnino silet. In epistola synodica auctumno anni* 849 *ad Nomenoium data* (*Lupi opp. ed. Baluze p.* 126) *commemorantur modo incerto* templa dei partim destructa, partim incensa. 5) *Mabillonius . . rhythmum editum existimat, per eadem tempora haud ita dudum scil. post restauratum a Carolo Calvo monasterium. Et sane cum auctor ultimis versiculis ad gaudium incitet Glonnenses, ac de solo Nemenoio conquestus ante, nullam mentionem ingerat de altera monasterii eversione paulo post a Normannis patrata, satis probata mihi videtur ista opinio. BOLL.* 6) *Cf. de metro W. Meyer Spirensem* (*Sitzungsber. der philol. Cl. der Münchner Akad. a.* 1882 *I,* 96).

c. 848—850

1. Dulces modos[1] et carmina praebe, lyra Treicia[2],
commota quis cacumina planxere yperborea.
2. Montes simulque flumina illa putent nunc Orphea,
respondeantque, carmina silvae canant melliflua.
3. Gravis det organum tuba; alte resultet fistula:
omnis canat armonia; det philomela cantica.
4. Olim nitens clarissima, terrisque famosissima
sancti patris basilica Florentii praecipua:
5. Sensit fera incendia a gente crudelissima
vere bruta Brittannica. Lugete cuncti talia!
6. Omnis enim cum Gallia Florentii suffragia
deposceret tunc cernua, contempsit haec gens impia.
7. Olim pius rex Karolus magnus ac potentissimus
fecit locum devotius pro beati virtutibus.
8. Terris datis foecundibus auxit honorem largius[3],
et praebuit tunc vasculum coena dei magnificum.
9. Per hunc fugatur saepius infirmitas languentibus,
et sanitas fidelibus praestatur ex hoc protinus.
10. Post imperans Hludovicus, magni Karoli filius,
ipsum locum benignius colit piis ornatibus[4].
11. Qui filiis rebellibus concussus, altis fluctibus
et Franciam turbantibus regnum reliquit mortuus.
12. His quattuor mox partibus regnum sibi secantibus,
pro Francia iurgantibus bellum fuit horridius[5].
13. Imperio sic turbido crescit malorum factio;
surgensque tunc dissensio permiscet omnes iurgio.
14. Invadit alter socios; crescunt mali super bonos;
tirannus omnis infremuit; dantur honores impio;
15. Fit plurima vastatio, sanctis locis praedatio,
cunctis bonis turbatio, rerum simul confusio.
16. Quidam fuit hoc tempore Nemenoius nomine,
pauper prius progenie agrum colebat vomere[6].
17. Sed repperit largissimum thesaurum terrae conditum,
quo plurimorum divitum iunxit sibi solatium.
18. Dehinc per artem fallere coepitque mox succrescere,
donec super cunctos ope transcenderet potentiae.

8,1 foecundius *coni. Bollandiani* 14,2 tirannus infremit omnes impio dantur honores *corr. Dumeril*

1) *Fast. I,* 444 dulces ... modos. 2) *Ov. Ep. III,* 118 Threiciam ... lyram; *cf. Met. XI,* 1 *sqq.* 3) *Cf. Caroli Calvi diploma a.* 849 *(?) datum* (*Bouquet Recueil VIII,* 501) cum constet eundem locum a piae mem. Carolo avo nostro praeclaris aedificiis et plurimis possessionibus nobilitatum. 4) *Cf. Hludowici diploma a.* 824 *Froberto abbati datum* (*Mabillon Ann. II,* 739. *Sickel Acta Ludowici* 208). 5) *Pugnam Fontaneticam dicit poeta, cf. donationem a Nominoe factam* in illo anno quando pugnavit Hlotarius cum fratribus suis et ceciderunt multa millia in illo certamine (*de Courson Cartulaire de Redon p.* 359). 6) *De Nomenoi origine nihil constat.*

c. 848—850

19. Sic ergo discordantibus Francis simul cum regibus,
cum caeteris rebellibus[1] fit Karolo contrarius.

20. Hic Karolus cum fratribus[2] bellum gerebat saepius,
nec praevalebat hostibus tantis repulsus cladibus.

21. Confidit unde impius, praedas agit Nemenoius,
instando Redonensibus simulque Nannetensibus[3].

22. Deinde Pictavensium trans Ligerim manentium
pagum petit Medalgicum[4], Glomnam locum pulcherrimum.

23. Turmam vocat monachicam multamque dat pecuniam,
iubet suam mox statuam effigiari splendidam,

24. Quam ponerent pinnaculo ad Orientem patulo,
signum quod esset, Karolum se non timere dominum.

25. Illi statim regi suo haec pertulerunt Karolo,
qui audiens superbiam miratus est audaciam.

26. Tunc iussit ut pecuniam sibi disponerent totam,
illius albo lapide sculpta visus imagine,

27. Quam ponerent pinnaculo ad Orientem patulo,
signum foret quod impio se subiugandum Karolo.

28. Iratus ille talibus locum petit velocius;
praedas iubet militibus; accendit ignem protinus.

29. Flammas ubique Brittones mox inferunt ira truces:
sanctus locus comburitur, tantum decus consumitur.

30. Heu me, dolores patriae, heu me! honores gloriae
quam novit orbis pristinae! heu me! fluunt nunc lacrimae.

31. Tunc excitatus caelitus sanctus adest Florentius,
respexit inflammantibus locum suum Brittonibus.

32. O quanta esset ultio, si non foret permissio!
percussus est sed impius[5] debilitatis pedibus.

33. Precatur indulgentiam, redire posset patriam;
reversus ad Brittanniam dat nimiam pecuniam.

34. Abbas erat Dido bonus regi Karolo proximus[6],
qui convocatis fratribus regem petit quantocius.

26,1 totam sibi disponerent *C, corr. Dumeril* 33,1 possit *corr. Dumeril* 33,2 nimiam dat *C*

1) ***Lantberto, comite Namnetensi et Warnario fratre eius.*** 2) ***Cum Hludowico anno demum*** **853 — 854** ***inimicitiae ei intercesserunt, mira igitur sunt, quae Carolus in diplomate supra laudato de quorumdam insidiis dicit ad Ludowicum regem defectionem meditantium.*** 3) ***Ann. Engolism.*** 850 (***SS. II***, 253, ***XVI***, 486) Nemenoius Redones et Nametis capiens partem murorum portasque earum destruxit; ***Chron. Fontanell.*** (***SS. II***, 303). 4) ***Mauge; cf. Caroli regis dipl.*** (***Bouquet VIII***, 501) Didone Pictaviensi, cuius praesulatui subiacet pagus Medalgicus, in quo supradictus locus situs est. 5) ***Ann. Engolism.*** (***l. l.***) 851 Nemenoius iubente deo ab angelo iniquitatis Nonis Marciis percussus interiit; ***Chron. Fontanell.***; ***Prudentii Ann. Bertin.*** 851 (***SS. I***, 445); ***Reginon. Chron.*** 862 (***SS. I***, 571). 6) ***Cf. Caroli regis diploma a.*** 848 ***datum*** (***Bouquet Recueil VIII***, 495) venerabili viro nobisque satis amabili et dilecto Didone abbate.

c. 848—850

35. Exponit iras Brittonum magnum scelus crudelium:
tunc rex dolens in pectore quaerit vicem mox reddere.

36. Hinc Andegavam protinus urbem petit tristissimus,
dat abbatiam loculi sancto Iohanni dediti[1].

37. Sed hoc parum visum fuit moxque alteram tradidit
sancti Gundulfi nomine[2], quae partibus est Franciae.

38. Magnis datis muneribus circa locum fit sedulus,
restituit nunc felicius decorat atque pulchrius.

39. Gaudete cuncti cordibus, cantate magnis vocibus,
sancte Florenti, quaesumus, adesto nobis caelitus, Amen.

36,2 ioanni *edd.* 39,1 cunc *C*, *corr. Pitra*

1) *Cf. Caroli diploma* (*l. l. p.* 501) abbatiam sancti Ioannis in pago Andegavensi et quosdam fiscos adiacentes. 2) *Caroli diploma a.* 866 *datum* (*l. l. p.* 597) cellam secus fluvium Ligerim in pago Biturico, quae dicitur Nobiliacus, quemadmodum praedecessori illius Didoni quondam abbati nos fecisse cognoscitur, in qua cellula sanctus Gundulfus reverenter colitur humatus (*nunc Nouaillé*).

CARMEN DE AQUILEGIA NUMQUAM RESTAURANDA.

Ex codice Vindobonensi 891 (Philol. 425) saec. X. Stephanus Endlicher duo carmina diverso metro composita ad Aquileiam civitatem pertinentia a. 1836 primus edidit in catalogo codicum philologicorum p. 298—302, libro ipso accuratius descripto. Cuius editionem hic illic emendatam ac notis doctis illustratam Edelestandus Duméril a. 1843 repetivit (Poésies popul. lat. p. 234, 261). Postquam horum carminum prius, quo de Aquileiae eversione agitur, iam in primo huius sylloges tomo (p. 142—144) recepimus, posterius nunc sequatur a poeta admodum barbaro ad rationem alphabeticam versibus trochaicis, quorum trini stropham efficiunt, conditum. Qui Venetia fortasse oriundus iura a patriarchis Aquileiensibus in Gradum insulam atque episcopatus Istriae revindicata acerrime impugnat, ideoque alteri carmini antiquiori titulum Versus de destructione Aquilegiae numquam restaurandae *ex suo addidisse videtur. Quamquam concilium a. 827 Mantuae convocatum Maxentio patriarchae, in quem poeta vehementer invehitur, iura pristina restituerat*[1], *quae etiam Hludowicus II. imperator Theutmaro patriarchae iterum confirmavit*[2], *multum tamen abfuit, ut episcopi Gradenses decretis illis revera obtemperarent. Si codicis satis vitiose scripti verba strophae 24. retinenda essent, carmen iis annis compositum esse oporteret, quibus Hlotharius et Hludowicus II. filius eius natu maior dignitate imperatoria simul fungebantur i. e. intra annos 844—855. Duorum certe imperatorum fidem pro ecclesia Venetica ab Aquileiensi appetita implorat, quorum Hludowicus ut huic iura redintegrarentur statuit. Codicem iterum usui nostro Carolus Uhlirz V. Cl. contulit.*

VERSUS DE AQUILEGIA.

1. Aquilegia gloriosa quondam urbs et inclita[3],
bellicosa, triumphalis, Venetum metropolis,
Attila quam sevus[4] olim funditus subverterat.

Item uersus *V*   1,3 quêm *V*

1) *Cf. Simson Ludwig der Fr. I,* 281—284.   2) *Cf. diploma a Hludowico II Theutmaro patriarchae a.* 855 *vel* 856 *datum* (*Rubeis Monum. eccl. Aquileiens.* 439) in quo *(scil. concilio Mantuano)* sub praesentia legatorum sanctae Romanae ecclesiae adsistente coram Maxentio Aquileiensi beatae record. antistite supradicta controversia Aquileiensis et Gradensis ecclesiae sententiis episcoporum penitus est absoluta. Deinceps quoque temporibus beatissimi papae Gregorii (827—844) interpellante, iterum contra Gradensem ecclesiam supradicto Maxentio Foroiuliensi pontifice eadem est quaestio retractata et eorum iudicio ad finem usque perducta *etc.*   3) *Cf. Versus de destruct.* 2 Bella, sublimis inclita divitiis | olim fuisti celsa aedifitiis.   4) *Ib.* 6, 1, 20, 2 Attila saevissimus.

2. Benignitatis expers factam, Augustalis gloria,
vestram precamur submissi pietatis gratiam,
ut eam non integretis, Augustales principes.

3. Celici cives occisum agnum, dei hostiam
qui adorant, benedicunt ante thronum iugiter,
qui lamentantur propter illam, quam dicarunt domino.

4. Divinitus haec post Romam a sanctorum principe
Petro vocatur ad fidem per dilectum filium
Marcum[1], qui post Romae scripsit sacrum euangelium.

5. Electum hinc Hermachoram is ad Petrum destinat,
et ut presul ordinetur petit Aquilegicus[2]
ab eodem, ipse dehinc adit Alexandriam,

6. Factus martyr suo sacro sanguine quam dedicat,
sed nec mora Fortunatus magystrum prosequitur,
Helarus sacer, deinde Tatianus socius[3].

7. Genuere deo plebem plurimam martyrio,
hi sequaces sunt eorum per quos est catholica
fides roborata pios huc usque per presules.

8. Haec dum suo gloriosa pollebat in culmine,
ob inmania offendit dominum flagitia,
quibus meruit per manus destrui gentilium.

9. Impiorum Avarorum tradita sub manibus,
conculcantur sacerdotes, perimuntur nobiles,
uxores et matres capte trahuntur et virgines.

10. Katervatim perit omnis illustris nobilitas
archimonio[4] sublato dirutisque menibus,
sola fides Veneticis data per pontifices.

11. Lucida Venetiarum semper gens et inclita
omnes nationes prima superat per gratiam
sine fine firma fide destruens mendacia.

12. Malum super malum, scelus addidit sceleribus,
Aquilegia corde duro consumata crimine
a gente in terra pulsa confovet demonia.

2,1 spes facta *coni. Dumeril* 3,1 Felici *V* 3,2 adhorant *V* 3,3 qui lamentantur *V*, qui *om. Dumer.* 4,3 postea *V* sacrum *delet Dum.* 5,2 Aquilegiam *coni. Dum.* 5,3 adiit *V*, adit *Dum.* 7,1 Genmere *V* 7,2 isequaces *V* sunt *add. Endlicher* 8,1 sua *V*, suo glorioso *Dum.* 10,1 Cateruatim *V* 10,3 ueneticis est data per sacros *V*, Veneticos data per pontifices *Dum.* 11,3 mendalia *V* 12,3 *an* inferna?

1) *Acta concilii Mantuani* (*Rubeis Monum. eccl. Aquil.* 419) illuc sanctus Marcus euangelista ad praedicandum ab urbe Roma, scil. a beatissimo Petro ... directus est. 2) *Acta concil. Mantuani:* Marcus .. Romam urbem regrediens et secum elegantem virum Hermachoram nomine ab omni electum clero et populo deferens .. et ab ipso beato Petro apostolo Aquileiae urbis ordinatus et constitutus est pontifex. 3) *In chronica patriarcharum Gradens.* (*SS. rer. Langobard.* 393) *commemorantur corpora sanctorum martyrum Hylari et Taciani.* 4) *Sedem episcopalem dicere videtur, cf. Du Cangii Glossar. sub voce archimonia.*

13. Natio perosa caelo terra simul veluti
in porcos immissam tetram legionem demonum
praecipitatam in mare salvator abegerat.

14. Ob illorum pertinacem fraudem et maliciam
ibi colubres et ranae degent in lacunulis[1]:
sicut deo sunt extorres, sic terreno agmine.

15. Pulso Gotho Longobardus adiit Italiam,
quem deus ad suam numquam perduxit noticiam,
et sub quo Iohannes abbas deguit hereticus[2].

16. Qui super nefanda nefas adiecit scelestius,
ut secutus apostatarum dampnatorum heresim,
ipse primus unam in duas scinderet ecclesiam:

17. Quod Hieroboam malignus in Israel egerat,
ut amisso templo dei adoraret vitulos,
quos conflatiles erexit rex infidelissimus.

18. Reus et periurus suo Viventio pontifici
isdem Foroiuliensi Iohannes in plebicula
erectus atque rebellis presulatum arripuit.

19. Superbus ob infideles et avaros iudices
Longobardos atque Gothos periit iusticiam
sanctorum et perietur[3] idem infideliter.

20. Tandem iudicante deo sanctorumque principe
Francorum katholicorum traditur in manibus
iniustis humilitatis penitus Italia.

21. Veneficus magnum regem promissis fallacibus
tunc Karolum Maxentius[4] ut totam Dalmatiam
suis exorabat dictis subderet imperio.

22. Xristo tribuente pius ut paternum solium
assederat Ludovicus, vir catholicissimus,
Maxentium patriarcham nota fraude deicit.

23. Ymnizanda quae pollebat iusticia iugiter,
eius conregnante magno filio Lothario[5],
quotiens est venenosus vocatus Maxentius.

13,1 terra *V*, terrae *corr. Dum.* 13,2 porcor missam tetra *V*, immissam tetram *Dum.* 14,2 semper ibi *V*, semper *delet Dum.* 14,3 extortes *V* 15,3 inuasor iohannes *V* deguit et *V*, *corr. Dum.* 16,2 dampnator *V*, damnatus apostâtarum sectator haeresium *coni. Dum.* 16,3 ipse primus *V*, ut *corr. Dum.* acclesiam *V* 18,2 iohannes foroiulensi implebicula *corr.* in *V*, *corr. Dum.* 19,2 longobordos *V* gothis *V* iusticia *V*, iusticiam *Dum.* 20,2 humiliatis *coni. Dum.* 21,1 Tunc ueneficus *V* 21,2 tunc *additi*

1) *Cf. Versus de destr.* 18, 3 *(aedes)* factae vulpium confugium | sive serpentium. — *L'auteur fait degere de la seconde conjugaison. DUM.* 2) *Cf. Pauli Diaconi Hist. Langob. IV* c. 33; *Chronica patriarch. Gradens.* c. 3. 3) *Dans le patois de plusieurs provinces, périr se prend encore dans un sens actif. DUM.* 4) *Aquileiensis patriarcha a.* 811 — c. 838 (*Sickel Acta Karolinor. II,* 77 — 80, 159, 167). 5) *Imperatores primo Venerio patriarchae faverunt, postea vero ei adversati sunt.*

24. Zelo dei Ludowicus cum patre Lothario
Aquilegium vocando non volet praestigia
falsa veniant, ut iustum superent iudicium.

25. Gloriosa deitatis unitatis trinitas,
fac devincere fallaces Aquilegienses nos,
principes ut exaltentur saeculorum in saecula.

24,1 Celo *V* 24,2 aquilegum *V* falsa non ualet *V* 24,3 ut iustum superaret ueniant *V*, falsa veniunt . . superet *corr. Dum.* 25,2 nos *add. Dum.* 25,3 exaltetur principum in eternum et in cuncta seculorum secula *V*, et exaltentur principes in omnia saecula *coni. Dum.*

HRABANI MAURI CARMINA.

Hrabanus Francus[1], *incertum a quibus parentibus*[2], *a. c. 776 Moguntiae*[3] *natus est, unde Magnentii cognomen*[4] *sibi ipse indidisse videtur. Fuldae monasterio puer, ut artibus liberalibus imbueretur, traditus, Baugolfo abbate monachos regente (780 — 802) a. 801 ad diaconi dignitatem promotus est*[5]. *Tum a Ratgario abbate cum Hattone monacho ad Alcuinum abbatem sancti Martini, a quo in schola Turonensi celeberrima erudiretur, missus*[6], *ab eo magni habitus Maurique cognomine, quo sancti Benedicti quondam discipulus carissimus utebatur, insignitus est*[7]. *Ex familiaritate vero, quae inter magistrum discipulumque intercessit, Hrabanum iam antea et diutius apud Alcuinum moratum esse concludas*[8]. *Unde Fuldam reversus cum ipse scholam dirigendam suscepisset, a. 814 ab Heistolfo archiepiscopo Moguntino presbyter ordinatus*[9] *fratres in tyrannide Ratgarii gravi tollenda a. 817 adiuvit*[10]. *Cum Aigilo abbate (817 — 822) sene familiaritate coniunctus iussu eius annis 819 et 822 titulos ecclesiis ab eo constructis, Bonifatio ipsi et Michaeli archangelo sacris, versibus composuit*[11], *commentariosque eodem tempore de institutione clericorum, de computo, in Matthaeum euangelistam edidit*[12].

---

1) *Cf. infra (p. 160) intercessionem Albini v.* 7 Ipse quidem Francus genere est. 2) *Mabillon (Acta SS. ord. S. Bened. saec. IV, 2, 21) Trithemii nugas iam refutavit. De Tutino, quem Hrabani fratrem fuisse suspicatur, cf. infra epitaphium eius.* 3) *Cf. Hrabani epitaphium v.* 3 Urbe quidem hac genitus sum. 4) *Ex praefatione libri de laudibus sanctae crucis, si literas colore rubro distinctas coniungas, haec verba efficiuntur:* Magnentius Hrabanus Maurus hoc opus fecit. *Codices eiusdem et Romanus (Christinae reg.* 124) *f.* 36 *et Vindobonensis* 652 *f.* 34 (*Denis codd. mss.* 1026) *hac subscriptione clauduntur:* Explicit deo curante opus Magnentii Hrabani Mauri in honorem sanctae crucis conditum. *Cf. de sensu cognominis Ebert Gesch. der Literatur des Mittelalters II,* 120. 5) *Ann. Lauriss. min.* 801 (*SS. I,* 120) Hraban diaconus factus. 6) *Catalog. abbat. Fuld.* (*SS. XIII,* 272) Eo quoque tempore Hrabanum et Hatton Turonis direxit ad Albinum magistrum liberales discendi gratia artes; *cf. infra intercessionem Albini v.* 8 — 12. 7) *Cf. Alcuini epistolam:* Benedicto sancti Benedicti puero Mauro (*Monum. Alcuiniana* 801, 876) *et quae ad hunc locum Iaffé attulit. In epistola Hrabani ad Hincmarum data* (*Kunstmann p.* 172) *laudatur ab eo* meus magister beatae memoriae Alcuinus. *Hincmarus in epistola ad illum data, Flodoardo teste* (*Hist. Remens. eccl. III c.* 21, *SS. XIII,* 514), *asserit,* hunc beatum Hrabanum solum tunc temporis de discipulatu beati Alcuini relictum. *Si coniecturae Eberti fides habenda est, Hrabanus a Theodulfo nomen eius recte interpretante Corvulus vel Corvinianus vocatur* (*cf. t. I,* 492, 493, *Literarisches Centralblatt a.* 1881 *col.* 1654). 8) *Cf. quae Ebert hac de re coniecit* (*Berichte der phil. hist. Classe der sächs. Gesellsch. der Wissensch. a.* 1878 *p.* 98 *sq.*). 9) *Ann. Lauriss.* (*l. l. p.* 122) 814 Hrabanus ordinatur ad presbyterum X. Kal. Ianuarii ab Heistolfo episcopo Magontiacensi, *cf. quae Hrabanus ipse in praefatione libri de clericorum institutione ei scripsit:* Tuo enim magisterio semper me libens subdam, quo recordor me accepisse dignitatem ecclesiasticam. 10) *Cf. supra p.* 99, *infra carmen mutilum de transitu monachorum.* 11) *Cf. supra p.* 94, 113. 12) *Cf. Kunstmann Hrabanus Maurus p.* 55—61.

INTERCESSIO ALBINI PRO MAURO

Scedi praesul meritis in saecula uiuens
Causam quam ferimus suscipe mente pia
Nempe ego cum fueram custos humilisq; minister
Istius ecclesiae dogmata sacra legens
Hunc puerum docui diuini famine uerbi
Ethicae monitis & sophiae studiis
Ipse quidem francus genere est atq; incola siluae
Bochoniae huc missus discere uerba dī
Abbas namque suus fuldensis rector ouilis
Illum huc direxit ad tua tecta pater
Quod mecū legeret metri scolastica artem
Scripturam & sacram rite pararet ouans
Post ubi sex lustra impleuit iam scribere temptans
Ad xpi laudem hunc edidit arte librum
Quo sripicos numeros tropicas & rite figuras
Indidit ut dona panderet alma dī
Passio quid xpi mundo conferret honoris
Qualiter antiquum uinceret & celidrum
Quod sic uenturum scī cecinere prophetae
Ac libri legis grammate rite dabant
Et quia se meminit nutritum in domate claro
Istius ecce loci hinc tibi dona ferret
Quae licet indigna & uilia sint tutamen ipsa
Patronus mittit accipe quaeso pie
Altithrono & redde pignus quod praestitit ipse — Inst
Exstitit ut grates redderet ore dō — Quiqua
Crimine promiseri largas tu funde potenti
Alme precamino sicque iuuato tuum
Qui multa infanda sem& fatetur egisse
Aetas lasciua quanta patrare solet
Sed sper firma manet bonitas ei magna tonantis
Ipsum quod saluet omnipotens medicus

Aigilum a. 822 defunctum ipse abbas secutus studia Fuldensia, quae iam antea felicibus auspiciis incohaverat, libris vel a se scriptis[1] *vel aliunde comparatis adauxit et clariora reddidit.* 'Cuius omne studium, *ut Ruodolfi verbis utar*[2], fuit in meditatione legis domini et in doctrina veritatis, curaque maxima circa disciplinam monasticam et profectum discipulorum. Mens eius ad ea disponenda, quae ad cultum divinum pertinent, semper erat intenta. Quotiescumque a curis saecularibus, quas, prout possibile erat, toto nisu declinabat, liber esse permittebatur, aut alios sacris litteris instruebat aut in legendo vel dictando divinis scripturis semet ipsum pascebat. Inter haec et alia, quibus in oratione, vigiliis et abstinentia ceterisque virtutum titulis formam se sibi subditis praebebat, monasterium totum domibus apertis et habitaculis congruentibus exstruxit et ecclesiam ex diverso metallorum pretiosarumque vestium genere pulchra varietate decoravit. Per cellas quoque fratrum sibi commissorum et per alia loca multa ad se pertinentia, in quibus prius non erant, ecclesias cum permissione episcopi sui construxit[3], quas collectis undecumque sanctorum reliquiis, eorum nomine et honore consecrari fecit'.

Cum Hrabanus Hludowico Pio imperatori, quem in calamitate anni 834 consolari conatus est[4], *admodum deditus esset atque unitatem regni Francorum Hlothario fautore suo imperante vehementer optaret, discordiam et ruinam imperii aeque deploravit atque Otgarius archiepiscopus aliique illarum partium viri. Quamobrem a. 842 Hlothario devicto taedio rerum novarum, quibus ipse repugnare non potuit, affectus, in montem sancti Petri, dignitate abbatis sua sponte Hattoni amico ac socio derelicta, secessit*[5], *ut otium literarum colendarum sibi pareret.*

Sed postquam Hludowici Germanorum regis, qui ipse eum adiit, gratiam sibi reconciliavit[6], *ex voluntate eius Otgario defuncto anno 847 archiepiscopi Moguntini munus invitus suscepit*[7]. *Cui ecclesiae cum per novem annos praeesset, tres synodos annis 847, 848, 852, in quibus decreta multa et rei publicae utilia statuebantur, congregavit ac Gothescalci Saxonis, monachi quondam Fuldensis, haeresim acerrime impugnavit*[8]. *Multis rebus praeclare gestis septuagenarius a. 856 mortem obiit*[9], *excepto Bonifatio clarissimus fortasse omnium Moguntinae sedis archiepiscoporum. De cuius eruditione summa Hlotharius imperator ipse existimator sit*[10], *qui ita ei scripsit:* 'Immensas omnipotenti deo laudes gratiasque rependimus, qui.. non dispari nos quoque quam predecessores nostros doctrinae

---

1) *Catalog. abbat. Fuld. l. l.* fecit et bibliothecam, quam tanta librorum multitudine ditavit, ut vix dinumerari queant. 2) *Brower Antiquit. Fuld. p.* 225. 3) *Cf. ibid. p.* 249 Aliorum autem sanctorum reliquias de diversis partibus orbis plurimas congregavit, atque in oratoriis, quae tempore sui regiminis triginta construxerat... honorifice collocavit. 4) *Cf. Simson Ludwig der Fr. I,* 80—83. 5) *Ann. Lamberti (Hildesh., Quedlinb.)* 842 Lutheri expulsus est a regno et Raban abbas de monasterio, *cf. Dümmler Gesch. des Ostfränk. Reiches I,* 171, 301; *Ruodolf. l. l.* Cum .. deposito curae pastoralis pondere ad ecclesiam, quam ad orientem monasterii in monte constructam esse supra dixi, se contulisset, ibi manens ac deo serviens caelesti philosophiae vacabat; *Catalog. abb. Fuld.* (*SS. XIII,* 273) Uvesberg, quem aedificavit, perrexit; *Lupi epist. ad Rhabanum* (40 *p.* 79 *ed. Baluzius*) Ceterum audivi sarcinam administrationis vestrae vos deposuisse et rebus divinis solummodo nunc esse intentos, Hattoni vero nostro curam sudoris plenam reliquisse. 6) *Dümmler Gesch. des Ostfränk. Reiches I,* 302. 7) *Ruodolfi ann. Fuld.* 847 VI. Kal. Iulii; *Ann. Xantens.* 847 (*SS. I,* 365, *II,* 228) Hereban magister et abbas de Fuldo, defuncto Otgero episcopo archiepiscopus et successor eius effectus est, *cf. Epitaph. Hrabani v.* 9, *Forsch. V,* 387. 8) *Dümmler Gesch. des Ostfränk. Reiches I,* 303 — 319, 340 — 346. 9) *Boehmer-Will Regesta archiepp. Maguntin. I,* 70. 10) *Kunstmann p.* 221. *Ab Ermenrico vocatur* (*V. Solae c.* 6, *Canisii Lect. ant. IV,* 549) in omni parte peritissimus domnus abba Hrabanus; *Notatio Notkeri de illustr. viris:* Si glossulas volueris in totam divinam scripturam, sufficit tibi Hrabanus Magontiacensis archiepiscopus (*Formelbuch des Bischofs Salomo p.* 69).

suae iubare inradiare dignatus est. Nam si illis Hieronimum, Augustinum, Gregorium Ambrosiumque et ceteros quam plurimos prebuit, et nobis idem opifex eiusdem meriti et scientiae contulit Rhabanum Maurum'.

Cum multo maior operum Hrabani pars ad scientiam divinam et res sacras pertineat ideoque a proposito nostro aliena sit, — erat enim, *Ruodolfo teste,* in scripturis a pueritia valde studiosus et . . lectionem divinorum librorum plurimum adamavit, — *poemata quoque haud pauca sed invita Minerva edidit.* 'Metricam autem rationem', *ita ipse hac de redisserit,* 'quae per artem grammaticam discitur, non ignobile est scire. . . Quam ob rem non est spernenda haec, quamvis gentilibus communis ratio, sed quantum satis est perdiscenda, quia utique multi euangelici viri insignes libros hac arte condiderunt et deo placere per id satagerunt, ut fuit Iuvencus, Sedulius, Arator, Alcimus [1], Clemens, Paulinus et caeteri multi. Poemata autem et libros gentilium si velimus propter florem eloquentiae legere, typus mulieris captivae tenendus est, quam Deuteronomium describit' (21, 11—13).

Ex Hrabani poematibus magnam aequalium ac posterorum admirationem liber de laude sanctae crucis singularior quam pulchrior metro heroico compositus movit[2], *quem ex more Sedulii et Prosperi in duos libellos dividit*[3]. 'Hoc est', *ut Ruodolfum de consilio eius loquentem faciam,* 'unum metrico stilo cum figuris mysticis, quae in divinis libris longe ante praenotatae sunt, ut in his manifestaretur Christi passio et redemptio nostra in figura sanctae crucis esse praenuntiata. In quo etiam soluta oratione subiecta est uniuscuiusque figurae explanatio et sic viginti octo, excepta superliminari pagina, videntur in ea contineri figurae simul cum expositionibus suis. Sequentem autem libellum ideo conficiendum putavit, quem etiam in viginti octo capitulis breviavit, ut locutionem metrici prioris libelli in eo lucidiorem faceret'. *In qua canendi ratione, quae cum poesi nihil commune habet, Hrabanus inprimis Porfyrii Optatiani exemplum a se ipso laudatum*[4] *secutus est, qui artificiis similibus Constantini Magni imperatoris gratiam recuperavit.*

Hunc librum, cuius consilium Alcuino praeceptore etiamnunc vivo cepisse videtur[5], *anno aetatis suae circiter trigesimo scribere coepit*[6] *et Hattoni amico, a quo se multum adiutum esse ipse fatetur, primo dedicavit*[7]. *Exemplaria eius splendissima misit (post annum 831) Hludowico imperatori*[8], *Otgario archiepiscopo (826—846)*[9], *per Aschricum et Ruodbertum monachos a. 844 Sergio papae, cum Gregorius IV. modo obierat*[10], *Eberhardo duci Foroiuliensi ab ipso rogatus*[11], *monachis denique sancti Dionysii*[12].

---

1) *Cf. excerptionem de arte grammat. Prisciani* (*Migne CXI,* 670) Historia *(enarrativi poematis species)* est, qua narrationis genealogiae componuntur, ut est metrum de generatione mundi et situ et qualitate diversarum gentium et liber Alcimi et his similia. 2) *Ruodolfi ann. Fuld.* 844 Hrabanus quoque sophista et sui temporis poetarum nulli secundus librum, quem de laude sanctae crucis Christi figurarum varietate distinctum difficili et mirando poemate composuit *etc.; Sigebert. Gemblac. de SS. ecclesiast. c.* 89 librum de laude sanctae crucis mira varietate depictum. 3) *Cf. praefationem libri secundi:* Mos apud veteres fuit, ut gemino stilo propria conderent opera, quo iocundiora simul et utiliora sua legentibus forent ingenia . . Ut de caeteris taceam, quid aliud Prosper ac venerandus vir Sedulius fecisse cernuntur? *Cf. supra p.* 94. 4) *Cf. Prolog.* (*Migne Patrol. CVII,* 146) quod idem et Porphyrius fecit, secundum cuius exemplar litteras spargere didici. *De codice Parisino* 2421, *qui et Hrabanum et Porfyrium continet, cf. Publilii Optatiani Porfyrii Carmina ed. Müller p. XXI.* 5) *Cf. infra intercessionem Albini pro Mauro.* 6) *Ibid. v.* 13—14, *unde Ruodolfus hausit.* 7) *Hrabani epist.* (*Kunstmann p.* 169) Librum sanctae crucis, quem te adhortante inchoavi, te collaborante dictavi, teque opitulante perfeci, tibi postquam consummaveram ad probandum direxi *(ante annum certe* 814, *cum Hattonem fratrem et conlevitam nominet).* 8) *Migne l. l.* 144 Nam gentes Graecorum dona pretiosissima illi deferunt, similiter et regna Persarum, *cf. ad hunc locum Simson Ludwig der Fr. II,* 11 *n.* 11. 9) *Cf. infra p.* 162. 10) *Ruodolfi ann. l. l.* 11) *Hrabani epist. ad Heberardum comit. (Sirmondi opp. varia II,* 1019 *ed. Veneta).* 12) *Cf. infra p.* 162 *versus eius.*

Caetera Hrabani carmina pars amicos eius et fautores celebrant, pars ecclesiis paulo ante dedicatis inscriptiones altarium condunt, accedunt epitaphia nonnulla hymnique complures, de quorum auctore dubitatur. In quibus omnibus Hrabanus sua ipsius arte parum fretus poetas antiquiores inmodestius expilavit, Vergilium[1], *Ovidium, Iuvencum, Sedulium, Columbam Hibernum*[2], *Venantium Fortunatum*[3], *praecipue vero Alcuinum ipsum, cuius Monastica saepius laudat*[4]. *In metris vatum antiquorum inprimis versatus tamen ne artis quidem rhythmos conficiendi expers fuisse videtur. Nomina cum Graeca et Latina tum barbara interdum interpretans argumenta ad amicos adhortandos vel laudandos inde sumpsit*[5]. *In versibus pangendis non semper accuratus legibus metricis interdum liberius utitur, cum in caesura hiatum admittat syllabasque breves producat atque aliis quoque locis de syllabarum quantitate parum curet.*

Ex Hrabani operibus poeticis librum de laudibus sanctae crucis compositum hic omittendum duxi, ne ambagibus eius vastis atque insulsis lectores taedio afficerentur. Qui usque ad finem saeculi XV. saepissime descriptus iam anno 1505 a Wimphelingio Pforzheimii primo editus est. Librorum eius manuscriptorum splendidissimi atque antiquissimi sunt, quorum supra iam memini, Vindobonensis 652 et Vaticanus Christinae reginae 124, uterque Otgario archiepiscopo Moguntiacensi dedicatus. Illum Guilelmus Diekamp V. Cl. usui nostro evolvit ac prooemia cum editis contulit, de hoc Paulus Ewald accuratius ad nos retulit. Versus, quibus Hrabanus opus suum monachis sancti Dionysii misit, ex codice Parisino 2421 (quondam Bigotiano) saec. IX. Mabillon (Acta SS. IV, 2, 40, Ann. ord. S. Bened. II, 647) primus edidit[6], *ipse cum codice iterum contuli. Dum Migne abbas (Patrolog. curs. CVII) editionem principem integram repetivit, Adolfus Henze Lipsiae 1847, nescio utrum ex codice aliquo an ex libris impressis, figuras tantum, commentario ac libro secundo neglectis, recudendas curavit.*

Amplam poematum Hrabani syllogen Christophorus Browerus alteri Venantii Fortunati editioni a se paratae a. 1617 in appendice adiecit 'ex probato et pervetusto MS. cuius tamen possessor latere voluit' renatam. Quamvis ex his verbis librum illum tunc ad privatum aliquem pertinuisse probabile videatur, Browerus tamen alio loco (Annal. Trevir. I, 415) Hlotharii epitaphium, quod eidem debebat, 'ex pervetusto poematum Rhabani codice bibliothecae Fuldensis' se edidisse fatetur. 'Libri membranacei sed male excepti' titulum laudat: Versus Hrabani de diversis XIV. ord. XIX. *De codice ipso, qui suo iam tempore quinque locis (p. 27, 31, 40, 48, 51, 95) atque in fine manu rapaci*

---

1) *Quem in commentariis suis saepius laudat (Commentar. in ecclesiast. VII c.* 5 poeta nobilis), *sed etiam Lucanum, Persium, Martialem, Terentium commemorat.* 2) *Metrum Columbani vel Columbae Hiberni de fabrica mundi ediderunt Boucherie Mélanges latin. p.* 15 — 24, *Reifferscheid, Biblioth. patr. Italic. II,* 80 — 82, *exstat etiam in codice lat. Monac.* 18665 *f.* 229 — 231, *cf. A. Mai Spicil. V,* 192. *Rhythmum de fide catholica, quem Hrabanus magna ex parte ex Columba expressit, W. Grimm (Gesch. des Reims p.* 684) *et Baehr (Röm. Literatur im Karol. Zeitalter p.* 106) *sine iusta ratione ei abiudicare voluerunt.* 3) *In excerptione de arte grammatica Prisciani (Migne Patrol. CXI,* 622) *laudat Fortunati libellum spurium, quem de beatae Mariae laude cecinit, cf. Venanti Fortun. opp. poet. ed. Leo p.* 371—380. 4) *Excerptio de arte grammat. Prisciani (Migne CXI,* 670) Angelitica *(enarrativi poematis species)* est, qua sententiae scribuntur, ut est Theognidis liber et Monastica Albini, quae species in plurimis poematibus sparsim posita reperitur; *cf. ibid. p.* 653 Et Albanus in Monasticis: Omnia quae dicunt homines, tu credere noli (*t. I,* 276 *v.* 40); *Commentar. in Ecclesiast. l. VII c.* 5 (*Migne CIX,* 994): Unde quidam poetarum ait: Felix qui loquitur causam prudentis in aurem (*ib. p.* 277 *v.* 56). 5) *Ebert Gesch. der Literatur II,* 127 *n.* 2. *Nomina interpretatur Gregorii, Samuelis, Praeclari, Baturici, Friduri̇ci, Isanberti, Brunwardi, Gerhohi, Walahfridus simili ratione nomina Altgeri, Erlebaldi.* 6) *Specimen codicis Corbeiensis saec. X. dedit Mabillon De re diplomat. p.* 363 *n.* 4, *eiusdem fortasse qui nunc est Ambianensis* 171. *De codice Gothano (G) saec. XV. cf. Jacobs u. Ukert Beiträge III,* 35.

vel neglegenti detrimentum ceperat, haec addit (p. 123): 'Codicis hic mutili et hiantis sortem deplorent merito homines antiquae historiae et ecclesiarum suarum originum amantes. Nam praeter inscriptiones et lemmata, quae librarius saepenumero neglexit, plagulae membraneae complures excisae, atque sic una tituli et argumenta versuum non pauca periere'. Broweri editionem repetiverunt Colvenerius (Hrabani Mauri opp., Coloniae Agripp. VI, 202) et Migne (Patrolog. CXII) nullis aliis subsidiis adiuti.

Codicis Fuldensis (F) a Browero adhibiti pars prior in monasterio Heremi (Einsiedeln) Helvetico in libro, cui inscribitur 266, p. 207—224 ad nostram pervenit aetatem. Qui saeculo X. scriptus ac cum opusculis ab eo alienis una ligatura coniunctus beneficio bibliothecarii Halis a me cum editione collatus est. Scriptura minuta, distichon quodque unam lineam efficit. Ultima eius pagina ita detrita est, ut non omnia legi potuerint. Multo maiorem vero horum carminum partem nobis omni codicum ope destitutis a Browero repetere opus fuit, qui nonnulla ex eis etiam antiquitatibus Fuldensibus inseruit. In quibus cum Ruodolfi monachi Fuldensis libellum de reliquiis a Hrabano abbate translatis primus ex codice iam deperdito ederet, in eo additamentum titulorum ecclesiasticorum a Hrabano conditorum praebuit, quod loco suo inseruimus. Inter hymnos codicis Fuldensis nonnulli exstant, de quorum origine utrum a Hrabano compositi sint necne, Browerus iam dubitavit, quosque manu non antiquissima insertos asteriscis insignivit, nec nobis eos omnes recipere placuit. Praeterea omittenda erant epitaphia Alcuini[1] et Hiltibrati, Moguntiacensis archiepiscopi[2], Theodofridi versus de sex mundi aetatibus saeculi VII.[3], rhythmi de obitu Caroli Magni[4] et de historia Iosephi[5] alii loco reservanda et carmen de ave phoenice, quod Lactantio attribui solet (Anthol. lat. ed. Riese 731 v. 1—16). Nec minus fragmenta duo (61 et 70 apud Browerum) carminis in laudem sanctae Mariae virginis, quod Venantio Fortunato tribuitur (ed. Leo p. 380 v. 351—360).

Haistulfi, Otgarii, Hrabani ipsius, archiepiscoporum Moguntiacensium, epitaphia conservavit nobis praeter Fuldensem etiam codex Wirziburgensis saeculi XV. exeuntis chartaceus fol. 187 f. 144'—146' a Philippo Iaffé et Guilelmo Wattenbach iamdudum collatus. Hrabani titulum ab eo ipso conditum descripsit ex codice Romano Ottoboniano 3295 saec. IX. (quondam S. Pantaleonis Coloniensis) L. Bethmann[6], edidit ex codice Parisino 11684 saec. XII. (quondam Corbeiensi) f. 218 Mabillon (Acta SS. IV, 2, 36), cuius editionem cum codice iterum contuli.

Hrabanus Alcuini magistri sui aliorumque virorum doctorum exempla secutus opera a se elucubrata interdum carmine fautoribus vel amicis dedicavit, sed non in omnibus eorum exemplaribus hi ingenii lusus inveniuntur. Prooemium poeticum librorum de institutione clericorum ad Heistulfum datum post Browerum edidit Steph. Baluzius (Miscellanea IV, 553) ex codice Parisino 2399 (Colbert. 416) saec. XI, quocum alterum Parisinum 2440 f. 130 saec. X. A. Molinier contulit. In codicibus Monacensi vero 14210 (L) quondam S. Emmerammi saec. IX. f. 7 a me descripto et in Parisinis 1938 (ol. Claudii Puteani) et 2399 saec. XI.—XII. (P 1 et 2) altera eiusdem libri praefatio ad fratres Fuldenses data reperitur: utramque edidit Browerus (p. 98—100). Disticha XIV, quibus Hrabanus commentarium in libros regum Hilduino abbati dedicatum, etiam Hludowico imperatori obtulit, primus edidi (Neues Archiv V, 428) ex duobus codicibus Monacensibus 14384 saec. IX.—X. f. 2' (quondam S. Emmerammi) et 17110 saec. XII. f. 2' (quondam Scheftlariensi), quibus accedit cod. Monac. 18189 (quondam Tegernseeensis) saec. X.—XI. f. 3. Eidem Hludowico Hrabanus commentationem de virtutibus et vitiis

---

1) *Cf. huius operis t. I,* 350. 2) *qui obiit anno* 937 *II Kal. Iun.* 3) *quos edidi Zeitschrift für Deutsches Altertum XXII,* 423—425, *cf. XXIII,* 280. 4) *Cf. t. I,* 433. 5) *Duméril Poésies inéd. du moyen âge p.* 286—294, *Hagen Carmina* 84—90. *Epitaphium Eigili supra p.* 117 *iam edidi.* 6) *Cf. Archiv XII,* 374.

nuncupavit sex distichis, quae iam Wolfgangus Lazius ex codice Vindobonensi 842 (Theol. 671) saec. IX. foras dedit (Fragmenta quaedam Caroli Magni, Antverpie 1560 p. 191). Librum, de quo Denis (Codd. mss. bibl. Caes. I, 1027—1031) fusius egit, contulit Ottenthal V. Cl.

Versus mesostichos ad Iuditham imperatricem datos, qui commentario libri Iudith praecunt, post editores antiquiores[1] *H. Hagen (Carmina medii aevi 126—128, 222) iterum ex codice Genevensi 22 saec. IX. f. 3' publici iuris fecit*[2]. *De quo libro conferas Senebier Catalogue des mss. de Genève p. 79. Eundem commentarium Hrabanus Irmingardae quoque imperatrici, Hlotharii uxori, dedicavit, versibus acrostichis, quos Nolte primus reperit atque edidit (Katholik 1875 p. 107). Et huius carminis et alterius, quo ille commentarium libri Hester et ipsi Irmingardae attribuit, cum editione Noltiana comiter contulit Wattenbach codicem unicum Darmstadiensem 749 saec. XII. (quondam S. Alexandri in Grascaph) f. 1', de quo accuratius egit Neues Archiv VII, 622—624. Ex codice Sancti Galli 458 saec. IX.*[3] *p. 6—8 Mabillon disticha XII ad Grimaldum abbatem data edens (Anal. vetera 419) Hrabani martyrologium a Canisio primo ex eodem libro impressum supplevit.*

Ex hymnis a Browero Hrabano assignatis nonnulli in aliis quoque libris manuscriptis occurrunt, quorum hi nobis praesto fuerunt:

(B) Bruxellensis 8860—8867 (cf. Neues Archiv IV, 155) f. 27' De caritate et avaritia, *f. 36* De resurrectione domini; *f. 41* De nativitate domini.

(V) Veronensis XC (85) f. 61' Deus orbis reparator *(cf. Neues Archiv IV, 152).*

Sancti Galli 899 (ib. 276) p. 118 Ymnus de natali domini, *quem edidit Canisius (Lect. ant. VI, 506).*

Monacensis 14461 saec. IX. f. 149 Festum nunc celebre[4].

Monacensis 10077 (Cimel. 173) saec. XI.—XII., f. 2 Lumen clarum rite fulget.

(C) Coloniensis ecclesiae metropolitanae XXXV saec. IX. f. 224', unde edidit hymnum Gratuletur omnis caro *Wattenbach Coloniens. codd. p. 105.*

(E) Escorialensis 6. III. 2 saec. IX. f. 12 post sancti Hieronymi libros Gratuletur omnis caro. *P. Ewald hunc codicem contulit, de quo confer Archiv VIII, 810, Neues Archiv VI, 233, Steinmeyer u. Sievers die ahd. Glossen II, 326. Ex breviario Constantiensi anni 1499 eundem hymnum Gallus Morel iam antea ediderat (Lat. Hymnen p. 12). Hymnorum sub Hrabani nomine a Browero editorum, de quorum omnium scriptoribus nihil certi affirmare ausim, in appendice vel ex editione eius vel ex codicibus eos repetivi, qui inter Hrabani tantum opera inveniuntur, eos vero praetermisi, qui in sylloge a Francisco Mone parata vel in aliis libris satis usitatis legi possunt. Quibus poetis haec carmina tribuenda sint, ea de re penes existimatores me peritiores iudicium esto.*

I.

I. INTERCESSIO ALBINI PRO MAURO.

Sancte dei praesul, meritis in saecula vivens,
  Causam quam ferimus suscipe mente pia.

[I] Intercessio — Mauro *codd. libri de laudibus sanctae crucis,* Versus Mauri ex persona Albini magistri sui de libro sanctę crucis ad sanctum Martinum directo [ubi magister pro discipulo suo sanctum Martinum deprecatur] *F p.* 209.

1) *Ed. Coloniens. III,* 243; *Migne Patrol. CIX,* 541. 2) *In catalogo bibliothecae Augiensis Ruadhelmo abbate* (*ob.* 842) *conscriptus reperitur* (*Neugart Episcopat. Constant. Ia,* 547): Item liber expositionis in Hester Hrabani Mauri abbatis et alius liber eiusdem Hrabani in Iudith, uterque ad Iudith augustam editus. 3) *Hunc codicem Grimaldus ipse bibliothecae monasterii legavit, cf. Weidmann Gesch. der Stiftsbibliothek p.* 398. 4) *Ebert* (*Gesch. der Literatur II,* 145) *propter metrum Asclepiadeum hunc hymnum a Hrabano compositum esse coniecit.*

Nempe ego cum fueram custos humilisque minister
Istius ecclesiae dogmata sacra legens,
5 Hunc puerum docui divini famine verbi,
Aethicae monitis et sophiae studiis.
Ipse quidem Francus genere est, atque incola silvae
Bochoniae, huc missus discere verba dei.
Abbas namque suus [1], Fuldensis rector ovilis
10 Illum huc direxit ad tua tecta, pater,
Quod mecum legeret metri scolasticus artem,
Scripturam et sacram rite pararet ovans.
Ast ubi sex lustra implevit [2] iam scribere temptans [3]
Ad Christi laudem hunc edidit arte librum;
15 Quo typicos numeros, tropicas et rite figuras
Indidit, ut dona panderet alma dei;
Passio quid Christi mundo conferret honoris,
Qualiter antiquum vinceret et celidrum,
Quod sic venturum sancti cecinere prophetae [4]
20 Ac libri legis grammate rite dabant.
Et quia se meminit nutritum in domate claro
Istius ecce loci, hinc tibi dona feret [5].
Quae licet indigna et sint vilia, tu tamen ipsa
Patronus mitis accipe, quaeso, pie,
25 Altithrono et redde pignus [6] quod praestitit ipse,
Instanter poscens artifici veniam [7].
Qui quantum potuit fecit, non debitor ipse
Exstitit, ut grates redderet ore deo.
Crimine pro miseri largas tu funde potenti,
30 Alme, preces [8] domino, sicque iuvato tuum,
Qui multa infanda semet fatetur egisse,
Aetas lasciva quanta patrare solet.
Sed spes firma manet, bonitas ei magna tonantis,
Ipsum quod salvet omnipotens medicus,
35 Sanguine qui proprio laxavit debita mundo,
Abluit et fonte crimina multa sacro [9].
Tantum tu precibus ipsum meritisque sacratis
Commenda Christo, sicque beatus erit;
Praesentem et vitam peragit sospesque futurae
40 Servatur patriae: protege, sancte, tuos.

II.

Pontificem summum, salvator Christe, tuere
Et salvum nobis pastorem in saecula serva,
Praesul ut eximius sit rite Gregorius [10] almae
Ecclesiae custos doctorque fidelis in aula.

---

4 eclesiae docmata *F* 7 incole *corr.* la *F* 13 impleui *F* 23 uilia sint *VFG* 27 fecit *om. edd.* non quantos [id est quantus] debitor *V*, quantum debitor *FG* 31 infunda *corr.* infanda *V* 38 eris *V* || Pontificem — aula *om. F, picturae Gregorii papae in quadrum litera capitali circumscripti sunt V f.* 3.

1) ***Ratgarius*** (802—817). 2) ***Venanti C. IV,*** 7, 19 Sex qui lustra gerens. 3) ***Iuvenci H. euang. I,*** 113 tabulis cum scribere temptat. 4) ***Sedul. Carm. pasch. II,*** 35 Haec ventura senes postquam cecinere prophetae. 5) ***Georg. III,*** 22 Dona feram. 6) ***Fast. II,*** 430 Reddebant ... pignora. 7) ***Aen. IV,*** 50 posce deos veniam. 8) ***Ib. VI,*** 55 funditque preces. 9) ***Ib. VII,*** 83 sacro | Fonte; ***Sedul. C. Pasch. IV,*** 269 fontibus abluta sacris. 10) ***IV.*** 827—844.

III.

Sedis apostolicae princeps, lux aurea Romae,
    Et decus et doctor plebis et almus amor,
Tu caput aecclesiae es, primus patriarcha per orbem,
    Praeclarus meritis et pietate potens,
5 Sal terrae, mundi lux atque urbs inclita Christi [1],
    Perpetuae praebens lucis iter populo.
Vestra valet caelum reserare et claudere lingua [2]:
    In terris positus claviger aethereus [3].
Tu renovator ades patriae spes rector honorque,
10   Dulcis amor [4] cunctis, dignus amore dei.
Tempora sunt huius vitae nunc plena periclis [5],
    Bella movent [6] gentes, hostis ubique furit.
Unde opus est valde, tua quod protectio fortis
    Succurrat miseris, quos inimicus odit.
15 Eripe, sancte, piis monitis precibusque sacratis
    Commissum tibimet, pastor, ab hoste gregem,
Ut tua laus maneat, merces et gloria semper,
    Cum Christo in caelis regna beata [7] tenens,
Principi apostolico Petro coniunctus in aevum,
20   In terris vicem cuius et ipse geris.

IV.

Praesul amate deo [8] te, papa Gregorius, oro
    Inter oves proprias me ut miserum numeres,
Sisque tui famuli protector verus et ipsum
    Aeterno domino restituas precibus,
5 Qui se totum offert, parva haec et dona ministrat [9],
    Commendans tibimet seque suaque simul,
Per te ut alma crucis laus nunc acceptior exstet
    Principi apostolico munera missa Petro,
Quae Christi ad laudem conscripta est tempore prisco [10]
10   Ludere dum libuit carmine [11] versifico.
Credo quidem [12] memet per te conquirere posse
    Vitam, quam nequeo per propria merita.
Te deus aeternus, mundi mitissimus auctor,
    Tempore longevo protegat atque regat [13],

[III] Ad Gregorium papam de libro sanctę crucis sancto Petro directo *F p.* 208, *sine titulo V* 3 eclesiae *F* 5 adque *corr.* atque *F* clita *F* 8 clauier g *superscr. F* aetherius *corr.* eus *V* 12 Boella *corr.* Bella *F* 14 inimicos *corr.* cus *manu poster. V* || [IV] *sine titulo FV*, Offert munus pontifici *edd.* 8 munere *F*

1) *Alcuin. ad Leonem v.* 27 (*I,* 247) Aurea lux mundi, terrae sal; *ad Aedilhardum* 1 (*t. I,* 235) Urbs aeterna dei, terrae sal, lumina mundi. 2) *Ib. X,* 4 (*I,* 235) Vestra aperire polum poterit vel claudere lingua. 3) *Alcuin. ad Leon.* 6 (*I,* 245) Claviger aetherius. 4) *Alcuin. ad Homer.* 5 (*I,* 237) dulcis amor. 5) *Alcuin. ad Aquilam* 21 (*I,* 261) Tempora sunt nimium variis nunc plena periclis. 6) *Aen. XII,* 333 Bella movens. 7) *Ov. Ep. XII,* 24 regna beata. 8) *Alcuin. ad Leon.* 2 (*I,* 247) Praesul amate deo. 9) *Aen. VIII,* 181 Dona... ministrant. 10) *Sedul. C. Pasch. V,* 259 tempore prisco. 11) *Georg. IV,* 565 Carmina qui lusi. 12) *Aen. IV,* 12 Credo equidem. 13) *Alcuin. ad Leonem* 8 (*I,* 247) Te deus aeternus, mundi mitissimus auctor; 10 Protegat atque regat longaevo tempore sanum.

15 Ut valeas, vigeas sanus, et prospera captes
Hic, et in aeternum regna superna metas.
Te vigilem servet qui non dormitat in aevum [1],
Nominis atque tui restituat meritum.
Ut vigilet cautus pastor Gregorius adsis
20 Sancte tuis ovibus: papa beate, vale.

V.

Accipe, sancte pater Otgari [2], summe sacerdos,
Librum, quem dudum mente dedi et calamo.
Qui laudem Christi resonat, crucis ardua facta,
Munere quae Christi dona beata dedit [3],
5 Destruxit mortem, vitam concesserat almam
Et genus humanum [4] reddidit artifici.
Hoc opus ergo tuus decessor semper amandus
Expetit Haistolfus, cui quoque hoc dederam.
Sed quia hic claustra superavit carnis ovando,
10 Et vultum Christi cernere [5] semper amat:
Tu modo suscipias, teneas ac rite fruaris,
Artificem vilem rite tuendo prece.

VI. DILECTISSIMIS IN CHRISTO FRATRIBUS IN CENOBIO SANCTI DYONISII MARTYRIS CONSTITUTIS RABANUS VILISSIMUS SERVORUM DEI AETERNAM IN DOMINO OPTAT SALUTEM.

Martyribus sanctis placuit mihi mittere donum [6],
Tempore quod prisco [7] versibus ediderам.
Nam crucis ad laudem Christi prosaque metroque
Confeci librum mente manuque [8] simul.
5 Quem post Augusto Hludowico offerre placebat,
Sedi et apostolicae mittere post libuit,
Quo verba et sensum facundia rite probaret
Urbis Romanae dogma et apostolicum.
Et quia cum sociis sanctus Dyonisius olym
10 Inde est huc missus, ipsum opus ei dederam.
Quod, fratres sancti, accipiatis, posco, libenter,
Pro artifice ac vili fundite rite preces [9],
Ut deus omnipotens [10], cunctorum conditor almus,
Delicti veniam det [11] pius ipse suo,
15 Protegat inlesum, totum et conservet in aevum,
Ut cum fine bono hinc scandat ad alta poli.
Christus vos salvet, Christus conservet ubique,
Semper in aeternum, ut opto, valete bene.

---

19 assis *F* || [v] *ex codd. Romano Christinae reg.* 124, *Vindobonensi* 652 || [vi] *ex cod. Paris.* 2421

1) *Sedulii Carm. Pasch. III,* 57 quia non dormitat in aevum, | Qui regit Israel. 2) *Ex Ponto IV,* 1, 1 Accipe, Pompei. 3) *Met. IX,* 157 Dona det illa viro. 4) *Aen. I,* 542 Si genus humanum. 5) *Sedulii Carm. Pasch. V,* 237 meruerunt cernere vultum. 6) *Ex Ponto III,* 8, 2 Dona ... mittere. 7) *Cf. supra p.* 161 *IV v.* 9. 8) *Cf. Fast. I,* 406 arte manuque. 9) *Cf. supra p.* 160 *v.* 29. 10) *Venanti C. X,* 11, 22 Quos deus omnipotens. 11) *Georg. IV,* 536 dabunt veniam; *Ex Ponto IV,* 2, 23 Da veniam fasso,

II.

I. [AD HAISTULFUM ARCHIEPISCOPUM MAGONTINUM CUM ILLI DE INSTITUTIONE CLERICORUM LIBROS GRATI OFFICII CAUSA DEDICARET].

Haec tibi, sancte pater, devote munera trado, 819
 Quae tu dignanter qualiacunque cape[1].
Tu decus es nostrum[2], doctor, summusque sacerdos,
 Dux sacer et princeps, lux, via, pastor, honor.
5 Nam quia tu templum dedicasti martyris almi,
 Per servum donum hoc martyr et ipse dedit,
Nam est nonus et decimus octingentesimus annus,
 Ex quo salvator venit in arva pius.
Qui te perfectum tribuat faciatque beatum,
10 Inserat et laetum coetibus angelicis[3].
Abbas namque meus[4] vesterque fidelis amicus
 Aeigil haec voluit reddere dona[5] tibi.
Se totum atque offert, suaque omnia sponte ministrat,
 Quem tecum summus salvet in arce deus.

II. PROHEMIUM AD FRATRES FULDENSIS MONASTERII.

Cernite quid voluit, fratres, sententia legis,
 Quae mandat rite noscere verba[6] dei.
Qui habet ergo aures, hic audiat, inquid, apertas,
 Quid dicat sanctus spiritus aecclesiis.
5 Cui psalmista pari concordat grammate, plebem
 In legem domini cernere rite iubens.
Sic quoque nos semper oculis atque auribus est fas
 Intentis[7], fratres, discere verba dei:
Quid mandet dictis, quid factis indicet ipsis,
10 Quae codex geminus continet ille suus,
Quid celebrando piis signet carissima Christi
 Sponsa sacramentis et studiis variis.
Nam quia poscistis haec vobis reddere scriptis,
 Exhibui parvis haec tribus ipse libris.
15 Quid cultura velit, gradibus quid nuntiet almis,
 Quid prece, quid festis sancta dei aecclesia,
Dogmata quae cunctis pia discere, quaeve docere
 Condecet ordinibus mistica dicta dei.

[II.I] *sine titulo cod. Paris.* 2440 *(P) f.* 130; *edd. Serarius Moguntiac. rer. p.* 618, *Brower p.* 98 *cum tit.* 1 Nunc tibi *Ser.* sanctę *P* deuoto *Pr.* 7 octingesimus *P* 8 qua *Ser.* 9 praefectum *Br.* 12 Aegil *Br.*, Egit et *Ser.* 14 sumus *P* || [II] Prohemium — monasterii *LP*, De iisdem libris ad Fuldenses monachos cum paraenesi qua illos ad divinarum litterarum studia cohortatur *Br.* 1 uellit *L*, uelit *P* 3 Aures quisquis habet *Br.* inquit *Br.* 11 cebrando *Br.*, caelebrando *P*1 13 Nanque poposcitis *Br.*, Nam quia poscitis *P* 16 pręce *P*1 17 Docmata *P*1 pie *P* 18 Condocet *P*1 mystica *Br.*

1) ***Art. Am. III,*** 653 Munera . . . capiunt. 2) ***Ecl.*** *V*, 34 Tu decus omne tuis. 3) ***Venanti*** *C. VIII*, 3, 5 Coetibus angelicis. 4) ***Fuldensis*** 818—822. 5) *Trist. IV*, 2, 7 Donaque . . . | Reddere. 6) ***Ex Ponto I,*** 8, 55 norunt verba. 7) ***Iuvenci*** *H. euang. IV,* 182 Sed vos intentis animis assistite semper; *Aen. VII,* 251 Intentos . . oculos.

UofM

819 Sed licet haec tota non possim carpere scriptis,
20 Plurima complexus hic tamen apte dedi.
Haec ego peccator Hrabanus dona tonantis,
Vobiscum capiens nunc pie participo.
Supplex vos posco testans per sceptra tonantis,
Me ut commendetis vos precibus domino,
25 Quatenus ipse pius concedat dona salutis,
Vobiscum mihimet regna beata poli.
Christus dux vester, Christus rex, Christus amator
Semper vos salvet summus in arce deus.

III.

Lex praeclara dei, totum quae inluminat orbem
Et patris aeterni prodiit ore pio,
Mysteriis plena est, lectorem quaerit et aptum,
Qui rimare sciat mystica verba dei [1].
5 In qua principium retinet hystoria regum [2]
Nempe locum et sacro dogmate plena micat.
Hic quoque venturi signatur functio regis,
Qui ex patribus natus missus in arva ruit,
Qui rex per reges, iudex per sceptra potentum
10 Notatur Christus, verus ubique deus.
Huius tu membrum polles, sacer induperator [3],
Qui regnum in terris dat tibi, qui in superis.
Cuius amore tibi monitus donum offero pactum
In libros regum, suscipe mente pia.
15 Hic sacra dicta patrum resonant, hic mysticus ordo
Gesta redemptoris indicat arte nova [4].
Quorum verba sonent, poteris ex nomine nosse,
Quod praenotatum pagina scripta tenet.
Si cui sordescat operis haec actio nostri,
20 Maiorum dicta colligat unde velit.
Tu quoque quae proprius tibi donat munera [5] servus,
Ne spernas, sumas sed, rogo, rite legas.
Invenies illic [6] divinae famina legis
Aecclesiae sensu enucleata satis,
25 Caelestis regis sacramenta potentia cultu
Indita quae tribuunt dona superna piis.
Rex te caelestis regnantem servet ubique
Semper in aeternum Christus in arce deus.

---

19 possum *Br.* 20 dedit *P*2 21 ergo *P*1 rabanus *P*1 22 tunc *P*1 pia *Br.* 28 *sequitur in L* Incipit liber primus Hrabani Mauri de institutione clericorum.

[III] *ex codd. Monacensibus* 14384 *f.* 2', 17110 *(S) f.* 2', 18189 *f.* 3 1 illuminat *S* 11 menbrum *S*

1) *Venanti C. VIII,* 3, 8 mystica verba canunt. 2) *Cf. Ruodolfi V. Rabani* (*Antiq. Fuld. p.* 250) Etiam rogatu Hiltwini abbatis libros IV in expositionem libri Samuelis et regum *(edidit).* 3) *Hludowicum Pium alloquitur poeta, cf. ea quae Hrabanus Hludowico iuniori scribit* (*Migne Patrol. CIX,* 280) Ante annos enim aliquot rogatu Hildoini abbatis in regum libros secundum sensum catholicorum patrum quatuor commentariorum libros edidi, quos et sacratissimo genitori vestro Hludowico imperatori praesentialiter in nostro monasterio tradidi; *Simson Ludwig der Fr. II,* 21 *n.* 11. 4) *Met. I,* 709 Arte nova. 5) *Aen. V,* 282, 361 munere donat. 6) *Art. Am. I,* 91 Illic invenies quod ames.

VI.

I.

SVMMESATORRERV̄QVIVERBOCVNCTACREASTI

ATQEOPVSOMNETVVM**DEX**TRATVRITEPARASTI

LVMINIBVSCAELVME**TRA**MISFLORENTIB;ARVA

ORNANSSICQVETVAE**DEI**TATISIVRAREVELAS

DIGNISVNDEPATREM**SVMM**VMTESCIREQEAMVS

ATQ;PARĒSEMPERTIB**ICR**ISTVMCREDERENATV̄

FLATVSNEMPESACER**IST**ETIBINVMINECLARO

PERMANETAEQVALIST**E**CV̄Q;INSAECVLAVIVIT

TVDEVSESHOMINVMRECTORSALVATORETIDEM

PROEMIAQ;IVSTISPOENAMQEMERENTIB;INDIS

SEXVSPERSONASAETATESPERSPICISAVCTOR

MERCEDĒETPROPRI**AMDON**ASIVSTISSIM;OMNI

TEQVOQEDEPOSCO**N**ELINQ**A**SLEDEREQVEMQAM

REGINĀFRAVDEF**O**VEASQVE**B**ENIGNVSAMATAM

TVVTFACIASFO**R**TIS**IVD**EXR**E**GNAREQVIETAM

ISTICSICQ;POL**O**IVD**ITH**IPS**A**PARETVRADIRE

QVODIGNATQ;VO**C**ATA**IPS**ASI**T**MVNERECRISTI

QVAMHICMEMOR**E**SLA**ETV**SPL**A**CAT;SISETVBIQ;

ILLIQOVALEAT**C**AN**EREOD**AS**D**ICERETASTRIS

NECIAMFITVOTO**REVSALTVĀ**DCVLMENOLIMPI

QITENDITMENTEC**ASAMORD**INISATQVEBEATI

AMBITQAMTRIBVIT**ILLIS**VPERAETHERASEDĒ

ARBITEROMNIPOTENSQVISOL;REGNATINARCE

HICTVXP̄ETVISSERVASPERSAECVLAREGNV̄ET

QOSSALVASILLICHICCORRIPISANTEBENIGN;

REXIVSTVSSANCTVSSEVERVSMITISAMANDVS

FACNOSVELLEROGOTVAIVSSAIMPLEREQ;RITE

CONDIGNISFACTISFIDEIBENEIVRATENENDO

QOSEDEMSVPERAMREGEMTEVALDESEQVENTES

SCANDAMVSLAETIETCAPIAMVSREGNASERENA

LVXVBIPERPETVAESTVITALAVSGLORIAVERA

COPATERACNATVSREGNATETSPIRITVSALMVS

VNVSNAMQVEDEVSVERVSSVMMVSQVECREATOR

PARVOSQIETMAGNOSSANATPERSAECVLAIVST;

OMNIV̄ETESTFACTORIVDEXATQ;OMNIB;AEQVVS

VI.

I.

Summe sator rerum, qui verbo cuncta creasti,
Atque opus omne tuum dextra tu rite parasti,
Luminibus caelum et ramis florentibus arva
Ornans, sicque tuae deitatis iura revelas
5 Dignis, unde patrem summum te scire queamus,
Atque parem semper tibi Christum credere natum;
Flatus nempe sacer iste tibi numine claro
Permanet aequalis, tecumque in saecula vivit.
Tu deus es hominum rector, salvator et idem,
10 Proemiaque iustis poenamque merentibus indis.
Sexus, personas, aetates perspicis auctor,
Mercedem et propriam donas iustissimus omni.
Te quoque deposco, ne linquas laedere quemquam
Reginam fraude, foveasque benignus amatam,
15 Tu ut facias, fortis iudex, regnare quietam
Istic, sicque polo Iudith ipsa paretur adire,
Quo dignatque vocata ipsa sit munere Christi,
Quam hic memores [1] laetus, placatus sis et ubique
Illi, quo valeat canere odas dicere et astris.
20 Nec iam fit voto reus, altum ad culmen Olimpi
Qui tendit mente, casam ordinis atque beati
Ambit, quam tribuit illi super aethera sedem
Arbiter omnipotens, qui solus regnat in arce.
Hic tu, Christe, tuis servas per saecula regnum et
25 Quos salvas illic, hic corripis ante benignus.
Rex iustus, sanctus, severus, mitis, amandus,
Fac nos velle, rogo, tua iussa implereque rite
Condignis factis fidei bene iura tenendo,
Quo sedem superam [2] regem te valde sequentes
30 Scandamus laeti et capiamus regna serena,
Lux ubi perpetua est, vita, laus, gloria vera,
Quo pater ac natus regnat et spiritus almus.
Unus namque deus verus summusque creator,
Parvos qui et magnos sanat per saecula iustus,
35 Omnium et est factor, iudex atque omnibus aequus.

[VI. I] *ex cod. Genevensi ed. Hagen; contuli editionem Colvenerii.* 5 Diuis *Colv.* 10 Praemia *C.* 13 ni *C.* 18 placat *C.* 19 diceret *G* 24 tui *C.* 26 severus iustus sanctus *C.* 32 Co *G* 33 Vivus *C.* 35 *Acrostichorum explanatio haec adscripta est* In hac pagina sparsis litteris conscripti sunt XXXV uersus exametro heroico, in dextera autem domini, quae supra depicta est et in imagine subter formata duo uersus sunt asclepiadeo metro conscripti hoc modo: 'Dextra dei summi Criste Iudith ipse tuere o deus altus amor'. In circulo autem, qui cingit ipsam imaginem III uersus sunt metri adoniaci istius modi: 'Dona beata da deus illi arce coronam.'

1) *Aen. I,* 327 O quam te memorem. 2) *Ib. XI,* 532 superis in sedibus.

II. [AD IRMINGARDAM AUGUSTAM.][1]

Inclita sceptra tenens[2], commissum deprecor istud,
Regina, accipias opus et tibi, maxima, carmen
Missum non spernas, laeto sed suscipe corde
In quo cognoscis tibi ius servire ministri
5 **N**equaquam infidi, devoti sed magis arte.
Gratia nam Christi donis te impleverat almis
Ac gratam cunctis effecit, taliter ut tu
Regna tenens[3] humilis maneas, et plurima servat
Dona tibi, in cepto si tu permanseris actu.
10 **A**ccipe, quaeso, Iudith exemplar nobile cunctis,
Mente manuque simul[4] atque hanc imitabere rite.
Acceptam haec Christo faciet te et in aethere laetam,
Ut numquam valeat hostis dehinc dicere puppup[5],
Gloria sed perpes maneat tibi in aetheris arce.
15 **U**num namque precor, magno in certamine semper
Servire studeas Christo et succurrere votis:
Tunc te salvator servat per tempora cuncta[6],
Atque suum statuet iudex pius ante tribunal[7],
Magnis pro meritis tribuens caelestia nutu,
20 Omnibus aucta bonis ut sis per saecula laeta.

III. INCIPIT EPISTOLA RABANI IN LIBRUM HESTER.

Dominae praeclarae et omni honore dignissimae Ermengardae Augustae Rhabanus vilissimus servorum dei in Christo optat salutem. Memor clementiae vestrae et mansuetudinis, qua me praeterito tempore in Mogontiaco[a] oppido indignum suscepistis, quando ibi apud dominum Hlotharium[b] imperatorem praesentialiter affuistis, semper deinceps devotus fui et dominum assiduis precibus deprecabar, ut hoc quod antea de vobis bonae famae audivi et postea praesens expertus sum, inenarrabili gratiae suae dono vobis multiplicare atque ad praemium aeternae beatitudinis perducere dignetur. Credo in deo meo, quod illam mentem, quam sui spiritus munere per benivolentiam et veram caritatem illustrat, numquam ab aeternae beatitudinis felicitate vacuam fieri permittat, quia bona voluntas verae beatitudinis inicium et incrementum extat. Perfectio autem eius solius dei donum est. Ego autem, quia nichil vestrae opulentiae et virtutibus addere possum, saltem hoc quod ex largitate divinae pietatis in sacris scripturis meditando et disserendo eláborare potui, vobiscum, si dignum ducitis, participare decerno. Idcirco primum vestrae dignitati expositionem libri Hester[c] reginae transmisi, cuius prudentia et constantia mentis victoriaque de hostibus nobilissimum quibusque fidelibus praebet exemplum, ut divinam legem servantes et spem firmam

---

[II] *ex codice Darmstadiensi* 749 *f.* 2'; *ante hos versus* Expliciunt capitula 2 maxime *D*, maxima *Man.* 7 Te *D*, Ac *correxi acrostichi causa* 12 hanc *D*, *corr. Watt.* 20 *post* laeta Incipit expositio Rathbani Mauri in librum Iudith. Arfaxat rex Medorum *etc.* || [III] *ex eod. cod. f.* 50', *ubi haec antecedunt:* Explicit expositio Rabani in librum Iudith [a] mogonziaco *D* [b] Lhotharium *D* [c] HESTER *D*

1) *Lotharii imperatoris uxorem* 821—851. 2) *Met. III*, 265 Sceptra tenere decet, si sum regina. 3) *Aen. VII*, 735 regna teneret; *cf. supra p.* 161 *v.* 18. 4) *Cf. supra p.* 162 *VI*, 4. 5) *Cf. de laudibus sanctae crucis II v.* 21 dire ne dicere puppup. 6) *Ex Ponto III*, 1, 14 Cuncta .. tempora. 7) *Iuvenci H. euang. IV*, 591 stans ante tribunal.

in dei bonitate habentes confidant se de universis inimicis liberandos. Si autem haec benigne a vestra excellentia primum suscepta fuerint, deinceps plura in obsequium vestrum simili studio conferre dispono. Vitam vestram illaesam et prosperitate pollentem maiestas divina conservare dignetur.

O regina potens [1], exemplar posco potentis
Accipe reginae valde deo placitae,
Quae gentis propriae perfecit rite salutem
Ecce suae vitae valde benigna bona,
5 Salvans cognatos precibus contrivit et hostes,
In domino sperans cuncta subegit ovans.
Sic quoque subiectae curam tu semper habeto [2]
Plebis, hanc relevans oreque, mente, manu.
Tunc tibi celsithronus praestabit tempora laeta,
10 Pacatum imperium, cunctaque iusta, bona,
Et post hanc vitam conscendes lucis ad arcem,
Illic quo teneas regna beata poli.
Deliciae mundi pereunt, perit omneque pulchrum,
Regna ruunt mundi, mundus et ipse ruit,
15 Et decus et sceptrum, virtus et gloria mundi,
Transit et ipsa dies, nox ruit atra [3] polo.
Folia decidunt, arescunt arbuta silvis [4],
Flacida deciso gramina flore cadunt.
Omnia vertuntur [5] mundi speciosa per orbem,
20 Solus amor Christi semper ubique manet.
Et quaecumque facit parvi bona temporis [6] hospes,
Salva manent sursum cum pietate dei.
Quapropter moneo quicquid tua dextera possit,
Egregii nimium strenue fac operis,
25 Post quia hanc vitam iam operandi est nulla potestas [7],
Sed fructus operis quisque metet proprii.
Tempus nunc aptum est atque acceptabile [8] Christo
Inservire deo, cui bene servit amor.
Huic tu mente, manu . . . et sermone benigno
30 Obsequium praesta, sicque places domino.
Praemia perpetuis in se recondita donis
Hinc tibi servantur gloria cumque deo.
Quo te perducat maiestas celsitonantis,
Ut vivas felix semper in arce poli.
35 Hos tibi decumbens aeger, regina, grabatto [9]
Composui versus, tu sine fine vale.

---

3 praefecit *D*, perfecit *Man.* 10 uetusta *D* 17 arbuta *manu poster. corr. in* arbusta *D* 18 Faccida *D*, Flacida *corr. Nolte* 29 *post* manu *verbum deest in D, fortasse* miti *vel* larga

1) *Venanti Fortun. Carm. VIII,* 8, 1 O regina potens. 2) *Art. Am. II,* 242 Curam ... amoris habes. 3) *Aen. VI,* 539, *VIII,* 369 Nox ruit; *I,* 89 nox incubat atra; *Met. X,* 454 noxque atra; *Alcuin. ad Higbaldum episc.* 17 (*I,* 229) Nunc micat alma dies, veniet nox atra tenebris. 4) *Aen. VI,* 310 Lapsa cadunt folia; *Georg. II,* 520 arbuta silvae. 5) *Alcuin. l. l.* 12 Omnia vertuntur. 6) *Ov. Ep. III,* 24 parvo tempore. 7) *Aen. III,* 670 nulla .. potestas. 8) *Ex Ponto II,* 2, 69 Tempus adest aptum precibus; 2 *Cor.* 6, 2 Ecce, nunc tempus acceptabile. 9) *Venanti V. S. Martini III,* 89 aeger .. 92 recubans paulo ante grabatto.

834

V.

Rure morans flexo decerpsi pollice flores[1],
Qui mixtim spirant nectar odoriferum[2].
Arboribus celsis[3] evulsi ex cortice ramos,
Qui foliis myrram, balsama rore dabunt.
5 Haec quoque collecta calathis cum, lector opime,
Cernas, non spernas[4], sed relegens teneas.
Hic quoque virtutum redolet gratissimus ordo,
Sordidus et foetor pellitur arte procul.
His tu deliciis frueris si, rite placebis
10 Altitrono et felix regna beata capis[5].
Collectoris enim nomen si noscere quaeris,
Maurus[6] dicor ego: tu sine fine vale[7].

VI.

DULCISSIMO FRATRI AC REVERENTISSIMO ABBATI GRIMOLDO[8] RABANUS VILISSIMUS SERVORUM DEI SERVUS IN CHRISTO SALUTEM.

Hunc ergo ex scriptis confeci rite libellum
Sanctorum patrum[9], frater amate, tibi,
Ut quorum celebras festa[10], tu noveris actus
Et finem vitae, quo hinc abiere polum;
5 Sicque bene ipsorum meritis precibusque iuvatus
Ad caeli regnum laetus et ipse migres,
Quo deus aeternus, hominum fortissimus auctor[11],
Cum sanctis temet collocet atque beet.
Vive[12], meae vires lassarumque anchora rerum,
10 Naufragio et litus tutaque terra meo[13].

[V] *ex cod. Vindobon.* 842 *f.* 10 *literis maiusculis* 10 capio *V*
[VI] *ex cod. S. Galli* 458 *p.* 6—8. 10 terraneo *G in rasura*

1) *Anthol. lat.* 26, 1 Rure morans quid agam; *Fast. V,* 255 decerpsi pollice florem. 2) *Aen. I,* 403 odorem | Spiravere. 3) *Met. IX,* 230 Arboribus caesis. 4) *Alcuini Carm. XXX,* 3 (*I,* 248) Non spernas nardum, lector. 5) *Cf. supra p.* 161 *v.* 18. 6) *i. e. Hrabanus, qui his versibus librum de virtutibus et vitiis Hludowico imperatori dedicatum praefatus est, cf. Ruodolfum* (*Broweri Antiq. Fuld.* 251) Postea hortatu eiusdem fecit collectarium unum de sententiis divinorum librorum, in quo primum testimoniis divinis probavit observandum esse honorem parentum et subiectionem potestati a deo ordinatae: deinde de diversis speciebus virtutum et e contrario vitiorum, testimonia de auctoritate divina in eodem opere subiunxit, demonstrans, qualiter cuicumque ordini in ecclesia deo militandum sit: quod opus XL capitulis consummavit. 7) *Alcuini Carm. XXXI,* 2 *l. l.* Tu sine fine vale. 8) *Sancti Galli* (841—871). 9) *Martyrologium, quod ex codice* 457 *absque praefatione edidit H. Canisius* (*Lection. ant. VI,* 687—758); *editionem eiuş supplevit Mabillon* (*Anal. vet.* 419). *Idem martyrologium dedicavit Hrabanus etiam viro venerabili Ratleico presbytero atque abbati* (840—854) *prologo pedestri sermone conscripto, qui hoc disticho finitur:* Te deus aeternus cuncta per tempora servet, | Aeternam et vitam det tibi in arce poli. 10) *Met. X,* 431, *Fast. I,* 393 Festa .. celebrabas. 11) *Georg. I,* 432 is certissimus auctor. 12) *v.* 9—24 *verbotenus repetuntur in carmine, quod Hrabanus ad Samuelem presbyterum scripsit.* 13) *Trist. I,* 5, 36 Et date naufragio litora tuta meo.

Solus honor nobis, urbs tu fidissima semper
  Curisque afflicto tuta quies animo.
Sintque licet montes inter cum fluctibus arva,
  Mens tecum est nulla quae cohibetur humo.
15 Te mea mens sequitur, sequitur quoque carmen amoris[1],
  Exoptans animo prospera cuncta tuo[2].
Qui mihi te notum dedit et concessit[3] amicum,
  Conservet sanum Christus ubique mihi.
Ante solum terrae caelique volubile cyclum
20 Praetereant, vester quam quoque cesset amor[4].
Hocque, pater, monui, moneo te iterumque monebo[5],
  Sis memor ipse mei[6], sicut et ipse tui,
Ut deus in terris quos hic coniunxit amicos,
  Gaudentes pariter iungat in arce poli[7].

VII.

AD PASCHALEM PAPAM[8].

Pontificalis apex, primus et in orbe sacerdos[9]
Petri successor, Pauli dignissimus heres,
Paschalis pastor, sanctorum civis in arce,
Respice nos miseros, perduc ad pascua vitae.
5 Paschalem sequimur, Paschalis ad aethera pergat,
Christe deus noster, Christus rex suscipe votum[10].
Limina pande[11] poli, Paschalis ut intret in aulam,
Grexque suus secum, tu pastor sancte, valeto.

VIII.

AD GERFRIDUM EPISCOPUM[12].

Sit longaevus amor, sis sospes tempore multo,
  Cum Christo regnans tempore perpetuo.
Hoc Hraban vilis Gerfredo poscit ubique,
  Exaudi, Christe, tu sine fine vale[13].

---

21 menebo *G*
[VII] *F p.* 208   1 Pontifacalis *corr.* ficalis *F*   3 ciues *F*
[VIII] *ex F p.* 209, *ubi praecedunt carmina, quae supra p.* 161 *edidimus.*

1) *Ex carmine Alcuini ad Carol. v.* 17 (*I,* 257); *ad amicum v.* 3—6 (*I,* 265). 2) tibi *Alcuin. l. l.* 3) te frater Christus concessit *Alcuin.* 4) *Rem.* 752 pectore cedat amor. 5) *Aen. III,* 436 iterumque iterumque monebo. 6) *Ov. Ep. XI,* 125 Vive memor nostri. 7) *cf. Alcuin. v.* 17—18 Quos caritate pia terris coniunxit amicos *etc.* 8) *I.* 817—824. 9) *Cf. Alcuini versus ad Leonem* 1 (*t. I,* 254) Pontificalis apex et primus in orbe sacerdos; *Fast. III,* 420 pontificalis honor. 10) *Met. IX,* 305 votaque suscipiunt. 11) *Aen. VI,* 525 limina pandit. 12) *Monasteriensem, abbatem Werthinensem* 809—839. 13) *Cf. supra p.* 169 *V,* 12.

IX.

ORATIO MAURI AD DEUM.

Omnipotens genitor[1], qui rerum es maximus auctor,
Nate coaequalis, spiritus atque dei;
Unus natura, personis trinus et ipse,
Vivificans cuncta, vita beata deus,
5 Respice me miserum[2], flenti et miseratus adesto,
Qui graviter peccans aeger in orbe dego.
Eripe me his, invicte, malis[3], procul omnia pelle,
Quae mentem et corpus crimina dira[4] tenent:
Nam vitam variis macularam erroribus omnem,
10 Atque tuam legem spernere non timui.
Lingua, mente, manu commisi noxia multa,
Textus euangelii quaeque vetare solet,
Et quid tunc volui deceptus fraude maligni[5],
Quemve sequebar amens, decipulam hostis amans
15 Ac miser inferni redolentia sulphore stagna,
Ignem cum verme, perpete cum gemitu,
Elegi amare magis quam dulcia gaudia[6] caeli,
Turiferos campos[7] quam, paradise, tuos.
Heu miser, heu demens, ubi nunc tua vita periret,
20 Quosve dares gemitus[8] tortus in igne dire!
Ni deus inmensae bonitatis, verus amator
Humanae formae, retraheret miserans.
Fit quoque quod dudum psalmista ast voce canebat[9],
Cum stupuit mirans dona superna dei:
25 'Ni foret adiutor dominus, iam infernus haberet
Sontem trux animam, et cruciaret eam.'
Nunc, deus alme, tuum famulum pietate sueta
Conversum recipe, quem dolor excruciat.
Sana contritum, flentem solabere maestum,
30 Indulgens, quaeso, crimina cuncta tuo.
Da mihi spem veniae, fac corda merentia laeta,
Commutans lacerum iam facias placidum.
Daque fidem plenam, da spem, da pignus amoris[10],
Mandataque tua corde manuque geram.
35 Strinxi me voto, comple hoc pius arbiter orbis[11],
Natura fragilis quod celerare nequit.
Sitque opus omne tuum, quodcumque expendis alumno,
Sit tibi laus soli, gloria sitque tua.

[IX] *titulus nunc deest in F p.* 210 4 beate *corr.* ta *F* 13 *an* quod? *Watt.*

1) *Aen.* X, 668 Omnipotens genitor. 2) *Cf. supra p.* 170 *VII v.* 4. 3) *Aen. VI,* 365 Eripe me his, invicte, malis. 4) *Met. II,* 589 diro . . | Crimine. 5) *Aen. V,* 851 deceptus fraude sereni. 6) *Art. Am. III,* 798 Dulcia . . gaudia. 7) *Georg. II,* 139 turiferis . . . arenis. 8) *Aen. IV,* 409 Quosve dabas gemitus. 9) *Ps.* 17, 3, 6; *Met. XI,* 21 voce canentis. 10) *Ov. Ep. IV,* 100, *Met. VIII,* 92 cape pignus amoris. 11) *Sedul. C. Pasch. IV,* 165 arbiter orbis.

Cumque velis vitae finem, finemque laboris
40 Imponere [1], servo tunc miserere tuo,
Ne occursus saevus noceat, ne Tartarus ardens,
Missus sed lucis ducat ad astra poli:
Dum iudex venias meritorum iura rependens,
Iustifices servum tunc, precor, ipse tuum,
45 In dextra ponens, cum iustis praemia reddens [2],
Cernam quod vultum lucis in arce tuum.
Te, bone Iesu, precor, rector, salvator et auctor,
Quicquid protuleram rite loquendo prece hic,
Suscipias miserans famulum clementer, et audi,
50 Ardua poscenti des quoque regna poli.
Portio sim plebis, laudes et in ordine cantem,
Sanctorum gratulans cantica grata tibi.
Gloria magna deo, semper tibi gloria, Christe,
Amen, in aeternum gloria magna deo.

X.

[VERSUS AD AMICUM.]

Salve, fidus amor, felix dilectio, salve,
Sospes in orbe mane, sospes in ore mone.
Carmina nempe tua dico meliora Maronis
Carminibus, celsi cantibus Ovidii:
5 Odis, quas cecinit Flaccus, verbosus Homerus,
Corduba quem genuit [3], Affrica quem tenuit,
Hi quia protulerant pomposis falsa Camenis,
Rite tabescentes morsibus invidiae.
Tu devota piis connectis vincula verbis,
10 Decantans placide pectora amica [4] notans.
Hoc, rogo, noster amor faciat, rogo versibus, oro,
Quod nostris scriptis sedulus ardor eat.
Sermo decorus ovet, servetur regula dictis,
Nexibus et certis versus in arte meet.
15 Sic tua tunc sobrio decoratur fistula cantu,
Laudaturque modo iure poeta bono.
Det tibi summa patris sermonem lingua loquella,
Christus in arce deus, rector in orbe pius [5].
Spiritus atque suus faciat tibi corda benigna,
20 Mentibus ac verbis ut domino placeas.
Haec tibi nunc breviter festinus calle viator,
Scribere compulerat, tu sine fine vale.

---

39 Cum *F*
[X] *sine titulo* *F* *p.* 211

1) *Aen. II,* 619 finemque inpone labori. 2) *Iuvenci H. euang. IV,* 303 meritis sua praemia reddet. 3) *Anthol.* 668, 1 Corduba me genuit. 4) *Art. Am. III,* 737 pectus amicum. 5) *Cf. infra p.* 175 *v.* 2.

XI.

AD BATURICUM EPISCOPUM[1] EX PERSONA ISANBERTI[2].

Vade libens, karta, pro me transire iuberis,
Ipsa salutatum domata patris adi[3],
Urbem Regensem, minitantia moenia caelo,
Qua fluvius Regan labitur arva rigans[4],
5 Illustrem hicque virum Baturicum, quaeso, require,
Cui domus et patria Norica tellus ovat[5].
Hunc ibi si invenias, supplex ei dicito 'Salve,
Praesul honeste dei, plebis et altus honor.'
Te celsum humilis monachus, te, sancte sacerdos,
10 Compellat scriptis, dona superna petens,
Viribus ut corpus vigeat, sapientia mentem
Imbuat, et totus sospes ubique degas.
Grates sponte offert, laudat largissima corda,
Praedicat et dona quae sibi contuleras.
15 Altithronum poscit, qui dives regnat ubique,
Mercedem meritis reddat ut ipse tuis.
Accipe, sancte pater, labiis quod praestat alumnus,
Offert suppliciter quod tibi mente, manu.
Nomen namque tuum perpendas, sicque verenter
20 Officium tractes, quod dedit omnitenens.
Tu decus es populi, vocitaris episcopus ipse,
Et superintendens[6], dux eris atque gregis.
Sal terrae, mundi lux[7] accensaque lucerna es,
Urbs firma, et celsi montis in arce sita[8].
25 Ducque via populos angusta, et praevius ito,
Vexillum portans primus in arma pete.
Victor victores superando hostilia castra,
Exponis regi praemia larga metens.
Pastorum summus pastorem constituit te,
30 Pasce gregem Christi, proximus ecce venit.
Sic catus et cautus attendis ovilia circum,
Ne lupus irrumpat, ne leo dilaceret,
Nec fur effodiens intrans mactaverit agnum,
Sed pastor veniens omne pecus[9] habeat,
35 Iudex praecinctus migrans tibi rite ministret,
Et superexaltet omnia dona sua,

[XI] 31 Sic — attendis *nunc desunt* 33 intrens *corr.* trans *F*

1) ***Ratisbonensem a.*** 817—848. 2) *Cf. infra epitaphia eiusdem*; ***Hrabani epistolam ad Isanbertum datam edid. Kunstmann*** (***Hrabanus Maurus p.*** 225). 3) *Trist. III,* 7, 1 Vade salutatum ... Perillam | Littera; *I,* 1, 15 Vade, liber, verbisque meis loca grata saluta. 4) *Amor. III,* 6, 46 pomifera arva rigas. 5) ***eum primum monachum Fuldensem*** *fuisse, docet epistola Fuldensium* ***ad illum data*** (***Forsch. zur Deutschen Gesch. V,*** 375); ***Trist. III,*** 7, 45 patria .. domoque. 6) *Cf.* ***Hraban. de institut. clericor. I*** *c.* 5 Episcopi .. latine speculatores sive superintendentes interpretantur. 7) ***Alcuin. ad Leonem*** *v.* 27 (*p.* 247) Aurea lux mundi, terrae sal. 8) *Aen. XI,* 320 celsi ... montis; ***Matth.*** 5, 14 civitas .. supra montem posita, 15 neque accendunt lucernam *etc.* 9) *Georg. II,* 371 pecus omne.

Agmina quo laeta exultant, quo virginis agnus
Pascit cum toto et grege rite suo.
Huc, huc tu properans festina pergere, pastor,
40 Hucque tuos tecum insere, sancte pater:
Sicque tui iure censeris nominis auctor [1],
Si Baturih pateas ore monendo tuos.
Si Christi regnum caelorum, si annuis arcem,
Aufers si vitia, si sacra dona dabis.
45 Haec quoque pauper inops, quamvis sis summus honore [2],
Misit congesta; accipe mente pia.
Nec spernas vilem, cum gazas gestet in arca,
Mens tibi devota munera grata ferat [3].
Nominis ergo mei, si ulla te cura momordit [4],
50 Nomen Isanbertum me retinere scias.
Tu lapis altaris, tu gemma in stemmate regis,
Tu clavis regni es, limina pande poli [5].
Sum tibi devotus, salvet te gratia Christi,
Sum tibi mente pius, audit ab arce deus.
55 O pater alme poli, custodi semper amicum,
Hoc peto, nate dei, spiritus atque dei.
Qui triplex simplex caelorum sceptra gubernas,
Mundum fine capis, lumen et arce dabis.
Vivat hic sospes, vitam super aethera quaerat,
60 Possideat vitam semper in arce tuam.
Quem videam laetum, laetus simul ipse manendo
In caelis tecum, summus in arce deus.
Amen, hoc fiat, Osanna fideliter hoc sit,
Poscamus ambo hoc, dulcis amice, vale [6].

XII.

[ORATIO AD DEUM.]

O deus aeterne, mundi sanctissime rector,
Te mea mens ambit, animaeque ac vivida virtus [7],
Laus, amor atque decus, cordis tu lumen honestum,
Membrorum gestum, tu oculorum reddis et usum,
5 Auribus auditum, manibus opus indis amatum.
Quicquid tellus habet, pontus atque aethera claudunt,
Et quicquid sentit, sapit, est, et vivit ubique,
Omnia nempe tua sapientia condita fulcit,
Vivificat, servat, valido et regit omnia nutu.
10 Fac me, summe pius, toto te corde fateri,

---

41 inserere *F*
[XII] *sine titulo F p.* 212

1) *Fast. V,* 192 tu proprii nominis auctor eris. 2) *Ex Ponto IV,* 4, 25 summi .. honoris. 3) *Amor. II,* 15, 3 Munus .. gratum; *Aen. VIII,* 283 grata .. | Dona ferunt. 4) *Ib. I,* 261, *VII,* 402 si .. cura remordet. 5) *Cf. supra p.* 170 *VII,* 7. 6) *Alcuin. ad Paulin. v.* 2 (*I,* 248) Dulcis amice vale. 7) *Aen. V,* 754; *XI,* 386 vivida virtus.

Te sermone loqui, te discere dogmate recto,
Quaerere te manibus, pura te et mente precari.
Tu via, tu virtus, tu vita et ianua vitae,
Tu merces operis, tu factor, tu quoque doctor.
15 Da mihi nunc veniam misero, et mea crimina laxa:
Fac me velle bonum, scire actu, et rite probare,
Sicque tuum laetum tribuas tunc cernere vultum[1],
Perpetuo, et vera me gaudia carpere[2] fructu.

XIII.

AD PRAECLARUM EPISCOPUM[3].

Antistes domini meritis in secula vivens[4],
Doctor in orbe pius[5], magnus amor populis,
Nomine Praeclarus, praeclarus et arte magister,
Clarus et imperio, clarus et officio.
5 Sanctus apostolica praefulgens mente sacerdos,
Gaudia qui Christi de grege pastor habes[6].
Iustitiae[7] cultor, sanctae et pietatis amator,
Firmus in officiis, verus in eloquiis.
Tu decus ecclesiae, plebis[8] laus, gloria cleri,
10 Exemplum vitae, forma salutis ope.
Sal terrae, seu lux mundi, atque urbs inclita Christi[9],
Aeterni regis stemmate gemma nitens.
Te deus aeternus multis feliciter annis
Concedat sacrum multiplicare gregem[10].
15 Vestra valet caelum reserare et claudere lingua,
In terris positus claviger aetherius[11].
Te accendit Christus, posuitque in plebe lucernam,
Omnibus ut niteas dogmate, pace, fide.
Pande viam cunctis per dogmata sacra salutis,
20 Ut sis perpetuae lucis iter populo.
Tempora sunt huius vitae nunc plena periclis[12],
Nunc ruit orbis honor, deficit ipse simul.
Quae ventura deus praedixit sanctus in orbem[13],
Saepius adveniunt signa tremenda nimis,
25 Frondea nunc ficus[14] flores e cortice mittit,
Aestivos signans accelerare dies[15].

---

18 capere *F*, carpere *corr. Br.*
[XIII] *sine titulo F* 9 eclesiae *F* 17 im plebe *F*

1) *Cf. p.* 162 *V*, 10; *Fast. III*, 343 laeto .. voltu. 2) *Art. Am. III*, 661 tua gaudia carpent. 3) *Nescio quod nomen Germanicum Hrabanus hoc nomine Latino reddere velit.* 4) *Venanti C. I*, 1, 1 Antistes — vivens. 5) *Alcuin. ad Leonem v.* 3 (*I*, 238) Doctor in orbe pius. 6) *Venanti C. I*, 1, 5 Dignus apostolica praefulgens mente sacerdos, 2 Gaudia qui — pastor habes. 7) *v.* 7—10 *repetivit Hrabanus ex carmine Alcuini ad Leonem papam dato v.* 5—8 (*I*, 254). 8) mundi *Alcuin.* 9) *Cf. supra p.* 161 *III v.* 5, *p.* 173 *v.* 23. 10) *v.* 13—14 *repitivit ex carmine ad Leonem* 9—10 *(l. l.)*. 11) *Cf. p.* 161 *III v.* 7—8. 12) *Cf. ibid. v.* 11. 13) *Matth.* 24, 32. 14) *Sedul. C. Pasch. IV*, 46 Frondea ficus erat. 15) *Ex Ponto II*, 10, 38 per aestivos .. dies; *Venanti C. IX*, 4, 10.

Sic haec signa diem domini testantur adesse,
Qua pius et iustus rex deus adveniet.
Eripe, sancte, piis monitis precibusque sacratis,
30 Commissum tibimet, pastor, ab hoste gregem [1].
Illius est studium, cum pergit ovilia circum [2]
Ut mactet, perdat, dissipet ac noceat.
Nempe tuus nisus semper sit de grege Christi,
Illaesum ut serves, consocians que iuves.
35 Ille tumens cecidit celsa de sede superbus,
Tu humilis scande regna superna poli.
Ille ima suadet, at tu caelestia semper,
Plenus et ille dolo, tuque amore dei.
Hoc [3] opus antiqui patres fecere per orbem,
40 Quorum dicta modo pagina sacra canit,
Et virtutis honor lato celebratur in orbe,
Caelestis quorum nomina karta tenet.
Hoc opus, hoc studium magni est pastoris in orbe,
Nempe talenta sibi multiplicare data [4].
45 Nam iudex vigilat hominum super acta supernus,
Ut cunctos propriis iudicet ex meritis [5].
Flammivoma veniet dominus cum nube coruscans [6],
Actaque cum verbis discutiet hominum,
Tunc famulus sumet meritorum dona fidelis,
50 Laetus et intrabit gaudia summa dei [7].
Ut tunc esse bonis felix merearis in istis,
Nunc durus tibi sit nullus in orbe labor [8].
Est rudis hic populus, est durus, quem regis ipse,
Sed miserante pio mitis erit domino.
55 Mitia tradantur primo praecepta salutis,
Mentibus ignaris in novitate fidei.
Ut tenera in lacte gaudet infantilis aetas [9],
Fortia sic fortis dicta tenere valet.
Sit pius et prudens populorum doctor ubique,
60 Personae agnoscens quid cui conveniat.
Lacte riget parvos, foveat et pane valentes,
Cum pietate omnes curet, alat, doceat.
Horrida nulla tuam frangat temptatio mentem [10],
Fixus sed maneas, vincere sicque vales.
65 Aurum flamma probat, iustos temptatio mundat [11],
Purior utque anima sidera celsa petat.
Haec est vita viro iusto temptatio tota,
Sed patiens tolerat cuncta pro amore dei.

39 oppus *F* 57 Et tener *F*

1) *Cf. supra p.* 161 *v.* 15—16. 2) *Cf. p.* 173 *v.* 31. 3) *v.* 39—42 *ex Alcuini carm. ad Leonem v.* 15—18 (*I*, 255). 4) *Ib. v.* 21—22. 5) *Ib. v.* 25—26 (Et iudex). 6) *Iuvenci praefatio v.* 23 Tunc cum flammivoma descendet nube coruscans | Iudex. 7) *Alcuin. ad Leonem v.* 27—28. 8) *Ib.* 31—32. 9) *Cf.* 1 *Cor.* 3, 2 Lac vobis potum dedi non escam. 10) *Cf. Alcuin. ad Higbald.* 145 (*I*, 232) Horrida non frangat vestras temptatio mentes. 11) *v.* 65—68 *ex eodem carmine* (*p.* 231) *v.* 89—91 (ut flamma).

Quis sine vel miles capiet certamine palmam,
70 Bella nefanda dabunt praemia magna suis [1].
Stemmate iam gaudet, belli qui scammate vincit,
Praelia post terrae regnat in arce poli [2].
Cum Christo ut regnes, concedat gratia Christi,
Summe pater, pastor tempus in omne simul.
75 Et tua laus maneat, merces et gloria semper,
Cum sanctis caelo et sine fine vale.
Sis memor ipse mei, memoret te gratia Christi [3],
Praesul in aede dei, sis memor ipse mei.

XIV.

[IDEM AD EUNDEM.]

Omnibus in horis semper te, sancte sacerdos,
Devotum cernent lumina sancta dei.
Sit [4] tibi lex domini dulcis super omnia mella,
Carior atque auri milia multa super.
5 Mentis praecedant operis nam lumina gressus,
Consilio facias [5] quaeque tuis iubeas.
Sis rector placidus mansuetis, iustus ubique,
Exemplum cunctis moribus egregiis.
Quae culpare soles, haec tu ne feceris ipse [6],
10 Sermoque sit sophiae conditus atque sale [7].
Sufficiat rerum dederat tibi quod deus ipse [8]:
Sat dives est famulus, quique habet dominum.
Omnia finis edax devastat gaudia mundi [9],
Pauper tum iustus regna superna capit.
15 Qui venturus erit Christus rex inclytus orbi,
Ut cunctis reddat nam propria merita,
Teque tuosque simul superam perducat ad arcem,
Ut vivas laetus regna beata tenens [10].

XV.

[ITEM AD PRAECLARUM EPISCOPUM.]

Perge [11], mea, citius Praeclaro, kartula, nostro,
Prospere pacifice nunc miserante deo.

---

72 regnas *F*, regnat *Br*.
[XIV] *sine titulo F p.* 214
[XV] *sine titulo F* 2 ministrante *F*, miserante *Alc*. (I, 284)

1) *v*. 69—70 = *I*, 235 *v*. 221—222. 2) *v*. 71—72 = *v*. 225—226. 3) *Alcuin. ad Leonem v*. 29 (*I*, 247) Sis memor Albini, memoret te gratia Christi. 4) *v*. 3—4 = *I*, 283 *v*. 7—8 (Est tibi). 5) Praecepta viv. (*I*, 276) 53 Consilio facias .. 6) Praec. viv. 109. 7) *Ib*. 112 Sit sale iam sophiae sermo tibi conditus omnis. 8) *Ib*. 132. 9) *Ib*. 147. 10) *Cf. p*. 161 *v*. 18. 11) *Cf. I*, 284 *V*, 1—3, 220 *v*. 1 Cartula perge cito.

Et pete Praeclari praeclara tecta magistri,
  Fer sanctam pacem [1] praesulis atque domo.
5 Pectus [2] amor nostrum penetravit perpete flamma,
  Ipse [3] calore novo semper inardet amor.
Nec mare, nec tellus, montes, nec silva, vel alpes,
  Huic obstare queunt, aut inhibere viam,
Quominus, alme pater, semper tua viscera cingat [4]
10 Hic amor ac penetret pectus, amate, tuum [5].
Omnibus est locuples, qui rebus abundat amicis [6],
  Plures quam expediat nullus habere potest [7].
Optimus est animus Christi vestitus amore [8],
  Semper amicus amat [9], semper amandus erit.
15 Diligit omnipotens sophiam nam semper amantem [10],
  Cum sophia gazis omnibus est melior [11].
Semper amanda quidem est rerum doctrina bonarum [12],
  Devotus doctor carus erit domino.
Non te, non mundum, Christum sed dilige solum [13],
20 Nullus te verbis vituperet merito.
Non opibus bona fama datur, sed moribus almis [14],
  Non perdit pietas quaeque dabit misero [15].
Nil oculi prosunt quibus est mens ceca videndi [16],
  Luminis experti devia ceca petunt.
25 Quanto maior eris, tanto moderatior esto [17],
  Omnibus sis aequus, rector ubique pius.
Vive deo, vita felix, et vive per aevum [18],
  Vera, beata, bona est vivere vita deo.
Laetus in aeternum Christo sociabere civis,
30 Ille manet semper, tu quoque semper eris [19].

XVI.

[IDEM AD PRAECLARUM.] [20]

Conditor omnipotens, rector mihi mitis adesto,
  Munera da verbi, conditor omnipotens,
Dicere quod valeam, signent quid prisca figuris,
  Quid reseret Christus, dicere quod valeam.

---

4 dono *F*   12 expedit *F*, expediat *corr. Br.*   13 amicus *F*, animus *corr. ex Alcuino*   29 ciues *F*
[XVI] *sine titulo F p.* 215   3 figuris *superscr.* uel fu *F* (*i. e.* futuris)

1) *I*, 284 *V*, 4 pacis fer munera   2) *v.* 5—10 *Hrabanus ex carmine Alcuini ad amicum quendam v.* 1—6 (*I*, 236) *furatus est.*   3) Atque *Alc.*   4) lingat *Alc.*   5) Vel lacrimis lavet pectus, amate, tuum *A.*   6) Praecepta vivendi *v.* 58 (*I*, 277).   7) *Ib.* 62 Nemo quidem plures habuit, quam expedit amicos.   8) *Ib. v.* 12.   9) *Ib.* 156 Semper amicus amat duratque fidelis ubique, 187 Semper amicus amat, amor est pretiosior auro.   10) *Ib. v.* 182.   11) *Ib.* 10 Omnibus est mundi melior sapientia gazis.   12) *Ib. v.* 11.   13) *Ib. v.* 43.   14) *Ib. v.* 34.   15) *Ib. v.* 33 Non – quicquid largire videtur.   16) *Ib. v.* 45.   17) *Ib. v.* 103.   18) *Cf. I*, 247 *v.* 26.   19) *v.* 29—30 *ex carmine ad Higbald. episc. v.* 129—130 (*I*, 232).   20) *In hoc poemate Hrabanus Sedulii hymnum, cui inscribitur* Collatio veteris et novi testamenti *accuratius imitatur.*

5 Unicus ipse tuus tecum qui cuncta creavit,
Cuncta modo recreat, unicus ipse tuus.
Principio dominus paradysum plantat Eoo,
Ecclesiam format principio dominus.
Flumina quadrifida paradysi a fonte manarunt,
10 De Christo fonte flumina quadrifida.
Virgine progenitum terra deus extulit Adam,
Iesum de matre virgine progenitum.
Condidit ex latere, sponsamque viro dedit Aevam,
Sic Christo sponsam condidit ex latere.
15 Mors fera de stipite miserum sibi subdidit orbem,
Nunc prostrata iacet mors fera de stipite [1].
Invidus ergo necem frater iusto intulit olim,
Sic Iudas Christo invidus ergo necem [2].
Terraque per hominem maledicti famina sensit,
20 Invenit pacem terraque per hominem.
Arca pios revehit, tumidum ne obsorbeat aequor,
Ne in mundo pereant, arca pios revehit [3].
Frater iniquus enim [4] nudum patrem improbe risit,
In cruce pendentem frater iniquus enim.
25 Hostia grata patris [5] fuerat senis unicus heres,
Salvator mundi hostia grata patris.
Nubsit et ipsa viro insigni nam rite Rebecca,
Ecclesia Christo nubsit et ipsa viro.
Praevenit ecce minor seniorem munere fratrem,
30 Antiquum populum praevenit ecce minor.
Reppulit ille famem Aegypto tunc emptus Ioseph,
Venditus est Iesus, reppulit ille famem [6].
Repperit in fluvio Pharaonis filia Moysen,
Barbara gens Christum repperit in fluvio.
35 Agnus ab hoste sacer redemit in sanguine patres,
Nosque cruore tulit agnus ab hoste sacer [7].
Obruit unda nefas, populo gradiente per aequor,
Nunc totius mundi obruit unda nefas [8].
Fons Mara dulcis erat, ligni dulcedine mersa,
40 Sic crucis ex ligno fons Mara dulcis erat.
Murmurat impietas manna veniente refecta,
Panis adest Christus, murmurat impietas [9].
Post petra protulerat virga bis flumina caesa,
Et passus Christus post petra protulerat.

---

8 Eclesiam *F* 23 nudus *F*, nudum *Br.* 28 Eclesia *F* 41 ueniente *superscr.* uel tere *F* 43 cęsa]uel cessa *F*

1) *Sedul. Hymn. I v.* 69 Mors fera per hominem miserum sibi subdidit orbem. | Subdita contremuit mors fera per hominem. 2) *Ib. v.* 9 Frater iniquus erat, iustum qui perculit olim. | Damnator Christi f. i. e. 3) *Ib. v.* 13 Arca levatur aquis, homines ne perderet aequor: | Ne pereant homines, a. l. a. 4) *Ib. v.* 9 Frater iniquus erat. 5) *Ib. v.* 17 Hostia summa patris. 6) *Ib. v.* 21 Reppulit ille famem, venitus crimine fratrum: | Venditus est Christus, r. i. f. 7) *Ib. v.* 25 Agnus ab hoste sacer revocavit sanguine patres: | Sanguine nosque refert a. a. h. s. 8) *Ib. v.* 27—28 (Nunc populi mundi). 9) *Ib. v.* 29—30.

45 Scribitur a domino tabulis lex prima petrinis,
Nunc tabulis cordis scribitur a domino.
Lex dedit indicium sontes persolvere poenas,
Quodve salus veniat, lex dedit indicium[1].
Scenaque clara dei in populo constructa priore,
50 Ecclesia est Christi, scenaque clara dei.
Haec quoque candelabrum est septem distincta lucernis,
Quod luceat mundo, haec quoque candelabrum est.
Arca dei tegitur nam propitiante tabella,
Ecclesia, et Christo arca dei tegitur.
55 Continet haec tabulas, urnam sceptrumque triumphi,
Cum Christo binas continet haec tabulas.
Victima hic placita est, araque, ille ipse sacerdos,
Pro mundi offensis victima hic placita est.
Fratribus ipse quidem cunctis praefertur honore,
60 Chrismatis et dono fratribus ipse quidem.
Virginis hunc talamus habuit, meretrice negata,
Ecclesia sponsae virginis hunc talamus.
Ecce duo referunt vectores arbore botrum,
Et populi Christum ecce duo referunt.
65 Carpitur igne sacro munus votumque piorum,
Seditiosa tribus carpitur igne sacro[2].
Regna beata patris legis non contigit heres,
Iesus dispensat regna beata patris[3].
Pellitur atque foras pugnis possessor iniquus,
70 Cum vitiis zabulus pellitur atque foras.
Destruit arca dei muros dum circuit urbem,
Sic urbem mundi destruit arca dei[4].
Hostis enim mulier perfodit tympora palo,
Et crucis in clavo, hostis enim mulier.
75 Area vellus habet, madido sed vellere sicca est,
Siccum tota madens area vellus habet[5].
Hostica castra fugat, lagoena, lampade, sistro,
Victor victorum hostica castra fugat.
Vincit honore dei promisso in munere Iephtae,
80 Affectum natae vincit honore dei[6].
Agmina plus moriens stravit hostilia Samson,
Salvator noster agmina plus moriens.
Tu decus omne tuis, qui sternis cede Goliam,
Qui vincis mundum, tu decus omne tuis[7].
85 Fortis et ipse manu, qui conteris ora leonis,
Immanis beluae fortis et ipse manu.
Rex quoque pacificus construxit moenia templi,
Ecclesiam Christus rex quoque pacificus.

---

50 Eclesia *F (passim)* 51 Hę *F* 52 candelarum *F* 53 zabella *F* 62 uirgines *corr.* is *F* 63 ueciores *F* 79 immunere *F*

1) *Ib. v.* 33 Lex dedit indicium veteris de crimine poenae: | Quodque *etc.* 2) *Ib. v.* 37—38. 3) *Ib. v.* 39—40. 4) *Ib. v.* 41 circuit hostem: 42 Sic hostem *etc.*; *v.* 103 circuit orbem. 5) *Ib. v.* 43—44. 6) *Ib. v.* 45 Vincis honore dei promisso in munere gentes: | Adfectum natae v. h. d. 7) *Ib. v.* 47—48.

Astra petivit[1] ovans vatis quondam aurea curru,
90 Cuncta super Christus astra petivit ovans.
Morte propheta refert puerum, quod virga nequivit,
Quod lex non valuit, morte propheta refert.
Ventre voratus enim latuit ut piscis Ionas,
Sic terrae Christus ventre voratus enim.
95 Dux bonus ille quidem redeunt quo a carcere plebes,
Quo ad vitam iusti dux bonus ille quidem.
Maxima dona dei cuncti cecinere prophetae[2],
Implevit Christus maxima dona dei.
Virgo deum genuit, verum hominemque Maria,
100 Nam praegnata deo virgo deum genuit.
Casta virago nitet nullo temerante pudorem,
Post partum pueri casta virago nitet[3].
Unicus adveniens complevit vota priorum,
Firmavit nostra unicus adveniens[4].
105 Hic homo, qui deus est, spes dudum optata piorum,
Spes in fine piis, hic homo, qui deus est[5].
Gloria cuncta bonis[6] tua fit praesentia, Christe,
Tormentum omne malis, gloria cuncta bonis.
Gloria magna tibi[7] trinus vere et deus unus,
110 Conditor omnipotens, gloria magna tibi.

XVII.

[AD FRIDURICUM EPISCOPUM.][8]

Spiritus alme veni, dulces mihi condere versus,
Dilecto ut praestes mittere dona[9] patri.
Qui mox ut notus, fidus mihi adhesit amicus,
Non nostri merito, sed bonitate sua.
5 Spiritus hunc cernens pietatis munere plenum,
Ex humili in celsum extulit ipse locum.
In quo euangelii sententia vera probata est,
Quae salvatoris edita voce manet[10]:
'Qui se humilem praebet, sursum exaltabitur ille,
10 Quique superba petit, pronus in ima cadit.'
Sic te, care pater, antistes sancte, sacerdos,
Erexit dominus milia multa super[11],

105 Sic *F* 104 *mutatur in F cum* 106 *ad marg.* hic uersus debet prior esse
[XVII] *sine titulo F p.* 217 4 bontate *F*

1) ***Fast. II,*** 496 astra petebat equis. 2) *Sed. l. l. v.* 49—50. 3) *Ib. v.* 53 Virgo Maria nitet nullo temerante pudorem; | Post partum pueri v. M. n. 4) *Ib. v.* 91 (firmavit), 92 Vota dedit nobis u. a. 5) *Ib. v.* 95 (spes est antiqua), 96. 6) *Ib.* 108 Gloria cuncta bonis visio, Christe, tui. 7) *Ib.* 109 Gloria magna patri; 110 .. g. m. p. 8) *Traiectensem, qui obiit a.* 838. *Friduricho episcopo, cui Hrabanus tractatum in euangelium Matthaei rescribendum commodaverat, libros tres in librum Iosue dedicavit* (*Migne Patrol. CVIII,* 1000), *cf. etiam epistolam eius ad Hunbertum episcopum datam* (*ib.* 1109): Iesu Nave vero expositionem bonae memoriae Fridaricho, Traiectensis ecclesiae episcopo, nuper transmisi. 9) *Ex Ponto III,* 8, 2 Dona .. mittere. 10) *Matth.* 23, 12 (*Luc.* 14, 11) Qui autem se exaltaverit humiliabitur, et qui se humiliaverit exaltabitur. 11) *Cf. supra p.* 177 *v.* 4.

Ut verbum fidei claro tu famine narres,
Sis via, dux plebis ad sacra regna dei.
15 Vos dixit Christus [1] lux mundi, vosque lucernam,
Vos quoque sal terrae [2], hoc memorare pie.
Luceat en vestra lux ceu sol splendidus orbi,
Fiat opus vestrum gloria magna deo.
Condat dogma bonum fluitantia corda reorum,
20 Ne male putrescant, nec ea vermis edat.
Nomen posco tuum, videas quid continet ipsum [3],
Et sic extemplo discere facta potes.
Sic monet ergo pie resonans: 'Ulciscere pactum',
Quod gemino sensu vertere rite valet,
25 Foedus cum vitiis hominum tua ut ultio scindat,
Et Christi pactum firmet ubique pie.
Nam dedit hoc nomen dudum tibi cura parentum [4],
Baptismum quando sorte tua tuleras.
Nunc quoque valde tibi nomen hic conferat ordo,
30 Perpendens disce mystica dona dei.
Nam superintendens pie, episcopus ipse vocaris [5],
Quod monet ut caute omnia semper agas.
Sic, pater alme, modo facias ut diceris ipse,
Nomine et utroque actio digna tua est.
35 Solers intendas super omnes pastor honestus,
Pactum et defendat ultio digna dei.
Sisque memor nostri, precibus insiste sacratis,
Pro tibi devotis semper ubique pie.
Nam precibus Christum pulsamus perpete voto,
40 Ut tua de caelis tempora rite regat.
Hoc quoque nos omnes deposcimus ore fideli,
Hoc, Fridûrih, semper Hraban et ipse peto,
Ut vivas sospes in terris tempore multo,
Et post haec scandas regna superna poli [6].
45 Quod peto, tu facias sacris altaribus asstans [7],
Me ut Christo reddas, sancte pater, precibus,
Christus rex caeli, terrae rex, conditor orbis,
Me tecum faciat lucis habere locum.

XVIII.

AD OTGARIUM ARCHIEPISCOPUM.

Spiritus alme, veni, supera directus ab arce,
Ut praestes famulo dona sacrata tuo.

---

17 speldidus *F* 20 mala *F* 25 Faedus *F*
[XVIII] *F p.* 218

1) *Matth.* 5, 14 Vos estis lux mundi, *cf. supra p.* 173 *v.* 23. 2) *Matth.* 5, 13 Vos estis sal terrae. 3) *Cf. p.* 173 *v.* 19. 4) *Trist. I,* 1, 115 cura parentis. 5) *Cf. supra p.* 173 *v.* 21—22. 6) *Cf. supra p.* 170 *v.* 36. 7) *Alcuin. ad Paulinum* 3 (*I,* 240) Sis memor Albini sacris altaribus adstans.

Pectoris archanum comple, da munera linguae,
  Dilecto ut patri carmina grata canam[1].
5 Quem primum ut vidi, dilexi semper, amavi,
  Cui bona hic opto laeta et in arce poli.
Ó pater, ó pastor, cui Christus dona superna
  Iam dedit et plebem pascere vice sua[2],
Tu[3] renovator ades patriae, spes, rector honorque,
10 Dulcis amor cunctis, dignus amore dei.
Pande[4] viam cunctis per dogmata sacra salutis,
  Ut sis perpetuae lucis iter populo.
Tempora sunt huius vitae nunc plena periclis,
  Nunc ruit orbis honor, corruet ipse cito.
15 Quae ventura deus praedixit Christus in orbem,
  Saepius adveniunt signa tremenda nimis.
Gentibus en gentes, regna contraria regnis
  Exsistunt bello, pax perit, hostis ovat.
Fames cum peste cruciant ac fortiter urguent
20 In terris populos, mors et amara premit.
Sed[5] haec signa diem domini testantur adesse,
  Qua pius et iustus rex deus adveniet.
Eripe, sancte, piis monitis precibusque sacratis
  Commissum tibimet pastor ab hoste gregem,
25 Ne saevus perdat, quem verus iure redemit
  Filius altithroni sanguine nempe suo.
En servare iubet rex terrae foedera certa[6],
  Legemque ac iussa vult retinere sua.
Sic rex caelestis mandat divina docere
30 Praecepta, atque sequi rite sua monita.
Nec sinit humana praeponi lance nefanda
  Divinis potius, sed superesse cupit;
Iusque poli mavult praecelli et in arce teneri
  Mundano iuri negotioque simul.
35 Lex terrena quidem hic in multis utilis exstat,
  Sed lex caelestis sola salubris erit.
In hac vera quidem fulget sapientia tantum,
  In qua est laus, merces, vita, salus hominum.
Hanc tu prae cunctis opibus gazisque caducis[7]
40 Semper amato, pater, firmiter atque tene.
Haec te illaesum exaltat, servat, proteget atque,
  Et cunctis placitum ipsa satisfaciet.
Qui sequitur Christum, gaudebit in arce superna,
  Cum sanctis pariter regna tenendo poli.
45 Quem peto rite sequens tu eius vestigia serva,
  Semper in hac vita, sic quoque victor eris.

---

27 faedera *F*   35 im multis *F*

1) *Met. XIV*, 430, *Trist. III*, 7, 12 Doctaque ... carmina ... canis. 2) ***Hrabanus ei igitur in dignitate archiepiscopali modo** (a. 826) **suscepta gratulatur.*** 3) *Cf. supra p.* 161 *v.* 9—10. 4) *Cf. p.* 175 *v.* 19—24. 5) *Ib. v.* 27—30. 6) *Aen. I,* 62 foedere certo. 7) *Cf. Alcuin. ad soror.* 3 (*I*, 253).

Proteris atque hostes, caelum penetrabis et ipse
Liber ovas semper lucis in arce manens.
Quod deus aeternus, mundi mitissimus auctor[1],
50 Christus salvator conferat ipse tibi.
Protegat atque regat longaevo tempore sanum[2],
Virtutum titulis augeat et meritis[3],
Ut tua multiplici concrescat gloria laude
Cum domino et sanctis semper in arce poli[4].
55 Sexies en denis cecini has versibus odas,
Summa bona exoptans, sancte pater, tibimet,
Doctrina ut sis sanus, perfectus moribus atque,
Perfectum dominum rite sequens famulus.
Vive deo grate, felix sic vivis in aevum,
60 Ergo beata bona est vivere vita deo[5].

Vita tua valeat sospes, sanctissime pastor,
Semper in aeternum vita tua valeat[6].
Meque iuvet precibus orando sceptra superna
Commendans domino, meque iuvet precibus,
5 Lucis in arce manens, quod tecum gaudia carpam,
Aeternae vitae lucis in arce manens.

XIX.

AD BRUNWARDUM CHOREPISCOPUM[7].

Versibus his paucis liceat mandare salutes[8],
Doctor amate tibi, dulcis amice, vale.
Ó quem te vocitem, ne controversia constet,
Vulgus ut omne vocat, an aliena petis?
5 Dicite, Pierides, illum quo nomine dicam[9],
Carmine quem memoro, oreque mente, manu[10].
Hoc quoque pollente vultu, hoc ordine sacro,
Nescio, quae fraus est nominis in capite,
Ultima quem clarum, hunc causat prima nigellum
10 Sillaba, nec certum res dabit ipsa modum.
Dicunt Pierides, consentit Maurus et ipse,
Nec dissensio, nec nomine fraus latitat.
Te deus ex humili summum exaltavit in orbe,
Ut rector populis sis, amor atque decus.
15 Prima monet, fueras, quod nunc es, sillaba laudat
Ultima, lux, speculum, praesul in aede dei.

|| 1 pater *F*, pastor *Br.*
[XIX] *F p.* 219 1 salutes]uel tem *F* 6 Carminae *F*

1) *Cf. supra p.* 161 *IV,* 13. 2) *I,* 247 *v.* 10. 3) *Ib. v.* 7 Virtutum titulis; 12 Augeat et; *Ad episcop. quend. v.* 14 (*I,* 251) Augeat et meritis. 4) *Ad Leonem I,* 247 *v.* 16 Arce poli. 5) *Cf. p.* 178 *v.* 27—28. 6) *Ad Leonem v.* 11 (*I,* 245) Semper in aeternum domino miserante valete, *v.* 1 (*I,* 238). 7) *abbatem post Hersfeldensem* (843—875), *cf. p.* 111 *v.* 99. 8) *Ex Ponto IV,* 6, 13 mandare salutem. 9) *Fast. VI,* 799 Dicite Pierides; *Trist. III,* 4, 64 Dicere .. nomine quemque suo. 10) *Cf. supra p.* 168 *v.* 8.

Sic reor ut sponsa ymnorum in carmine canit,
Illi quid virtus, quidque labor tribuat.
Sum nigra, sed pulchra, caelestis filia regni[1],
20 Castrorum utque acies terribilis decore.
Te rogo, teque tui ut factor sis nominis almus,
Utque operi verbum consonet atque fides:
Urbs aeterna dei estis vos et lumina mundi[2],
Vos Christus statuit castra tuere sua.
25 Vos fontes vivi, paradisi et flumina sacra[3],
Doctores populi, laus gregis atque duces[4],
Sal terrae, lapides pretiosi in stemmate Christi[5],
Vos mater, frater ipsius atque soror[6].
Multiplica ergo pio percepta talenta labore,
30 Maxima quod caelo praemia percipias[7],
Ne iudex veniens thesaurum quaerere promptus
Terra defossum turpiter inveniat.
Omnibus exemplum vitae sis normaque recti[8],
Iustitiae cultor et pietatis amor[9].
35 Ebria divina, rogo, sint praecordia laude,
Impia non Bachi pocula[10] corda premant.
Saepius excubiis visites et moenia Christi,
Pro te proque tuis ipse precare deum.
Septies inque die dominum laudare memento,
40 Ut psalmista canit David ab ore dei[11].
Hinc tua multiplici concrescit gloria laude,
Cum Christo et sanctis perpes in arce poli[12].
Sis memor utque mei, testor per sceptra tonantis,
Te, pater et pastor, sis memor ipse mei.
45 Vive deo felix, felix et vive per aevum[13]
Cum Christo et sanctis regna beata tenens[14].

XX.

AD RATGERIUM ABBATEM SUUM[15].

Té, pater alme virum, monachorum atque optime pastor,
Invoco propitium ipse tuus famulus,
Ut tua nunc pietas miserum me exaudiat alma,
Ad te clamantem, rector ubique pius.

---

17 canet *corr.* nit *F* 33 vitae *add. Br.* 44 et te pastor *F* et ipse *F*
[XX] *F p.* 220

1) ***Met.** I,* 152 regnum caeleste. 2) *Alcuin. ad Aedilhard.* 1 (*I,* 235) Urbs aeterna dei, terrae sal, lumina mundi. 3) *Ib. v.* 6. 4) *Ib. v.* 5 Doctores vitae. 5) *Ib. v.* 1 sal terrae; 3 lapidesque in stemmate Christi. 6) ***Matth.*** 12, 50. 7) *Ad Aedilhard.* 17 Multiplicate pio percepta talenta labore, | Maxima quod summo capiatis praemia caelo. 8) *Ad Leonem* 8 (*I,* 254) Exemplum vitae. 9) *Ib.* 5 Iustitiae cultor sanctae et pietatis amator. 10) *Aen. III,* 354 pocula Bacchi. 11) ***Psalm.*** 118, 164 Septies in die laudem dixi tibi super iudicia iustitiae tuae. 12) *Cf. supra p.* 184 *v.* 53—54. 13) *Cf. supra p.* 178 *v.* 27. 14) *Cf. supra p.* 161 *v.* 18. 15) *Fuldensem a.* 802—817, *cf. supra p.* 154.

5 Iam mihi concessit bonitas tua discere libros,
Sed me paupertas suffocat ingenii,
Me quia quaecunque docuerunt ore magistri,
Ne vaga mens perdat, cuncta dedi foliis.
Hinc quoque nunc constant glosae parvique libelli,
10 Quos precor indigno reddere praecipias.
Servi quicquid habent, dominorum iure tenetur,
Sic ego quae scripsi, omnia iure tenes.
Nec mihi ceu propria petulans haec vindico scripta,
Desero sed vestro omnia iudicio.
15 Seu mihi haec tribuas, seu non, tamen omnipotentis
Divinitas semper det tibi cuncta bona,
Certamenque bonum cursu consummet honesto[1],
Cum Christo ut maneas semper in arce poli.

XXI.

AD EIGILUM[2] DE LIBRO QUEM SCRIPSIT.

Lex pia cumque dei latum dominans regit orbem[3],
Quam sanctum est legem scribere namque dei.
Est pius ille labor[4], merito cui non valet alter
Aequiperare, manus quem faciet hominis.
5 Nam digiti scripto laetantur, lumina visu,
Mens volvet sensu mystica verba dei.
Nullum opus exsurgit, quod non annosa vetustas[5]
Expugnet, quod non vertat iniqua dies:
Grammata sola carent fato, mortemque repellunt,
10 Praeterita renovant grammata sola biblis.
Grammata nempe dei digitus sulcabat in apta
Rupe, suo legem cum dederat populo,
Sunt, fuerant, mundo venient quae forte futura,
Grammata haec monstrant famine cuncta suo.

XXII.

ITEM AD EUNDEM.

Presbiter aetate, meritis et presbiter, alme
Eigil, te Christus salvet in orbe deus.
Sis mihi quod posco, quodque opto, hoc esto benignus
Praeceptor, pastor, semper amicus, honor.
5 Nec me contristant tua corripientia verba,
Cum scio, quod semper pectora amica[6] tenes.

6 Se me *F*
[XXI] 14 famina *F*

1) 2 *Tim.* 4, 7 Bonum certamen certavi, cursum consummavi. 2) *abbatem Fuldensem* (817—822), *cf. supra p.* 154. 3) *Cf. supra ad Hludowic. imperat. v.* 1; *Met. IX,* 795 latum ... orbem. 4) *Trist. II,* 322 Et pius est patriae facta referre labor. 5) *Trist. V,* 2, 11 annosa vetustas; *cf. Ex Ponto IV,* 8, 49. 6) *Cf. supra p.* 172 *v.* 10.

Verum dico tibi, nec me sententia fallit[1],
Te unum prae multis corde tenere volo.
Sis mihi semper idem, quia sum tibi semper et idem,
10 Semper amicus amat, semper amandus erit[2].
Omnipotens dominus, regnator summus Olympi[3],
Omnibus te horis protegat incolumem.
In terris servet, caeli perducat ad arcem,
Me tecum pariter, dulcis amice, vale.

XXIII.

AD GERHOHUM PRESBITERUM[4].

Clavipotens frater simul omonimusque sagittae,
Parvula haec liceat carmina ferre tibi,
Quae rapuit calamus subito dictantis ab ore,
Musaque lassa dedit tempore non solito[5].
5 Carmina sacra tibi resonent, karissime frater,
Sit semper Christus carmen in ore tuo[6].
Ipse prophetarum ore fuit electa sagitta[7],
Hic clavis David, sophia et alta dei.
Qui té perpetuis clemens conservet in annis,
10 Gaudentem secum semper in arce poli.
Dicere quid possum de magna laude librorum,
Quos sub clave tenes, frater amate, tuo?
Quicquid ab arce deus caeli direxit in orbem,
Scripturae sanctae per pia verba viris
15 Illic invenies[8], quicquid sapientia mundi
Protulit in medium temporibus variis.
Hae te deliciae larga pietate fluentem
Delectent, habeant, possideant, teneant.
Nil tibi cum mundo, mundus dum praeterit omnis,
20 Illius ac pariter et decus et species.
Verbum namque dei, et verbi scrutator honestus
Perdurant semper lumine perpetuo.
Vive deo vita felix, et vive per aevum,
Nempe beata bona est vivere vita deo.
25 Dulcis amor Christi, dulcisque domuncula semper,
Dulce melos tibi sit, dulcis amice, suum.
Sis memor atque mei sacris altaribus asstans[9],
Sit memor utque tui gratia magna dei.
Haec relegens valeas multis feliciter annis,
30 Cumque choro fratrum haec relegens valeas.

[XXII] 7 sentia *F*
[XXIII] 1 sagictae]uel gittę *F* 3 hore *F* 9 Qté *F* 17 diliciae *F*

1) *Aen. X*, 608 nec te sententia fallit. 2) *Cf. p.* 178 *v.* 14. 3) *Aen. VII*, 558 summi regnator Olympi. 4) *Idem* Gerhoh *fortasse, qui Fuldae obiit a.* 818 (*Ann. necrol. Fuld., SS. XIII*, 171). 5) *Fast. I*, 394 solito tempore. 6) *Cf. Alcuini versus* (*I*, 251) 5 Semper in ore tuo resonent pia verba salutis, | Laus Christo resonet semper in ore tuo. 7) *Isai.* 49, 2 et posuit me sicut saggittam electam. 8) *Cf. supra p.* 164 *v.* 23. 9) *Cf. supra p.* 182 *v.* 45.

XXIV.

ITEM AD EUNDEM.

Te deus omnitenens semper, carissime frater,
Prospere conservet tempora cuncta[1] bene.
Et maneas sospes, nobis et sospita poscas,
Auctor et ipse deus pacifica tribuat.
5 Sic psalmista docet[2]: 'Quae ad pacem sunt, rogitate,
Urbe dei copia est haec et amantis erit'.
Pacem animus nulla trepidus formidine[3] servet,
Nec timeat pravae crimina dissidiae.
Sic et ames, frater, semper, sic rursus ameris,
10 Mutuus ut nullo tempore cesset amor.
Instantes precibus simus in laude tonantis,
Hesperus hoc videat, Lucifer hoc videat,
Poscamus veniam, poscamus munera Christi,
Liberet a paenis, augeat et meritis.
15 Conditor omnipotens caeli mundique redemptor,
Conservet Christus nos, rogo, pace simul;
Ut sicut semper sunt vere ille et pater unum,
Unum sic in se nos fieri faciat.

XXV.

AD SAMUELEM PRESBITERUM[4].

Vive meae vires lassarumque anchora rerum,
Naufragio et litus tutaque terra meo.
Solus honor nobis, urbs tu fidissima semper,
Curisque afflicto tuta quies animo.
5 Sintque licet montes inter cum fluctibus arva,
Mens tecum est, nulla quae cohibetur humo.
Te mea mens sequitur, sequitur quoque carmen amoris,
Exoptans animo prospera cuncta tibi.
Qui mihi te notum dedit et concessit amicum,
10 Conservet sanum Christus ubique mihi.
Ante solum terrae caelique volubile ciclum
Praetereant, noster quam quoque cesset amor.
Hocque, pater, monui, moneo te iterumque monebo,
Sis memor utque mei, sicut et ipse tui.
15 Ut deus in terris quos hic coniunxit amicos,
Gaudentes pariter iungat in arce poli.

[XXIV] *F p.* 221   5 rogitote *F*

1) *Ex Ponto III,* 1, 14 Cuncta . . . tempora. 2) *Psalm.* 121, 6 Rogate quae ad pacem sunt, Ierusalem: et abundantia diligentibus te. 3) *Aen. VI,* 290 subita trepidus formidine. 4) *postea Wormatiensem episcopum* (841—859). *Cf. de alio Samuele, Alcuini discipulo I,* 228. *Totum hoc carmen expressum est ex versibus* 9—24 *carminis Grimoldo abbati missi, quod supra p.* 169 *edidimus.*

XXVI.

ITEM AD EUNDEM.

Te deus aeternus, hominum sanctissimus auctor,
Stelligeram caeli summus qui continet arcem [1],
Perspicit atque omnem fortis dominator abyssum.
Exaltet, salvet, servet te, diligat, ornet,
5 Concedatque tui omonimi meritumque locumque,
Exstitit ut templi typici hic servitor, amator,
Utque habeas omnem Samuel Samuelis honorem.
Esto memor proprii quem nominis ultima notet
Syllaba [2]; hic cordis laus sit, hic fervor amoris.
10 Sit tibi vita salus, tibi sit via gloria, virtus,
Protector, rector per secula cuncta valeto.

XXVII.

ITEM AD SAMUELEM PRESBITERUM.

Qui caeli culmen, terrae qui continet ima,
 Qui ponti fluctus, sidera quique regit,
Cuius quae fuerant ac sunt et cuncta futura
 Stant in conspectu, ipseque cuncta videt,
5 Vestrum fructiferum custodiat ipse laborem,
 In caeli regno praemia digna parans [3].
Sis memor ergo mei sacris altaribus asstans [4],
 Praesul sancte dei, sit deus utque tui.
Ast tibi si possum quiddam conferre susurrans
10 In precibus dignum, ipse libenter agam.
Concedat dominus vitae iam munus utrisque
 Effectum precibus, dulcis amice, vale.

XXVIII.

AD SAMUELEM PRESBITERUM.

Est animus promptus, sunt sensus, accipe votum,
 Non spernas socium, semper amicus amat [5].
Non hunc tempestas quatiet, non turbidus Auster [6],
 Nec Boreas glatie stringere nempe valet.

[XXVI] 4 seruetque te *F* 9 hicque tui cordis *F*
[XXVII] 10 Im precibus *F*
[XXVIII] 4 glatię *F*

1) *Cf. p.* 161 *IV,* 13; *Fast. V,* 41 de caeli . . arce. 2) *El nomen dei BR.* 3) *Met. XII,* 472 praemia . . | . . . pararis. 4) *Cf. supra p.* 187 *v.* 27. 5) *Cf. ib. v.* 10. 6) *Cf. Alcuin.* (*I,* 298) *II,* 2 turbidus Auster.

5 Libertas animi munus expendit amoris,
Dignum est ut mentem provocet ipsa piam.
Nullus in orbe fuit, quem non consumpserit aetas:
Quisquis enim possit, semper amica paret.
Hrabanus posco seniorem te Samuelem,
10 Haec tu perpendas, cunctaque iure legas.
Christus in arce deus conservet semper utrumque,
Hoc, pater, ipse petas, tu sine fine vale.
Quondam nempe meum gaudebam te esse sodalem
Inter lectores, frater amate, mihi:
15 Nunc quoque te gratulor retinere iura magistri,
Crescere virtute, patris habere locum,
Sis memor ergo mei sacris altaribus asstans,
Sum memor utque tui, sic memor esto mei[1].
Quod quondam docuit Albinus rite magister[2],
20 Hoc pectus teneat, hoc opus omne probet.
Gratia sic Christi tecum permanserit alma,
Sic memet tecum ducit ad astra, vale.

XXIX.

ITEM AD EUNDEM.

Tu meus es placitus, placeas super aethera Christo,
Sis carus sanctis, tu meus es placitus.
Unicus esque meus, auctor te protegat unus,
Unum cum multis unicus esque meus.
5 Omnibus ipse bonis repleat te Christus amator,
Spiritus atque dei omnibus ipse bonis.
Optima quaeque tibi tribuat divina potestas[3],
Deposcens opto optima quaeque tibi.
Tu maneas, vigeas semper in secula sospes,
10 Hic et in aeternum tu maneas, vigeas.
Inclite, vive, vale, Samuel laetissimus audi,
Hic finis verbi est, inclite, vive, vale.

XXX.

AD SAMUELEM PRESBITERUM.

Has tabulas, senior, gratanter percipe quaeso,
Quas tibi devotus iunior exhibuit.
Buxus canitiem signat, claustrumque secretum
Consilium cordis, tu, pater alme, vale.

[XXIX] 7 Obtima *F* 10 in *om. F*
[XXX] 2 Quam *F,* Quas *corr. Watt.*

1) *Cf. supra p.* 187 *v.* 27—28. 2) *I. e. Alcuinus, cf. supra p.* 154. 3) *Iuvenci H. euang. III,* 682 divina potestas

XXXI.

AD SAMUELEM PRESBITERUM.

Sis felix sospes, sis laetus semper ubique,
  Te omnipotens dominus protegat atque regat.
Vivis mente mea, vivas per secula Christo,
  Vivas cum sanctis regna beata tenens[1].
5 Hos senos versus transscripsi tempore parvo[2],
  Perfectum senio aethera te capiant.

XXXII.

AD ISANBERTUM PRESBITERUM[3].

Accipe primitias Musae, pater, hoc breve carmen[4]
  Et nostris studiis tuque faveto pius.
Dignus nam docta cum sis ut carmina[5] solvas,
  Ignoscas nostris, rustica[6] cum videas.
5 Cuncta quidem tibimet virtutum insignia condunt
  Nomen, quo clarus dignus honore fias:
Ferrum te fortem, clarum virtute decorum
  Signant, per multas crescis in arte vias.
Altithronus dominus, cunctorum conditor almus,
10 Te virtute beet, augeat et meritis,
Atque mei memorem conservet gratia Christi.
  Semper in aeternum, dulcis amice, vale.

XXXIII.

AD EXULEM PRESBITERUM.

Fortia dicta dabas, exhortatoria verba,
  Qui tale exemplum ventris in ore profers.
Pro se sollicita nam mandat apostolus[7] esse,
  Membra, nec ventrem excipit inde pigrum.
5 Currere cum pedibus, oculis ac cernere fas est,
  Auribus audire oreque verba dare.
Ergo manus solum ventri si porrigat escam,
  Cuncta et membra simul hunc satiare student,
Quis tegumenta parat, ornatum quaerit et aptum[8],
10 Quis clipeum ad pugnam, quis, rogo, tela rapit?[9]
Venter sit escae, ventri deserviat esca[10],
  Hunc deus atque illam destruet ipse cito.
Sed mihi communis nempe ac iustum esse videtur,
  Membrorum ut cura par fiat atque labor.

[XXXII] 5 timet *F*

1) *Cf. p.* 161 *v.* 18. 2) *Cf. p.* 168 *v.* 21. 3) *Cf. p.* 173 *n.* 2. 4) *Fast. III,* 547 carmen | Hoc breve. 5) *Trist. III,* 7, 12 Doctaque .... carmina. 6) *Amor. II,* 4, 19 rustica .. | Carmina. 7) 1 *Cor.* 12, 25. 8) *Cf. p.* 164 *v.* 3. 9) *Fast. II,* 838 tela rapit. 10) 1 *Cor.* 6, 13.

15 Ut manus ipsa operi deservit, sic quoque venter
Consiliis certet cuncta monere suis.
Quae domus ex parte defenditur, haec patet hosti;
Quae quoque vallatur undique, tuta manet.
Providus en mente, cautus sis semper et actu,
20 Prudens cuncta cave, tristia nulla time.
Victor sit Christus, sic est victoria vera,
Qui regem hunc sequitur, victor et ipse manet.
Tot versus scripsi quot horae nempe diei
Sunt, optans semper sospes ut ipse fias.

XXXIV.

AD IRMINGILDUM PRESBITERUM.

Omnipotens, summi patris sapientia, Christe,
Qui infima cum superis cuncta tenendo regis:
Tu mihi dilectum conserva semper amicum,
Ut vigeat sospes, regna superna petens [1].
5 Ut crescat meritis, crescit ceu temporis aevo,
Post obitum mortis dona beata metens.
Hoc tu virgo dei, genetrix intacta tonantis,
Impetres precibus, sancta Maria, precor.
Agmen apostolicum, primus et in ordine Petrus,
10 Fratribus ascitis poscite valde deum.
Praeco propheta dei, paranimphus, martyr et ipse
Cum vatum turba saepius hoc rogites.
Sic peto, tu facias levita protomartyr et ipse
Cum sociis Stephanus sceptra superna precans.
15 Hoc iusti, electi, felices poscite cuncti,
Buoloni [2] ut regnum det super astra deus.
Hoc, pater alme, modo dum vacat quaerere regnum,
Quaerere non cesses, ut capias, cupias,
Vim aula poli patitur, violenti et sidera prendunt,
20 Qui bene nunc certat, dona futura capit.
Certasti valide, et hostem nunc sternere certa:
Vincenti in fine rite corona datur.
Os resonet Christum, palma quoque pascat egenum,
Pes aegrum inviset, corda deum cogitent.
25 Te sibi totum extra famulantem sentiat auctor,
Te sibi totum intus vindicet ipse deus.
Haec tibi, sancte pater, optando grammate pinxi,
Ut fias felix dogmata sacra sciens.
Hoc quoque posco deum per psalmos rite canendo,
30 Per missae officium te memorando pie.

[XXXIV] Irmingildum *difficile lectu* 5 seu *F* 14 scepstra superna pia *F*, precans *Br*.

1) *Venanti C. IV*, 18, 24 regna superna petit. 2) *Aut Irmingildo nomen diversum id obtigit aut amico tertio bene precatur. BR.*

.. supplex te .... tonantis,
Ut me commendes rite deo precibus.
.... homini quod valde necesse,
Aeterna precibus quaerere regna[1] sacra.
35 .... tibi hocque .... rector Olympi[2],
Post finem vitae semper in arce vale.

XXXV.

ITEM AD EUNDEM.

Te deus omnipotens conservet ....
Qui tua perpetuo tempora rite regat.
..............., frater amate,
Ut te dilexi, te deus altus amet.
5 ..... te ..., rogo, posce tonantem,
Me miserum salvet ut pius ipse sator.
... pater .... ut salvet ubique
Te Christus, Buolo, collocet ipse polo.
.... vivens multis feliciter annis
10 Cum sanctis post hoc regna beata tenens.

XXXVI.

O ..... modus semper consistit in aequo,
Ardua succumbunt, imaque celsa petunt.
.... cupit mens prava superba,
Hanc deus exaltat, illam inimicus habet.
5 .... stupor flagrantem ...... ingens
Quod te cognovi, frater ....
....
...... sacerdotum dicta sacrata dei.

XXXVII.

[AD BONOSUM[3].]

....
Una dies ridet, casus cras altera plangit,
Nil fixum quomodo tessera laeta dabit[4].
Aestas clara micat, autumnus conferet umbras,
Ver floret gemmis, has fera tollit hiems[5].

[XXXVI] 8 *Hic finit F* *Desunt caetera foliis* IV *circiter amissis Br.*
[XXXVII] 1 cassus *Br.* 4 hyems *Br.*

1) *Aen. IV,* 350 extera quaerere regna. 2) *Met. II,* 60, *IX,* 499 rector Olympi. 3) *i. e. Hattonem, Hrabani amicum et successorem, cf. Catalog. abbat. Fuldens.* (*SS. XIII,* 273) Sextus Hatto bonosus et gloriosus .. 4) 1—2 *ex carm. Alcuini ad Higbaldum* 13—14 Nil fixum faciet tessera laeta tibi (*I,* 229). 5) *Ib. v.* 18 Ver floret gemmis, hiems ferit hocque decus; *Trist. I,* 1, 42 fera iactat hiems.

5 Quid porro est quod non properatis effugit alis,
Et varium non sit quod tegit arce polus.
Aerias pinus inclinat pigra senectus [1],
Dissolvit rupes, flumina sicca facit.
Dum loquimur, seges alta viret, maturiet [2], aret,
10 Canescunt violae, lilia fusca cadunt.
Ipsa suos citius gratos rosa ponit amictus [3],
Agrestes flores moxque sequuntur eam.
Omnibus his brevis usus, et est sub lege noverca,
Alternant vicibus [4], et simul intereunt.
15 Tuque tuum credis quod mendax commodat hora,
Aeterno et simili semper habere cupis.
Paulatim miseros effert ad vota senectus,
Et modo qui fuimus, iam modo desinimus.
Nutricis gremio subito puer altius exit,
20 Miraturque truci se dare voce sonum.
Iam celeres barbae, iam tincti morte capilli,
Iamque adclinis humo [5] praedaque mortis erit.
Omnia fert aetas [6], atque omnia finis ademit,
Nil manet aeternum [7], saecula praetereunt.
25 Cunctaque tempus habent [8], ni solus temporis auctor,
Qui fuit, est semper, et sine fine manet.
Hunc tu semper ama, hunc toto corde fatere,
Hunc precibus posce, hic tibi grata dabit.
Non [9] te conturbet, sancte, inconstantia, frater,
30 Haec mundana quidem gurgitibus variis.
Sic fuit, est, et erit saecli versatilis ordo,
Laetitiae nunquam sit cui certa fides.
Multa quidem patitur sanctorum plebes in orbe,
Iudicio occulto, nec ego scire queo [10].
35 Credo, suos servos quod nullo spreverit aevo,
Adiuveritque satis, cum sua vota petant.
Nam altera vita suis servatur in arce polorum,
Qua pax alma viget, praelia nulla fiunt.
Haec quoque semper erat iusto temptatio vita,
40 Fornacis flamma ut aurea vasa probat [11].
Sic deus omnipotens sanctos per saeva probabit
Verbera, post reddens praemia laeta polo [12].
Sta, precor, esto memor Christi, patrum memor atque,
Pagina quos cecinit auribus alma tuis [13].

---

6 *an* fit? teget *F* 23 adimit *F*, ademit *corr. Br.*

1) ***Aen. III,*** 680 Aeriae quercus; ***Met.*** *X*, 396 pigra senectus. 2) ***Art. Am. III,*** 102 seges alta; ***maturiet ab inusitato matureo BR.*** 3) *Cf.* ***Art. Am. II,*** 115 Nec violae semperve hyacinthina lilia florent, | Et riget amissa spina relicta rosa. 4) *Alcuin. l. l. v.* 16 Alternis vicibus. 5) ***Aen.*** *X*, 835 adclinis trunco. 6) ***Ecl. IX,*** 51 Omnia fert aetas. 7) ***Alcuin. ad Higbald.*** 11 Nil manet aeternum. 8) ***Eccles.*** 3, 1 Omnia tempus habent. 9) *v.* 29—32 ***ex carm. ad Higbald.*** 97—100 Non vos . . sancti . . fratres | Nec mundana . . | . . fuit atque fiet. 10) *v.* 34 *ex carm. ad Higbald. v.* 86 (*cf.* 61) non ego. 11) *Cf. Eccli* 27, 6; *Sedul. C. Pasch. Prol.* 14 aurea vasa; *ad Higbald. v.* 89 (*cf. Amor. I*, 7, 6) 12) *v.* 41—42 *ex carmine ad Higbald.* (*I,* 231) *v.* 95—96 probavit. 13) *Ad Higbald.* 92 Auribus ut cecinit pagina sacra tuis.

45 Fortis sis animo, sis verbo et providus actu,
Sic fuerunt sancti, proximus esto tibi.
Victima[1] quod prima fuerat iustissimus Abel
Fraterna caede[2] hocque memento precor.
Improbe derisus infanda et prole Noea,
50 Quo reparata manet progenies hominum.
Quod reges sanctus capto Loth vicerit Abram,
Qualia perpessus sit pius ipse ab eis.
Damna quidem in puteis sensit quod saepius Isac,
Grassante invidia quae Philistea gerit,
55 Quantos pro sobole fletus effudit[3] Iacob?
Et Ioseph quanta passus in orbe fuit?
Dux pius ille quidem, qui totam stravit Aegyptum,
Flagris eripuit dumque dei populum,
Quomodo sit spretus, et qualia praestat alumnis,
60 Quomodo sit tractus improbe convitiis.
Nam Samuel quotiens Saulis tolerabat aerumnas?
Et David latitans impia sceptra fugit?
Qualiter in regno prolis hic sustulit iras[4],
Plurima et ex aliis turpia verba tulit.
65 Omnia nempe mea, poenarum millia quotquot
Passi sunt sancti, dicere Musa nequit[5].
Helias, Daniel, Esaias, Michas, Ionas,
Ieremias, Iaddo, Iob pater et Tobias,
Qui fuerant mundi ceu luminaria quondam,
70 Quam saevas poenas corpore pertulerant!
Perplures alios consumpsit flammeus ardor
Et lapides alios atque alios framea.
Sicque fide fortes vicerunt praelia sancti,
Fecerunt opera maxima iustitiae.
75 Quid memorem[6] vetera, gaudet cum sancta per orbem
Martyrio rutilans catholica ecclesia?
Clare et apostolico micat inradiata tropaeo,
Vexillum et Christo fert dominante crucis.
Tantos ergo suos dominus perferre labores[7]
80 Hic voluit, quos ad regna superna vehit.
Quapropter[8] potius caelestia semper amemus,
Et mansura polo, quam peritura solo,
Murmure iam nullo referamus ad aethera voces[9],
Cantantes dominum, qui pius et bonus est.
85 Non[10] est quippe deus plagis culpandus in istis,
Sed nostra in melius vita ferenda cito.
Et pie flectenda est precibus clementia nostris,
Quatenus a nobis transferat ille flagra.

77 trophaeo *Br.* 88 transferet *Br.*

1) *Cf. Venantii C. l. IX,* 2, 13 *sqq.* 2) *Aen. IV,* 21 fraterna caede. 3) *Met. XI,* 672 Fletus .. fundere. 4) *Trist. II,* 47 sustulit iram. 5) *Aen. VI,* 627 Omnia poenarum percurrere nomina possim. 6) *Ib.* 123, 601 Quid memorem. 7) *Aen. XII,* 177 tantos potui perferre labores; *VI,* 437. 5) *v.* 81—82 *ex carm. ad Higbald.* (*I,* 232) *v.* 119—120. 9) *Aen. V,* 409 referebat pectore voces; *VIII,* 70 effundit ad aethera voces. 10) *v.* 85—88 *ex carm. ad Higbald. v.* 231—234 transferat ipse plagas.

Quem pater ast natum caro complectit amore,
90 Saepius huic tristi dira flagella dabit[1],
Horrida quapropter nunquam temptatio mentem[2]
Ulla tuam superet, fortis ubique fias.
Si quid displicuit Christo iam cuncta videnti,
Moribus inque tuis, corrige hoc citius[3].
95 Hocque superna monet lex hoc et iura paterna,
Hoc fraternus amor, hoc studeas facere.
Te quoque iam facias tota virtute paratum,
Ut, quo pervenias, tristia nulla fiant[4].
Quod tibi concedat auctoris sancta potestas,
100 Hoc nobis tecum summus in arce deus.
Fistula has Mauri senis cantavit in horis
Caenas dilecto, sancte Bonose, tibi.

XXXVIII.

ITEM AD EUNDEM.

Nam pictura tibi cum omni sit gratior arte,
Scribendi ingrate non spernas posco laborem.
Psallendi nisum, studium curamque legendi[5],
Plus quia gramma valet quam vana in imagine forma,
5 Plusque animae decoris praestat quam falsa colorum
Pictura ostentans rerum non rite figuras.
Nam scriptura pia norma est perfecta salutis,
Et magis in rebus valet, et magis utilis omni est,
Promptior est gustu, sensu perfectior atque
10 Sensibus humanis, facilis magis arte tenenda[6].
Auribus haec servit, labris, obtutibus atque,
Illa oculis tantum pauca solamina praestat.
Haec facie verum monstrat, et famine verum,
Et sensu verum, iucunda et tempore multo est,
15 Illa recens pascit visum, gravat atque vetusta,
Deficiet propere veri et non fide sequestra est.
Perspice qui fuerint auctores atque sequaces
Istarum rerum, tunc et certissimus inde
Noscere iam poteris, tibi quae sint arte parandae[8].
20 Primitus Aegyptus umbrarum lumina pinxit,
Lumina tincturis varians formavit et umbris.
Haec sonat 'angustans tribulatio'[9], fit, sonat et quod

---

1) *v.* 89—90 *ib. v.* 93—94 Quemque pater natum . | . dura. 2) *Ib. v.* 145 Horrida non frangat vestras temptatio mentes. 3) *v.* 93—94 *ib. v.* 227—228 in vestris corrigite. 4) *v.* 97—98 *ib.* 213—214 Teque magisque tua facias virtute. 5) *Trist. I,* 3, 9 cura legendi. 6) *Art. Am. II,* 12 arte tenenda. 7) *Rem.* 9 arte parari. 8) *Isidori Etym. XIX,* 16, 2 Picturam autem Aegyptii excogitaverunt primum umbra hominis lineis circumducta. Itaque initio talis, secunda singulis coloribus *etc.* 9) *Cf. IX,* 2, 60; *Hrabani de universo XII c.* 4 (*Migne Patrol. CXI,* 341) Interpretatur autem Aegyptus tribulatio coangustans et significat vanum laborem, quem iniqui exercent in hoc mundo aestuantes per avaritiam,

Angustans tribulat, parum iuvat arte reperta.
Ast petram dominus legis cum grammate sculpsit,
25 Contulit insignia et populi mandata magistro.
Mons sonat ille: 'Mea mensura atque amphora iusta'[1]:
Amphora iustitiam, vitam mensura modestam,
Iussa quoque ostendunt domino nos lege teneri.
Quid labor est scriptis commenta edicere plura
. . . .

XXXIX.

DE FIDE CATHOLICA RYTHMO CARMEN COMPOSITUM.

1. Aeterne rerum conditor,
et clarus mundi formator,
deus in adiutorium
intende tu humilium;
cordeque tibi devotûm,
festina in auxilium.

2. Da mentis fida regmina,
ac verbi clara munera;
da vota cordis optima,
et facti dona plurima;
sensum corde purissimum,
famen ore pacificum.

3. Ut tuam laudem famine
in primis possim dicere,
magnam, miram ac praeclaram,
digna voce iustissimam;
meaeque sim miseriae
compunctus memor ultimae.

4. Deus salus credentium,
deus vita viventium,
deus deorum omnium,
deus et princeps principum,
deus summus amabilis,
deus inaestimabilis.

5. Altus[2] prosator, vetustus
dierum, et ingenitus,
eras absque origine
primordii et crepidine:
qui es, eris in saecula
saeculorum infinita.

6. Cui[3] est unigenitus
Christus[4] proles carissimus
dicentis de corde verbum,
satum ante Luciferum;
coaeternus in gloria
deitatis perpetua.

7. Cum quo simul et filio
in sempiterno saeculo
spiritus sanctus aequalis
regnat, et honorabilis
in eadem substantia
deus manens per saecula.

8. Non[5] tres deos, nec profero[6],
sed unum deum praedico[7],
salva fide in personis
tribus gloriosissimum
summum, iustum, rectissimum,
super omnes mitissimum[8],

9. Deum patrem piissimum,
omnipotentem dominum,
factorem visibilium,
simul invisibilium,
deitatis principium,
et creatorem omnium.

[XXXVIII] 26 iussa *F*, iusta *corr. Br.* 29 laborem *F*, *corr. Br.* *Defectus alius post pag.* IV *not. add. Br.*
[XXXIX] *ex edit. Broweri p.* 31 *n.* 29 6,2 prolis *F*, *corr. Br.*

1) *Levit.* 19, 36 Statera iusta et aequa sint pondera. 2) *stropham* 5 *Hrabanus a Columbae Hiberni metri de fabrica mundi stropha* 1 *mutuatus est, ubi v.* 3 *legitur* erat, *v.* 5 est et erit. 3) *ex eodem fonte, sed Hrabanus addidit* proles — luciferum. 4) et sanctus spiritus *add. Col.* 5) Non — gloriosissimum *ex Columba.* 6) deos depromimus *Col.* 7) dicimus *Col.* 8) *Numer.* 12, 3 mitissimus super omnes homines.

10. Christum Iesum carissimum,
omnipotentis filium,
imaginem verissimam,
dei et sapientiam,
virtutem, per quam fecerat
omnia, quae formaverat.

11. Sanctum quoque paraclitum,
vivificantem spiritum,
qui ex patre et filio
procedit ab exordio,
pignus, donum gratissimum,
promissum lucidissimum.

12. Una trium essentia,
una est et potentia,
omousion, deitas,
atque una aeternitas,
beatitudo, sanctitas,
magnitudo et bonitas.

13. Solus deus in saecula,
concludens cuncta tempora,
quibus formavit aethera,
terram simul et maria,
excelsus in caelestibus,
gaudens primus agminibus.

14. Bonos creavit [1] angelos,
ordines et archangelos,
principatus et virtutes,
thronos, dominationes,
potestates et cherubin,
gloriosa et seraphin.

15. Uti [2] non esset bonitas
otiosa ac maiestas
trinitatis in omnibus
largitatis muneribus,
sed haberet caelestia
quibus det [3] privilegia.

16. Sed [4] caeli regni apice
stationis angelicae
claritate pro fulgoris,
venustate speciminis
superbiendo ruerat
Lucifer, quem plasmaverat.

17. Apostataeque [5] angeli
eodem lapsu lugubri
auctores [6] cenodoxiae,
pervicacis invidiae,
caeteris remanentibus
in suis principatibus.

18. Draco [7] magnus, teterrimus,
terribilis et antiquus,
qui fuit serpens lubricus,
sapientior omnibus
bestiis et animantibus
terrae ferocioribus,

19. Tertiam partem siderum
traxit secum in baratrum
locorum infernalium,
diversorumque carcerum,
refugus [8] veri luminis
parasitus praecipitans [9].

20. Dum [10] pius [11] mundi machinam
praevidens et armoniam,
polum et siccum [12] fecerat,
atque aquas diviserat [13],
herbarum format germina,
virgultum ac [14] arbuscula.

21. Solem, lunam ac sidera,
ignem ac necessaria,
aves, pisces et pecora,
bestias, animalia,
tum demum honorabilem
ipse condidit hominem [15].

22. Huic praecepit firmiter
manere immortaliter,
suam sacram imaginem
servare venerabilem,
sequique iussa [16] domini,
vicarius cum sit dei.

23. 'Esto', dixit humillimus
'rector mundi et dominus,
nam cuncta tibi tradidi
ac dominatu subdidi,
quae sunt modo viventia
ac terra germinantia.

14,1 Bonus *F, corr. Br.* 15,4 largitio *Br.*, largitatis *Col.* 16,3 prae *Br.* 18,5 et *addidi*

1) Bonos — archangelos *ex Col., qui sic pergit* principatuum ac sedium | potestatum virtutum. 2) *ex Col.* 3) in quibus *Col.* 4) *ex Col., qui sic incipit* Caeli de regni apice. 5) ex *Col.* 6) auctoris *Col.* 7) *stroph.* 18 *et* 19 *ex Col.* 8) refugas *Col.* 9) paradyso praecipites *Col.* 10) *stroph.* 20 *et* 21 *ex Col.* 11) Excelsus *Col.* 12) caelum et terram *Col.* 13) mare aquas condiderat *Col.* 14) virgultorum *Col.* 15) hominem demum regere | protoplaustum praesagmine *Col.* 16) *Aen. IV,* 538 Iussa sequar.

24. Utere eis sapiens,
omnia quaevis comedens,
fructus ligni pomiferi
simulque salutiferi,
pomum ne ligno vetitum
mandas tibi mortiferum'.

25. Haec saevus, ut audierat,
chelydros et inviderat,
dira pestis[1] timuerat:
unde illa corruerat,
ne homo caelum habeat,
quem iam plasmatum viderat.

26. Adire et temptat feminam,
quem sator iunxit copulam,
suadet pomum mandere,
ac viro suo tradere,
promittit deis similes,
si frangatur esuries.

27. Consensit illa citius
quod si non foret satius[2],
mandit et viro tradidit,
et ambo simul decepit,
dum contra iussum domini
est pomum ligni vetiti.

28. Ambo miserabiliter
cernunt se nudos turpiter,
certant cum perizomate
commissum scelus tegere,
cataphronisis[3] folio,
sed non latet a domino.

29. Excelsus visitaverat,
quos iam sanos reliquerat,
Adam timens sub arbore,
latitabat umbramine,
quem voce ita duriter
increpavit et fortiter:

30. 'Adam, cernis nunc, ubi es,
inobediens lapsus es.'
At ille se tutamine
excusabat excedere,
alteri causam criminis
vindicabat peccaminis.

31. Post hoc eis altissimus,
fecerat quod iustissimus,
cinxit eos velamine
byrsae[4] et decentissime,
morituri pelliculo
ut vestirentur mortuo.

32. Tunc paradisum liquerat
Adamus, quem eiecerat
deus quoque pertinacem
nunc durae terrae cultorem:
ydros[5] ei ut tribulos
pareret atque carduos.

33. Hic generavit sobolem
nam binam cum discrimine:
alter alterum vulnere
prostravit impiissime,
hoc venenum invidiae
anguis sevit in homine.

34. Grassatis[6] sicque duobus
protoplastis parentibus,
post tota ruit propago,
et absque adminiculo
auctor peccatum auxerat,
ad inferna detraxerat.

35. Creverunt homicidia,
dum crevit philargyria,
habundabat luxuria,
dum anxit gastrimarchia,
tota nefanda crimina
iam possidebat glarea.

36. Noe deus temporibus
mersit aquis ultricibus
totam mundi progeniem,
Adam et claram sobolem,
praeter quos arca vexerat,
et excelsus servaverat.

37. Sed item ptyra[6] coepere
sordidare terricolae,
neque laverunt flumina,
ut non crescerent crimina,
nec quos mors absorbuerat
epistimi[8] domaverat.

25,3 Dia *F, corr. Br.* 26,1 faeminam *Br.* 30,5 caussam *Br.* 32,5 et *F,* ut *Br.* 33,6 saevit *Br.*

1) *Aen. XI,* 792 dira . . pestis. 2) *Ecl. II,* 14 Nonne fuit satius. 3) *contemptus BR.* 4) *i. e. pellis B.* 5) *sudorem B.* 6) *Cf. Columbae stropham* 7 Grassatis primis duobus | seductisque parentibus | secundo ruit diabolus. 7) *forte pennas B.* 8) *scientia, experientia B.*

38. Hoc Abraham post viderat,
nec tamen hunc iuvaverat,
Isaac quoque et Iacobus,
celsi patrum cum coetibus,
legislator et Moyses,
David simul et prophetes.

39. Nec profuit industria
ullius atque stychia[1]:
post mortem infernalia
penetrabunt cubilia.
Regnabat mors latissime
super omnes durissime.

40. Ni solius clementia,
auctoris et potentia
subveniret miserrimis
iacentibus in infimis,
totus homo cum sobole
interiret peccamine.

41. Omnipotens mitissime
misit pater ab aethere
filium unigenitum,
amatum et dulcissimum;
ut hominem a tellure
sublevaret piissime.

42. Aliena astutia
quem seduxit versutia,
diri draconis spicula
vulnerabant praecordia,
et sontem sibi subdidit,
quem cleps ipse non condidit.

43. O quanta dei pietas,
et sempiterna bonitas:
in se deus susceperat
hominem quem creaverat,
illum sibi quaesiverat,
quem non iuste perdiderat.

44. Virgo deum conceperat,
Gabriel quem praedixerat;
postque novem curricula
mensium et volumina,
incarnatum ex virgine,
verbum venit cum salute.

45. Pastores natum praesepe
gaudebant Iesum cernere,
stella flagrans et lumine
magos duxit cum munere.
Herodes coepit quaerere
Christum regem occidere.

46. Parvulorum in millibus
saeviebat cum cladibus,
talia in initio
mundus obtulit domino,
studet morte perimere[2],
qui venit vitam reddere.

47. Ter denis magnis orbibus
annorum actis mensibus
ab Iohanne in Iordane
tinctus erat baptismate,
lavit se unda latior,
quod ipsa esset purior.

48. Spiritus super columbae
Iesum mansit in specie,
pater prolem testaverat
mundo, quod non crediderat
trinitatis mysterium,
consecravit sic baptismum.

49. Ivit Iesus in heremum,
ferarum habitaculum,
illic tempus ieiunii
peregit salutiferi,
quater denosque noctibus
iunxit soles inesibus[3].

50. Erpeton[4] ibi callidus
aderat cum doloribus[5],
suasit hunc de lapide
nam sibi panem condere
dipsitis, vult velamine
verborum Christum noscere.

51. De templi alto culmine
iubet Iesum descendere,
in monte mundi gloriam,
ostendit et monarchiam,
se cuncta dare promisit,
si cadens se oraverit.

52. Tantum perverse locutus,
quantum fuerat perversus,
seps ipse se laudaverat
posse quod nunquam poterat,
sed cupiebat sternere,
quem se sperabat vincere.

50,5 *an* dipsas *an* dipnistis *Br.* 52,3 plaudaverat *F*, *forte pro* plauserat, *nisi malis* laudaverat *B.*

1) *ars B.* 2) *Aen. VI*, 163 morte peremptum. 3) *pro ieiunio B.* 4) *serpens B.* 5) *dolis B.*

53. Adam primum hic vicerat,
quem secundus prostraverat,
gula et philargyria,
simul et cenodoxia,
cum quibus illum repulit
Iesus et igni tradidit.

54. Postquam zabulus pulsus est,
angelis ministratus est,
advocavit discipulos,
plures iam et apostolos,
inter quos signa plurima
fecit atque miracula.

55. In Canan vinum fecerat,
simul et confirmaverat
fidem rudem tum comitum,
dum perfecit miraculum,
eisque altum abyssum
patefecerat dogmatum.

56. Late per Iudae termina
coruscabant miracula,
dum missa virtus caelitus
operatur divinitus,
monstrabat se in homine,
qui regnabat in aethere.

57. Caecorum multa millia
cernebant clare lumina,
multi surdi per agmina
currunt, quaerunt salvamina,
saltat claudus laetificus,
gaudet sanus et leprosus.

58. Tota draconis horrida
vis fugit omos[1] callida,
cum ex multis clamantia
exiebant daemonia,
Christum deum testantia,
quem non capiunt saecula.

59. Venit iam salutiferae
tempus mortis dominicae,
summus quo secum decrevit,
ut hominem redimeret,
redderet saevo merita
et poenarum dignissima.

60. Movit Iudaea praelia[2],
contraxit plebis agmina,
sanctum ad tribunalia
duxerunt et concilia,
comes Iudas trucissimus
quod sanxit cum principibus.

61. Traditur vinctus gentibus
Christus a pontificibus,
sputis, flagellis, alapis
inlusus atque spinetis;
crucifigitur innocens,
consensit rex insipiens.

62. Terra expavit, facinus
hoc motu notans citius,
elementa tremuerant,
astra et se celaverant,
solus homo non timuit,
quod solus ipse confecit.

63. Tum revixerunt mortui,
et patuerunt Herebi
obscura loca carcerum,
cum venit auctor luminum,
vectes, serae confractae sunt,
iusti et liberati sunt.

64. Gemit hostis in catena,
cum fecit rex iudicia
et sanctis liberamina,
quod doluerunt Tartara;
victor Christus ascenderat
suos et secum duxerat.

65. Tertia lux redierat[3],
Christus et resurrexerat,
iam victurus in gloria
victor clarus per saecula,
deus virtutum dominus,
rex regum potentissimus.

66. Quater denis post diebus
versatus cum laetantibus
ostendit se miraculis
vere vivum discipulis,
omne tulit mirantium
corde quod erat dubium.

67. Iubens eis discurrere
per mundi plagas dogmate:
'Ite', ait, 'per populos
et ferte fructus plurimos,
docete verbo fideli,
servare hoc quod docui.

55,2 firmauerat *Br.* 56,5 in *add. Man.* 58,1 horrula *Br.* 58,5 domini *Br.*, deum *corr.* 60,2 agmine *Br.*

1) *simul B.* 2) *Met. VII,* 670 movit | Proelia. 3) *Fast. IV,* 377 Tertia lux . . erat.

68. Eos qui velint credere,
lavate sacro flumine
dei patris in nomine
natique cum spiramine,
laxantes cuncta crimina,
et docete remedia.

69. Ast vobiscum in saeculum
ego sum nam solatium,
cum videritis fervere
mundum bellis et errore,
nolite tunc pavescere,
nec pugnis malis cedere.

70. Omnis terra cum sobole,
ponto simul et aethere,
data mihi regimine
cedit, servit et munere,
vinctus hostis expulsus est,
mundus et liberatus est.

71. Ascendo nunc iam lucidum
cari patris ad solium,
qui me misit ab aethere
totum mundum redimere,
carpere regna debita,
et esse in patris dextera:

72. Nulla vestra tristitia
teneat nunc praecordia,
mitto vobis laetissimum
nam paraclitum spiritum,
ipse vobis ut ego sum
est magister in saeculum.'

73. Ipsi tenent quod monuit,
ille ivit, quo debuit,
super astra celsissima
sedet in patris dextera,
iudex nempe novissime
venturus et in aethere.

74. Ipso[1] de[2] caelis domino
descendente altissimo[3]
praefulgebit clarissimum
signum crucis et vexillum:
plangor super se nimius
erit tum cunctis gentibus.

75. Tectisque[4] luminaribus
duobus principalibus
cadent in terram sidera
ut grossus[5] de ficulnea,
eritque mundi terminum
ut fornacis incendium.

76. Clangor buccinae[6] quaternas
sonabit terrae per plagas,
discurrunt coruscantia
fulgura[7] et tonitrua,
tunc[8] in montium specubus
abscondent se exercitus.

77. Ergo erit dies ille,
dies planctus et lacrimae,
dies irae[9] et vindictae,
tenebrarum et nebulae,
dies magnae[10] angustiae,
laboris[11] ac tristitiae.

78. In[12] quo cessat[13] mulierum
amor ac desiderium,
hominumque contentio,
mundi huius et cupido,
cum caelo, terra, ardore
conflagrant atque lumine.

79. Tuba[14] primi archangeli
strepente admirabili,
erumpent munitissima
claustra ac poliandria,
surget homo a tellure
restauratus a pulvere.

80. Undique[15] conglobantibus
membrorum conpaginibus[16],
animabus aetralibus
eisdem obviantibus,
certant sancti cum munere
Christo regi occurrere.

81. Altithronus glorioso
rex sedebit in solio,
angelorum tremebunda
circumstabunt et agmina,
cunctis iudex cum propria
secundum reddet merita.

71,1 lucidum iam *Br.* 73,6 *an* est? 74,1 Ipse *Br.*, *corr. Watt.* 75,5 terminus *Br.* (*cf.* 56,1), spatium *Col.* 79,1 Turba *Br.* 79,2 ammirabili *Br.* 80,2 paginibus *Br.*

1) *str.* 74 — vexillum *ex Col.* 2) Christo de *Col.* 3) celsissimo *Col.* 4) *str.* 75 *ex Col.* 5) fructus *Col.* 6) *Columbae str.* 16, 3 clangorem . . bucinae. 7) *Ib.* 4 fulgora in giro coruscantia. 8) Tunc — exercitus *ex Col.* 9) Dies irae — tristitiae *ex Col. str.* 17. 10) quoque *Col.* 11) meroris *Col.* 12) In — cupido *ex Col.* 13) cessabit *Col.* 14) Tuba — poliandria *ex Col.* 15) Undique — obviantibus *ex Col.* 16) ad conpagines ossibus *Col.*

82. Stabimus[1] et nos[2] pavidi
ante tribunal domini,
reddemusque de omnibus
rationem affectibus,
nostra videntes[3] posita
ante obtutus crimina.

83. Librosque conscientiae
patefactos in facie:
in singultus erumpemus,
et fletu diro gememus[4],
subtracta necessaria
operandi materia.

84. Tunc fideles nam caelestem
urbis summae Hierusalem
sustollentur ad patriam,
introibunt ad gloriam,
ubi fulget vera pacis
lux Christus, sol mirabilis.

85. Ymnorum[5] cantionibus
sedulo tinnientibus,
sanctis tripudiantibus
angelorum et millibus[6]
in paterna claritate
se gaudent Christum cernere.

86. Sic[7] viginti felicibus
quatuor senioribus
coronas iam mittentibus[8]
agni dei sub pedibus,
laudatur tribus vicibus
trinitas, aeternalibus

87. Bis binis coram stantibus
unitis animalibus,
terna laude sonantibus
'Sanctus Sabaoth dominus;'
hac sancti manent gloria
a saeculis in saecula.

88. Zelus[9] ignis furibundus
consumet adversarios,
nolentes Christum credere
deo a patre venisse,
retro ruunt perpetui
in ignis flammas impii.

89. Ubi[10] habentur tenebrae,
vermes et dirae bestiae,
ubi ignis sulphureus
ardet[11] flammis edacibus,
ubi rugitus hominum,
fletus et stridor dentium.

90. Ubi gehennae gemitus,
tonitruus et horridus[12],
ubi ardor flammaticus
sitis famisque maximus[13],
ubi tortor durissimus
auget poenam cum laribus.

91. Sathan atro cum agmine
quo tenetur in carcere,
religatus in Tartara,
in aeterna incendia
Cocytique Charybdibus[14]
submergetur in gentibus.

92. O Deus veri luminis
auctor et omnis hominis,
miser ego quid faciam,
tunc ubi atque fugiam,
cum tremet mundi machina
sub flammarum monarchia?

93. Quo me tum possum vertere
et suffragia quaerere,
cum contra me sententia
profertur in angustia?
accusor reus criminis,
cum non sit favor operis.

94. Dampnant me facta propria,
verborum multa millia,
amor malus cum rubore,
ira, rixae et maculae,
totum patet in lumine
mentis et penetrabile.

95. Cerno tremens quod feceram,
et diu quod celaveram,
nec adiuvant solatia,
patris et matris famina,
turba nec amicabilis
praestat iuvamen debilis.

82,2 dei *Br.*, domini *Col.* 85,4 ex *Br.*, et *corr. Watt.* 93,4 in magna angustia *Br.*

1) *str.* 82 *et* 83 *ex Col.* 2) Stantes erimus *Col.* 3) videntes quoque *Col.* 4) In fletus amarissimos | ac singultus erumpemus *Col.* 5) Ymnorum — millibus *ex Col.* 6) tripudis sanctis milibus | angelorum vernantibus *Col.* 7) Cum *Col.*; Sic — aeternalibus *ex Col.* 8) admitentibus *Col.* 9) Zelus — venisse *ex Col.* 10) Ubi — maximus *ex Col.* 11) ardens *Col.* 12) terribilis et anticus *Col.* 13) horridus *Col.* 14) Cocitique Caribdibus *ex Col. str.* 10,5.

96. Unde salus iam, domine,
mihi veniet prospere
praeter tuam clementiam
solam, et veram gratiam:
aut quis dat indulgentiam
praeter tuam potentiam?

97. Te, bone Iesu, deprecor,
auctor vitae et redditor,
salva tuum mancipium,
munus et da perpetuum,
verax ut tuo famine
iustificeris, domine.

98. Tibi grates ex pectore
redemptus a discrimine,
deo vivo ut referam[1]
laeta voce victoriam,
sequens te regem proprium
raptus ex hoste dominum.

99. Nuncque rogo ut iubeas,
et in me hoc perficias,
quamdiu in ergastulo
sum clausus carnis sedulo,
ore, corde et opere
te canam laudem, kyrie.

100. Doxa tibi, altithrone,
rex caelorum sanctissime,
qui me tuo iuvamine
consolaturus optime
laus et honor cum gloria
In saeculorum saecula.

Pro me, quisque legas versus, orare memento,
Hraban dicor ego, tu sine fine vale[2].

XL.

[METRUM DE TRANSITU MONACHORUM[3].]

1. Currens, carta, procul nuncia porta
dilecto gravia munera[4] fratri,
quae infausta tulerat temporis hora.

2. Quae dudum eripuit sorte nefanda
sons fraus atque dolor, et labor ingens
longas compulerat quaerere terras[5].

3. Pars ablata fuit parsque remansit,
cum divisus homo, pro dolor, unus
est voto atque anima corpore bino.

4. Postquam tu, unanimis frater[6], abisti,
ast mox per varios torsus ubique
sum casus[7], odiis laesus et atris.

5. Sed id nunc doleo pectore tristi
multum posse malum heu generale,
quam soli mihimet condere damnum.

6. Ex quo seditio noxia dudum
inter nos orta est[8], nemo valebat
lenire hanc precibus, nec dare finem[9].

7. Crescens sed nimium tempore multo
aucta est perque dies sorte maligna,
vastavit populum patris ob iram.

8. Durescit qui animo, et cedere nescit,
trux deturbat oves, caede cruentat[10],
nullius miseret, saevit in omnes.

99,1 uti *Br.* 99,6 *an* laude? 100,3 tu *Br.*
[XL] *ex Broweri edit. p.* 39 *n.* 30 (*cf. Antiq. Fuld. p.* 90). 1,1 charta *Br.* 5,1 id *add. F. D.*

1) *Ex Ponto II,* 11, 25 O referant grates. 2) *Cf. Alcuini Carm.* (*I,* 283) Pro me, quisque legas versus, orare memento: | Alchuine dicor ego, tu sine fine vale. 3) *Secessionem sub Ratgario abbate factam hac ode describit BR.* 4) *Aen. XI,* 333 Munera portantes. 5) *Aen. III,* 4 desertas quaerere terras. 6) *Aen. VII,* 335 unanimos . . fratres. 7) *Ib. I,* 204 Per varios casus. 8) *Ib.* 148 cum saepe coorta est | Seditio. 9) *Ib.* 199 dabit . . finem. 10) *Aen. I,* 471 vastabat caede cruentus.

9. His commota malis turba relinquit
antiquum stabulum, fit peregrina,
laesis una salus[1] pergere longe est.

10. Venit summa dies, tempus amarum[2],
quando extrema pati[3] turba coacta est,
et convicta malis linquere sedes[4].

11. Cuncti conveniunt undique[5] fratres,
quis mens una[6] fuit parque voluntas,
inmitem ut precibus flectere[7] certent.

12. Duratus qui animo spreverat omnes,
inritans populum pellit ab aede,
desperare dedit patris amorem.

13. Diverso interea moenia luctu
miscentur[8], resonant cymbala cumque
et signum ecclesiae convocat omnes.

14. Accurrunt tumulo martyris almi
flet mixta senibus plebs iuniorum,
ex imo gemitus pectore ducunt[9].

15. Expanduntque manus cum prece fusa[10],
. . . .

XLI.

DENOTATIO DEDICATIONIS ECCLESIAE SANCTI SALVATORIS CONSTRUCTAE IN MONASTERIO FULDAE, UBI PRETIOSUS MARTYR ET ELECTUS DEI PONTIFEX BONIFACIUS CORPORE SACRO QUIESCIT INTERCEDENS PRO FAMULIS IBIDEM DEO FIDELITER SERVIENTIBUS AD DOMINUM DEUM SUUM, QUI EUM PIA MISERATIONE SIBI ELEGIT IN SACERDOTEM MAGNUM AD SACRIFICANDUM EI HOSTIAM LAUDIS.

819

Anno dominicae incarnationis DCCCXVIII.[a] indictione XII. mensis Novembris I. die mensis dedicatum est hoc templum ab Heistolfo archiepiscopo Moguntiacensis ecclesiae in honorem sancti salvatoris, domini videlicet nostri Iesu Christi et in honorem sanctae dei genitricis Mariae et sancti Petri apostoli et ceterorum apostolorum domini et sancti Iohannis baptistae et sancti Bonifacii martyris Christi et aliorum plurimorum sanctorum. Et translatum est ipsa die ab eodem archiepiscopo et ceteris episcopis atque sacerdotibus corpus sancti martyris Christi Bonifacii post martyrium eius expletis annis LXV mensibus IIII diebus XXVI in locum, quem ei praeparaverat venerabilis abbas Aegil una cum fratribus eiusdem monasterii cum magno studio et pia devotione[11].

I. IN CRYPTA ORIENTALI VERSUS HRABANI.

Hoc heremita sacer Antonius adstat ad altar,
Hoc senior Paulus, martyr Anastasius.
Hic monachus Saba, simul et Theodosius abbas,
Adsistunt votis atque piis precibus.

9,1 reliquit *Carm.*, relinquit *Ant. F.* 9,3 longa *Br.*, longe *corr. Watt.* 15,1 *Defectus post pag.* VI *ult. Not. add. Br.*

[XLI] *Titulos sequentes edid. Br. ex codice Candidi (C) in Antiqq. Fuldens.* 109—112, *ex cod. Fuldensi (F) inter Hrabani poemata* 33—42. Denotatio — devotione *om. F, ubi haec antecedunt:* Tituli et inscriptiones basilicae sancti Salvatoris Fuldensis [a] *corr.* DCCCXVIIII || [I] *om. F* Rhabani *C*

1) ***Aen. II,*** 354 Una salus victis (*cf. supra p.* 99 *V*, 6). 2) *Aen. II,* 324 Venit summa dies et ineluctabile tempus. 3) *Ib. I,* 219 Sive extrema pati. 4) *Ib. III,* 123 sedesque . . relictas. 5) *Ib. IX,* 720 Undique conveniunt. 6) *Georg. IV,* 212 mens omnibus una est. 7) *Aen. II,* 689 precibus si flecteris. 8) *Ib.* 298 Diverso interea miscentur moenia luctu. 9) *Ib.* 288 gemitus imo de pectore ducens. 10) *Ib. VI,* 55 funditque preces. 11) *Cf. supra p.* 109.

819 II. IN PORTICU SEPTEMTRIONALI,
HOC EST IN SINISTRA ABSIDAE ORIENTALIS.

Levita hanc Stephanus simul et Laurentius aram
Exornant meritis Pancratiusque pius.
Donatus, Victor, Vincentius et Cyriacus,
Quintinus martyr atque Sebastianus,
5 Cumque quater denis Ferrutius ipse precando
Instat martyribus: poscite lucis opem.

III. IN ABSIDA ORIENTALI.

Hoc altare deo primum Bonifacius ipse,
Nam salvatori rite dicavit amor.
Quod super exstructum Heistolf sacraverat, atque
Sanctorum spolia plura locavit ibi.
5 Hic salvatoris, pariter genitricis et huius
Bissenum et comitum dignus habetur honor [1].

IV. IN PORTICU MERIDIANA ID EST IN DEXTERA EIUSDEM ABSIDAE.

Hic Clemens martyr pariter cum martyre Lino,
Sanctus Alexander et Fabianus adest.
Marcellus, Stephanus, Cornelius et Cyprianus,
Lactantum et turba, sanguine tincta suo [2].
5 Aureus hic praesul Iustinus martyr et ipse
Rite iuvant precibus atque bonis meritis,
Hisque Saturninus martyrque Georgius apte
Exorat iunctus pro populis dominum.

V. AD CRUCEM,
UBI MARTYR BONIFACIUS PRIMUM FUERAT TUMULATUS.

Membra beata senex Bonifacius hic sua clausit,
Postquam martyrio astra superna petit.
Qui translatus ab hinc precibus tamen adstat honestis,
Munera vice sui multa reliquit et hic.
5 Pars crucis hic domini est, ubi caesus parsque columnae,
Petra cruentata calvariaeque locus.
Spongia, quae Christo potum porrexit aceti [3],
Cum qua hic sancti mixta locant spolia,
Andreas, Paulus, Gervasius atque Protasius,
10 Felix et Papias, sanctus Apollinaris.
Gregorius praesul, Cosmas simul et Damianus,
Atque Coronati quatuor ecce manent.
Landebertus honor, Leudgarius et Nicolaus,
Caecilia, Eugenia, martyr Anastasia.
15 Commanet hic Simeon, Christi portator honestus,
Zacharias vates atque videns Samuel.

[II] Ad altare sancti Stephani *F* (*n.* 33) 2 Panchratiusque *F* ‖ [III] *om. F* ‖ [IV] Ad altare sancti Clementis *F* (*n.* 34) 2 Favianus *CF* 4 Lactentum *C* 5—6 *om. C* ‖ [V] *om. F*

1) *Georg. I,* 507 Dignus honos. 2) *Ov. Ep. VII,* 186 sanguine tinctus erit. 3) *Sedul. C. Pasch. V,* 255 calamo porrexit acetum.

VI. IN PARTE SEPTEMTRIONALI TRANSVERSAE DOMUS.

Martyr Agatha dei, Petronella et tu Iuliana, 819
Lucia, Perpetua, nosque Sabina fove.
Praxede cum sacra foveas nos, virgo Basilla,
Sicque piis meritis sancta Pudentiana.
5 Regina virgo coniuncta sororibus istis,
Tu nobis pandas regna poli precibus.

VII. IN SINISTRA ILLIUS ARCUS, QUI RESPICIT DOMUM ORIENTALEM.

Lucas qui scripsit cum gestis dogmata Christi,
Vinclis hic Petri mixta locat spolia.
Augustinus adest, Germanus et ipse Remeius,
Maximinus praesul atque Medardus ovat.
5 Ambrosius doctor, Eusebius atque Vedastus
Suppremi nobis numen adesse[1] petunt.
His simul adiunctus pro nobis martyr et Hermes
Exorat dominum, postulat et veniam.

VIII. IN DEXTERA EIUSDEM.

Marcus euangelium qui scripserat arte Pelasga[2]
Martyre cum Paulo hic atque Iohanne manet.
Ipse Valentinus, Gorgonius atque Nazarius,
Germani et septem, Gordianusque simul.
5 Candidus, Exuperus, Victor Mauritius atque,
Silenus martyr et Timotheus ovat.
Abdoque cum Senne, Prothus martyrque Hyacinthus,
Quos nobis, Christe, rite favere facis.

IX. IN PARTE MERIDIANA IPSIUS TRANSVERSAE DOMUS.

Agnes et Eufemia, Genofefa, Susanna, Columba
Hoc altare ornant rite suis precibus.
Cum quis, tu Brigida, et, tu virgo Scholastica, semper
Placatum nobis altithronum facias.

X. IN ABSIDA OCCIDENTALI, UBI MARTYR BONIFACIUS QUIESCIT.

Pars hic ecce loci est, quo Christus astra petivit[3],
Praesepis partem continet ara dei haec.
Syndonis, mensae, pelvis partemque sepulchri,
Principis et Petri sacra tenet spolia.

[VI] Ad altare sanctae Agathae virginis *F* (*n.* 35) 2 faue *C* 3—4 *om. C* || [VII] Ad altare sancti Lucae euangelistae *F* (*n.* 36) 3 et *om. F* 5—8 *om. C* || [VIII] Ad altare sancti Marci euangelistae *F* (*n.* 37) 5 Exuperius *C*, Exsuperus *F* 6—7 *om. F* || [IX] Ad altare sanctae Agnetis virginis *F* (*n.* 38) 1 Euphemia Genoueua *F* 3 Brigita *C* || [X] *om. F* 1 ad astra *C*

1) *Art. Am. I,* 640 numen adest. 2) *Aen. II,* 152 arte Pelasga; 106 artisque Pelasgae. 3) *Fast. II,* 496 astra petebat equis.

818 5 Baptista et domini hic Martinus Hilariusque est,
Hic Leo, Sylvester atque Dionysius.
Quos tumulo hic sacro Bonifacius adsociavit,
Albanusque suus et Chilianus adest.

XI. IN CRYPTA EIUSDEM ABSIDAE.

Hanc, Benedicte pater, cryptam tutaberis aram,
Sanctus Honoratus hanc simul ipse colit.
Eucherius, Trudo, Arnulfus, Servasius atque
Cuthbertus, Beda hic Equitiusque manent.
5 Hicque Columbanus fixa stat rite columna,
Martyris et tumulo subsidia apta feret.

XII. AD ALTARE SANCTI IGNATII.

Hunc titulum martyr Ignatius et Florianus,
Ursicinus servat atque Rogatianus.
Emmerammus adest, Iulianus Patriciusque,
Sanctus Wigbertus, martyr et Hippolytus.

XIII.

. . . .
Hoc altare deo fulget honore novo.
Candida, Wirina, Concordia, cum Mederisma
Assistunt tecum Gertrud et ipsa simul.
5 Nam dilecta deo [1] hic rite Theophila mixtim
Adiungit vota atque favet precibus [2].
Virginei flores, meritis pulsate tonantem,
Placatum et nobis reddite, quaeso, deum.

XIV. ET IN DEXTRO ALTARE ISTE.

Hoc altare tenet Timotheus apostolus almus,
Vitalis martyr, Vitus et ipse simul.
Fortunatus adest, Felix, Tiburtius atque,
Servilianus amor, Sulpitiusque pius.
5 Marius et Martha pariter cum pignore bino,
Martialis martyr cum Diogene simul.
Sanctus Firminus, Liberalis, Fuscianusque,
Rusticus et Firmus, Castulus atque Zenon.
Cum quibus en gaudet hic Victoricius apte,
10 Gentianus martyr congratulando manet.
Hos peto, tu orator, precibus placare [3] patronus,
Si velis summi scandere regna patris.

---

8 Cilianus *C* || [XI] Ad altare sancti Benedicti in crypta occidentali *F* (*n.* 39) 3 *an* Servatius? || [XII] *F* (*n.* 40), *om. C* || [XIII] *F n.* 31, *om. C* 3 Verena *vel* Berenice *coni. Br.* || [XIV] *F n.* 32, *om. C*

1) *Met. X,* 107 deo dilectus. 2) *Amor. II,* 13, 21 precibusque meis fave. 3) *Met. VII,* 251 placavit precibusque.

XLII.

DESCRIPTIO ECCLESIAE DEDICATAE, QUAM COEMETERIUM VOCANT HRABANI MAGISTRI.

Anno incarnationis dominicae DCCCXXII. indictione XV. dedicatum est hoc cymiterium ab Heistolfo archiepiscopo Moguntiacensis ecclesiae mense Ianuario XVIII. Kalendas Februarias in honorem sancti Michaelis archangeli et sancti Iohannis euangelistae, sancti Abundi martyris et sancti Amandi confessoris et aliorum plurimorum sanctorum martyrum atque confessorum Christi.

822

I. IN PRIMO ALTARE.

Hoc altare deo dedicatum est maxime Christo,
Cuius hic tumulus nostra sepulcra iuvat.
Pars montis Sinai, Moysi et memoratio digna,
Hic Christi domini est et genitale solum [1].
5 Hic Michael princeps domini et symmista Iohannes,
Victoresque foci tres simul et pueri.
Privatus martyr, pariter et Habundius ipse
Suscipiunt vota atque deo referunt [2].
Sulpitius praesul, simul et confessor Amandus,
10 Hic monachus Mammas, hic ovat et Simeon.
Cum quibus hic semper votis adsiste, precamur,
Virgo sacrata deo martyr Anastasia.

II. IN SINISTRO ALTARE.

Hic Anianus adest martyr, Desiderius atque,
Rex Sigemundus ovat Genesiusque simul.
Tu quoque, Christophore, nostris pie mentibus adsis,
Cumque tuis sociis ipse iuvato preces.

III. IN DEXTRO ALTARE.

Paulinus praesul, Brixius quoque Perpetuusque,
Sanctus et Isidorus, Martialisque pater
Hanc aram meritis semper vivacibus ornant,
Adsistunt precibus, quas pie quique dabunt.

XLIII.

IN ECCLESIA SANCTAE MARIAE IN MONTE, QUI VOCATUR EPISCOPI.

I. IN DEXTRO ALTARE.

Hoc altare tenens Bonifacius ipse sacerdos
Et Christi martyr rite patronus adest.

[XLII] *ex codice Candidi ed. Brower Ant. Fuld.* 118, *ex cod. Fuld. inter Hrabani poem.* 41—43. Descriptio—Christi *C*, In coemiterio fratrum in ecclesia sancti Michaelis *F* 4 est *om. F* 5 et *om. C* || [I] In—altare *F*, Versus eiusdem *C* 5 Ioannes *C*, Ioannis *F* || [II] Item eiusdem *C* 2 Sisemundus *CF*, Sigimundus *corr. Br.* || [III] Item eiusdem *C* 1 Brisius *C*, Britius *F* 2 Esidorus *C* 4 quae *F*
[XLIII] *ex cod. Fuld. ed. Brower Ant. Fuld.* 139, *inter Hrabani poemata* 44—46.

1) *Met. VII,* 52 Et natale solum. 2) *Amor. II,* 6, 43 referam . . . pia vota puellae.

818 5 Baptista et domini hic Martinus Hilariusque est,
Hic Leo, Sylvester atque Dionysius.
Quos tumulo hic sacro Bonifacius adsociavit,
Albanusque suus et Chilianus adest.

XI. IN CRYPTA EIUSDEM ABSIDAE.

Hanc, Benedicte pater, cryptam tutaberis aram,
Sanctus Honoratus hanc simul ipse colit.
Eucherius, Trudo, Arnulfus, Servasius atque
Cuthbertus, Beda hic Equitiusque manent.
5 Hicque Columbanus fixa stat rite columna,
Martyris et tumulo subsidia apta feret.

XII. AD ALTARE SANCTI IGNATII.

Hunc titulum martyr Ignatius et Florianus,
Ursicinus servat atque Rogatianus.
Emmerammus adest, Iulianus Patriciusque,
Sanctus Wigbertus, martyr et Hippolytus.

XIII.

. . . .
Hoc altare deo fulget honore novo.
Candida, Wirina, Concordia, cum Mederisma
Assistunt tecum Gertrud et ipsa simul.
5 Nam dilecta deo [1] hic rite Theophila mixtim
Adiungit vota atque favet precibus [2].
Virginei flores, meritis pulsate tonantem,
Placatum et nobis reddite, quaeso, deum.

XIV. ET IN DEXTRO ALTARE ISTE.

Hoc altare tenet Timotheus apostolus almus,
Vitalis martyr, Vitus et ipse simul.
Fortunatus adest, Felix, Tiburtius atque,
Servilianus amor, Sulpitiusque pius.
5 Marius et Martha pariter cum pignore bino,
Martialis martyr cum Diogene simul.
Sanctus Firminus, Liberalis, Fuscianusque,
Rusticus et Firmus, Castulus atque Zenon.
Cum quibus en gaudet hic Victoricius apte,
10 Gentianus martyr congratulando manet.
Hos peto, tu orator, precibus placare [3] patronus,
Si velis summi scandere regna patris.

---

8 Cilianus *C* || [XI] Ad altare sancti Benedicti in crypta occidentali *F* (*n.* 39) 3 *an* Servatius? || [XII] *F* (*n.* 40), *om. C* || [XIII] *F n.* 31, *om. C* 3 Verena *vel* Berenice *coni. Br.* || [XIV] *F n.* 32, *om. C*

1) *Met. X,* 107 deo dilectus. 2) *Amor. II,* 13, 21 precibusque meis fave. 3) *Met. VII,* 251 placavit precibusque.

XLII.

DESCRIPTIO ECCLESIAE DEDICATAE, QUAM COEMETERIUM VOCANT HRABANI MAGISTRI.

Anno incarnationis dominicae DCCCXXII. indictione XV. dedicatum est hoc cymiterium ab Heistolfo archiepiscopo Moguntiacensis ecclesiae mense Ianuario XVIII. Kalendas Februarias in honorem sancti Michaelis archangeli et sancti Iohannis euangelistae, sancti Abundi martyris et sancti Amandi confessoris et aliorum plurimorum sanctorum martyrum atque confessorum Christi.

822

I. IN PRIMO ALTARE.

Hoc altare deo dedicatum est maxime Christo,
Cuius hic tumulus nostra sepulcra iuvat.
Pars montis Sinai, Moysi et memoratio digna,
Hic Christi domini est et genitale solum [1].
5 Hic Michael princeps domini et symmista Iohannes,
Victoresque foci tres simul et pueri.
Privatus martyr, pariter et Habundius ipse
Suscipiunt vota atque deo referunt [2].
Sulpitius praesul, simul et confessor Amandus,
10 Hic monachus Mammas, hic ovat et Simeon.
Cum quibus hic semper votis adsiste, precamur,
Virgo sacrata deo martyr Anastasia.

II. IN SINISTRO ALTARE.

Hic Anianus adest martyr, Desiderius atque,
Rex Sigemundus ovat Genesiusque simul.
Tu quoque, Christophore, nostris pie mentibus adsis,
Cumque tuis sociis ipse iuvato preces.

III. IN DEXTRO ALTARE.

Paulinus praesul, Brixius quoque Perpetuusque,
Sanctus et Isidorus, Martialisque pater
Hanc aram meritis semper vivacibus ornant,
Adsistunt precibus, quas pie quique dabunt.

XLIII.

IN ECCLESIA SANCTAE MARIAE IN MONTE, QUI VOCATUR EPISCOPI.

I. IN DEXTRO ALTARE.

Hoc altare tenens Bonifacius ipse sacerdos
Et Christi martyr rite patronus adest.

[XLII] *ex codice Candidi ed. Brower Ant. Fuld.* 118, *ex cod. Fuld. inter Hrabani poem.* 41 — 43. Descriptio—Christi *C*, In coemiterio fratrum in ecclesia sancti Michaelis *F* 4 est *om. F* 5 et *om. C* || [I] In—altare *F*, Versus eiusdem *C* 5 Ioannes *C*, Ioannis *F* || [II]Ite meiusdem *C* 2 Sisemundus *CF*, Sigimundus *corr. Br.* || [III] Item eiusdem *C* 1 Brisius *C*, Britius *F* 2 Esidorus *C* 4 quae *F*
[XLIII] *ex cod. Fuld. ed. Brower Ant. Fuld.* 139, *inter Hrabani poemata* 44—46.

1) *Met. VII*, 52 Et natale solum. 2) *Amor. II*, 6, 43 referam . . . pia vota puellae.

Cui quoque coniunctus fit papa Gregorius isthic,
Aequati et meritis regna superna tenent.
5 Non minor ergo fide martyr Laurentius istis
Hic ovat et precibus adiuvat ipse pios.

II. IN SINISTRO ALTARE.

Hic, pater alme virum, monachorum maxime pastor,
Tu Benedicte, tuos rite iuves precibus.
Cui soror adiuncta Scholastica sancta virago,
Tu tibi devotis posce salutis opem.
5 Martyr Anastasia simul tu funde, precamur,
Pro nobis Christo semper et ipsa preces[1].

III. IN MONTE QUI VOCATUR EPISCOPI IN TURRE ECCLESIAE SANCTAE MARIAE.

Annue, Christe deus, Michael archangelus istic
Assistat votis, nos iuvet et precibus.
Martinus praesul, martyr Palmatius atque
Propitium nobis te faciant meritis.
5 Cassius, Anthimus, sanctus Florentius adstent,
Memmius antistes, hic soror Etpumia.
Credimus ergo satis placatum te adfore nobis,
Si hi prece nos studeant rite fovere sua.

IV. AD FULDAM VERO ECCLESIA SANCTAE MARIAE, QUAE IN MONTE SITA EST, IN CRYPTA ORIENTALI HAS RELIQUIAS CONTINET.

En montis Sinai tabularum ac portio sacra
Condita hic domini est praesepis atque sui.
Hic Sixtus papa, Magnus Ianuarius atque
Levitae sacri martyrio et validi.
5 Hermes hic martyr, Quirinus, Sulpitiusque
Eustratius, Romulus perpete laude manent.
Theodolus martyr, Humbertus praesul et almus
Cum almo Wigberto hic ovat et socio.
Virgo sacra hic Digna pariter et Emerita fulgent,
10 Aequales meritis atque sacris precibus.

---

836 **XLIV.**

Anno domini DCCCVIII[a] indictione XV. dedicatum est hoc oratorium[2] iussu Otgarii archiepiscopi a Reginbaldo corepiscopo VI.[b] Kalendas Octobris in honorem

---

[III] 3 Dalmatius *F* 6 *ad marg.* Ethymia *forte* Euprepia *Br.* || [IV] *Hrabani poemata* 127. *In antiqq. Fuld. p.* 140 *addit Brower haec: Subsequentes an ad eamdem ecclesiam spectent incertum est* vero quae — est *om. Br.* 6 Eustratus *F,* Eustrates *A. F.* 9 digna sacra haec *F*
[XLIV] Anno—virginis *edid. Br. Ant. Fuld.* 162 [a] *corr.* DCCCXXXVI [b] IV. *Ruod.*

1) *Cf. supra p.* 160 *v.* 30. 2) *Ruodolf. l. l.* 247 Aedificavit etiam ecclesiam valde conspicuam in monte excelso XII fere stadiis ad orientem a suo monasterio distantem, quam cum ex praecepto Otgarii archiepiscopi per Reginbaldum corepiscopum eius . . . fecisset consecrari, intulit in eam ossa *etc.*

beatorum apostolorum, patriarcharum, prophetarum, martyrum, confessorum atque virginum et sanctae Felicitatis matris VII filiorum martyrum, sanctae Concordiae, sanctae Basillae, sanctae Eutropiae, sanctae Candidae, sanctae Emerentianae, sanctorum Aquilae et Priscillae et sanctae Leobae virginis.

I. IN ABSIDE ECCLESIAE SANCTI PETRI, QUAE EST IN MONTE SITA.

Ecce sator hominum[1] victor super aethera scandit, 836
Discipulisque suis regni sacra limina pandit[2],
Quem sic venturum angelica hic oracula spondent.
Coetus apostolicus pariter cum plebe fideli
5 Dona paracleti igne micante[3] capit.

II. IBIDEM.

Hic locus ecce tenet sanctorum condita rite
Ossa[4], simul memorans et pia facta colit.
Mater Felicitas, sancta et Concordia nutrix
Hippolyti hic pausant, Candida et Eutropia.
5 Pauli namque hospes Aquila hic et Prisca quiescunt,
Eugenia hic virgo atque Basilla manent.
Virginis Agnetis hic conlactanea sistit[5]
Nempe Emerentiana, martyr et ipsa sacra.

III. IN DEXTRO ALTARE.

Martyribus Christi cunctis haec ara locata est,
Praecipueque istis, littera quos numerat.

IV. IN SINISTRO ALTARE.

Sors confessorum Christi hanc obtinet aram,
Quos aula caeli possidet atque tenet.

V. IN CRYPTA SUBTUS ALTARE PRIMO.

Hac baptista potens sacra venerabitur ara,
Hac vatum turba atque patrum colitur.

VI. AD ALTARE MEDIUM.

Virgo dei genitrix[6] hanc aram rite teneto,
Hanc tecum habeat virgineusque chorus[7].

VII. AD ALTARE TERTIUM.

Hoc altare dei Michael archangelus ornat,
Hocque colunt pariter agmina et angelica.

[I] *F n.* 47. || [II] *F n.* 48 *Ruodolf. de reliquiis sanctor.* (*Ant. Fuld.* 248) 5 Priscilla *coni. Br.* 7 collactanea *R* [III—VII] *F. n.* 49—53. || [VI] Altare medio *A.F.* || [VII] Altare tertio *A.F.*

1) *Aen. I,* 254, *XI,* 725 hominum sator. 2) *Ib. VI,* 525 limina pandit. 3) *Aen. I,* 90 micat ignibus. 4) *Ex Ponto I,* 9, 54 Ossaque . . . condita. 5) *Venanti C. VII,* 5, 117 collactanea ludat. 6) *Ib. VIII,* 3, 25 dei genetrix pia virgo. 7) *Ib. IV,* 26, 96 virgineos . . choros.

XLV.

[IN ECCLESIA BEATAE DEI GENITRICIS MARIAE AD SEPTEMTRIONALEM PLAGAM MONASTERII SITA.]

835 Pontifices summi Roma huc quos misit habendos,
Rectores fuerunt sedis apostolicae.
Hos servus Christi Hraban suscepit ovando[1],
Illorumque ossa hic condidit et loculo.
5 Levitae ergo duo praedicta ex urbe secuti
Venerunt istuc, digni et honore suo.
Quos idem famulus domini mox obvius, astans
Supplex accepit, hicque simul posuit.
Martyr Alexander, martyr Fabianus et ipse
10 Huc venere simul, doctor uterque pius.
Discipuli Xisti papae dignique ministri,
Felicissimus hic Agapitusque manet,
Omnes hi pariter aulam hanc satis ossibus ornant,
Virgo dei genitrix quam dicat et meritis.
15 Vos quoque qui intrastis templum, istos cum prece fusa
Patronos vobis quaerite in auxilium.

XLVI.

[IN ECCLESIA SANCTI IOHANNIS BAPTISTAE[2].]

836 Praecursor domini Christum qui tinxerat undis,
Hanc aulam inhabitat sanctificatque domum.
Quatuor hancque viri, Christi magnalia scriptis
Qui tum expresserunt, ecce colunt pariter.
5 Sed homines sancti, valde et sacro ordine clari,
Non minus exaltant nobilitantque locum.
Quos huc diversis duxit ex partibus orbis[3]
Servorum domini strenuus actus amor.
Urbanum Roma, Quirinum Siscia misit,
10 Quos pie suscipiens continet iste locus.
Insignis praesul sanctus Venantius atque
De Arimino veniens hic simul ipse manet.
Hos quoque susceptos Hrabanus sorte locavit
Sarcofago hoc: digne edidit et titulum.
15 Deposcens omnes templum qui gressibus intrent,
Ipsum ut commendent rite deo precibus.

[XLV] *ex libro Ruodolfi de reliquiis sanctorum l. l. p.* 232, *Hrabani Carm. p.* 96 4 hic *R*, hoc *corr. Br.* 11 Christi *H. C.* 12 Agapetusque *Ruod.*
[XLVI] *ex libro Ruodolfi l. l. p.* 239, *Hrabani. Carm. p.* 97 14 condidit *coni. Br.*

1) ***Ruodolf.*** *l. l.* memoratus abbas cum auctoritate Otgarii archiepiscopi Mogontiacensis ecclesiae per Reginbaldum corepiscopum eius ossa sanctorum martyrum Alexandri et Fabiani cum magno honore intulit in ecclesiam b. dei genitricis Mariae . . . IV Kalendas Augusti *etc.* 2) *Ann. Lauriss. min.* (*SS. I,* 121) Eo anno (812) dedicata est ecclesia sancti Iohannis baptistae in australi parte monasterii iuxta flumen Gisalahha; ***Ruodolf.*** *l. l. p.* 231 ecclesia b. Iohannis baptistae . . distans a monasterio africum versus quasi stadiis novem. 3) *Aen. XII,* 708 genitos diversis partibus orbis.

XLVII.

[IN ECCLESIA AD RATHESDORPH [1].]

Postquam rex regum Christus super aethera celsa
Victor conscendit arbiter omnipotens [2],
Servorum turbam hic liquit plebemque fidelem,
Qui verbo et factis plurima lucra darent.
5 Inter quos isti, quorum hic membra quiescunt [3],
Virtutum titulis eximii fuerant.
Hi pompam mundi spernentes rite tenebant
Martyrii palmam virgineumque decus.
Germani ecce duo hic pausant, quos virgo beata
10 Lucrata est Christo dogmate Caecilia.
Valerianus adest unus, Tiburtius alter,
Nomine praeclarus, clarior et meritis.
Has tres personas Romana ex arce meantes
Suscepit Hraban, Christe, tuus famulus.
15 Patronosque sibi exoptans fieri, arte magistra [4]
Ornavit tumulum, condidit et titulum.

XLVIII.

I. [IN ECCLESIA SANCTI BONIFACII IN TURRI LAPIDEA POST ALTARE.]

Nomine quos noto [5] locus hic et imagine signat
Praeclaros Christi ecce dei famulos,
Qui corde impavido rubuerunt sanguine sacro,
Pro Christo iam animas exposuere [6] suas.

II. [IN PRIMO LATERE.]

Martyribus Christi, quorum hic ossa quiescunt [7],
Hrabanus humilis condidit hunc tumulum [8].
Horum tu, lector, si noscere nomina curas,
Arca superposita pandit et ipsa tibi.

III. [IN SECUNDO.]

Roma, decus mundi, laus rerum, summa potestas [9]
Hos iam lectores pontificesque habuit,
Cum quibus hic pausant sumpti de partibus orbis [10]
Virtute clari, Christe, tui famuli.

[XLVII] *ex libro Ruodolfi l. l.* 247, *Hrabani Carm. p.* 97
[XLVIII] *Ex libro Ruodolfi l. l. p.* 248—249, *Hrabani Carm. p.* 98 || [I] 4 opposuere *H. C.*

1) *Ruodolf. l. l.* 246 Locus est a monasterio Fuldensi decem et eo amplius leucis distans ad boream, nomine Rathesdorph a monachis quidem habitatus . . . in quo *(Hrabanus)* pulchram et divinis officiis congruentem noviter exstruxit ecclesiam, quam picturis et diversorum varietate metallorum decenter ornavit *etc.* 2) *Venanti V. S. Martini I,* 1 Altithronus postquam repedavit ad aethera Christus | . . victricia signa reportans. 3) *Carm. IV,* 7, 9 membra quiescunt. 4) *Aen. XII,* 427 arte magistra. 5) *Amor. III,* 10, 8 notum . . nomen. 6) *Georg. IV,* 238 animasque in volnere ponunt. 7) *Aen. VI,* 328 ossa quierunt. 8) *Fast. V,* 451 tumulo fraternas condidit umbras. 9) *Venanti C. X,* 6, 73 Alme, decus rerum, pie summe. 10) *Cf. supra p.* 212 *XLVI,* 7.

IV. [IN TERTIO.]

Felices nimium[1] atque beati
Quos rex Christus ovans arce superna
Sanctis pro meritis collocat astris,
Vitam perpetuam reddit et illis.

V. [IN QUARTO.]

Qui templum domini gressibus intrant,
Hos nunc admoneo corde benigno,
Christum suppliciter ut prece poscant,
Quo cum martyribus sidera praestet.

XLIX.

IN ECCLESIA SANCTAE MARIAE, QUAE IN LOCO QUI VOCATUR HOLZKIRICHA[2] EST CONSTRUCTA. IUXTA INTROITUM EIUS HI DESCRIPTI SUNT VERSUS.

I.

Quisquis hanc aulam petiturus gressibus intrat,
  Agnoscat primum quid locus hic habeat.
Virginis hic matris sacra pignora rite locantur,
  Hanc aulam et totam ipsa dicat meritis.
5 Cum qua sanctorum turba hic pie nobilis adstat
  Suscipiens vota atque deo referet.
Unde decet valde, quod cordis pura voluntas,
  Sermoque cum factis dona superna petant.

II. IN SEPULCHRO SANCTORUM MARTYRUM, QUI IBI REQUIESCUNT, HI CONTINENTUR VERSUS.

838 Ecce viros istos, praeclaros valde patronos
  Roma decus orbis miserat huc pariter.
Hos quoque Hrabanus humilis susceperat abbas
  Praesule cum Humberto rite locavit et hic[3].
5 Hic pausat Magnus, martyr Ianuarius atque
  Officio insignes atque sacris meritis.
Qui cum pontifice Xisto mucrone perempti
  Levitae caelo reddiderant animas[4].

III. IN PRIMO ALTARE.

Virgo Maria dei genitrix, haec aula resultat
  Ecce tibi et tota fulget honore tuo.

[IV] 4 supremam *H. C.*

[XLIX] *Hrabani poemata* 62—69. *Antiq. Fuld. p.* 141—142. [II] *exstat etiam sine titulo in libro Ruodolfi p.* 244 2 Rhabanus *F* 7 xysto *F* 8 animos *F*

1) *Aen. IV,* 657 nimium felix. 2) *Cf. Ruodolf. l. l. p.* 242 in monasteriolo quod vocatur Holtzkiricha situm in provincia Waldsazi. 3) *Ruodolf. l. l.* Hrabanus abbas Humbertum Wirziburgensis ecclesiae episcopum invitavit ad monasterium, quod Holtzkiricha vocari iam supra dictum est. Et quia ad eius dioecesin locus pertinebat *etc.* 4) *Fast. VI,* 745 Reddideratque animam.

Virginibus praesens sacra haec decoratur et ara,
    Qua supra pietas absida laeta notat.
5 Cum quibus et sancta Praxis ovat atque Basilla,
    Candida virgo simul atque Pudentiana.

IV. IN DEXTRO ALTARE.

Coetus apostolicus hanc sacram continet aram,
    Adiuvat et precibus, ornat, amore colit.
Vos quoque qui intrastis, cervices flectite[1] vestras,
    Devoto hic corde poscite lucis opem.

V. IN SINISTRO ALTARE.

Clarus in orbe soli martyr Bonifacius istud
    Obtinet altare cum sociis pariter.
Quorum si, lector, tu noscere nomina quaeris,
    Inspice picturam et relege titulos.

VI. AD CRUCEM.

Qui crucis lignum, quo Christus saecla beavit
    Emblemate inclusum arx tenet ista crucis.
Baptistae et Christi spolia tenet ara sacrata,
    Doctoris Pauli relliquias pariter.
5 Scriptor euangelii Marcus cum compare Luca,
    Sennen atque Abdo hanc et amore colunt.
Sanctus et Hyppolitus, Prothus martyrque Hyacinthus,
    His simul adiuncti mixta locant spolia.

VII. IN CRYPTA.

Martinus praesul simul et Gregorius almus
    Hanc aram meritis rite colunt propriis,
Cum quibus Equitius ovat atque Antonius abbas,
    Sanctus Maximinus pastor et ipse pius.

VIII. IN CAPELLA.

Culmen apostolicum Petrus Paulusque magister
    Hoc altare suis rite dicant spoliis.
Pontifices summi Xistus Bonifacius atque
    Martyrio insignes hic habitant pariter.
5 Commanet hicque simul Felicissimus Agapitusque
    Levitae sacri, testis uterque dei.
Flectite vos genua[2] qui intrastis limina sacra,
    Christus adest rector: poscite lucis opem[3].

|| [VI] 1 *an* Ecce? || [VIII] 3 Xystus *F* 8 *versus sex qui secuntur ex Fortunati poemate in laudem sanctae Mariae virginis decerpti sunt: v.* 357, 358, 351, 352, 359, 360 *(p.* 380 *ed. Leo). Browerus (p.* 128) *haec adnotat: Post magnum hiatum et paginas aliquot membranae detractas leguntur haec carminum paralipomena .. Nam ea quae hic praescribuntur titulo* 61. Versus in ecclesia dei genetricis *cum iis quae num.* 70 *excurrunt perperam miscentur.*

1) *Art. Am. III,* 779, *Aen.* X, 535 reflexa | Cervice. 2) *Met. IV,* 340 flexumque genu. 3) *Cf. IV,* 4.

L.

I.

Qui regit imperium[1] mundi, qui continet astra,
Hanc aulam[2] adventu dedicat ipse suo.
Cum quo baptista simul et symmista Iohannes
Hanc aedem inhabitant, Christe, tui famuli.

II.

Marcellus, Clemens, Bonifacius et Cyprianus
Cum Syxto et Lino hic ecce aderunt sociis.
Deprecor, o lector, quicunque cernuus intres,
Ut studeas votis rite placare deum.

III.

Coetus apostolicus cum hic pictis rite ministris
Hoc altare tenet atque iuvat meritis.

IV.

Virgo Maria dei genitrix hanc continet aram,
Caelica martyr Agnes, Agatha simul.

V.

Lucia, Iuliana simul et Scholastica virgo
Valde iuvant precibus atque piant meritis.

VI.

Martinus praesul, Antonius et Benedictus
Hanc cryptam inhabitant et titulum retinent.
Hic papa Gregorius, hic Gallus Equitiusque
Cum Columbano vota pia accipiant.

LI.

EXHORTATIO FRATRUM AD ORATIONEM.

Currite vos, fratres[3], ad caeli culmina prompti
Christus in arce sedens praemia magna parat.
Sanctus Anastasius promittit gaudia vera,
Quae vobis Christus rex pius ipse dabit.
5 Nos quoque vobiscum, quo gaudia prenditis alma,
Poscimus hinc rapide: ecce valete simul.

Si tu, lector, amas custodem noscere templi,
Accubitor domini ipse Iohannes adest.

[L] *Hrabani poem.* 54—59 || [I] 3 symnista *Br.*
[LI] *n.* 60 *Br. uno tenore, sed ego poema discindendum duxi* || 2 Iohannis *Br.*

1) *Aen. VI,* 852 regere inperio populos. 2) *Ad quam ecclesiam hoc et sequentia epigrammata pertineant, plane incertum est.* 3) *Cf. Alcuini versus* 1 (*t. I,* 323) Currite vos iuvenes.

Hic frater domini Iacobus, hic virgo Maria,
Martyr et antistes hic Bonifacius est.
5 Clemens clementer Pancratius et Iulianus
Excipiunt vota hic atque deo referunt.

LII.

. . . .
Hic quoque, qui astatis, cervices flectite vestras [1],
Solvite vincla pedum, mundi secludite curas [2],
Christus adest rector, sanctorum exercitus omnis [3],
Poscite lucis opem [4], tenebrarum linquite curas.

LIII.

[VERSUS MORE LITANIAE FACTI.]

Arbiter omnitenens, rerum tu summe creator,
Aspice de superis, omnipotens genitor [5].
Omnipotens genitor, ex quo sunt omnia vere,
Principium aeternum, tu miserere tuis.
5 Filius ipse dei, per quem sunt condita cuncta,
Tu clemens nostras suscipe, quaeso, preces.
Spiritus alme dei, caeli terraeque repertor [6],
In quo sunt cuncta, tu pia vota [7] vide.
Trinus personis, natura conditor unus,
10 O deus altithrone, semper adesto pius.
Clara dei genitrix, sanctissima virgo Maria,
Ora pro nobis, rite favendo, deum.
Pro nobis poscas Michael archangelus ipse,
Et Gabriel fortis et Raphael medicus,
15 Cum aethereis turmis placantes sceptra superna,
Propitium nobis celsithronum facite.
Zachariae natus, praeco cunctique prophetae
Et sancti patres, conciliate deum;
Coetus apostolicus, Christi comitatus honestus,
20 Tu precibus nobis limina pande poli [8].
Claviger aethereus Petrus Paulusque magister,
Andreas, Iacobus atque Iohannis amor:

---

6 *secuntur* Versus in ecclesia dei genitricis *ex Fortunati carmine in laudem S. Mariae virginis decerpti* v. 353 — 356.
[LII] *Hrab. poem. n.* 70.
[LIII] *Hrab. p. n.* 71.

1) *Cf. p.* 215 *IV*, 3. 2) *Aen. I,* 562 Solvite corde metum, Teucri, secludite curas. 3) *Ib. V,* 824 Phorcique exercitus omnis. 4) *Cf. supra p.* 215 *VIII*, 7—8. 5) *Aen. X*, 668 Omnipotens genitor. 6) *Aen. XII*, 829; *Iuvenci Hist. euang. I,* 35 dominus caeli terraeque repertor. 7) *Rem.* 813, *Met. I,* 221 pia vota. 8) *Cf. p.* 170 *v.* 7.

Thomas cum Iacobo, Philippus, Bartholomaeus,
Mattheus et Simon, Thadeus et Mathias.
25 Doctrina gratulans, rutilans et sanguine rubro,
Victorum alme chorus, nos rege tu monitis:
Barnabas, Sylas, Stephanus Marcusque Titusque,
Lucas, et Clemens, sanctus Apollinaris:
Syxtus, Alexander, Cornelius et Cyprianus,
30 Felix, Urbanus, Mauritiusque pius.
Cum quis tu doctor Bonifacius, inclyte martyr,
Placans altithronum, funde preces, petimus.
Alme, tuos socios moneas, Martine, precamur,
Pro nobis dominum poscere rite pium.
35 Hoc Leo, Sylvester simul, et confessor Amandus,
Ambrosius praesul papaque Gregorius,
Augustinus honor, doctor Hieronymus, atque
Maximinus pastor Eusebiusque gerat.
Hoc, Benedicte, tuis monachis impende, precamur,
40 Cum Antonio et Paulo regna beata tenens,
Martyr Agatha dei, foveas nos rite, precamur,
Agnes sic virgo, sic et Anastasia:
Lucia, Balbina, Petronella, Eulalia, Thecla,
Regina, Euphemia, Cecilia, Sotheris,
45 Eugenia, Prisca, Monegundis, Praxidis, Afra,
Christina, Brigida, turbaque casta poli.
Caelicolae cuncti, sanctorum exercitus omnis,[1]
Hoc precibus agite, ut nos deus ipse iuvet,
Expurget miserans, exaltet, diligat, ornet,
50 Inlaesos servet, protegat atque regat.
Det pacem veram, det plenum munus amoris,
Actus det placidos spemque fidemque bonam.
Virtutum copiam tribuat mentemque benignam[2],
Et carnem castam, tempus et omne bonum,
55 Det victum, vestem, fidos det semper amicos,
Atque hostes cunctos arceat ipse procul,
Famem depellat[3], morbos simul auferat omnes,
Conterat et longe daemonis insidias.
Curramus laeti, ut capiamus regna beata,
60 Cum Christo sursum semper in arce poli.
Agnus sancte dei, qui tollis crimina mundi,
Semper in aeternum tu miserere tuis.
Tu nos, Christe, audi, tu exaudi, Christe, precamur,
Te sequimur, Christe, te volumus, cupimus.
65 O domine, salva, quia vitam quaerimus abs te,
Redde tuum vultum, sic erit atque satis.
Tu quoniam virtus, tu vita es, Christe perennis,
Tu, Christe, eleison, tu, kyrie, eleison. **Amen.**

---

67 quô *Br.*, quoniam *correxi*

1) *Cf. supra p.* 217 *LII*, 3. 2) *Aen. I*, 304 animum mentemqûe benignam. 3) *Met. XIV*, 216 famem pellens.

LIV.

DE PRUDENTIA.

Virtutum species primum prudentia pandit,
Haec recolit cuncta, dictat honesta bona.

DE IUSTITIA ET PIETATE.

Iustitia et pietas par pactum servat et omne
Iudicium ritu ordinat ipsa suo.

DE FORTITUDINE PATIENTIAE.

Fortiter adversa virtus patientia suffert,
Victrix confidens tristia cuncta fugat.

DE TEMPERANTIA.

Temperat ergo bene iam cuncta modestia virtus,
Et clemens placide iura superna dabit.

LV.

TITULI ET INSCRIPTIONES ECCLESIAE N. AB OTGARIO ET HRABANO RELIQUIIS ET ALIIS ORNAMENTIS INSTRUCTAE.

I. VERSUS IN TUMULO SANCTI SERGII.

Martyribus sanctis honor extat maximus orbe,
Nomine pro Christi qui meruere mori[1].
Excellens inter quos gaudet Sergius almus,
Qui cum fratre Bacho supplicia arcta luit[2].
5 Romulea ex urbe[3] hos praesul Otgarius[4] ambos
Advexit, tantum Sergium et hic posuit.

II.

Hanc thecam tibimet, Sergi, sanctissime martyr,
Hrabanus fecit, servulus ipse dei,
Ex parvo sumptu, devoto sed tamen actu,
Temet patronum quaerit et esse suum.
5 Delicti ei veniam poscas et dona quietis
Indigno miserans reddat ut omnipotens.

III. SUPER CONFESSIONEM IPSIUS SEPULCHRI.

Quisquis dona velit rite impetrare tonantis,
Supplex poscat opem[5] hic, martyrum et auxilium

[LIV] *Hr. poem.* 72—75. *Defectus ad pag. Not.* VIII *addit Browerus*
[LV] *Hr. poem.* 76—80. || [I] 4 Baccho *Br.*

1) *Sedul. C. Pasch. II,* 119 Iam meruere mori. 2) *Aen. XI,* 841 crudele luisti | Supplicium. 3) *Met. XV,* 625, *Fast. V,* 260 Romulea . . in urbe. 4) *a.* 826—847. 5) *Met. V,* 213, *XI,* 542 Poscit opem·

IV. SUPER CIBORIO ALTARIS SANCTI MARTINI HI VERSUS SUNT CONSCRIPTI.

Otgarius coepit, Hrabanus rite peregit,
 Ciborii hanc arcem, Christe, tui famuli.
His tu mercedem tribuas in arce benignus,
 Et requiem aeternam, omnipotens dominus.
5 Praesul Martinus, martyr et Sergius almus,
 Hos sacris meritis atque iuvant precibus,
Peccati ut veniam accipiant ac munera lucis
 Gaudia cum sanctis regna beata simul.

V. VERSUS IN TABULA INTER SERAPHIN POSITA.

Hic deus est Christus dominus qui regnat ubique,
 Et cruce confixus noxia vincla rupit [1].

LVI.

VERSUS ...

Pontifices isti hanc sedem rite tenebant [2],
 Postquam hunc Hunni diripuere locum.
Sed numerum annorum certum, quo quisque regebat
 Ecclesiam, nusquam reperire haud potui.
5 Ast postquam summus praesul Bonifacius istic
 Ex Roma est missus rector ubique pius,
Isti post ipsum hanc sedem iure regebant
 Ordine pontificis officioque simul.

LVII.

IN ECCLESIA SANCTAE MARIAE IUXTA SEPULCHRUM SANCTI BONIFACII.

Postquam martyrium explevit Bonifacius almus,
 Martyr et antistes, aethera celsa petens,
De Fresia huc vectus cum theca hac rite locatus,
 Sanguinis hic partem liquerat hinc abiens.
5 Desuper hunc tumulum Hrabanus condere iussit
 Ad laudem sancti exiguus famulus,
Indignus praesul, vernaculus attamen huius,
 Pro quo tu, lector, funde preces [3] domino.

[LVI] *Hr. p.* 81 4 usquam *corr. Br.*
[LVII] *Hr. p.* 82

1) *Rem.* 294 Vincula qui rupit; *Fast. IV,* 602 rumpere vincla. 2) *Agit de Moguntiacensium praesulum successione BR.* 3) *Aen. VI,* 55 funditque preces.

LVIII.

IN ECCLESIA SANCTI MICHAELIS.

Hanc aulam precibus Michael archangelus ornat[1],
Martinus praesul adiuvat et meritis.
Scriptor euangelii, Marcus, Bonifacius atque,
Agnes et virgo hic vota deo referunt.

LIX.

IN ECCLESIA SANCTI SALVATORIS.

Hinc pius ecce domum salvator consecrat orbis,
Hanc baptista dei vindicat atque sibi.
Hoc altare Petrus, Bonifacius et Kilianus,
Exornant meritis, laudibus atque suis.
5 Hicque Valentinus martyr Dionysius atque
Assistunt precibus, hicque Sebastianus.
Martinus praesul, Ambrosius atque sacerdos,
Hanc aram servant, sanctus et Hilarius.
Virgo Maria dei genitrix hic cerne precantes,
10 Martyr Agatha dei et Petronella simul.
Cor tibi sit mundum, sacra cum libamina tractas,
Sacrificans puras offer et ipse preces.
Hostia fit laudis semper gratissima Christo,
Cor quoque contritum respicit omnipotens.

LX.

IN ECCLESIA VODILHOHI[2].

Scriptor euangelii dilectus rite Iohannes,
Cum Luca hanc aulam consecrat en socio.
Imbuit hanc aram Cornelius ac Cyprianus,
Ipse Bonifacius atque Dionysius.
5 Hic precibus adstat Vincentius et Cyriacus,
Cumque Valentino Rusticus adstat ovans.
Gorgonius martyr, Pancratius ipse, Naborque,
Adsistunt precibus hicque Sebastianus[3].
Hoc altare Petrus, Andreas, Paulus et ipse,
10 Exornant meritis atque sacris precibus[4].

[LVIII] *Hr.* 83
[LIX] *Hr.* 84 2 vendicat *Br.*
[LX] *Hr.* 85

1) *Ad Fuldana templa et principis basilicae ornatum . . , dum certiora sese offerant, haec omnia refero BR.* 2) *Odilhohi, monachi Fuldensis a.* 831 *mortui, cf. supra p.* 100 *n.* 16. 3) *Cf. LIX,* 6. 4) *Cf. ibid. v.* 3—4.

Cum quibus hic gaudens Martinus praesul ovando
Adsistit votis sanctus et Hilarius.
Virgo Maria dei genitrix intacta tonantis,
Hic praesens adsis ipsa tuis famulis.
15 Lucia, Cecilia atque Agnes et martyr Agatha,
Adsint hic tecum nosque iuvent precibus.

LXI.

IN CAPELLA MAURI.

Omnibus est locuples, qui rebus abundat honestis [1],
Cui superas Christus divitias tribuit.
Flecte genu [2], qui intras, Christum tu et pronus adora,
Cuius imago super picta colore [3] micat.
5 Lux, via, vita, salus, sit merces omnibus istic,
Qui Christo reddunt debita vota pie.
En una templum domino hic parte ministro,
Devotis aliam reddo domum famulis.
Quam dulce et gratum est, fratres perpendite cuncti,
10 Stare choro, et placidis caelestia psallere verbis!

ITEM IN EADEM CAPELLA DE FIGURIS.

Gratia clave aperit, quae clausa prophetia condit,
Quae lex significat, et quae hagiographa figurat
Psallite vos, pueri laeti, et benedicite Christo,
Ipse dabit vobis praemia laeta polo.

LXII.

DE CRUCE.

Vexillum domini qui vicit Tartara Christi,
En rubet hic pictum luce micando nova.
Quisquis hanc cernis, laetus tu dicito Christo:
Semper in aeternum gloria magna deo.

ITEM.

Crux veneranda dei solis haec fulget ab ortu [4],
Mitigat haec Austri minitantia flabra procellas.
Haec Zephyri nimbos et flumina pellit ab aede,
Haec Boreae gelidos compescit frigora flatus.
5 Christe pius dominus, visum cor dirige dextra,
Verba deus famulo redde probata tuo.

[LXI] *Hr.* 86, 87
[LXII] *Hr.* 88, 89

1) *Cf. supra p.* 178 *v.* 11. 2) *Cf. supra p.* 215 *VIII,* 7. 3) *Fast. IV,* 275 picta coloribus.
4) *Ex Ponto I,* 4, 29, *III,* 1, 127 solis ab ortu.

LXIII.

IN ARA MAURI VEL IN CAPSA.

Haec plaga martyribus decoratur namque beatis,
Haec confessorum spoliis pars rite refulget.
Hac praeco et sancti numerantur parte prophetae,
Virginibus sacris hic praestat virgo Maria.
5 Omnibus hic sanctis digni celebrantur honores
Omnibus hanc aram Hraban et ipse dedit.

LXIV.

DE CRUCE.

Crux micat alma dei, divino munere plena,
Sanguine quam Christus consecrat ipse suo.
Quam precor adstantes cuncti cunctique sedentes,
Condigna laude semper amate piam.

ITEM.

Qui cruce confixus praestavit dona salutis,
Vos corde et carne protegat atque regat.
Consilium prudens tribuat atque utile verbum,
Actum pacificum, tempus et omne bonum [1].

ITEM.

Qui cruce confixus renovavit sanguine mundum,
Per crucis hoc signum hanc dicet ipse domum.

ITEM.

Crux haec sancta dei consignet munera mensae,
Divino dono pocula cum dapibus.
Et pater ipse sedens expenso munere largus
Sis inopi, semper hospitis esto memor.

ITEM.

En crux alma dei venerando fulget amictu,
Quae salvatoris tincta cruore fuit [2].
Hanc, precor, orate submissi, dicite laudes,
A Christo domino poscite lucis opem [3].

LXV.

IN CRUCE GUNDRAMNI COMITIS [4].

Crux quoque certa salus mundi et concessio regni est
Perpetuam vitam conferet ipsa piis.

[LXIII] *Hr.* 90
[LXIV] *Hr.* 91—95
[LXV] *Hr.* 96

1) *Cf. p.* 218 *v.* 54. 2) *Met. XIV*, 237 tinxit | Ora cruore suo. 3) *Cf. p.* 217 *LII*, 4.
4) *Cf. infra epitaphium Gundramni.*

Nam crucis hoc signum Gundramnus iusserat esse,
Cui deus omnipotens praemia laeta paret.

LXVI.

I. DE RELIQUIIS IN QUADAM ARCA POSITIS.

Angelicis alis haec arca tegatur ubique,
Ecce beata cohors agnum circumdat honeste.
Et praeco, et mater, sors et apostolica.

II.

Quos vetus atque nova habuit lex ecce piorum,
Hic patrum spolia nostra pie viscera condunt.

III.

Martyris hic almi pie condita membra quiescunt [1],
Quae Christus signis glorificare cupit,
Hic claudis gressus, lumen hic redditur orbo,
Infirmus curam, sons capit et veniam.

LXVII.

AD ALTARE SANCTI PETRI.

Coetus apostolicus pariter cum principe Petro,
Hoc altare tenens ecclesiam dedicat.
Ipse sibi commissum pastor servet ovile,
Protegat atque regat, collocet atque polo.

LXVIII.

VERSUS IUXTA CORPUS PERMENII SCRIBENDI.

Permenius praesul Christi [2] confessor et ipse,
Hanc aedem inhabitat, consecrat atque locum.
Qui propter Christum praesentia gaudia mundi
Spernens, pauperiem elegit atque sibi.
5 Deseruit patriam [3], gentem simul atque propinquos,
Ac peregrina petens aethera promeruit.
Gentem hic Francorum quaesivit dogmate claro,
Plurima construxit et loca sancta deo.

[LXVI] *Hr.* 97—99 || [I] 2 circundat *Br.*
[LXVII] *Hr.* 100 || 3 seruat *Br.*, seruet *corr. Watt.*
[LXXIII] *Hr.* 101

1) *Cf.* p. 213 *XLVII,* 5. 2) *Pirminius, chorepiscopus Francus, conditor monasterii Augiensis aliorumque multorum, in Hornbach sepultus.* 3) *Met. IX,* 639 patriam invisosque penates | Deserit.

Hic quoque nunc pausat deponens corporis artus,
10 Atque anima sursum regna beata tenet.
Adiuvat et quosque, qui digne caelestia quaerunt[1],
Riteque conservat ipse suos famulos.

LXIX.

Crux ovat orbis honor, Christi victoria clara,
Gloria sanctorum, palma, decus fidei.

Hic sal et corpus, sanctorum hic pignora sacra,
Exorcismi, oleum, medicina, hic chrisma salutis.

LXX.

VERSUS IN SEPULCHRO SANCTI FERRUTII MARTYRIS[2].

Martyris ergo sacri dudum huc transtulit ossa
Ferrutii Lullus praesul et urbis honor[3].
Riculfus post haec[4], Haistulfus praesul et ipse[5],
Amplificant aulam, aedificant tumulum.
5 Quorum successor vilis Hrabanus ad instar
Maiorum hanc arcam condidit et titulum.

Grandis honor Christi cultoribus extat ubique,
Maxime qui pro ipso iam posuere animam[6].
Horum nam unus erat Ferrutius almus et aptus
Martyr, cum Albano testificans socio,
5 Praemia quis Christus tribuit pro sanguine fuso[7]
Aeternam vitam et regna superna poli.
Edidit hos versus Hrabanus, coactus amore
Sanctorum, omnipotens cui miserere deus.

LXXI.

VERSUS AD SEPULCHRUM SANCTI IUSTINI CONFESSORIS[8].

Presbyter egregius simul et confessor honestus
Istic Iustinus pausat honorifice,
Quem Otgarius praesul Romana asscivit ab urbe et
Ecclesiam aedificans ossa sacra hic posuit.

[LXIX] *Hr.* 102, 103
[LXX] *Hr.* 103, 104 3 Richulphus *Br.* Haistulphus *Br.*
[LXXI] *Hr.* 105

1) *Iuvenci H. euang. I,* 652 digne caelestia quaerite regna. 2) *De ecclesia Bleidenstadiensi cf. t. I,* 431. 3) *a.* 754—786. 4) *a.* 787—813. 5) *a.* 813—825. 6) *Fast. I,* 383 animam cum ponat in aris. 7) *Trist. II,* 75 fuso taurorum sanguine. 8) *Sanctum Iustinum in urbem Höchst ad Moenum translatum esse ostendit F. Falk (Forsch. zur Deutschen Gesch. XXII,* 435).

5 Iste quidem sanctus, quamquam non sanguine fuso
Carne esset martyr, mente tamen fuerat,
Corpora sanctorum, qui sunt pro nomine Christi
Carne trucidati, condidit et tumulo[1].
Hinc laudem in terra meruit, atque insuper arce
10 Caelorum vitam et regna beata simul.
Hos ego Hrabanus versus feci, et precor ut me
Commendes, lector, tu precibus domino.

LXXII.

DE CAPSA QUAM ISANBERTUS MONACHUS FECIT[2].

En arca haec claustro custodit maxime capsam,
Quae salvatoris pollet honore pio.
Virginis hic matris conduntur munera sacra,
Quae dominum mundi edidit ex utero.
5 Martinus praesul, simul hic Sabaque eremita,
Princeps et Petrus, pariter martyrque Emerammus.
En Iesu Christi picta consistit imago,
In capsae gremio quattuor et procerum[3].
Petrus cum Paulo, sanctissima virgo Maria,
10 Et Michael princeps recte tenent latera.
Hoc opus, hoc etenim[4] iussu confecit Isanbert,
Hoc Rodulph pictor[5] arte manuque[6] dedit.
Ambobus Christus regna tu redde polorum,
Hoc, omnes sancti, poscite vos precibus.

LXXIII.

VERSUS IN THECA EUANGELII CONSCRIPTI.

Hanc thecam ad laudem Christi sic condere iussit
Hrabanus praesul, servus et ipse dei,
In quo et euangelium sanctum gestetur honeste,
Quando lecturus hoc diaconus erit.

Presbyter et martyr Christi Theodule, precamur,
Qui in caelis gaudes cum sociis pariter,
Artifici ut veniam poscas et dona salutis,
Gratia quod Christi salvet eum arce poli.

[LXXII] *Hr.* 106   6 Emeramnus *Br.*
[LXXIII] *Hr.* 107, 108

1) *Fast. V,* 451 tumulo . . condidit. 2) *De Isanberto cf. supra p.* 173, 191. 3) *Sedul. C. Pasch. I,* 343 Quatuor hi proceres. 4) *Iuvenci Hist. euangel. Praef.* 22 Hoc opus, hoc etenim. 4) *annalium auctor, qui obiit anno* 865. 6) *Fast. I,* 406 arte manuque.

LXXIV.

I. IN ECCLESIA MONASTERII, QUOD DICITUR CLINGA[1], HI VERSUS SUNT CONSCRIPTI IUXTA PRIMUM ALTARE.

Hanc aulam dominus salvator consecrat ipse,
Cuius haec ara pignora sacra tenet.
Sanctus Alexander papa hic, Urbanus et almus,
Cornelius, Syxtus sacra locant spolia.
5 Hos, Theodule sacer martyr et presbyter alme,
Iuxta tuum corpus hic habeas socios,
Qui populum iuvent precibus, placentque tonantem,
Ut famulos semper protegat ipse suos.

II. IN SECUNDO ALTARE.

Principe cum Petro hanc aram Pauloque magistro,
Andrea et Iacob coetus apostolicus
Ornat, amat multum meritis conservat et almis,
Devotisque adstat hic precibus populi.

III. IN TERTIO ALTARE.

Alma dei genitrix, sanctissima virgo Maria,
Hoc altare tene atque iuvato prece,
Quod tibi virginibusque erectum constat et optat,
Semper ut adsitis hic precibus populi.
5 Cecilia hic maneat, virgo Agnes, martyr Agatha,
Lioba et Anastasia ac Iuliana simul.

IV. IN QUARTO ALTARE.

Praecursor domini, sacer et baptista Iohannes,
Sanctus Callistus et Fabianus ovant.
Quos tu, Christe deus, facias nos rite iuvare
Cum precibus sacris atque bonis meritis.

V. IN QUINTO ALTARE.

Martinus praesul, Britius confessor et almus,
Sanctus Germanus Remigiusque pius,
Gregorius papa hic, sanctus Benedictus et abbas,
Ornant hanc aram atque iuvant precibus.

LXXV.

IN ALIA ECCLESIA ISTI VERSUS. IN PRIMO ALTARE.

Hanc aedem sacram Michael archangelus ornat,
Protegit et servat, adiuvat atque piat.

[LXXIV] *Hr.* 109—113 [III] 3 virginibusque sacris *Br.*
[LXXV] *Hr.* 114—116

1) *Klingenmünster in Spirensi dioecesi cf. Falk* (*Forsch. XXII*, 436).

Hic Leo papa manet, hic Marcellinus et almus,
Praxis et Eugenia hic aderunt precibus.

IN SECUNDO ALTARE.

Ecce Dionysius, martyr Laurentius atque,
Vitus et Albanus hunc titulum retinent.
Hunc ornat meritis martyr Bonifacius almus,
Cum precibus sacris huncque Sebastianus.

IN TERTIO ALTARE.

Quattuor ergo viri scriptores rite probati,
Sancti euangelii haec loca sancta tenent.

LXXVI.

IN SEPULCHRO SANCTI THEODULI MARTYRIS.

Corpora sanctorum pro Christi nomine passi,
Qui luxum mundi spernere consuerant,
Pluribus ecce locis venerantur rite sepulta,
Ipsi aderunt parti sat precibus populi.
5 Quorum praecipuus Theodulus martyr et almus,
Papa cum Alexandro passus in Italia.
Huc Caroli asscitus studio atque adductus ab urbe
Romana, hic multis pausat ad auxilium.
Sed vario eventu [1] consumpsit flamma nefanda
10 Domata haec cuncta, tegmen et ecclesiae [2]:
Per pluresque annos combustus mansit inepte
Hic locus, et nullus iam reparavit eum;
Indignus donec, Christi compunctus amore,
Hrabanus praesul hunc renovandum adiit.
15 Qui ecclesiae hanc aedem sollers renovavit et aram
Construxit, sancti corpus et huc retulit.

LXXVII.

I. HI VERSUS SCRIPTI SUNT IN ECCLESIA SANCTI WIBERTI CONFESSORIS, HOC EST, IN ABSIDE ORIENTALI, UBI IPSE SANCTUS CORPORE QUIESCIT [3].

850 Haec domus alma dei sacrata est nomine Christi,
Cuius relliquias ara dicata tenet.
Praesepis hic pars est, et portio sancta sepulcri,
Montis Oliveti mensaque grata manet.

[LXXVI] *Hr.* 117 2 consueverant *Br.* 5 Teodulus *Br.*
[LXXVII] *Hr.* 118—126

1) *Aen. X,* 160 Eventus .. varios. 2) *Cf. praeceptum a Hludowico rege a.* 848 *datum (Monasticon palatin. ed. Alexander II,* 20): Hrabanus .. suggerens eo quod accidente casu monasterium vocabulo Chlingo situm in pago Spirahgouue igne crematum sit et in eodem incendio strumenta cartarum exusta vel concremata fuissent propter . . . venerationem b. Michahelis archangeli et Theodoli martyris, cuius honore . . praefatum monasterium dicatum esse cognoscitur *etc.* 3) *Ann. Hildesh. (Lamberti)* 850 Hoc anno V. Kal. Novembris ecclesia sancti Wigberti dedicata est a Rabano Mogontiacensis ecclesiae archiepiscopo.

5 Discipulus domini Thomas, Simonque Zelotes, 850
Cum Iuda Iacobi sacra locant spolia hic.
Scriptor euangelii Marcus, Bonifacius atque,
Syxtus et Albanus, Ferrutiusque manent.
Landebertus amor, Pancratius atque Georgius,
10 Cum Valentino ecce aderunt socio.

II. IN ABSIDE VERO AUSTRALI IUXTA ALTARE S. PETRI ET PAULI HI VERSUS CONTINENTUR.

Hoc altare Petrus princeps Paulusque magister,
Cum sancto Andrea rite iuvant meritis.
Hic Clemens pastor, Marcellus papa beatus,
Sanctus Alexander, atque Callistus ovant,
5 Inclytus Urbanus, Sylvester ac Fabianus,
Pontifices vota hic pia suscipiunt.

III. SUPER PROXIMUM VERO ALTARE, IN SINISTRA PARTE ISTI POSITI SUNT.

Hoc altare tenet Stephanus, Laurentius atque,
Levitae officio martyrioque sacri.
Agapitus pariter et Felicissimus almus
Hunc titulum retinent atque dicant meritis.
5 Hic ovat et Zenon, Vincentius, ambo ministri
Qui fuerant Christi, nunc et in arce manent.

IV. SUPRA DEXTRUM VERO ALTARE ISTI SUNT CONSCRIPTI.

Martyrio insignes Venantius atque Quirinus,
Pontifices clari hunc titulum retinent.
Sanctus Alexander, Cornelius atque beatus,
Rectores summi sedis apostolicae.
5 Hic Isidorus ovat, praesul Theodulus et almus,
Qui Christi testis clarus in orbe fuit.
Maximus Hippolytus, Victor et Candidus ipse,
Cum quater hic denis martyribus aderunt.

V. IN ABSIDE VERO AQUILONALI, IUXTA ARAM DEI GENITRICIS, HI VERSUS CONTINENTUR.

Virgo dei genitrix hanc aram tu ipsa dicato,
Hic tecum maneat virgineusque chorus.
Agnes, Cecilia, Iuliana et martyr Agatha,
Euphemia, Eutropia atque Pudentiana.
5 Rufina, Prisca, Emeritaque, et Lioba beata,
Hic adstent votis Brigida et Eugenia.

VI. CUI PROXIMUM ALTARE, QUOD IN AQUILONALI PARTE CONSTAT, HOS VERSUS CONTINET.

O Benedicte pater, monachorum maxime pastor,
Hoc altare iuva rite tuis precibus.

[I] 7 martyr Bonifacius *Br.*
[II] 4 Calistus *Br.* 6 Pontifices summi vota hic *Br.*

850 Cuthbertus praesul, Arnulfus episcopus almus,
Hic adsint tecum nosque iuvent meritis.
5 Felix Iustinus, Goar et presbyter almus,
Cum Fortunato hoc simul et faciant.

VII. IN DEXTRA VERO PARTE
HI VERSUS SUPER ALTARE SCRIPTI SUNT.

Hoc altare tenet Gervasius atque Prothasius,
Martyrio insignes sicque Sebastianus.
Vitus, Sinizius, Cosmas simul et Damianus.
Gordianus pariter atque Epimachus amant.
5 Sergius et Bacchus, Prothus simul atque Hyacinthus,
Sanctus Nazarius martyr et ipse pius.

VIII. AD CRUCEM ERGA ALTARE POSITAM.
HAS RELIQUIAS CONTINET.

Pars crucis hic domini est, qua Christus saecla beavit,
Portio sudarii chlamydis atque sacrae.
Papa en Gregorius, Martinus praesul et almus,
Ambrosius doctor atque Medardus ovant.
5 Maximinus adest, Germanus, hicque Remigius
Virgine cum insigni et martyre Anastasia.

IX. IN ABSIDE ETIAM OCCIDENTALI
IPSIUS ECCLESIAE, IUXTA ALTARE PRAECURSORIS DOMINI,
ISTI VERSUS SCRIPTI SUNT.

Hic praeco insignis Christi et baptista Iohannes,
Scriptor euangelii atque Iohannes ovat.
Hicque Dionysius, Chylianus martyr et almus
Adstantes orant cum sociis pariter.
5 Marcellinus adest martyr, et Petrus honestus,
Nereus, Achilles, Priscaque et ipse Aquila.
Romano Marcus, Crispino Crispinianus,
Adiuncti adsistunt ecce sacris precibus.
Ecce Tiburtius hic praesens cum Valeriano
10 Caesarioque simul vota pia accipiunt.
Quapropter moneo cunctos, qui huc rite propinquant
Orandi causa, ut mente proba hoc faciant.

LXXVIII.

IN ECCLESIA
SANCTI IUSTINI CONFESSORIS, ISTI VERSUS SCRIPTI SUNT.

I. HOC EST IN PRIMO ALTARE.

Hoc altare dicat Christi vere ecce sepulcrum
Virginis et matris relliquiaeque iuvant.

[LXXVIII] *Hr.* 128—131

Scriptor euangelii Marcus, Bonifacius atque
Martyr et Albanus suscipiuntque preces.

II. IN AQUILONALI ALTARE HI.

Hic Stephanus martyr, martyr Laurentius aeque
Sacra locant spolia atque aram retinent.
Sanctus Alexander, Urbanus papa beatus,
Severus praesul mixta locant spolia.

III. IN AUSTRALI VERO ISTI.

Hanc aram Fabianus habet sanctissimus ecce
Cum Marcellino atque Petro sociis.
Hic ovat Agapitus martyr Felicissimus atque
Sancta Felicitas, martyr et ipsa sacra.

IV. AD CRUCEM ISTI.

Alma crucis Iesu hic portio condita Christi est,
Quo ascendit caelum, pars simul atque loci.
Principis hic Petri, Andreae fratris et huius
Multorum ad vitam pignora sacra manent.
5 Ecce Tiburtius hic fratre est cum Valeriano,
Adstat Martinus et Benedictus ovans.
Cecilia hic martyr, Lioba et sanctissima virgo,
Vota pia accipiunt atque deo referunt.

LXXIX.

I. IN ECCLESIA SANCTI PHILIPPI[1].

Hoc altare tenet in domate rite Philippi
Relliquias sacras, lector honeste, lege.
Hic mensae domini, hic portio sacra sepulcri est,
Hic Christi ascensus pars veneranda satis.
5 Hic Michael princeps turmae caelestis honorem
Sortitur sancti atque viri pariter.
Albanus martyr, Bonifacius almus et ipse,
Cum Marcellino hic ovat atque Petro.
Martinus praesul, Benedictus nobilis abbas,
10 Gaudent orantes suscipiuntque preces.
Hic quicunque velis grata persolvere vota[2],
Corde tuo mundo hoc, rogito, facias.

II. AD ALTARE IN MEDIO ECCLESIAE.

Continet haec ara sanctorum pignora sacra,
Et Christi domini munera valde pia.

[I] 3 martyr Bonifacius *Br.* (*cf. supra p.* 229 I, 7)
[LXXIX] *Hr.* 132—135 [I] 12 Hoc corde mundo tuo *Br.*

1) *Cellae prope Wormatiam hanc ecclesiam sitam esse F. Falk demonstravit (Forsch. XXII,* 436).
2) *Ov. Ep. VI,* 75 Vota ego persolvam.

Nam crucis hic pars est, qua Christus saecla beavit,
Quo crucifixus erat Calvariaeque locus.
5 Praecursor domini manet hic, Cyriacus et almus,
Martyr Fabianus et Cyprianus adest.

III. IN DEXTRO ALTARE.

Bis seni comites venerantur sorte beata
Hic Iesu Christi, nosque iuvant precibus.

IV. IN SINISTRO ALTARE.

Hic genitrix Christi veneratur sancta Maria,
Virginibus sacris associata manet.
Hic Agnes martyr, Iuliana martyr et ipsa,
Cecilia et Lioba, martyr Agatha simul.

LXXX.

I. IN ECCLESIA SANCTI SATURNINI, IN SUMMO ALTARE.

Hoc templum domini sacratum est nomine Christi,
Cuius hic dona condita rite micant.
Praesepis domini, mensae simul atque sepulcri
Ascensusque sui portio sacra manet.
5 Princeps hic Petrus pollet, Paulusque magister,
Insignesque viri martyrio rutilant.
Ecce Albanus adest martyr Bonifacius atque,
Nomine pro Christi qui meruere mori[1].
Pontifices summi Martinus Remigiusque,
10 Confessorque simul rite Philippus ovant.

II. IN DEXTRO ALTARE.

En comites Christi bis seno munere clari
Aram hanc iure dicant atque piant precibus.

III. IN SINISTRO ALTARE.

Virgo Maria, dei genitrix, hoc ipsa dicato
Altare, praesens atque iuvato prece:
Virgineusque chorus[2] pariter laetetur et almus,
Hic tecum gaudens adiuvet et meritis.
5 Cecilia virgo hic, Agnes et martyr Agatha,
Lucia cum Lioba et Iuliana manent.

IV. AD CRUCEM IN MEDIO ECCLESIAE.

Pars crucis hic domini est, qui summus regnat in arce,
Sanguine qui fuso saecla beavit ovans.
Hic Michael gaudet, simul et baptista Iohannes,
Insignesque viri martyrio placiti.

[LXXX] *Hr.* 136—147

1) *Sedul. C. Pasch. II,* 119 Iam meruere mori. 2) *Cf. supra p.* 229 *V,* 2.

5 Hic sanctus Stephanus, Fabianus cum Cyriaco
Atque Sebastiano martyrio rutilant.
Hic Benedictus ovat, hic papa Gregorius adstat,
Suscipiunt vota atque deo referunt.

V.

Virgo Maria dei genitrix intacta tonantis
Cum nato hanc aulam continet atque dicat.
Petrus et Andreas fratres, hic Paulus et almus
Scriptor euangelii atque Iohannes ovat.
5 Hic praeco insignis simul et baptista Iohannes,
Martinus praesul et Bonifacius est.
Levita hic Stephanus, Laurentius et Cyriacus
Adsunt cum Albano atque Dionysio.

VI.

Sanctus Maximinus, Germanus, Gregoriusque,
Pontifices clari hic Ferrutiusque manent.
Hic Agnes virgo pariter et martyr Agatha
Assistunt votis atque piis precibus.
5 Hos inter sanctos Cosmae simul ac Damiani,
Quorum hodie est festum, sacra manent spolia hic.
Ast tales socios, hic quorum membra quiescunt,
Nempe tenent sancti martyrio placiti.
Unde rogo, ut tantos quaeratis rite patronos,
10 Qui vobis placidum vultis habere deum.

VII.

Hoc altare dicant comites testesque tonantis
Ornantes meritis atque sacris precibus,
Matthaeus et Simon, Thomas ac Bartholomaeus,
Cornelius, Sixtus, Sergius atque Bachus.

VIII.

Hanc confessores aram, castae et mulieres
Consecrant precibus atque bonis meritis.
Hic Augustinus, Hieronymus Hilariusque est,
Praxis, Cecilia, Lucia et Eugenia.
5 Hic Fabianus adest et hic sua pignora servat
Antistes summus martyr et ipse sacer.
Cum quo sanctus ovat spoliaque hic alma recondit
Vir virtute potens ipse Sebastianus.

IX.

Agnès nam virgo hanc aram dedicat alma,
Agnum quae Christum sponsa dei sequitur.
Cum qua Cecilia martyr et sancta virago
Assistit precibus rite iuvando piis.

[VIII] 4 *ad marg.* Praxedis *Br.* 5 hic *addidi*

X.

En altare tenet hoc Marcellinus honeste
Cum Petro socio consecrat et meritis.
Quos pariter Christus caelestem duxit ad arcem
Claros martyrio actibus atque bonis.
5 Ecce locum insignem retinet hunc martyr Agatha
Commendatque suis ipsa piis meritis.
Lucia quem virgo, Christi et dulcissima sponsa,
Rite colit habitans adiuvat et precibus.

XI. VERSUS ISTI SUNT SCRIPTI IN ARA CAPELLAE.

Expansis manibus [1] sic totum amplectitur orbem
In cruce confixus Christus in arce deus.
Extinxit mortem, confregit sceptra tyranni,
Aeternam requiem reddidit ipse suis.

LXXXI.
HYMNUS IN LAUDEM SANCTI BONIFACII MARTYRIS.

Inclyta sanctorum cum gloria crescit ubique
Et meritûm splendor fulget in orbe soli,
Asia magnificat Iacobum, Ausonia quoque Petrum,
Iohannemque Ephesus, Africa Cyprianum:
5 Non minus exaltans celebrat Germania laudes [2]
Et Bonifacii opus martyris almificum.
Ordinat hunc Roma, mittitque Britannia mater
Doctorem populis hoc decus ecclesiae,
Pontificem summum signorum fulmine clarum,
10 Eloquio nitidum, moribus egregium.
Tanta prophetalis quem gratia fulcit honoris [3],
Ventura ut multa retuleritque nova.
Quem Francus Fresoque simul Saxoque ministrum
Aeternae vitae praedicat esse sibi.
15 Quamquam Fresonum gens moribus effera semper
Martyris ergo manus sanguine polluerit [4],
Praedixit Christi sed vox verissima, quod nunc
Cernitur impletum pluribus esse locis.
Quod terra moritur, frumentum plurima confert
20 Semina, fructumque multiplicare studet:
Sicque sacerdotis domini laetissima crescit
Paucis ex granis glorificanda seges [5].
Mortuus ecce modo, vivensque solebat ut ante,
Lucratur Christo agmina multivaga.

[LXXXI] *ex Broweri editione Hrabani poemata p.* 78 *n.* 20 *(F), Antiquitat. Fuldens. p.* 165 *(A)*
2 meritom *F* 12 retulit *FA* uti nova *FA* 13 Francos *F*

1) *Cf. supra p.* 205 *v.* 15,1 Expanduntque manus. 2) *Ex Ponto IV,* 8, 87 laudes celebrare. 3) *Venanti C. II,* 8, 20 fultus honore fuit. 4) *Met. VI,* 596 sanguine tingue manus; *Ep. VIII,* 114 pollutas . . . manus. 5) *Georg. I,* 1 laetas segetes; *Met. III,* 110 crescitque seges.

25 Signa movent populos, cernunt magnalia caeci[1],
Surdorumque sonus auribus ipse tonat.
Morborum fugiunt labes, furor impius atri
Daemonis[2] absistit martyris ex precibus.
Sicque tuum famulum Christus ditavit honore,
30 Ut regnet caelo, imperet atque solo.
Multorum aeternas dominus dat crescere laudes,
Quos fidei meritum fecerat esse sacros,
Sed merito ecclesiae laudantur in orbe magistri,
Quos opus et verbum praeparat atque fides.
35 Ergo vir iste dei spernens mundana reliquit
Pro Christo cuncta, qui meliora daret.
Centuplicemque metens fructum[3] hic accipit amplum,
Insuper aeternam possidet et requiem.
Dignus laude quidem est vitam sine crimine ducens[4],
40 Qui aevi sic metas clauserat et numeros[5].
Accola iam domini saevum iam vicerat hostem[6],
Cum Christo regnat accola iam domini.
Gaudia magna dei[7] iam intravit laetus et ille
Invitat nos ad gaudia magna dei.
45 Sanguine nempe suo requiem sibi comparat almam,
Impetrat hanc nobis sanguine nempe suo.
Martyrio decorat quidquid Germania nutrit,
Et proprio sobolem martyrio decorat.
O patria, o populus tanto ditata patrono,
50 Per quem vita venit, o patria, o populus.
Dignaque quae fueras, o terque quaterque beata[8],
Praesule hocque regi dignaque quae fueras.
Gloria digna deo, talem qui illum dedit esse,
Quique dedit nobis, gloria magna deo[9].
55 Gloria magna deo semper per saecula cuncta,
Dicamus omnes: gloria magna deo.

LXXXII.

HYMNUS DE SANCTO MARCELLINO ET PETRO MARTYRIBUS.

1. Claras laudes ac salubres, posco, fratres dicite,
quas proferre cogit apte nunc sanctorum gloria.
O victores gloriosi his ovate laudibus.

---

25 cernent *F* 39 quidem laude es *F* 42 accola nunc *F* 44 uos *F* 45 almum *F* 46 Imperat *FA*, *corr. Watt.* 48 propriam *A*
[LXXXII] *ex Broweri edit. Hrabani poem. p.* 81 *n.* 23

1) *Sedul. Hymn. I,* 59 Signa movent populos, cernunt magnalia caeci. 2) *Aen. I,* 294 furor impius intus; *Iuvenci H. euang. II,* 440 daemonis atri. 3) *Ib.* 799 Centuplicemque ferunt .. frugem. 4) *Aen. IV,* 550 sine crimine vitam | Degere. 5) *Sedul. C. Pasch. III,* 214 numero nec clauditur. 6) *Trist. II,* 49 quod vicerit hostem. 7) *Sedul. Hymn. I,* 57, 58 Gaudia magna dei. 8) *Aen. I,* 94 o terque quaterque beati. 9) *Sedul. Hymn. I,* 109 Gloria magna patri semper.

2. Quot virtute regis almi fortes vidi martyres?
Marcellinus atque Petrus iam vicerunt saeculum.
O victores gloriosi etc.
3. Quos arx orbis et regina Roma quondam protulit,
ipsa misit ad supernum regis Christi solium.
O victores gloriosi etc.
4. Exorcista Petrus extat[1], Marcellinus presbiter,
plebem sacram convocantes ambo Christo praeparant.
O victores etc.
5. Verbo curant ac medelam aegris praebent artubus,
ex insanis foras arcent vim horrendam daemonis.
O victores etc.
6. Qui torquentur caesi flagris, exarantur unguibus,
vincti tetro hi catenis[2] includuntur carcere.
O victores etc.
7. Nam in cippo Petrus arcto, Marcellinus crustulis
fracti vitri decubando toto nudus corpore.
O victores etc.
8. Iudex ater quos Serenus certat poenis vincere,
illi laudes valde dignas Christo regi personant.
O victores etc.
9. Qui de caelis misit ipsis mox solamen angeli,
ut de vinclis liberati, quoquo vellent pergerent.
O victores etc.
10. Ipsi vero roborati, confortati martyres
post Sereno iam parati praesentari festinant.
O victores etc.
11. Tunc Serenus turbulentus valde iratus praecipit,
ut in silva tracti foras truncarentur candida[3].
O victores etc.
12. Quo profecti gratulantes celsa scandunt sidera,
laudes illic sempiternas Christo dicunt principi.
O victores etc.
13. Hoc hymnista carmen offert pauper vobis, martyres,
qualecunque sit tenere, servus vester obtulit.
O victores gloriosi his ovate laudibus.

LXXXIII.

ITEM VERSUS DE IISDEM MARTYRIBUS.

Salvator mundi qui caeli sceptra gubernas,
Imperio et dominans cuncta regis[4] proprio.

8,1 paenis *Br.*
[LXXXIII] *ex Broweri edit. Hrabani poem. p.* 82 *n.* 24

1) *Cf. supra p.* 126 *v.* 1,1 Erat quidam exorcista. 2) *Met. XV,* 601 vincite catenis. 3) *Passio S. Marcell. et Petri* (*Acta SS. Iuni. I,* 173) quae hodie in honore sanctorum Silva-candida appellatur. 4) *Cf. supra p.* 216 *I,* 1.

Adsis propitius servorum atque annue votis[1],
Tu miserans praesta quaeque rogant famuli.
5 Martyribusque tuis hoc addas iustus honore,
Reddere quod possint munera larga[2] suis.
Hos Christi testes Romana asscivit ab urbe
Vir probus Ainhardus constituitque locum[3].
Cuius successor perfecta presbyter aula
10 Ratlaicus sanctis condidit hunc titulum[4].
Quos tu, Christe deus, aeterna in saecula serva,
Cumque tuis sanctis praemia redde poli his.

LXXXIV.

EPITAPHIUM HAISTULFI ARCHIEPISCOPI.

Qui intrastis templum, precibus qui implestis et ora, 825
Discere non pigeat, quis tumulo hoc iaceat[5].
Praesulis Haistulfi sita sunt hoc membra sepulcro[6],
Pontificale suum qui bene gessit opus;
5 Bis senis urbem hanc pastor qui rexerat annis[7],
Dogma et apostolicum protulit ore, manu.
Iustitiae custos[8], rectus, patiensque, benignus,
Fidus in eloquiis et pietate placens[9],
Lulli[10] discipulus, successor rite Riculfi[11],
10 Ambobus meritis non minor iste fuit.
Quis te, sancte pater, cum Christo nesciat esse?
Splendida quem tecum vita fuisse probat.

LXXXV.

EPITAPHIUM EINHARDI.

Te peto, qui hoc templum[12] ingrederis, ne noscere spernas,
Quid locus hic habeat quidque tenens moneat.

---

12 *ad marg.* polis *Br.*

[LXXXIV] *ex cod. Wirziburg.* 1 *f.* 144', 2 *f.* 148', *ediderunt Brower p.* 89 *n.* 4, *Latomus ap. Menckenium SS. rer. Germanic.* III, 457, *Serarius p.* 619 Haistulphi *Br.* 1 implesti decora *W*2 2 inerat *corr. in* lateat *W*1, lateat *W*2 *Lat. Ser.* 3 Haistulphi *Ser. Br.* 4 Pontificali *W*, Pontificiale *Br.* sacrum *W Lat. Ser.* gesserat *W* onis *W*1, ovans *W*2, onus *Lat. Ser.* 6 sacro *W*2, *Lat. Ser., corr. in* manu *W*1 8 et *om. W*1 9 Richulffi *W*1, Riculfo *W*2, Richolffi *Ser.*, Richulphi *Lat. Br.* 10 amborum *Lat.*

[LXXXV] *ex editione Broweri p.* 88 *n.* 2

1) *Georg. I,* 40, *Aen. IX,* 625 adnue coeptis. 2) *Venanti C. VI,* 2, 105 Muneribus largis. 3) *Cf. supra p.* 125, 225 *LXXI,* 3. 4) *Cf. epitaphium eius infra.* 5) *Venanti C. IV,* 22, 1 Hoc iacet in tumulo. 6) *Aen. X,* 558 onerabit membra sepulcro. 7) *a.* 813—825; *obiit V Kal. Ian. a.* 825, *cf. Serarii Moguntiacar. rer. p.* 618, *Boehmer - Will Regesta archiepp. Mogunt. p.* 54, *Ann. necrol. Fuld.* 825 (*SS. XIII,* 171); *Venanti C. IV,* 11, 15 Bis senis rexit . . lustris | . . pastor opimus oves. 8) *Venanti Carm. VI,* 1 *a,* 21 Iustitiae cultor. 9) *Ib. V,* 9, 11, *IX,* 1, 23 bonitate placens. 10) *a.* 754—786. 11) *a.* 787—813. 12) *Seligenstadiense, in quo Einhardus tumulum accepit.*

Conditus ecce iacet tumulo vir nobilis isto [1],
Einhardus nomen cui genitor dederat [2].
5 Ingenio hic prudens, probus actu atque ore facundus [3]
Extitit, ac multis arte fuit utilis.
Quem Carolus princeps propria nutrivit in aula,
Per quem et confecit multa satis opera.
Nam horum sanctorum [4] condigno functus honore,
10 Exquirens Romae corpora duxit et huc:
Ut multis prosint precibus curaque medelae
Ipsiusque animae regna poli tribuant.
Christe deus, hominum salvator, rector et auctor,
Aeternam huic requiem da super astra pius.

LXXXVI.

I. EPITAPHIUM GUNDRAMNI.

Hic locus ecce tenet congestos rite sepulcris
Cultorum cineres ac tegit ipse suos.
Nam Gundramnus [5] adest illic et corpore subtus
Sarcophago latitat, spiritus alta petit [6].
5 Pro quo, tu lector, digneris fundere Christo,
Posco, preces domino, ut faveat famulo.

II. EPITAPHIUM OTDRUDAE CONIUGIS EIUS.

Coniunx namque huius Otdruda et nomine dicta [7]
Cespite contecta hic condita rite iacet.
Horum nempe datu Bonifacius obtinet istum
Martyr rite locum, consecrat et domino.
5 Christe deus, hominum salvator, rector et auctor
Aeternam in caelis da pius his requiem [8].

LXXXVII.

EPITAPHIUM OTGARII ARCHIEPISCOPI.

847 Qui intrasti templum [9] pronusque hanc sistis ad aram,
Non spernas, lector, hunc titulum legere.

---

4 Emhardus *Br.* 9 *an* fultus? *Man.* 14 Aeternum *Br., corr. Iaffé*
[LXXXVI] *ex edit. Broweri* p. 94 *n.* 17, 18 || [I] 1 ecce *suppl. Br.*
[LXXXVII] *ex cod. Wirzib.* 1 *f.* 145 2 *f.* 148; *ediderunt Brower p.* 89 *n.* 5, *Latomus ap. Menckenium* III, 459, *Serarius p.* 623 1 pronus qui *W Br.* suspicis aram *Lat.*

1) *Venanti Carm. l. IV*, 23, 1 Condita sunt tumulo Iuliani membra sub isto. 2) *Aen. I,* 248 genti nomen dedit. 3) *Venanti C. IV,* 10, 17 Ingenio vivax, animo probus, ore serenus. 4) *Marcellini et Petri.* 5) *Gunthramnus comes tradidit a.* 834 *III Kal. Sept. proprietatem suam in villula Hova, tum a.* 841 *XIII Kal. Iun. cum coniuge Otthruda multa alia bona cum mancipiis ad sanctum Bonifacium, quae Hrabanus abbas sub usu fructuario usque ad finem vitae retinenda ei reddidit* (*Dronke Cod. dipl. Fuld. p.* 215, 237—239, *Tradition. Fuldens. p.* 11, 15). *Cf. supra p.* 223 *versus in cruce Gundramni comitis.* 6) *Georg. I,* 142 Alta petens. 7) *Cf. l. l.* 238 Signum Gunthrammi et uxoris eius Otthrudae, qui hanc traditionis kartulam fieri rogaverunt; *Aen. III,* 210 Graio stant nomine dictae. 8) *Cf. supra LXXXV,* 13—14. 9) *S. Albani martyris, cuius, Einhardo teste* (*Transl. S. Marcell. et Petri c.* 93), apud eandem urbem (*Moguntiacum*) et basilica et percelebre monasterium est; *cf. Boehmer-Will Regesta archiepp. Maguntin. p.* 63.

Nam hic tibi mox pandit, tumulus sit cuius, et istic 847
Otgarii nomen factaque clara dabit.
5 Pectore sub cuius regnans patientia victrix,
Fluctibus in tantis anchora fixa fuit.
Felle carens, animo placidus, dulcedine pastus [1],
Praesulis officium rite peregit ovans.
Quattuor hic lustra binos complevit et annos;
10 Moxque, urguente die, raptus ab orbe fuit [2].
Hunc meliore via credo ad caelestia vectum,
Non premit urna rogi, sed tenet aula poli [3].
Rex regum Christus huic laetus semper adesto;
Et nobis clemens sis sine fine, deus [4].

LXXXVIII.
EPITAPHIUM WALACHFREDI ABBATIS.

Noscere quisque velit [5], tumulo hoc quis conditus exstet, 849
Perlegat hunc titulum, omnia sicque sciet.
Ergo Walahfredus tumulatus sorte quiescit,
Presbyter et monachus ingenio hic validus.
5 Abbas coenobii huius [6], custosque fidelis
Hic fuerat caute dogmata sacra legens.
Nam docuit multos, metrorum iure peritus
Dictavit versus, prosa facundus erat.
Invitans instanter oves ad pascua regis,
10 Distribuit dulcem fratribus ore salem [7].
Moribus ipse probus virtutum exempla reliquit,
Discipulis pastor, plebis et almus amor [8].
Mors fera sed iuvenem hinc rapuit, damnumque ferebat [9]
Multis, sed Christus hunc tulit ad superos [10].
15 Quisquis hunc titulum recitas, pro hoc, posco, fideles
Funde preces Christo [11], sicque places domino.

LXXXIX.
EPITAPHIUM IRMINGARDIS.

Ingrediens quisquis hanc aedem rite revisas, 851
Noscere te libeat, quid tumulo hoc lateat [12].

3 Nam *om. Ser.* hic *om. Lat.* mox tibi *W*1 istis *Ser.* 5 regnas *W*1 10 oriente *W*1, urgente *Lat. Ser.* urbe *W*1 11 crede *Lat.* 13 lectus *W*1 14 sit *Lat.*
[LXXXVIII] *ex edit. Broweri p.* 92 *n.* 10
[LXXXIX] *ex edit Broweri p.* 93 *n.* 16

1) *Venanti Carm. IV,* 6, 9—11 Pectore sub cuius regnans patientia victrix | Fluctibus in tantis anchora sensus erat. | Felle carens, animo placidus, dulcedine pastus; *Vita S. Martini III,* 1 fixa stetit anchora terris. 2) *Carm. IV,* 9, 33—34 Lustra decem pollens, septem quoque vixit in annos; | Mox urguente die raptus ab orbe fuit. 3) *Ib. IV,* 4, 31—32 Hinc meliore via sanctum ad caelestia vectum | Non premit urna rogi, sed tenet ulna dei; 6,18 quem tenet aula poli. 4) *De Otgario Serarius* (*l. l. p.* 622) *hunc versum incertae originis affert*: Scilicet arma minus, quam sacra, Otgarie, noras (*cf. Fast. I,* 29 Scilicet arma magis quam sidera, Romule, noras). 5) *Venanti C. X,* 6, 107 Noscere qui mavis. 6) *Augiensis a.* 838—840, 842—849. 7) *Venanti Carm. IV,* 14, 9 Invitans instanter oves ad pascua regis | Distribuit dulcem fratribus ore salem. 8) *Ib. III,* 21, 2 noster et altus amor. 9) *Amor. I,* 13, 20 grandia damna ferat. 10) *Ex Ponto II,* 2, 125 ad superos haec fer mandata. 11) *Cf. supra p.* 205 *v.* 15,1. 12) *Cf. supra p.* 237, *LXXXIV,* 2.

851 Faemina hic pausat augusta et nobilis ortu[1],
Irmingarda cui nomen erat deditum.
5 Quae hoc opus incipiens hic aulam condere iussit
Ad Christi laudem atque sui requiem[2].
Nam pia relliquias sanctorum ex urbe receptans
Romana, huc vexit hicque locavit eas[3],
Ipsorum meritis caperet ut gaudia vitae,
10 Delicti ac veniam perciperet precibus.
Caste conversans mundana haec gaudia sprevit,
Pauperibus larga, omnibus apta bonis.
Nobiliter vixit, aliis exempla reliquit[4],
Virtutum sibimet praemia laeta parans.
15 Haec quoque dum expleret iuvenile hic tempus, et annos
Maturae aetatis[5] inciperet, iam obiit.
Linquens regna soli penetravit regna polorum,
Cum Christo et sanctis gaudia vera tenens.
Hanc, rogo, tu lector, commenda rite tonanti
20 Assiduis precibus, Christus eam ut habeat.
Cum quo congaudens vivat feliciter ipsa
Angelicis semper mixta beata choris[6].
Has ego Hrabanus confeci versibus odas,
Ex obitu maestus, ex requie et gratulans.

Obiit autem Irmingarda imperatrix anno dominicae incarnationis DCCCLI indictione XIIII XIII Cal. Aprilis in die parasceue hora quasi sexta et requievit in pace.

XC.

EPITAPHIUM RATLAICI PRESBYTERI.

854 En servus Christi Ratlaicus nomine dictus[7]
Corpore hic pausat, spiritus alta petit[8].

[XC] *ex edit. Broweri p.* 95 *n.* 20

1) *Lotharii imperatoris uxor* (821—851), *filia Hugonis comitis Turonensis, de cuius obitu cf. Ann. Laubac.* 851 domna Hirmingardis obiit XIII Kal. April., *Reginon. Chron.* 851 obiit Hirmingardis regina .. venerabilis et deo acceptabilis matrona; *Ann. Xant.* 851 nobilissima imperatrix nomine Irmingard, *Weissenburg.* 851 (*SS. I,* 15, 568, *II,* 229, *III,* 47); *Necrol. S. Germani Pratens. XIII* Kal. Apr. Depositio . . . Ermengardis reginae *(Bouillart Hist. de St. Germain p. CXI).* 2) *Cf. Hlotharii diploma a.* 849 *datum (Grandidier Hist. de Strassb. II, CCXXXIV)* dulcissima et dilectissima coniux nostra Hermengarda augusta .. in rebus suis propriis, quas a nobis nomine dotis accepit, hoc est in villa .. Herinstein .. in comitatu Helisacensi .. monasterium a fundamento aedificare proposuit, quatenus ibi ancillarum congregatio assidue divinis obsequiis famulari .. valeat. 3) *Hermanni Gygantis Flores tempor. ed. Meuschen p.* 86 Leo papa ob reverentiam imperatricis et imperatoris Lodovici filii sui idem coenobium dotavit multis et magnis reliquiis mittens per apocrisarium suum Ioseph illuc caput S. Caeciliae virginis .. integrum; .. misit quoque huc .. corpora sanctorum Sixti papae, Urbani papae, sanctorum martyrum Felicis et Adaucti et alias plures venerandas reliquias. 4) *Cf. p.* 239 *LXXXIII,* 11. 5) *Aen. XII,* 438 matura adoleverit aetas. 6) *Venanti Carm. VIII,* 4, 4 Iungitur angelicis casta puella choris. 7) *Einhardi notarius, a.* 827 *ab eo Romam missus, tum* (840—854) *successor eius in monasterio Seligenstadiensi administrando, cf. supra p.* 125, 237. 8) *Cf. supra p.* 238 *LXXXVI,* 4.

Presbyter hic fuerat, sophiae et studiosus amator,
Officium abbatis et bene gessit opus.
5 Sollers ac strenuus divinae dogmate legis
Scrutando didicit atque alios docuit.
Is ex Colonia adveniens regi en Hludowico
Coniunctus, valde utilis huicque fuit[1].
Plures nam docuit verbis et scribere fecit
10 Quae fuerant apta plurima ad officia[2].
Nam iuvenis vitam hanc linquens migravit ad aethra[3]
Atque ibi cum Christo gaudia vera tenet.

XCI.

EPITAPHIUM HLUDHARII IMPERATORIS.

855

Continet hic tumulus memorandi Caesaris[4] ossa
Hlotharii magni, principis atque pii.
Qui Francis, Italis, Romanis praefuit ipsis,
Omnia sed sprevit, pauper et hinc abiit.
5 Nam bis tricenos monachus sic attigit annos[5],
Et se mutavit, ac bene post obiit.
III. Cal. Octob.

XCII.

EPITAPHIUM ISANBERTI PRESBYTERI ET MONACHI[6].

856

Noricus ex patribus ego sum, Germanicus exul,
Wasconia genitus, presbyter et monachus.

7 ludouico *Br.*
[XCI] Lotharii *Br. p.* 89 *n.* 3, Hludharii *Ann. Trevir.* I, 415 2 Lotharii *Br.*, Hlotharii *A. Trev.* 7 II. Cal. *Br.*
[XCII] *ex edit. Broweri p.* 92 *n.* 12—14

1) *Praecepta regia a.* 839—853 *scripsit, cf. Sickel Beiträge zur Diplomatik I,* 3633—87, *II,* 152. 2) *Cf. Sickel l. l. p.* 367, 370, *qui ex notis Tironianis haec enucleavit:* domnus Ludovicus (ipse sapientissimus rex) fieri iussit et Ratleicus magister scribere praecepit. *Eidem Hrabanus haec scripsit* (*Mabillon Anal. vet.* 419 *cf. supra p.* 169): Tu autem quia plurima scripta antiquorum invenisti et legisti, per ea etiam hoc parvum opusculum examinans utile legentibus quo modo possis facias, ut quod mea imperitia atque infirmitas idonee perficere non potuit, tua peritia atque industria utiliter perficiat. 3) *Diem mortis eius tradunt Necrol. Wirziburg.* (*Forsch. VI,* 116) *XVIII Kal. Iul.* Eodem die obitus abbatis Ratleici; *Augiense* (*Gerbert Monum. vet. liturg. Alem. I,* 487; *Mittheil. der Züricher ant. Ges. VI,* 60) *XVIII* Kal. Iul. Rathleihe (Ratleic); *Necr. S. Galli:* Obitus Ratleichi presbiteri. *De anno cf. Dümmler Gesch. des Ostfränk. Reiches I,* 870. 4) *Hrabanus epistolam ad eum datam hoc disticho clausit* (*Kunstmann Hrabanus M.* 224): Lux, via, vita, salus Christus vos salvet in aevum; | Magnus honor patriae, Caesar amate, vale. 5) *in Prumiensi monasterio, cf. Reginonis Chron. a.* 855, *Ruodolfi Ann. Fuld., Prudentii Trec. Ann.* 855 (*SS. I,* 369, 449, 569); *Diptychon Fuldense, Ann. Prumiens. SS. XIII,* 166, 177, 219). 6) *Ann. necrol. Fuld.* 856 (*SS. XIII,* 177) Isanbraht monachus *(obiit)*, *(cf. supra p.* 173. *Hrabanus epistolam ad eum scripsit, cuius fragmentum ex codice Vindobonensi* 966 *edidit Kunstmann* (*Hrabanus Maurus p.* 224).

Nomen sique meum quaeris, tu lector honeste,
Isanbert dicor: cui miserere, deus.

EIUSDEM.

Noricus ex genere fueram atque Aquitanicus ortu,
Francia meque aluit[1], quove fui monachus.
Ferrum me clarum dudum dixere parentes,
Mortis nunc tumulo vincula dura premunt.

EIUSDEM.

Norica prima parens fuerat, Aquitania mater,
Francia me rapuit[2], presbyter atque fui.
Qui vixi monachus Isanbert nomine dictus,
Cuius tu, lector, esto memor precibus.

Ecce[3] tibi ut peteras conscripsi promptus amore
Versus ad tumulum, dulcis amice, tuum,
Tripliciter condens titulum trinumque precando,
Quod te conservet summus ab arce deus.
5 Tu memor esto mei cum vivas sanus in orbe,
Post funus tecum ut laetus ad astra petam.

XCIII.

EPITAPHIUM REGINBALDI CHOREPISCOPI.

Ecce Reginbaldus pausat chorepiscopus[4] istic,
Corpore sed tantum, spiritus astra petit[5],
Ore manuque simul populo huic qui praefuit apte[6],
Mercedem plenam cui dabit omnipotens.

XCIV.

EPITAPHIUM ADALHARDI.

Hic iacet inclusus Adalhardus nomine dictus[7]
Unus de clero, mors fera quem rapuit[8];

[XCIII] *ex edit. Broweri p.* 91 *n.* 8
[XCIV] *ex edit. Broweri p.* 92 *n.* 11

1) *Georg. IV,* 563 me .. dulcis alebat | Parthenope. 2) *Anthol.* 566, 4 Cum tibi me rapuit. 3) *Ex his versibus elucet, Hrabanum Isanberto vivo hos titulos composuisse, ut ex eis eligeret, qui sibi maxime placeret.* 4) *Cf. de eo supra p.* 208 *n.* 2, 210 *n.* 1. *Hrabanus ei de ecclesiastica disciplina libros III dedicavit (Opp. ed. Migne VI,* 1191) *eique duas epistolas de quaestionibus ab eo propositis scripsit (Hartzheim Conc. Germaniae II,* 212, 214). *Cf. Dümmler Gesch. des Ostfränk. Reiches I,* 298, 310 *n.* 95. 5) *Venanti Carm. l. IV,* 5, 6; 8, 6 Membra sepulchra tegunt, spiritus astra colit (tenet). 6) *Cf. quae Hrabanus in praefatione ad eum scripsit:* Venit mihi in mentem recordatio boni studii tui, .. quod habes in doctrina gregis tibi divinitus commissi *etc.* 7) *Ann. necrol. Fuld.* 856 (*SS. XIII,* 177) Adalhart monachus *(obiit).* 8) *Cf. supra p.* 239 *LXXXVIII,* 13.

Hartnandus titulum quem condidit ipse, precando
Cui dicat lector: tu miserere, deus.

XCV.

EPITAPHIUM WIGFRIDE.

Nobilis ecce iacet tumulata[1] hic faemina Wigfrid,
Quam Saxo atque Thuring gaudet habere genus.
Haec quoque coniugium sortita ac pignora prompsit
Et post busta viri nonna dicata deo[2] est.
5 Nam titulum scribi hunc eius quoque filia fecit
Theotfrid, quae matri iungere funus amat.

XCVI.

EPITAPHIUM TUTINI.

Hic iacet insignis vir nomine Tutin[3] humatus
Complens communem sorte vocante diem.
Alta clarorum qui natus stirpe parentum[4]
More omni proceres aequiperavit avos.
5 Ingenio, probitate, fide verbique decore
Inter regales vixit honore viros.
Quem iuvenem mediis cecidisse viriliter armis[5],
Effecit domini gratia magna sui.
Frater pontificis[6] fuit ille celerrimus armis,
10 Qui huc germani detulit ossa sui.
Flecte genu[7] palmasque leva, bone lector, et orans
Dic, precor: ambobus propitiare, deus.

XCVII.

EPITAPHIUM HRABANI ARCHIEPISCOPI.

Lector honeste, meam si vis cognoscere vitam
Tempore mortali, discere sic poteris.

[XCV] *ex edit. Broweri p.* 93 *n.* 15

[XCVI] *ex edit. Broweri p.* 94 *n.* 17   4 aequiparavit *Br.*

[XCVII] *ex codicibus Romano Ottoboniano* 3295 *(R), Parisino* 11684 *(P) f.* 218, *Wirziburgensi fol.* 187 *f.* 146'; *ediderunt Browerus p.* 90 *n.* 6, *Serarius p.* 650. *In P haec antecedunt, quae iam edidit Mabillon Acta SS. ord. S. Ben.* IV, 2, 36: Rabanus Maurus Moguntie natus et renatus et a puero in Fulda monachus, deinde cella inclusus, tandem in arciepiscopum assumitur, cuius ydonea sunt opuscula in utriusque testamenti pagina et ante portam predicte ciuitatis meridianam apud sanctum Albanum sepulchri eius ostenditur memoria in sanctorum archiepiscoporum Martini et Bonifacii capella. Epytaphium sancti Rabani Mauri Moguntie sedis archiepiscopi apud sanctum Albanum sepulti. *sine titulo RW*

1) *Ex Ponto I,* 6, 49 iaceam tumulatus arena. 2) *Fast. I,* 706 templa dicata deis. 3) *Cf. Mabillon Acta SS. IV,* 2, 21 (*Ann. II,* 315): '*Verumtamen certum est, Rabanum inlustri genere ortum fuisse, ut qui fratrem habuit Tutinum, virum cum primis nobilem .. Nam ut id (scil. epitaphium eius) de Rabano pontifice, non de alio interpreter, facit, quod pontificem non nominat et quod pro ambobus germanis postulat voces*'. 4) *Met. XIII,* 513 Clara parens. 5) *Georg. II,* 283 mediis .. in armis. 6) *scil. Hrabani ipsius.* 7) *Met. IV,* 340 flexumque genu.

Urbe quidem hac genitus sum ac sacro fonte[1] renatus,
In Fulda post haec dogma sacrum didici.
5 Quo monachus factus seniorum iussa sequebar[2],
Norma mihi vitae regula sancta fuit.
Sed licet incaute hanc nec fixe semper haberem,
Cella tamen mihimet mansio grata fuit.
Ast ubi iam plures transissent temporis anni,
10 Convenere viri[3] vertere fata loci.
Me abstraxere domo invalidum regique tulere,
Poscentes fungi praesulis officio,
In quo nec meritum vitae nec dogma repertum est,
Nec pastoris opus iure bene placitum.
15 Promptus erat animus, sed tardans debile corpus,
Feci quod poteram, quodque deus dederat.
Nunc rogo te ex tumulo, frater dilecte, iuvando
Commendes Christo me ut precibus domino:
Iudicis aeterni me ut gratia salvet in aevum,
20 Non meritum aspiciens, sed pietatis opus[4].
Hraban nempe mihi nomen, et lectio dulcis
Divinae legis semper ubique fuit[5].
Cui deus omnipotens tribuas caelestia regna[6],
Et veram requiem semper in arce poli.

APPENDIX HYMNORUM INCERTAE ORIGINIS.

I.

HYMNUS DE CARITATE METRO SAPPHICO FACTUS PENTAMETRO DACTYLICO.

1. Alta res, magnumque bonum, salubre
munus ex alto veniens, supernum
conditoris maxime ius potentis,
lux pia mundi.

2. Caritas praeclara tonantis, atque
ardor et communio trinitatis,
cuncta virtus rite regens potens lex
agmina caeli.

3. Haec creaturae fuit alma origo,
nam per hanc caelestia condita extant.
et maris terraeque simul reperta
germina constant.

4. Haec Adam primum dedit in se habere,
en dei exemplar, fieretque imago
conditoris, praeposuitque toto hunc
conditor orbi.

5. Haec prophetas et patri- fecit -archas,
cum sacro spiramine eos replevit,
ut salutarem pie praedicarent
dogmate Christum.

6. Haecque huc descendere fecit ipsum
filium summi patris ad medelam,
ut supernam terrigenamque plebem
iungeret auctor.

---

3 hac *om.* *P* 6 facta fuit *W* 7 habere *W* 10 facta *R P*, sata *W* 11 exstraxere *W* regisque *W* 14 posteris *W* opus urbe *P* 15 Prumptus *R* 18 praecibus *R* 21 Rhaban *R Br.*, Raban *P*, Rabani *W Ser.* quippe *P* nomenque lectio *P*, nomen lectio *Ser.*, nomen est et *correx.* *Iaffé* || Hymni Hrabano in eodem m. s. c. attributi *Br.* *p.* 66

1) *Aen. VII*, 83 sacro | Fonte. 2) *Aen. IV*, 538 Iussa sequar? 3) *Aen. V*, 490 Convenere viri. 4) *Venanti Carm. IV*, 27, 1 pietatis opus. 5) *Cf. supra p.* 155. 6) *Ex Ponto IV*, 8, 59 caelestia regna.

7. Haec pati Christum cruce, haec flagella,
sputa, spinas, ferre dedit sepulcrum
atque victorem fore, deque morte
surgere fecit.

8. Haec Pauli regnum dedit esse apertum,
Christus ex quo celsa petit, sequentes
eius et vestigia fecit omnes
scandere caelum.

9. Spiritum sanctum dedit haec ab arce
pentecostes, sicque sacravit . .
primitivum, cum paracletus agmen
visitat orbe.

10. Haec salubrem dirigit et cohortem,
primitus Christi comites dehincque
praedicatores fidei, ut salutem
mundus haberet.

11. Martyres cum virginibus paravit
ad honorem regis in arce magni,
christianam ducit ad astra plebem ad
gaudia vitae.

12. Corpus haec Christi copulans adunat,
membra cum membris sociat valenter,
membra supponit capiti [1], caput cum
corpore iungit.

13. Ecce haec dilectio, vera haec arx,
summa virtutum, caput et regina,
plenitudo haec legis et utriusque
fons bonitatis.

14. Nemo viventum sine hac videbit
regis aeterni faciem, sed atra
introibit Tartara, torret hunc quo
inferus ardens.

15. Hancque mandatum vocitat novum auctor,
hanc habere eius comites iubebat
valde, hinc nos hanc habeamus omnes
pectore puro.

II.
YMNUS DE NATALI DOMINI METRO TROCHAICO TETRAMETRO SCRIPTUS.

1. Lumen clarum rite fulget
orto magno sydere,
quod per totum splendet orbem,
umbras noctis aufugans.
Christo nato rege magno,
totus orbis gaudeat.

2. Dux de Iuda, quem propheta
olim iam praedixerat,
laetus nobis ecce venit,
Bethlem nascens inclita.
Christo nato rege magno,
totus orbis gaudeat.

3. Hunc regalis virgo mater,
partu gaudens edidit [2],
quem Gabrihel nuntiavit
salvatorem gentium.
Christo nato, etc.

4. Cum pastores excubantes
cura mordet [3] nam gregis,
clarus ipsos ad laetandum
exortatur nuntius.
Christo nato, etc.

5. Concinebat angelorum
turba laeta laudibus,
terrae pacem praedicantes,
caelo reddunt gloriam.
Christo nato, etc.

6. Ó stupendum mirandumque
sacramentum gloriae,
quod tonantem supra cuncta
virgo gestat parvula.
Christo nato, etc.

[II] natale *Br.* Metro — scriptus *om. Br., sine titulo M* 2,1 prophetę *M* 2,2 prędixerunt *M* 2,4 bethleem natus inclitus *M* 3,2 ortum nobis *M* 3,4 seculi *M* 4 — 15 *om. M, ubi haec secuntur:* Iam fulget oriens iam precurrunt signa iam uenit dominus illuminare nos alleluia. Lux fulgebit

1) *Fast. I,* 206 capiti supposuisse. 2) *Met. XIII,* 486 partu | Edideras. 3) *Amor. II,* 19, 43 Mordeat . . cura.

7. Factor caeli, terrae factor,
vulva est clausus feminae,
auctor summus angelorum
fit praesepe conditus.
Christo nato, etc.

8. Palmo caelum qui metitur,
terram claudit pugili,
pannis paucis obvolutus,
infans vagit parvulus.
Christo nato, etc.

9. Quae divisit lucem ab umbris
summi primum dextera,
matris mammas ecce tractat,
lactis potum quaesitans.
Christo nato, etc.

10. Os praeclarum conditoris,
quod formavit saeculum,
en admotum nunc libenter
sugit matris ubera.
Christo nato, etc.

11. Ó beata mater Christi,
David stirpis femina,
tu laus orbis et regina,
laeta virgo Maria.
Christo nato, etc.

12. Votis adsis tu piorum,
omne servans saeculum,
patriarchis et prophetis
laus corona gloriae.
Christo nato, etc.

13. Ecce sperant laetabunda,
angelorum agmina,
Christi plebem quod gubernes,
archanorum conscia.
Christo nato, etc.

14. Nam te, virgo caelebs, nupta,
sexus omnis appetit,
tu parentes atque natos
deprecando protege.
Christo nato, etc.

15. Gaudet caelum cum supernis
angelorum milibus,
omnis terrae plenitudo,
pontus, astra, flumina.
Christo nato rege magno,
totus orbis gaudeat.

III.
HYMNUS DE NATALE INNOCENTUM.

1. Carmina psallere voce lyra,
edere tunc iuvat arte melos,
quomodo lactea turba perit,
principis impie caesa dolo,
ipsaque sanguine tincta suo est.

2. Ast ubi se furiata lues
excitat, inque necem domini
provocat invida corda ducis,
concite mittere cogit eum
sternere et agmina plura nece.

3. Ceu [1] leo nam fremit in facinus,
cuius ab ore tener subito
effugit agnus in arva procul:
vertit in innocuum arma gregem,
atterit, excruciat, lacerat:

4. Sic Herodes, stimulante chao,
more lupi furibundus, amens,
parvula millia strage dedit,
turgidus, horridus atque ferox,
Christus et arma nefanda vitat.

5. Quis tibi tunc, lanio, ardor erat,
talia cum quoque prospiceres,
pectore quosve dabas gemitus,
cum puerilia membra secans,
matribus ipse lugere dabas?

6. Dux bonus, arbiter egregius,
sanguine pasceris innocuo,
corporibus minimis inhians,
viscera sobria dilaceras,
gaudia mors aliena dabit.

7,2 fulua *Br.* 11,2 fęminę *S* 13,1 Ex te *S*

1) *Strophas* 3—5 *expressit poeta ex Sedulii Carm. Pasch. l. II,* 110—116, 127—129.

7. Ergo age, tortor, adure, seca,
divide membra coacta luto,
solvere rem fragilem facile est:
non penetrat dolor interius:
mentis in arce manet dominus.

8. Hic funeris quia causa fuit,
praemia his super astra dabit;
tu quoque mortis amator amens,
mortis in extima iure cadis,
et gemitum sine fine dabis.

9. Cedat amor lacrimantum hominum,
qui celebrare suprema solent,
flebile cedat et officium:
martyribus quia regna patent,
gaudia perpetuoque manent.

10. O socii, sine fine deum
carmine iam resonemus eum,
qui sua munera rite dedit,
nostra libenter et ipse capit.
Christus et optimus hic deus est.

IV.

HYMNUS DE EPIPHANIA.

1. En caeli rutilant lumine splendida,
testantur dominum nascere parvulum,
qui format minima et qui creat ardua,
regni sceptra tenens, est deus atque homo.

2. Duxit stella magos mystica quaerere,
regis pacifici rite cunabula,
quem Iudaea tenens orbis in ultima
diffusis radiis nunciat inclyta.

3. Herodes capiens impius auribus,
quod rex hic fuerat natus in urbibus
Iudaeae, hunc citius quaerere praecipit
tristis, moxque neci tradere destinat.

4. Inventus dominus indice sidere est,
in Bethleem pariter cumque parentibus,
cui mox ergo magi munera deferunt,
thus, myrrham, aurum ab Ophir, regi, homini, deo.

5. Huic, trux ipse licet saeviat horride,
Herodes iubeat caedere parvulos,
regnum rite suum firmiter undique
servatur, domino corruit invidus.

6. En est ista dies munere nobilis,
baptismo haec domini nobilis extitit,
quod vinum dominus fecerat ex aqua,
commendat placide haec sacra dogmata.

7. Gaudemus pariter mentibus, en precor,
quod nobis dominus hic pius advenit,
quod nostra voluit munera sumere,
quod baptisma dedit, pocula contulit.

8. Nam rex Christus adest orbis et arbiter,
lux de luce pia, et pater omnium,
qui nos ad patriam ducat et optimam,
et vitae faciat gaudia metere.

[III] 10,4 canit *Br.*, capit? *Watt.* || [IV] 1,3 et creat *Br.* 5,1 Hanc *Br.*, Huic *corr. Watt.*

V.
HYMNUS IN EPIPHANIA.

1. Venit deus factus homo,
exultet omnis natio,
caelum dedit sidus novum,
apparet auctor omnium.

2. Magi ferebant munera [1],
primi legati gentium,
quae cum sacro mysterio
signant latentis gloriam.

3. Aurum potentis regmina,
numen sacrum thus indicat,
carnemque myrrha mortuam,
mundi piantem machinam.

4. Herodes, hostis invidus,
ignorat haec trucissimus,
Christus saluti gentium
quae sic ministrat providus.

5. Iesus precamur optime,
tu nos benignus dirige,
prompti feramus quod tibi
laudis sacrata munera.

VI.
ITEM ALIUS.

1. Christus, redemptor plebium,
baptisma consecrat novum:
venite cuncti criminum
lavare sordes omnium.

2. Iordanis amnem dedicat
salvator undas expians,
fontes abyssi flumina,
consecrat orbis artifex.

3. Fletus amaros fundite [2],
mentis secreta pandite,
salsae per ora lacrimae
dulcem salutem praeparent.

4. Fex nulla nos coinquinet,
mortis vetustae portio,
sed lucis alma mansio
vitam perennem conferat.

VII.
HYMNUS DICENDUS IN PASCHA DOMINI.

1. Cantemus domino deoque nostro,
fratres, unanimes probas verenter
laudes ex animo pio canentes,
nunc paschalia festa cum tenemus.
Surrexit quia Christus a sepulcro,
conlaetetur homo choro angelorum.

2. Agnus nempe sacer patres de Aegypto,
olim eduxerat edito cruore,
et nunc sanguine Christus a tenebris
infernalibus ipse nos redemit.
Surrexit quia, etc.

3. Qui sicut populum tulit priorem
per rubrum mare hoste ibi interempto,
sic baptismate nosque liberavit,
submerso zabulo unda passionis.
Surrexit, etc.

4. Nam Iudaea fremens necem paravit
Christo inferre crucis dolo magistro,
quam sedare nequit pia medela,
nec verbi studium boni parentis.
Surrexit, etc.

5. Prendunt arte nova [3], prodente alumno,
doctorem manibus trahunt ligando:
tradunt pontifici dein tyranno,
insontem ut cruciet, pium ac flagellet.
Surrexit, etc.

---

1) *Amor. III*, 10, 48 munera ferre. 2) *Met. XI*, 672 fletus quoque fundere veros. 3) *Ib. I*, 709 Arte nova.

6. Postquam dat alapas, vomunt salivam
in sacram faciem, et caput coronant
spinis, in cruce hunc repente figunt:
potum fel dederant, latus terebant.
Surrexit, etc.

7. Emittens animam chaos penetrat
Christus mortis ovans fugans tenebras:
iustos eripuit, ligavit hostem,
donans astra piis, dolorem iniquis.
Surrexit, etc.

8. Surgit diluculo a sopore mortis
salvator placide angelo ministro,
custodes pavitant, pii resultant,
gaudent discipuli, invidi dolebant.
Surrexit, etc.

9. Cognoscit Maria ex sono magistrum,
Thomas perque latus deum reclamat,
flagrans rite Petrus adit sepulcrum,
in monte dominum undecimque adorant.
Surrexit, etc.

10. Quid, Iudaea, furis deo reluctans,
fingens arte scelus dolo reperto,
furatum crepitans, qui ovat coruscans,
qui mundum reparat, Sathan trucidat?
Surrexit, etc.

11. Laudant astra, poli, mare solumque,
gaudentes dominum vivere Christum,
tristis sola doles iniqua fingens,
consors daemonum, particeps gehennae.
Surrexit quia Christus a sepulcro,
conlaetetur homo choro angelorum.

VIII.
IN ASCENSIONE DOMINI AD VESPERUM.

1. Adest dies sanctus dei,
claro resplendens lumine,
quo victor ad caelos potens,
rex Christus exultans petit.

2. Quem turba tunc cum laudibus
fortem resultans praedicat,
regem triumphantem sequens
intrat polorum ianuas.

3. Hoc tunc videntes principes
hinc obstupescunt protinus,
quis sit tonans, interrogant,
tanti ducis hic transitus.

4. Reddunt quibus mox praevia
haec angelorum tum agmina:
'Rex gloriae fortis, potens
est iste virtutum deus'.

5. Claustra ast patent mox omnia,
gaudent in alto millia,
Christum sedentem cum vident
laetum superna gloria.

6. O rex supernae gloriae,
qui patris in dextra sedes,
tu nos vide clemens tuos
nunc deprecantes servulos.

7. Da spem, fidem et catholicam,
da caritatis munera,
grates pias rite ut tibi
reddamus omni tempore.

IX.
HYMNUS AD MATUTINUM.

1. Festum nunc celebre magnaque gaudia
compellunt animos carmina promere,
cum Christus solium scandit ad arduum
caelorum pius arbiter.

[VIII] 6,2 dextro *F*
[IX] *sine titulo M* 1,3 aeduum *M*

2. Conscendit iubilans laetus ad aethera,
sanctorum populus praedicat inclitum,
concinit pariter angelicus chorus
victoris boni gloriam.

3. Qui scandens superos vincula vinxerat,
donans terrigenis munera plurima,
districtus rediens arbiter omnium,
qui mitis modo transiit.

4. Oramus, domine, conditor inclite,
devotos famulos respice, protegens
ne nos livor edax [1] daemonis obruat,
demergat vel in inferos.

5. Ut cum flammivoma nube reverteris [2],
occulta hominum pandere iudicans,
ne des supplicia horrida noxiis,
sed iustis bona praemia.

6. Praesta hoc, genitor optime, maxime,
hoc tu, nate dei et bone spiritus,
regnans perpetuo fulgida trinitas
per cuncta pie saecula.

X.

IN NATALE APOSTOLORUM PETRI ET PAULI.

1. Sanctorum pariter promite principum
natalem, socii, psallite laudibus,
insignemque triumphum
gaudentes sonitu date.

2. Hoc poscit utique inclyta gloria
tantorum comitum regis et optimi,
cum quo lucis in arce
laeti perpetuo manent.

3. Nam Petrus titulum erigit arduum,
cum pro laude dei claviger aetheris
exultat generosus
caeli regna potens tenens.

4. Cuius perpetuus extat ut inclytus
Paulus nam socius, doctor et optimus,
Christi vas pretiosum
et rector populi dei.

5. En quos iste vocat, ille supra locat;
quos Paulus adhibet, hos Petrus inserit:
Christi testis uterque est,
caeli civis et incola.

6. Christum morte crucis nam sequitur Petrus,
cum caesus capite Paulus et horride est,
victores caput unum
ambo rite tenent deum.

7. Nos horum precibus, Christe, piissimis
te dones citius poscere caelitus;
absit quod scelus omne [3]
et cuncta veniant bene.

8. Immunes manibus simus et actibus,
sensum corde pium confer et optimum,
ut te rite colentes
cernamus dominum greges.

9. Cuius orbis honor, cuius et aethera,
cuius vita salus, et bona maxima,
est cui nomen in aevum,
regnum perpetuum simul.

10. Sit patri ingenito gloria maxima,
sit nato pariter consona gloria
cum flatu simul almo
per cuncta pie saecula.

2,3 concinnit *M* 3,1 ascendens *Br.* 3,4 rediit *M* 5,1 cum in flammiuoma *M* 5,3 non des *M* 5,4 pona *M* 6,1 maxima *M* 6,2 bono *M* 6,4 percurit ad *M*

1) *Amor. I,* 15, 1 livor edax. 2) *Iuvenci H. euang. Prol.* 23 cum flammivoma descendet nube . .—Iudex. 3) *Aen. I,* 356 scelus omne.

XI.

IN NATALE SANCTI ANDREAE APOSTOLI.

1. Nobis ecce dies ordine congruo
venit nunc celebris, clarus, amabilis,
quo victor supra alta
scandit propere sidera.

2. Andreas domini sanctus apostolus
germanusque Petri principis inclyti,
princeps ipse virilis,
consors martyrio fuit.

3. Dum Christum comites gressibus et pares
exaequant pariter, dogmata colligunt
eius, morte sequuntur
et vestigia per crucem.

4. Piscator fuerat Petrus et Andreas,
post ambo rapiunt orbis et agmina,
vastant aequora mundi,
ad regna atque trahunt poli.

5. Laudem rite crucis fortiter expetunt,
dum Christi crepitant de cruce gloriam,
caeli regna capessunt,
vitam de cruce colligunt.

6. Andreas utique, conspiciens crucem,
exclamat subito taliter intonans:
'Salve, sancte triumphus,
Christi perpetuus honor'.

7. Me nunc tu famulum suscipe cernuum,
quae dudum dominum extuleras pium,
tu nunc redde magistro,
quae me exquisieras deo.

8. Huius nos precibus, Christe, piissimis
absolve, petimus, ipse reatibus,
luci trade redemptos,
purgans sanguine noxios.

9. Da mentem sobriam, sic regis advenam,
da stamen operis de fece corporis,
intus, foris, ubique
tu nos, inclyte, protege.

10. Praesta hoc, genitor optime, maxime,
hoc tu, nate dei, et bone spiritus,
regnans solus in arce,
per cuncta pie saecula.

XII.
HYMNUS DE CONFESSORE METRO SAPPHICO.

1. Sancte confessor, meritis beate,
cerne devotum tibi congregatum
mentibus coetum resonare cantum
voce canorum[1].

2. Qui tuum gaudet celebrare festum,
quo sacer lethum viceras amarum,
corporis claustra reserans eundo
victor ad astra.

3. Unde nunc praesens pie te rogamus,
iudicem pulses precibus sacratis,
quatenus nostri miserando clemens
sit memor auctor.

4. Detque nos semper sibi corde fidos
actibus gratis satis et placere,
omnis et noxae veniam mereri
ipse redemptor.

5. Hoc, pater sancte, precibus beati
annuas, tecum tuus atque natus
almus et flatus tribuat, precamur,
trinus et unus.

XIII.
ITEM DE NATIVITATE DOMINI.

1. Gratuletur omnis caro nato Christo domino,
qui pro culpa protoplasti carnem nostram induit,
ut salvaret, quos plasmavit dei sapientia.

2. Verbum patris caro factum nascitur ex virgine,
non amissa deitate formam servi suscipit,
ut peccatum de peccato damnaret omnipotens.

3. Magnam valde commendavit per Iohannem gratiam,
baptizatus in Iordane lavit mundi crimina,
ut credentium purgaret gentium piacula.

4. Quem et vox paterna vocat: 'Ecce meus filius,
in quo complacui, dilectus[2], caeli terrae dominus,
ipsi gentes oboedite regesque subdimini.'

5. Qui venit surdis auditum, caecis visum reddere,
claudis gressus restaurare, mortuos viviscere,
paraliticos curare, daemonesque pellere.

6. Leprosos quoque mundare, morbos omnes tergere,
fluctus maris mitigare, ire super latices,
et ignota demonstrare saeculis miracula.

[XIII] *sine titulo C E M*, Hymnus de natale Christi *F (Brower) p.* 74 *n.* 11 1,2 quia culpam *C*, qui ob culpam *B* protoplausto *C*, protoplausti *B* 1,3 deus sapientiae *F* 2,1 dei *M* 2,2 amisit deitatem *B M F* accepit *F*, suscepit *CB*, *corr.* suscipit *E* 2,3 peccatum de peccatum de peccato *E* 3,1 et per *E* Magnam nobis *M* 4,1 et *om. C M F E* filium uocat *E*, uocauit *F M*, filius meus *E* 4,2 sibi *F*, mihi complacui *M*, conplacuit *C F* dominum *B* 4,3 ipsum *B C* 5—14 *om. M*, 5—15 *om. F* 5,2 gressum *B* uiuescere *B* 5,3 paralyticos *E* mundare *C* 6,3 seculis demonstrare *E*

1) *Art. Am. III,* 311 voce canora. 2) *Matth.* 3, 17, *Luc.* 3, 21.

7. Nam et sponte immolari voluit pro omnibus,
colaphis, sputis infectus, coronatus sentibus,
lignoque clavis confixus in crucis patibulo.

8. Hoc in ligno vitis vera pinguem botrum protulit,
ex qua nobis manaverunt sacramenta maxima:
sanguis roseus et aquae, quae libantur mistice.

9. Mersus traxit victor antri tetri laetus Tartara,
terra tremuit ab imo, crepuerunt marmora,
et multorum tunc sanctorum surrexerunt corpora.

10. Virus pepulit chelidri et momordit inferos,
patriarchas captivatos longum post exilium
ab inferno liberavit, paradysum transtulit.

11. Claustra ferrea disrupit et concussit Tartara,
terra tremuit ab imo, crepuerunt marmora,
et multorum tunc sanctorum surrexerunt corpora.

12. Exultate nationes plausu cordis intimo,
quia vicit leo fortis draconem pestiferum;
passus est et resurrexit cum triumpho nobili.

13. Sedem caeli repedavit, dextra patris residens;
inde creditur venturus in die iudicii,
mundi molem inflammare, impios exurere.

14. Reddere sanctis mercedem digno de certamine,
qui praecepta servaverunt testamenti gemini,
ut effecti cives dei socientur angelis.

15. Gloria aeterno patri et agno mitissimo,
qui frequenter immolatur permanetque integer,
utraque natura deus cum spiritu sancto, amen.

XIV.

1. Deus orbis reparator, lux aeternae gloriae,
mihi, quaeso, penitenti praebe pius veniam,

2. Ut admissi delitescant facinoris cumuli,
quorum gravi mole cogor anxiari spiritu.

3. En ad rutila polorum non sum dignus sidera
infelices pro delictis sublevare oculos,

7,1 et *om.* *B* immolare *C* 7,2 colafis *C* 7,3 lignum quoque clauis infixum in *B* patibulum *E* 8,1 fides *B* uere *C* 8,2 quo *B* 8,3 bibantur mystice *E* 9—10 *om.* *E*, 9—11 *om.* *B* 9,1 antrix *C* 10,1 Verus *C* ilitri *C*, chelidri *corr. Wattenbach* 11,1 cetea *C* tartara concussit *E* 2 ab imo tremuit *E* 10 *sequitur* 11 *in* *E* 12,1 plauso *B C* 13 *om.* *B* 13,1 repetauit *C* 13,2 diem *C* 13,3 inflamare *E* 14,1 digno dī *C*, dignus de *B*, digne decertantibus *E* 14,2 seruauerunt christo regi domino *B*, iemini *C* 14,3 et effecti *B*, ut cafecti *E* sociantur *B* 15 *om.* *C* 15,3 unus deus in natura cum sancto spiramine *M*

15. Gratias agamus deo Christo regi domino,
qui baptismo relevavit et redemit sanguine,
esse facit coheredes in regno perpetuo. *B*

[XIV] *ex* *V f.* 61', *edit. Broweri (F) p.* 83 2,1 commissa delitescat *V* cumulus *V* 2,2 male *V* anxiaris *V* 3,1 ultima caelorum *F*

4. Nisi tu, clemens, mearum lacrimarum rivulos
ope tuae pietatis digneris respicere.

5. Ut ablata viciorum sorde puro pectore
tibi regi sempiterno grates queam solvere.

6. Ergo, pius, obstinati duriciam corculi
emollesce et medere sacro medicamine.

7. Qui cum patre sempiterno regni tenes solium
unitate in perenni atque sancto spiritu.

XV.
DE RESURRECTIONE DOMINI.

1. Surrexit Christus a sopore dormiens,
pronus adfixus suscitavit mortuos,
morte redemit hominem, quem condidit.

2. Iudas tradidit redemptorem saeculi,
inde accepit falsitatis pretium,
ipsum reiecit, se suspendit laqueo.

3. Iudaei ergo comprenderunt dominum,
et flagellatum duxere in praetorium,
et coronatum duxere ante praesidem.

4. Pilatus praeses inquirebat crimina,
nihil invenit in eo facinoris,
Christus tacendo Adam de morte liberat.

5. Ductus ad crucem cum duobus latronibus,
clavis confixus propter peccatoribus:
latro confessus, cui est misertus dominus.

6. 'Memora, domine, me peccatorem hominem,
qui non sum dignus ego tecum loquere,
sed propter meam tantam neglegentiam,
precor te, Iesus, dona indulgentiam'.

7. 'Quoniam', inquit Christus, 'pietate tactus es,
hodie, latro, mecum eris in paradiso,
non penetrabis infernales laqueos'.

8. Cum suspirasset, descendit ad inferos,
ut lux refulsit, ubi erant tenebrae,
tabescunt nimis tartarei daemones.

4,1 uolis *V* 4,2 opem *V* piaetatis *V* 5—7 *om. F* 5,1 oblata *V* 5,2 gratasque ex absoluere *V* 6,1 obstinate *V* torculis *V* 6,2 et molleste et merore sere medicamine *V* 7,1 tene *V* 7,2 in unitate *V*

[XV] *B f.* 36, *sine titulo F p.* 84 1,1 ad soporem *B* 1,2 pro nos *B* 2,3 et se *B* 3,1 comprehenderunt *B F* 3,2. 3 duxerunt *BF* 4,2 in eum facinora *B* 4,3 liberans *F* 5—12 *om. F* 5,2 *an* prope? 7,1 pietatem *B* est *B* 7,3 infernali *B* 8,3 tartarii *B*

9. Portas confregit, sic Adam eripuit,
tertia die de sepulchro exiens,
veniebant ibi quaedam mulieres,
angelus dixit: 'Iam surrexit dominus[1].'

10. Gaudio pleno nuntians discipulis
currit Iohannes, Petrus cursum rapuit,
non invenerunt nisi solum lapidem.

11. Postquam surrexit visus est discipulis,
caelos ascendit, triumphat cum angelis,
Adam restaurat ad sedem paradysi.

12. Gloria deo patri atque filio
Iesuque Christo, sancto spiritui,
qui semper regnat nunc et in perpetuo.

XVI.
DE CARITATE ET AVARITIA.

1. Alma, vera ac praeclara, indivisa caritas,
quam qui habet deum amat diligitque proximum,
qui non habet, nullum auget incrementum veniae.

2. Belua saeva, truculenta nempe avaritia,
quae in aevum secum trahit sibi consectaneos,
ad inferna tenebrosa, ubi poenam sentiunt.

3. Caritatem vocitavit dilectus apostolus[2]
deum verum, summum bonum, omnia qui condidit,
quem qui timet, ipse habet caritatis vinculum.

4. Dira fames[3], duplum malum est cupido pessima,
dimittendi et augendi semper erit anxia,
ipsa namque et gehenna numquam dicunt: Sufficit.

5. Ex radice caritatis cuncta bona prodeunt,
non est lingua angelorum simul atque hominum
huic simul comparata[4], quae est mater omnium.

6. Fera fallax, foetor malus haec est avaritia,
quae est tristis et rugosa et intolerabilis,
ipsa sibi neque fratri confert adminicula.

7. Grata, laeta et alacris virtus ista maxima,
ipsa credit atque sperat, omniaque sustinet[5],
patienter cuncta gestans laxat noxis crimina.

12,1 patris *B*

[XVI] *B f.* 27', Hymnus de charitate *F p.* 86 *n.* 26 2,1 Bellua *F* 2,2 consentaneos *F* 2,3 poenas sentiant *F* 3,2 iustum omnia *F* 4,3 gehennę *B* 5,2 namque lingua *F* 5,3 huic sola *F* 6,2 intollerabilis *F* 6,3 nulli fratrum *F* 7,1 lata et alacra *B* 7,2 credit amat atque *F* quae *B* 7,3 nostra *F*

1) *Luc.* 28, 6. 2) 1 *Ioh.* 4, 8 deus caritas est. 3) *Aen. III,* 256 dira fames. 4) 1 *Cor.* 13, 1 Si linguis hominum loquar et angelorum, caritatem autem non habeam, factus sum velut aes sonans. 5) 1 *Cor.* 13, 7 omnia suffert, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet.

8. Heu, quam dolenda nimis haec est inanis stipula,
semper stridens atque mordens frendensque in labiis,
quae nec sibi miseretur nec succurrit aliis.

9. Ille namque caritatis sequitur vestigia,
qui et fratrem propter deum deumque in proximo
veneratur, ut lex docet diligendo iugiter[1].

10. Kalips item infernalis est avarus clericus,
qui exemplum scripturarum convertit in vitium,
quem nec Paulus inter sanctos nominari censuit[2].

11. Laetum enim largitorem ipsum amat dominus[3],
qui alacri semper corde inpertit pauperibus;
en ipsius iustitia permanet in saecula.

12. Male vero distributa tunc perit pecunia,
quando ore murmuranti, corde quoque dolenti
datur tamen, iam non erit summo deo placita.

13. Nutu dei felix homo conlaetatur fratribus,
misellinis et pupillis, egenis et orfanis,
in his saepe susceperunt viri celsi dominum.

14. Olim iamque extitisse sacrae ferunt paginae,
quod nec ullus, puto, latet pauperem et divitem,
quos qui vult considerare . . . .

15. Pauper felix collocatur sinu summo Abrahae[4]
patriarchae, glomeratur decor sanctis aedibus,
dives vero catenatus mancipatur ignibus.

16. Quare, frater christiane, tale post exitium
es immemor utrorumque aeternale praemium?
qui propter vitam istam parvam capis tuum meritum.

17. Rex aeternus, rector regum legumque dispositor
ipse reddit cunctis aequum pro factis et meritis,
quae post huius saecli noctem nos in imo penetrant.

18. Sana fide sanctae spei homo intende sagaciter,
quia cessant fides atque ipsa spes in ultimo,
laeta tamen haec in aevum clara regnat caritas[5].

19. Toto nisu o beata caritatis viscera
semper mente retinete, semper ore promite,
et tam dictu atque factu proximis impendite.

8,1 est *om.* *B* 8,3 sufficit *B* 9,2 fratres amat propter dominumque in *F* 10,1 Kalix *B* 10,2 exempla *F* 10,3 quod nec *F* 11,1 Laetum tamen *F* 11,2 alacro *B*, alacris *F* semper suum *F* 11,3 eius namque iustitiae permanent *F* 12,1 Mala *B* distributa ipsum amat dominum *F* 12,3 dat *F* sed iam *F* 13,2 miseris *B* aegenis *B* 14—23 *om.* *B* 15,2 decos *F* 17,2 reddo *F*, reddit *corr.* *Br.* 18,1 spei *add.* *Br.*

1) *Luc.* 10, 27 Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo .. et proximum tuum sicut te ipsum; *Gal.* 5, 14. 2) 1 *Cor.* 6, 10 neque avari . . . regnum dei possidebunt. 3) 2 *Cor.* 9, 7 hilarem enim datorem diligit deus. 4) *Luc.* 16, 22 in sinum Abrahae .. in inferno. 5) 1 *Cor.* 13, 8 Caritas numquam excidit, *cf.* *v.* 13.

20. Viva tuba, salpinx sancta et sanctorum agmina
haec exemplis verbis sacris cecinerunt populis,
unde regna semper laeta capessere[1] patriae.

21. Xriste, fave votis, Iesu regum rex et domine,
trahe ad te qui te volunt caritate sequier,
quia tu es vita luxque viaque perpetua.

22. Ymnum tibi nunc cantamus, sacrosancta caritas,
quia tu es benedicta celsa scandens aethera,
quae est omen atque nomen dei patris gloriae.

23. Zmaragdo luces pulchrior, omni gemma clarior,
nitor splendens, super aethra sedens alto solio[2],
fac ut tecum caritate regnemus in gloria.

XVII.

1. Sophia patris,
Christe magister,
munera linguae
dulcia nostrae
da, deus auctor
rexque redemptor.

2. Semina verbi
sparge[3] per orbem
gentibus, ut te
rite canentes
laudibus ornent,
lucis amator.

3. Psallite summo,
psallite regi,
psallite Iesu,
psallite Christo,
psallite vivo,
psallite vero.

4. Osanna in altis,
osanna in astris,
osanna in arvis,
osanna in undis,
osanna in istis,
o deus, odis.

5. Gloria patri,
gloria nato,
gloria sancto
spiritui, qui es
summa potestas
sanctaque virtus.

XVIII.

I.

Te, Genesis, crux alma beat, tua munera laudat.
Exitus atque canit transitus carmen amore.
Iura sacerdotis Leviticus optime psallit.
Ast Numerus cantat magnalia mira triumphi.
5 Nam Deuteronomium renovantis gaudia dicit.

Crux mihi certa salus, crux est quam semper adoro,
Crux domini mecum, crux mihi refugium.

20,1 sanctarum *F* 20,3 possedere *coni. Br.* 22,1 sacra sancta *F* 22,3 gloria *F*, gloriae *Watt.*
[XVII] *sine titulo Br. p.* 84 5,4 Spritui *Br.*
[XVIII. I] *Hos versus edidit ex codice capituli Coloniens.* CX *f.* 1 *saec.* X, *ubi cruci adscripti sunt, Wattenbach* (*Eccl. metropol. Colon. codd. mss.* 45), *qui Hrabani eos esse putavit.*

1) *Iuvenci H. euang. III,* 316 cum regna capessam. 2) *Ov. Ep. IX,* 153 solio sedet .. alto.
3) *Ib. XII,* 45 Semina .... | Spargere.

II.

Crux Christi sequitur de summo stemmate natum:
Exsilium meruit, dum tibi, Gothe, placet.
At Christo placuit, cum non tibi, Gothe, placeret,
Et meruit vitam perpetuamque sophus.
5 Instruit in terris . . . . . . virtute latina,
In caelum sequitur crux pia . . .

XIX.
[EPITAPHIUM HATTONIS.]

Plangat Fulda suum, plangat pia Fulda patronum,
Hattonem [1] magnum dotibus eximium.
Plangant cuncta suo fuerant quae subdita fraeno,
Hic quia cum cecidit, spes sua magna ruit.
5 Ah ah quam vigili novit satis arte mederi [2]
Languori vario, qui nocuit misero.
Nunc ungens oleo, nunc purgans vulnera vino
Morbida decidit, crescere viva dedit.
Prorsus iustitiae nimio fervebat amore,
10 Fortia prudenter temperat acta super.
Huic tu perpetuam, lector, deposcito pausam,
Felix ut mundo vivat in empyreo.

[II] *In fine codicis Barthiani* Rabani de Boethio *carmen descriptum erat eadem manu licet alio atramento, ex quo repetivit R. Peiper (Boetii Consol. phil. l.* V *p.* XXXVIIII).

[XIX] *ex editione Broweri, Fuldens. Antiquitatum p.* 279, *ubi haec antecedunt:* Hattonis quoque legitur hoc epitaphium.

1) *abbatem* 842—856. *De obitu eius cf. Ann. necrol. Fuld.* 856 (*SS. XIII,* 177) Hatto monachus et abbas *II* Id. April., *Ann. Fuld.* 856 (*SS. I,* 370). *Magnis laudibus eum effert Catalogus abbatum Fuldensium* (*SS. XIII,* 273). 2) *Art. Am. II,* 735 arte medendi.

WALAHFRIDI STRABI CARMINA.

Walahfridus[1], *cognomine Strabo sive Strabus*[2], *gente Alamannus*[3], *obscuro loco*[4] *a. c. 808—809 natus*[5], *in monasterio Augiensi tunc celeberrimo*[6], *Heitone abbate docto gubernante*[7], *prima literarum rudimenta posuit. A Tattone, Wettino, Grimaldo magistris*[8] *tam in re divina, quam in artibus liberalibus diligenter instructus Graecae etiam linguae elementa didicit*[9]. *Cum a puero carminibus latinis cudendis operam daret, admodum adolescentulus arte sua plerosque huius aevi poetas superavit, ita ut iam anno XV. peracto Ebboni archiepiscopo Remensi sub Tattonis nomine aliisque versus mittere ausus, annos natus XVIII Adalgiso presbytero iubente visionem, quae Wettino monacho tribus ante obitum diebus anno 824 obtigerat, poemate celebraret*[10]. *In qua referenda non solum Heitonem*

---

1) *Hac nominis forma utuntur codices operum eius antiquiores omnes. In libro confraternitatis etiam Augiensi inter* Nomina vivorum fratrum Insulanensium *exstat* Walahfrid monachus *et alio loco* Walahfredus abbas, *item in necrologio Augiensi* Walahfrid abba. 2) *Cf. De imagine Tetrici append.* 3: Strabonem quamquam dicendum regula clamet, | Strabum me ipse volo dicere, Strabus ero *etc. Codices modo unam, modo alteram nominis formam usurpant.* 3) *De Blaithmaic vita v.* 12 Strabus ego, misit quem terra Alamannica natu; *Ad Hlothar. imp. v.* 54 oblita mihi iam sunt Alamannica rura; *Praefat. vitae S. Galli (SS. II,* 2) terram, quam nos Alamanni vel Suevi incolimus. 4) *Ad Chonrad. comit. v.* 3 Obscurus licet ingenio natalibus atque. *De paupertate sua saepius queritur: Hiltwino seniori v.* 8 pauper honore fruor; *Ad Hlothar. imper. v.* 31 Paupere de fovea protractus; *Gotesscalcho mon. v.* 23 in pauperie, passa est quam nostra iuventus. 5) *Epitaph. v.* 5 Lustra tui fuerant non plus quam temporis octo | Quando inmatura mors animam expulerat; *Epitaph. a Hrabano conditum (supra p.* 239) *v.* 13 Mors fera sed iuvenem hinc rapuit. 6) *Cf. infra visionem Wettini v.* 22 *sqq. et quae ad hunc locum ex epistola a Walahfrido data attuli.* 7) *Cf. de Heitone vision. Wettini v.* 38—103. *Monachi officium Walahfridus sub Erlebaldi imperio* (822—838) *certe suscepit.* 8) *De Tattone vis. Wett. v.* 873—882; *praefat.* Tattonem praeceptorem meum. *Walahfridus sub eius nomine carmina nonnulla fecit. De Wettino vision. v.* 176—180; *Ad Grimald. v.* 15, 30. *De Grimaldo Cultura hortor. c.* 27; *De imagine Tetrici v.* 227 *sqq.*; *Ermenrici epist. ad Grimoldum (ed. Dümmler p.* 34) beatus Walahfredus tibi notissimus, quem etiam tu ipse ut peritus cathegeta peritum sophistam enutristi (*cf. ad hunc locum König im Freiburger Dioecesanarchiv III,* 374). *Epistolam, quae inter formulas Augienses invenitur* (*Rozière Recueil n.* 784) *hac inscriptione*: Karissimo praeceptori domno illo abbati ille abbas una cum fratribus *a Walahfrido ad Grimaldum datam esse suspicor.* 9) *Walahfridus vocabula Graeca interdum carminibus suis intermiscet atque in libro de exordiis et increment. rer. ecclesiast. nonnulla eorum explicat. Ermenricus discipulus eius et ipse Graeculum se exhibere vult, cf. Ebert Gesch. der Literatur des Mittelalters II,* 184. 10) *Cf. praefationem eius infra:* qui paene octavum decimum iam annum transegi. *Haec aliquanto tempore post Wettini mortem et vix ante annum* 826 *scripta esse, Ebert* (*Berichte der sächs. Gesellschaft a.* 1878 *p.* 101) *recte demonstravit.*

quondam abbatem, qui prior sermone pedestri visum illum nocturnum literis mandaverat, ducem secutus est[1], *sed ipse potius ex ore Wettini, cui aegroto ac morienti adiutor exstiterat, accurate quae ille viderat et audiverat excepit ac multo copiosius ac liberius Heitone vitia virorum paene aequalium castigavit.*

Walahfridus postea, Augiensi insula sibi carissima derelicta, in Fuldam monasterium ingressus, intra annos 826 et 829 circiter in Hrabani viri doctissimi discipulorum ordinem receptus est[2] *atque amicitia et munificentia eius adiutus in eruditionem sacram inprimis incubuit*[3]. *Cum inde vel ex cella aliqua vicina*[4], *Hilduino archicapellano eum commendante*[5], *ad aulam imperialem accessisset, ut Carolum puerum, filium Hludowici Pii et Iudithae, a. 823 natum, in artibus liberalibus erudiret*[6], *tam imperatoris quam coniugis eius literarum amantissimae*[7] *favorem et gratiam haud immerito nactus cum multis etiam viris gravibus familiariter conversatus est. Inter quos eminent Modoinus episcopus et Prudentius magister, Drogo imperatoris frater, Agobardus Lugdunensis archiepiscopi, Chonradus comes, imperatricis frater, atque Adalheida uxor eius, Liutgerus, Bodo aliique clerici in aula versantes. Inprimis vero in omnibus fortunae vicissitudinibus familiae Caesaris summam fidem praestitit. Postquam Carolus a. 838 gladio succinctus regni Neustriae partem gubernandam suscepit*[8], *Walahfridus, magistri munere feliciter perfunctus*[9], *gratia imperiali monasterio Augiensi, cuius regimen Erlebaldus abbas sua sponte deposuerat, abbas praefectus est*[10]. *Cum vero post Hludowici imperatoris mortem repentinam aeque ac Hrabanus magister eius Hlotharii partes strenue tueretur, quippe a quo integritas imperii conservaretur, Hludowico rege Alamanniam invadente ex monasterio suo pulsus Spirae in imperatoris tutela esse maluit*[11]. *Hlothario autem a fratribus iunioribus*

---

1) *In catalogo librorum monasterii Augiensis* (*Neugart Episcopat. Constantiens. Ia,* 548) *enumeratur* Et liber visionis Wettini fratris nostri, quam Heito episcopus descripsit et Walahfrid frater noster metricis versibus subsequens illam decoravit. 2) *Cf. infra carmina, quae Walahfridus magistro suo misit et praefatiunculas librorum, quos edidit. Tempus, quod Fuldae degisse videtur, Ebert* (*l. l.* 102) *eo quod Walahfridum ibidem amicitiam cum Gothescalco monacho iunxisse oportet definivit.* 3) *Cf. praefationem eius in Leviticum* (*Aretin's Beyträge VII,* 518 *ex cod. Monac.* 6227 *f.* 44) Huius libri quam subiectam cernis explanatiunculam domnus Hrabanus de dictis sanctorum Augustini, Hieronimi, Isidori, Gregorii et domni Bedae et aliorum sanctorum venerandis congregans suis discipulis auctoritate tradidit catholica, quorum ego ultimus Strabus ipsam quanta potui brevitate, ne penitus de memoria laberetur notavi *etc.* 4) *Ad cellam Fuldensem Ebert* (*l. l. p.* 109) *carmen, cui inscribitur* Metrum saphicum *probabiliter retulit.* 5) *Cf. versus Hiltwino seniori missos* 5—8 *et quae Grimm* (*das Reiterstandbild des Theodorich p.* 54) *et Ebert* (*l. l. p.* 103) *de eis annotarunt.* 6) *Ad Iudith imperatricem v.* 5 tandem quo nescio casu | Servitio attraherer vestro prolisque beatae. *Bock* (*Jahrb. der Alterthumsfreunde im Rheinlande V,* 5) *Walahfridum ad clerum imperatricis pertinuisse iam coniecit, id quod Ebert argumentis gravioribus probare nisus est. Literae ab Einhardo ad magistrum quendam et capellanum imperatricis datae* (*Monum. Carol. ed. Iaffé p.* 484) *ad poetam nostrum referendae mihi videntur. Cf. etiam versus ad Carolum, filium Augustorum.* 7) *Cf. de ingenii eius dotibus Dümmler Gesch. des Ostfränk. Reiches I,* 43, *Simson Ludwig I,* 147. 8) *Simson Ludwig II,* 180. 9) *Cf. Notitiam de monasterio sancti Carilephi* (*Baluzii Miscellanea III,* 137) Walafridus diaconus rogatus recognovi et subscripsi. Data VIII Id. Septembris anno . . imperii . . XXV (*i. e.* 838). *Cum hac charta iam saepius laudata bene congruunt versus sub Caroli nomine Heribaldo Autissiodorensi episcopo a.* 838 *missi, cf. Ebert l. l. p.* 106. 10) *Ann. Augiens.* 838 (*Mon. Mogunt. ed. Iaffé p.* 703) Erelebadus cessit et Walafrid constitutus est. *Cf. chartas duas a.* 839 *a Hludowico imperatore datas monasterio* quod Sindleozesauua appellatum praesenti tempore Walafridus venerabilis abba regere dinoscitur (*Dümgé Reg. Badensia p.* 68, 69). 11) *Cf. infra versus Ad Hlotharium imperatorem; Ratpert. Casus S. Galli c.* 18 Qua re contigit, ut, sicut regna, ita et monasteria diversis erroribus atque laboribus quaterentur. *Goldast*

devicto, Walahfridus, Grimaldo archicapellano fortasse intercedente[1], *cui visionem Wettini dedicaverat, mox Hludowico regi reconciliatus coenobium Augiense a. 842 iterum post Ruadhelmum regendum suscepit*[2]. *Septem annis post, de quibus nihil certi fere compertum habemus*[3], *ad Carolum regem, suum quondam discipulum, legatus missus trans Ligerim fluvium mortem inopinatam quadragenarius XV. Kal. Septembris a. 849 obiit*[4] *atque Augiae sepulturae traditus est. Hrabanus magister sepulcro titulum posuit*[5], *Ermenricus discipulus pia mente mortem eius deploravit.*

Quamvis Walahfridus, vir simplicissimae vitae et per omnia rectae *(ut Ermenrici verbis utar), ad aetatem virilem vix pervenerit, multa sunt ingenii atque artis eius monumenta egregia.* Nam, *Hrabano teste (supra p. 239),* docuit multos, metrorum iure peritus | Dictavit versus, prosa facundus erat. *Ut de homiliis et commentariis bibliorum taceam, in quibus Hrabani libros in formam artiorem redegit*[6] *vel doctrinas eius literis mandavit, multo maioris momenti est opus, quod Reginberti bibliothecarii Augiensis iussu de exordiis et incrementis rerum ecclesiasticarum docte et subtiliter composuit, multis de institutionibus cultus divini memorabilibus insertis*[7]. *Pio erga imperatores animo motus et Caroli Magni et Hludowici vitas ab Einhardo et Thegano quondam amicis scriptas edidit ac capitulis divisit*[8], *sanctorum Galli et Othmari vitas et miracula vero, sermone barbaro et inculto tradita, a Gozberto abbate rogatus polivit et elegantiora reddidit*[9], *utpote qui in literarum scientia, Isone teste, apud Sangallenses illustris ante alios habebatur (SS. II, 147). Res a Gallo gestas cum versu heroico etiam celebrare eidem Gozberto pollicitus esset*[10], *morte praematura, quominus opus vix vel modo coeptum, quod Gozbertus diaconus abbatis nepos vehementer desideravit*[11], *ad finem perduceret impeditus est aliique poetae multo inferiori hanc palmam reliquit, quam Ermenricus arripere ausus non est.*

Praeter opera oratione prosa composita, in quibus doctrinam satis amplam exhibuit,

---

(Alamannicar. rer. SS. II, 9) carminis nostri parum accurate his verbis meminit: (Walafridus abbas) veluti inutilis et qui res monasterii dilabi pateretur, a fratribus pulsus est in exilium, ut non obscure ipsemet scribit in carmine quodam ad imperatorem, quod apud nos cum aliis eius epigrammatis exstat M. S.

1) *Ermenrici epist. ad Grimold. p.* 34 quem *(sc. Walahfredum)* . . ut plus in domo dei luceret lumine dei praeventum super candelabrum elevasti. 2) *Herimann. Aug.* 842 (*SS. V*, 104) Augiae Walahfridus Strabo, vir doctus . . praefuit annis VII, qui multa ingenii sui monimenta metro et prosa reliquit. 3) *Una tantum charta eius, quae de reditibus cellerarii agit, etiamnunc exstat (Dümgé Reg. Bad. p.* 70), *cf. König l. l. p.* 405—409. 4) *Cf. epitaph. eius infra edendum v. 7 sq.; Ermenrici epist. ad Grimold. p.* 32: beatissimo praeceptore meo Walahfredo pro responso quodam domini regis ad Carolum germanum suum pergente ibique defuncto; *de die cf. Necrologia Augiense (Boehmer Fontes IV,* 140, 143) *et S. Galli (St. Galler Mitteil. IX,* 50, 63); *Ann. Alamann.* 849 (*SS. I*, 50) Walachfredus obiit. 5) *Cf. supra p.* 239. 6) *Cf. Hattemer Denkmahle I,* 315, *v. Aretin Beyträge zur ält. Literatur VII,* 519, *ubi de Strabi epitome commentariorum Hrabani in Exodum, in Leviticum, in librum Numeri agitur; König (l. l. p.* 435—450). *Epitome in Leviticum impressa est apud Migne Patrologiae cursus CXIV,* 795—850. 7) *Cf. König l. l. p.* 450—462, *Ebert Gesch. der Literatur II,* 162 *ac de codicibus eius Neues Archiv IV,* 286, 613, *Steinmeyers Zeitschr. XXV,* 99. 8) *Einhardi Vita Karoli M. ed. quarta p. XX; Arch. VII,* 373. 9) *Tam in prologo vitae S. Galli, quam S. Othmari Gozbertum abbatem alloquitur,* quem, *ut verbis eius utar,* etiam in hac occupatione instantissimum ergodioctem sine taedio laeti sustinuimus (*Goldast Alamannic. Rer. SS. I,* 146, 176). 10) *Ermenrici epist. p.* 34 Voluit vero ille *(sc. Walahfredus)* poaetico coturno gesta beatissimi Galli comere, sed morte praeventus vitam in vita finivit; *ib. p.* 41 *v.* 31 Rite canam ut vitam Galli ludente coturno, | Quam Walafredus aplos compserat absque pede. *Haud recte igitur Sigebertus Gemblacens. (de SS. ecclesiast. c.* 71 *p.* 141 *ed. Miraeus) haec scripsit:* Walafridus abbas vitam et miracula sancti Galli abbatis primo prosaice deinde metrice composuit. 11) *Cf. Ermenrici epist. p.* 34.

Walahfridus Musas haud raro bona indole usus coluit. Quamvis poetas antiquos, Vergilium, Ovidium, Prudentium, Iuvencum, Sedulium, Fortunatum alios bene eum cognoscere eluceat, magis exemplum ab eis imitando sumpsit, quam verba eorum exscripsit. Rhythmis numquam, quantum scimus, adhibitis carmina sua, magis hominibus doctis quam populo apta, modo heroico modo elegiaco modo sapphico modo anacreontico metro pari facilitate composuit[1]. Dictio plerumque pura, interdum contorta atque obscura neque a vocibus rarioribus et Graecis plane abhorret. In versibus pangendis satis accuratus est. Versuum numerum Hrabani exemplo ductus[2] in fine poematum nonnumquam adnotavit.

Inter Walahfridi poemata primum locum et volumine et argumenti gravitate visio Wettini supra laudata obtinet, quae etiam a posteris in rebus caelestibus curiosis saepius describebatur ac glossis illustrabatur. Nomina versibus acrostichis adumbrata ac leviter velata[3], quae Canisius nondum cognoverat, Mabillon primus perspexit[4], Bock postea supplevit[5]. Tribus amicis alias ignotis rogantibus Anshelmo, Vulfingo, Lantwino, Walahfridus etiamnunc monachus acta fabulosa Mammetis martyris ex Graeca in Latinam linguam translata versibus dilatavit atque illuminavit. Non ex libro aliquo sed ex narratione viva Scotti alicuius, quorum multi tunc Augiam venire solebant[6], Walahfridus ea hausisse videtur, quae testis unicus, Felicis presbyteri precibus motus, de fine beati Blaithmaic a Danis interempti hexametris expressit.

Idem cum iuvenis, Grimaldo fautori carmen de visione Wettini conditum, primitias quasi Musae suae, dedicasset, ad eundem postea librum de cultura hortorum concinnum atque elegantem misit[7], qui et ipse medio aevo magni habitus[8] ac glossis auctus, tum recentiori tempore primum omnium Walahfridi operum a Vadiano typis impressus est[9]. Palatium Aquense ipsum cum imperatore ac toto comitatu eius ante oculos nostros proponit poeta versibus more dialogi contextis, quibus statuae Theodorici regis haeretici a Carolo Magno a. 801 Ravenna deportatae animo iniquo maledixit. In quo poemate tam obscuris verbis de imagine ipsa et de caeteris rebus agit, ut neque Caroli Bock eruditioni neque Herimani Grimm[10] subtilitati audaciori omnes nodos expedire contigerit. Alio

1) Cf. Iacobi Grimm iudicium (Grimm u. Schmeller Latein. Gedichte p. VIII): Kaum möchte es einer an feinem talent dem Walahfrid Strabo zuvor gethan haben, dessen hortulus weiche verse von innigem gefühl darbietet. volksmässige anklänge scheinen ihm jedoch fremd, et alio loco (p. X) Hrabans und Walafrids Dichtungen sind noch etwas antiker, allein streng und trocken. Ab abbate Lebeuf (Divers écrits II, 106) Virgilius sui temporis vocatur. Cf. de structura versuum eius W. Grimm, zur Geschichte des Reims p. 656—658, 684. 2) Cf. supra p. 184 v. 55, 191 XXXI, 5, 192 XXXIII, 23. 3) Praefat. Quaedam etiam nomina in contextu occultata, qui diligenter investigaverit, istis versibus impressa repperiet. 4) Acta SS. ord. S. Bened. saec. IV a, 280, 282. 5) Jahrb. der Alterthumsfr. im Rheinlande L, 7. 6) Scottos commemorat Walahfridus: Vita S. Galli II c. 47 (SS. II, 30), De exord. et increm. rer. ecclesiast. c. 25 (Bibl. patr. Lugdun. XV, 194), Ad Probum presbyterum v. 12, Visio Wettini v. 124. 7) Ad Grimaldum patrem i. e. abbatem (Weissenburgensis et Sancti Galli monasteriorum). 8) A Macro Florido saeculo c. X. in libro de viribus herbarum v. 900 sqq. (ed. Choulant p. 65) Strabus noster laudatur: haec utrum dixerit a se | Aut a doctorum libris non est mihi notum. Walahfridus Q. Sereni Sammonici libro medicinali auctoritate usus est. 9) a. 1510 Viennae Austriae, 1512 Norimbergae Hortulus prodiit, quod nomen ab ipso Vadiano primo inventum est. 10) Post priorem Bockii dissertationem iam a. 1844 vulgatam (Jahrbücher des Vereins von Alterthumsfr. V) Grimm libello singulari 'Das Reiterstandbild des Theodorich zu Aachen' (Berlin 1869) carmine nostro magis audacter quam caute correcto Theodorici statuam ingeniose sibi repraesentare conatus est. Coniecturas eius incertas impugnavit Bock a. 1871 iterum de eadem re disserendo (Jahrb. des Vereins von Alterthumsfr. L, 1—52), quem paulo post G. Dehio et W. Schmidt secuti sunt (v. Zahn's Jahrb. für Kunstwissenschaft V, 176 sqq., VI, 1—51). Agnellum (SS. rer. Langobard. p. 338) et Walahfridum de una et eadem Theoderici imagine dicere oportere mihi persuasum est, de qua quomodo regis figura effícta sit, penes artium existimatores iudicium sit.

Conuocat hos omīs quorū p inania mentes·
Dogmata puerit nocuit t inactib, umquā
Aut quib, exemplū dicti uel p̄buit actus
Quo uitā moresq: suos corrūpere possent
Et se sternat humo dicatq: p omīa sese
Esse reū gessisse malo· & docuisse puteriter
Sic ueniā exposcat statimq: adstantib, addat
Uos p̄ cor o nati dnī p numina summi
Per scōsq: uiros addens animasq: beatas
Celicolasq: omīs repelat necrimina quisquā
Hec urm tradatq: alii faciensue docensue
EN PATET ALTERIUS QUANTŪ QUI POLLUIT ACTUS·
Desipiat uel inexemplo seu dogmate praue
Quimlus ē multos secū inuitare suescit
Et tamen cunctis scelerū cōmercia sumat
Infelix sua ferre nequit maiora requirens
Interea alonge bini departe steterunt

Quicquid enim possum· facto· prece· corde· fideque·
Hoc totum urō. mancipo seruitio·
Et si non fuerit uacuum p̄sentia quo me
Urā hilar& mente uos tamen intueor·
Uilibus experiar dictis. liceat ne uolenti
Hinc mihi plura sacris credere dicta uolis·
Nam data si fuerit· tandem fiducia fandi·
Uos penes haud apto· tempore mutus ero·
Nobilitatis apex. hominum pater unus & una
Pauperib, pceres condicione ligans·
Uirtutem uitam· pacemq, insaecula uestram
Amplic& firm& multiplic& foueat·
EADRUADBERNUM LAICUM·
EX QUO FAMA TUI CELEBREM MIHI NOMINIS AURAM
Attulit· & fidei robur· rerumq, tuarum
Cognoui seriem· magno pronus amore
Amplectens· iugi mecum uenerabar honore·

Tab. III.

carmine tenero Walahfridus fidem Ruadberni laici de imperatrice Iuditha exule optime meriti gloriatur [1], *alio cum Hlothario imperatore de suo ipsius exilio queritur, ceteris plerisque, si hymnos nonnullos ac titulos paucos excipias, amicos vel fautores salutat et laudibus effert. Multa igitur historiam moresque temporum illorum perscrutanti scitu digna inde elici posse, nemo est qui neget.*

Transeo iam ad libros manuscriptos huic editioni adornandae adhibitos:

(G) codex S. Galli 869 in forma quadrata minori saeculi IX. exeuntis constabat ex quaternionibus XIX et foliis 2, ex quibus (post p. 233) quaterniones XV—XVII. desiderantur. Omnia huius codicis carmina ordine non mutato edidit primus a. 1604 H. Canisius (Lection. antiquae VI, 537—670; ed. Basnage II, 2, 184—264 notis nonnullis additis; Biblioth. patr. Lugdun. XV, 204—239), sed insunt codici, quamquam ab eodem librario scripta, complura poemata aliis auctoribus tribuenda: p. 234 (post lacunam) Carmen de Michahele archangelo incipit, *de cuius origine Canisius iam dubitavit, p. 236* De sancta Maria virgine — *p. 255* iunctus apostolicis gratatur iure triumphis. Finit *Aldhelmi carmina (ed. Giles p. 118—128 cf. t. I, 164). Ex caeteris nonnulla sunt manu posteriore, sed fere aequali in paginis vacuis suppleta, atque haec quidem: p. 126* Inter conuiuas residens *(sine titulo), p. 142* De Maria virgine, *p. 155* De sancto Gallo, *p. 156* Carmen venerabilis Bedae presbyteri de psalmo *CXXII, tribus lineis ex psalmis sumptis adiectis; p. 197* Ad episcopum Ferend., *198* Eheu mȩrentem *(sine titulo); 199* Asmata digna uiro *(sine titulo, a Canisio cum praecedente iungitur); p. 200* Si decus argenti; 201 Ut gaudere solet; Ad amicum *(non amicam, ut Canisius edidit). His carminibus desinit quaternio XII; p. 257* Hartperto superi *(sine titulo, in fine quaternionis XVIII). Versus de imagine Tetrici interrumpuntur p. 152—156 carmine de libro Machabeorum aliisque versiculis huc non pertinentibus, sed non codicis nostri bibliopegae, immo librario ipsi haec confusio crimini danda est. Eundem quaterniones VIII—XII. quaternionibus XIII—XIV. temere praeposuisse suspicor. Cf. de hoc codice optimae notae Scherrer Verzeichniss der Stifts-Bibliothek von St. Gallen p. 300, Neues Archiv IV, 271—273. Humanitate praefecti bibliothecae sancti Galli Idtensohn saepius laudanda librum domi meae conferre mihi licuit.*

(C) codex quondam sancti Galli, nunc Romanus Vaticanae bibl. Christinae reginae 469, forma octava saeculi IX. exeuntis, constat foliis 47. f. 1 exstant haec verba: Hunc librum Ruodolf p. *(presbyter?)* lucratus sancto Bonifacio *et carmen saeculo X. additum* Hanc neuit fusulo, *quod edidi Steinmeyers Zeitschr. für Deutsches Alterth. XIX, 146. In marginibus vacuis foliorum 1, 18', 19—20 formulae nonnullae iuris adiciuntur, cf. Rozière Recueil des formules III, 300. Ex codice hoc, cuius catalogus bibliothecae sancti Galli a. 1461 scriptus iam meminit (Weidmann Gesch. der Stiftsbibliothek p. 412 T 10* Strabi de vita S. Mamme. Et de cultura ortorum), *edidit Vadianus carmen de cultura hortorum (f. 29—39) 'ex amplissimo certe suorum (sc. Strabi) carminum quasi campo' subtractum, his verbis additis: 'Exscribendi enim cetera que vetusto exemplari agminatim nanciscebar tametsi summe placerent ocium non suppeditabat'. Editionem hortuli ab eo paratam unoque versu mancam repetiverunt Canisius (Lect. ant. VI, 672—685) multique recentiores. Melchior Goldast codicem nostrum cum aliis sancti Galli libris nactus haec de eo dicit (Alamannic. rer. SS. II, 5): 'Scripsit formulas scribendi chartas pro discipulis suis (sc. Iso), quas in primo codice epigrammatum Walafridi Strabi abbatis Augiensis ipsius Isonis manu scriptas habemus'. Quamquam eundem librum, qui post mortem eius Brema in Sueciam, tum Romam translatus est, aliis quoque locis commemorat (SS. II, 5, Paraenetici veter. p. 86, 87, 129) carminum edendorum munus iners praetermisit. Codicem Romae Bethmann primus descripsit (Archiv XII, 282), ipse contuli ac specimina nonnulla ex eo dedi: Ad Prudentium magistrum et Hlotharium imperatorem (Steinmeyers*

---

1) *Cf. Simson Ludwig der Fr. II, 99—102, qui hoc carmen scienter interpretatur.*

Zeitschr. XIX, 462—65, XXI, 82); Translatio sancti Ianuarii et aenigma (Anzeiger für Kunde der Deutschen Vorzeit 1876 p. 176—180). Cf. de hoc libro, qui Walahfridi solius poemata continere videtur eaque admodum correcta Neues Archiv IV, 274.

(S) codex S. Galli 899 formae quadratae, mutilus et a bibliopega turbatus, saec. IX.—X., *continet ex carminibus, quae etiam in G inveniuntur, p. 49—57* Versus Strabi de vita et fine Blaithmaic, *p. 144 epitaphium Werdonis, p. 130* Versus in quodam mantili *etc. Quae cum Canisius iam ex illo foras dedisset de his codicem S non consuluit, editionem suam tamen poematibus nonnullis dubiis auxit (Lect. ant. VI, 505—507, 509—514). Ex quibus certe ea Walahfrido assignanda sunt, quae etiam R tradit, p. 126* Ad Hludouuicum regem, *p. 127—129* In aduentu Karoli *et* in aduentu Hlotharii, *dubia restant p. 57* De eminentia unitatis; Epitafion Geroldi comitis *(quod iam edidi t. I, 114); p. 114* Versus de laetitia; *p. 118* Ymnus de natali domini *(supra p. 245); p. 135 (sine titulo) Hymnus de sancto Sergio et Baccho*[1]. *Cf. de hoc libro, quem item Halis contuli, Mittheilungen der antiquar. Gesellsch. in Zürich XII p. V, Scherrer's Verzeichniss p. 315, Neues Archiv IV, 276, huius operis tom. I, 31, 101.*

(D) codex S. Galli 573 forma quadrata min. saec. IX.—X. continet inter alia p. 294 Heitonis visionem Wettini, p. 320 Walahfridi visionem; p. 406 carmen acrostichon ad Hlotharium regem, quod primus edidi (Mittheil. der Züricher antiqu. Gesellch. XII, 217). Goldast (Paraenet. veter. p. 124) hoc carmen iam antea ex codice ipso laudavit: 'Walafridus ad Lotharium regem', nimis certe de re incerta elocutus. In codice sequitur p. 408 Vita beati Leudegarii martyris, quam Mabillon (Anal. vet. p. 20) primo commemoravit, Dominus Pitra (Hist. de St. Léger p. 464—503) edidit, sed auctor huius poematis ampli cum editore sine dubio in Francia occidentali Pictavis vel in cella S. Maxentii quaerendus est. Cf. de codice, quem Halis contuli, Scherrer l. l. p. 185, Neues Archiv IV, 277, supra tom. I, 32. Ex hoc codice et ex eo, quem G litera signavi plerumque inter se consentientibus textum visionis inprimis inprimendum curavi.

(V) codex Valentianensis 393 (N. 5. 1) forma quadr. saec. IX. quondam 'liber monasterii sancti Amandi in Pabula ordinis S. Benedicti' *continet praeter scripta grammaticorum et Senecae ludum de morte Claudii f. 108—136 Walahfridi visionem Wettini a ceteris libris, versibus haud paucis praetermissis, satis discrepantem. Cf. de codice, quem Ioh. Heller b. mem. contulit, Grammatici lat. ed. Keil VI, 418, Riese Anthol. lat. II p. XX, Archiv XI, 518, Mangeart Catal. de Valenciennes p. 388.*

(R) codex Vaticanus Christinae reg. 356 (quondam 1385, 898, cf. Montfaucon (Bibl. bibliothecar. p. 45) formae octavae min. saec. X., constat foliis 43, in quibus visioni Wettini metricae multae glossae latinae, paucae Theodiscae ex parte inter lineas, ex parte in margine asperguntur. In fine secuntur quaestiones grammaticae. Cf. de codice, quem ipse Romae perscrutatus sum, Steinmeyer die ahd. Glossen II, 768.

(O) codex Oxoniensis bibl. Bodleianae Laudiani miscell. 410, quondam Carthusiensium prope Moguntiam, formae quadr. saec. XI. continet f. 1' Vita et passio beati Eustachii et uxoris filiorumque eius, quam nuper Varnhagen edidit (Zeitschr. für Deutsches Alterth. XXI, 1—25), f. 18—40 visiones Wettini a Walahfrido editae, *quibus usque ad fol. 35 etiam multae glossae adduntur. Cf. de codice, quem Georgius Parker rogantibus nobis contulit Archiv VII, 1021, Coxe Catalogi codd. bibl. Bodleianae II, 1,301, Ahd. Glossen II, 769.*

(M) codex Monacensis 18628, quondam monasterii sancti Quirini martyris in Tegernsee, formae quadr. saec. XI.—XII., continet inter multa alia carmina post Sedulium

---

1) *Hymnus Walafrido Straboni posset tribui ob varias voces Graecas, quas inseruit versibus; hic enim plurimae leguntur. BASNAGE.*

f. 71—92 Walahfridum de visione Wettini cum glossis nonnullis. Cf. de codice, quem ipse perquisivi, Neues Archiv IV, 278, Catalog. codd. lat. bibl. Monac. II, 3, 191.

(B) codex Bruxellensis 10615—10729 in folio saec. XII. continet f. 85' Heitonis f. 87 Walahfridi opera de visione Wettini. Cf. de codice partim a Iohanne Heller partim a me evoluto Archiv VIII, 535, Reiffenberg Annuaire de la bibl. de Belgique IV, 53—79.

(L) codex municipii Lipsiensis Rep. I n. 53 formae quadr. saec. IX. constat undecim foliis, ex quibus carmen de cultura hortorum multis glossis illustratum decem obtinet. Cf. de codice, cuius inspiciendi Halis mihi copia data est, Naumann Catalog. bibl. Lipsiens. p. 20, Zeitschr. für Deutsches Altert. XV, 532, Steinmeyer Ahd. Glossen II, 767. Cum hoc libro arta necessitudine iungitur codex Monacensis 666 chartaceus formae oct. f. 1—13 quem Hartmannus Schedel a. 1463 scripsit eisdem glossis additis (cf. Catalog. codd. lat. bibl. Monac. I, 1,130). Ex quo optima huius poematis editio fluxit: Walafridi Strabi hortulus ed. Reuss, Wirceburgi 1834.

(K) codex Romanus Palatinus 1519 saec. XI. continet post Ciceronis libros de natura deorum et de divinatione f. 85'—88' carmen de cultura hortorum in fine mutilum glossis nonnullis auctum.

(P) codex Parisinus 5351 (olim S. Martialis Lemovicensis 172) formae quadr. saec. XI. continet f. 93 Incipit passio sancti Mammae monachi quod est XVI. Kal. Sept.; *f. 95—99'* Versus Strabi de vita et fine sancti Mammae monachi. *Codicem ipse evolvi, Aug. Molinier contulit.*

Walahfridi hymnus de sancto Gallo, Iodoco Metzler teste quotannis in eius solemne cantari solitus (Canisii Lect. ant. V, 756), traditur non solum codice C f. 41, sed etiam libris sancti Galli 562 saec. IX. p. 92, ex quo Meyer de Knonau eum edidit (St. Galler Mittheilungen XII p. XII), Rhenoviensi 111 a Daniele adhibito (Thesaur. hymnolog. IV, 141), Parisino 5364 (ol. ducis de Bethune) saec. XII. f. 76', quem descripsit Aug. Molinier, Londiniensi musei Britann. 21170 saec. XI. f. 94, quem comiter contulit V. Cl. E. Maunde Thompson, custos manuscriptorum. Praeter versus, quos Walahfridus more saeculi illius praefationibus librorum pedestri sermone conscriptorum addere solebat, eos quoque in hanc syllogen recepi, qui litteris formatis codicis sancti Galli 550 saec. IX. exeunt. coniuncti sunt. Quamvis enim dictio earum a librario inscio temere depravata et nomina pleraque deleta sint, harum epistolarum exempla ex parte a Walahfrido nostro profecta esse persuasum habeo (cf. Neues Archiv VII, 402). Formulas Augienses, quas Mabillon iam noverat, Eug. de Rozière bis edidit (Formules d'après un Msc. de S. Gall, Paris 1853 et Recueil général des formules t. II); codicem Scherrer accuratius descripsit (l. l. p. 169), Carol. Zeumer V. Cl. iterum contulit (cf. Neues Archiv VIII, 496—505).

De origine carminum ad fastos pertinentium, quae sub Strabi nomine codex Monacensis 14523 saec. X. (quondam S. Emmerammi) f. 1 praebet, dubitare licet, praesertim cum codex S. Galli 459 p. 98—100 eadem sine auctoris nomine exhibeat. Haec poemata satis frigida nec Walahfrido admodum digna ipse ex illo fonte primus edidi (Anzeiger für Kunde der Deutschen Vorzeit XXII, 176), librum Sangallensem H. Wartmann benigne consuluit. Cf. de hoc et de aliis horum versuum codicibus Scherrer Verzeichniss p. 151, 337, Catalog. codd. bibl. Monac. III, 110. Etsi in codice Heremitano 326 (quondam Augiensi) saec. IX. exeuntis, qui f. 97' epitaphia et Geroldi et Bernaldi continet, nomen auctoris desit, valde probanda mihi videtur opinio eorum, qui hunc titulum episcopi Walahfridi aequalis ab hoc conditum esse coniecerunt. Mommsen primus eum edidit et codicem propter titulos Romanos celeberrimum, quem ipse denuo evolvi, accurate enarravit (Rheinisches Museum für Philol. Neue Folge IX, 299—301, a. 1854). Walahfridi ipsius epitaphium ab amico aliquo positum reperit Pertz in codice Oxoniensi Bodleianae Canonicianae SS. ecclesiast. 222 saec. XI. ineunt., ubi f. 111' cum alio coniunctum Bedae opera sequitur. Ex quo libro, de quo agit H. Coxe (Catalogi bibl. Bodleianae III,

422), utrumque primus edidi (Zeitschr. für Deutsches Alterth. XIX, 113), R. Pauli b. mem. eadem iterum descripsit. Titulos nonnullos Augienses, quos Frider. Mone (Quellensamml. für Badische Landesgesch. III, 133) ex collectaneis a Iohanne Egone paratis primum elicuit, ob argumenti similitudinem addere statui.

Ad illustrandum Walahfridi carmen de visione Wettini conditum facere non potui, quin auctorem eius, opus Heitonis de eadem re conscriptum, quasi corollarium huic corpori poetarum adderem, praesertim cum editio[1] *a Iohanne Mabillon parata (Acta SS. ord. S. Bened. IV, 1,263—293; Migne Patrolog. curs. CV, 769) vitiis minime vacet. Ex maxima librorum manuscriptorum copia (cf. Neues Archiv IV, 284), qui non valde inter se discrepant, hos opusculo edendo adhibui: codices B et D supra iam laudatos, Turicensem bibliothecae municipalis*[2]*) Hist. No. 28, quondam Augiensem (A) saec. IX. f. 93—105', quem benigne contulit Meyer de Knonau V. Cl., Romanum (R) Christinae reginae 598 saec. X. f. 9'—16, ex compluribus frustis consutum, quem ipse contuli, Parisinum (P) 18095 (quondam Notredame 228) saec. X. f. 87, quo Bethmann b. mem. diligenter usus est. Codicis Ashburnhamensis Libri 73, a. c. 900 scripti, specimen dedit Liebermann V. Cl. Mellicensem saec. XIV. et Venetum contulit Pertz, sed his libris aevi posterioris supersedere mihi licuit. Heitonis praefationem, quam et multi codices et editio Mabillonii praetermiserunt, supplevit Wattenbach (Geschichtsquellen Deutschlands I, 225), capitula primus addidi.*

Carmina Walahfridi dubia subsequi oportuit vitam sancti Galli a monacho coenobii eius, cuius nomen ignoramus[3]*, et ipso vocum rariorum et Graecorum amico, loco illius sed impari arte metro heroico compositam. Operis Gozberto iuniori dedicati atque anno 850 editi auctor in vita sancti a Walahfrido prosa elaborata tantum nititur, ita ut rem in longinquius producat et lectorem nimia verborum copia, in qua Vergilium, Ovidium, Prudentium, Iuvencum, Venantium, haud raro ad verbum sequitur, interdum fatiget. Canisius iam illud foras dare sibi proposuerat: 'Utinam', ait in praefatione (Lect. ant. VI, 538), 'addere licuisset vitam sancti Galli carmine ab eodem Walafrido scriptam, sed absterruit nos codex tam vitiose scriptus, ut eo solo editionem moliri temeritatis potius quam diligentiae conatus visus fuerit' (vel, ut alio loco p. 671 dicit, 'ex quo te non magis expedias, quam ex turbatis vento foliis Sibyllae'). Qui quidem codex Sancti Galli 587 chartaceus a. 1395 scriptus continet p. 3,7—175 vitam permultis glossis, ex parte Theodiscis, passim additis ac numeris signatis (usque ad p. 61). Prologo tantum et specimine quinque versuum (SS. II, 31, Archiv IV, 331) huius poematis hucusque divulgato totum nunc descripsi ex codice benignitate eorum, qui bibliothecae praesunt, Halas misso, glossas vero a tempore auctoris remotiores*[4] *neglegendas duxi. Quamvis omnia codicis folia etiamnunc integra existant — cf. de eo Scherrer l. l. p. 190 — et librarius satis accurate scripserit, magnam tamen (post vers. 717) in narrando lacunam inconsiderate admisit. Opus, quod ex codice nostro iam a. 1833 Carolus Greith Societatis antiquitatum Britannicarum iussu sine fructu descripserat, commemoratur saeculo XI. ineunte a Notkero magistro*[5]*), saeculo XII. in codice sancti Galli 564 p. 69* Hic legendus est sermo sancti Galli qui reperitur in vita eius metrica *(Scherrer p. 180).*

---

1) *Editionem huius libri principem, quam Faber Stapulensis curavit: Liber trium spiritualium, Paris.* 1513 *folio sub nomine Uguetini numquam vidi.* 2) *Cf. de eo Mittheil. der Züricher antiquar. Gesellsch. VI,* 38. 3) *Ildefonsi de Arx coniectura (SS. II,* 3) *Richbertum monachum vitam metricam composuisse plane incerta est, praesertim cum in Ermenrici epistola, in qua nititur, 'Radpertus' legere maluerim. Vereor, ne inter multiplices sancti Galli laudatores, de quibus Ermenricus cavillatur, nomen poetae nostri semper latitaturum sit.* 4) *Hugwicionem saepius laudat glossator, de quo cf. Fabricii Bibl. med. Latin. l. VIII p.* 895. 5) *Hattemer Denkmahle II,* 98 Solche *(allusiones)* sint in vita sancti Galli diu metrice getân ist, dâr diu officia gesézzet werdent. *In antiquissimo bibliothecae sancti Galli catalogo saeculo nono medio scripto reperitur* Metrum de vita sancti Galli in quaternionibus vol. I *et in catalogo a.* 1461 *scripto V.* 9 Sancti Galli vita metrice, aliquot etiam sermones (*Weidmann Gesch. der Stiftsbibl.* 392, 411).

HEITONIS VISIO WETTINI.

PRAEFATIO[a] IN VISIONEM WETTINI.

In provintia Alamannorum[b] vel Sueborum[c] in monasterio sanctae Mariae semper virginis, quod Auua nominatur, fuit quidam frater nomine[d] Wettinus Waldoni[e] [1], qui temporibus bonae memoriae Caroli[f] imperatoris ipsum coenobium nobiliter rexit, consanguinitate proximus. Hic in sanctae conversationis eruditione proficiens[g], vitam quidem monasticam, ut in fine claruit, mediocriter duxit, studio autem discendi scientiam divinarum necnon et liberalium disciplinarum prae ceteris tunc temporis circa manentibus est consecutus. Cuius visionem, quae subiecta est, venerabilis vir Heito, quondam Basiliensis episcopus [2], huius autem loci monachus, verissima ratione descripsit. Contigit autem eadem revelatio anno XI. Hludowici imperatoris, id est anno ab incarnatione domini DCCCXXIIII. Novembre mense id est III. Nonas eiusdem feria quarta. Nam XXXmo die Octobris infirmatus est die sabbati, nocte autem feriae quartae ipsam vidit visionem, quinta vero feria id est pridie Nonas[h] Novembris crepusculo vespertino migravit ad dominum. 824

CAPITULA DE EADEM VISIONE[i].

I. Quomodo coeperit[k] infirmari.
II. Prima visio, in qua terrorem[l] malignorum spirituum vidit, qui consolatione sanctorum virorum fugatus est.
III. Adventus angeli purpurati et allocutio eius amicabilis.
IV. Quo studio fratribus advocatis ad precem et lectionem confugerit.
V. Qualiter postmodum ipse ei angelus in albis apparuerit laudans studium eius.
VI. Quemadmodum ab angelo ductus ad montana fluvium igneum et diversorum viderit poenas.
VII. De misera sacerdotum conversatione.
VIII. De quorundam purgatione monachorum.
IX. De quodam monacho propter opus peculiare arca plumbea incluso.
X. De Waldone[m] abbate in purgatione laborante.
XI. De Carolo[n] imperatore.
XII. De muneribus comitum.
XIII. De miserabili vita comitum[o].
XIIII. De gloria et poena multorum.
XV. Visio throni et gloriae domini.
XVI. Ubi crastinus eius transitus ab angelo denuntiatur et pro ipso sacerdotes precantur.
XVII. Intercessio martyrum.

---

a) *Praefatio et capitula desunt in P B* b) alemannorum *D* c) sueuorum *D* d) nomine frater *A* e) uualtoni *D* f) karoli *D* g) profitiens *A* h) nonas *corr.* pridie *B* i) Explicit prologus. Incipiunt capitulae *A* k) ceperit *D B* l) errorem *corr.* terrorem *B* m) Waltone *D* n) Karolo *D* o) comitum uita *A*

1) *Waldo abbas S. Galli, tunc post Petrum a.* 786 *mortuum Augiensis, deinde ab anno* 806 *S. Dionysii Parisiensis, obiit IV aut V Kal. Apr. a.* 813 *cf. Ann. Augiens.* 813 (*Iaffé Mon. Mogunt.* 703), *Herimann. Aug.* 786, 806 (*SS. V,* 100, 101), *Necrol. S. Galli* (*St. Galler Mittheil. IX,* 37). 2) *Post Waldonem a.* 806 *abbas Augiensis factus, a.* 822 *privatam et quietam vitam adoptavit, tum a.* 836 *XVI Kal. Apr. defunctus Augiae sepultus est. Cf. Herimann Aug., Ann. Weingart.* (*SS. I,* 49, 65, *V,* 102, 103).

INCIPIT IPSA VISIO, QUAE FRATRI NOSTRO WETTINO REVELATA EST PRIDIE ANTE TRANSITUM EIUS.

I. Cum praedictus frater die sabbati cum aliquibus fratribus nostris potionem ad providendam salutem corporis accepisset, ceteris eam salubriter digerentibus, ipse coepit magna difficultate indigestam[e] reicere, et statim ad perceptionem[f] cibi, quam[g] ad refocillandum corpus sumere debuerat, fastidire. Crastina vero, id est dominica, inlucescente[h] levius quidem habuit et cum ceteris, quos ad procurandas praedictas corporales necessitates sibi sociaverat, refecit, sed in taedio praedicti fastidii perduravit. Nullo modo tamen vitae corporalis discrimen ob hoc se passurum fore aestimavit, quia ad spem praesentis vitae refectio secundae et tertiae feriae decrescente fastidio in nullo iam diffidentem animaverat.

II. Feria vero tertia, incipiente crepusculo vespertino, consedentibus sibi ad refectionem fratribus, dixit se ibidem cum eis finem refectionis expectare non posse. Sed interim illis caenantibus in aliam cellulam eidem cellulae contiguam[i], tantum parietis unius interpositione remotam, stramentum[k] lectuli sui fecit efferri[l] de loco consessionis praedictae, ut ibidem quiescendo praestolaretur finem eorundem refectionis et suam iterum regressionem ad locum lectuli sui.

Membris ergo in lectulo conpositis[m], oculis tantummodo clausis et necdum in somnum, ut ipse fatebatur, resolutis venit malignus spiritus effigiem praetendens clerici in tanta deformitate, ut caeca et tenebrosa facie nec signa oculorum in eo apparerent, ferens in manibus diversa tormentorum genera in tantum gratulabundus[n] adstans capiti eius, quasi crastina eum torturus esset.

Illo ergo tantis terroribus[o] minitante, subito apparuit caterva spirituum malignorum totum cellulae ipsius spatium implens, cum scutulis et lanceolis ex omni parte circumfusa, aedificium quoddam facturi in modum armariorum Italicorum praefiguratum, ad inclusionem eius. In tanto ergo horrore et tam intollerabili terrore circumvallatus frater praedictus et in tantum anxius factus, ut iam spem evadendi signa mortis huius[p] nullatenus haberet. Ecce[q] subito adfuit divina miseratio. Nam statim in eadem cella apparuerunt viri magnifici et vultu honorabiles sub monachico habitu in scamnis

---

[a] longaturna *D* [b] aduenente *D* [c] quod *A* [d] Expliciunt capitula add. *A B*, Finis *D* [e] ingesta *D P* [f] a perceptione *B ed.* [g] quem *B ed.* [h] illuscenscente *B* [i] conticuam *D B A* [k] stramenta *D R* [l] efferre *D* [m] compositis *P R* [n] terribilis *P*, terribilis gratulabundus *ed.* [o] tortoribus *P ed.*, erroribus *B* [p] signa mortis huius *om. P*, ulterius *add. P R* [q] Sed ecce *ed.*

sedentes. Quorum unus in medio eorum residens dixit latine eisdem verbis, ut hic scripta[a] sunt, sicut ipse fatebatur: 'Non est aequum, ut isti inutiles talia faciant, nam homo spassat[b]. Istos iubete recedere.' Post cuius vocem conventus malignorum spirituum evanuit et recessit. 824

III. Inmensitate igitur tanti terroris sublata, venit angelus incredibili splendens pulchritudine, veste purpurea circumdatus, stans ad pedes eius, amicabili eum voce compellans: 'Ad te', inquit, 'venio, dilectissima anima.' Cui isdem frater latine respondit: 'Si dominus meus peccatis meis ignoscere vult, misericordiam agit, sin autem, in manu eius sumus: faciat quod sibi videtur. Nam patriarchae, prophetae et apostoli, omnisque dignitas caelestis sive terrestris pro genere humano laborabant, et vos modo magis laborare debetis, quia istis temporibus fragiliores sumus.' Tali sermocinatione ipsius angeli et praedicti fratris finita est prior visio, quam ipsis verbis ad invicem conlatis eo referente scribi fecimus, nihil inde dementes aut de nostro adicientes, nos qui haec scripto commendavimus.

IV. Expergefactus isdem frater resedit circumspiciens, si quis ei adesset, invenit duos, praepositum ipsius monasterii et alterum fratrem ad solatium eius derelictos, ceteris post caenam ad repausandum iam dimissis. Ipsis ergo convocatis exposuit eis omnia per ordinem, quae ei[c] in tam angusto temporis articulo ostensa fuerant, iuxta quod hic scripta tenentur, in tantum iam praescriptae visionis horrore tremebundus, ut totius corporalis molestiae gravidinem oblitus intolerabili aestu timoris vexaretur. In ipsa ergo inmensitate timoris anxius proruit in terram coram praedictis fratribus, distenso omni corpore in crucis modum[d] postulavit, ut omni virtute qua possent, pro peccatis eius intercederent. Illo ergo sic prostrato coeperunt praedicti fratres tam VII psalmos penitentiae, quam etiam caeteros tantae anxietati aptos, qui sibi ad memoriam occurrerant, pro eo decantare.

His ergo finitis surrexit et resedit in lectulo, postulans Dialogum beati Gregorii sibi legi. Principia ergo ultimi libri eiusdem Dialogi audiente eo lecta sunt usque ad consummationem novem aut decem[e] foliorum[f]. Finita ergo lectione hortatus est praedictos fratres, ut lassitudinem, quam pro eo vigilando contraxerant, quiete corporum temperarent sibique paululum noctis spatium, quod superfuerat, ad repausandi inducias concederent[g].

V. Illis ergo recedentibus et in parte ipsius[h] cellae corporibus ad quietem collocatis, ipso etiam post tantam lassitudinem tam animae quam corporis in somnum resoluto, venit isdem angelus, qui ei in priori visione ad pedes stans purpuratus apparuit, candidis amictus[i] vestimentis[k] ad caput stans, splendore incredibili fulgidus; eumque blandis alloquens sermonibus laudavit confugium[l] eius, quod ad deum in angustiis positus tam studio psalmodiae[m] quam lectionis fecerat, hortans eum de cetero sine defectu similiter acturum. Inter ceteros etiam psalmum centesimum octavum decimum, quia moralis in eo virtus describitur[n], saepe repetendum ammonuit; seque valde delectari, cum aliquem instantia lectionis et iterationis[o] psalmodiae intentum viderit, deumque ob hoc placabilem fieri posse, si usus iste veraciter et non ficte teneatur.

VI. His igitur dictis assumpsit eum idem angelus et duxit per viam amoenitatis[p] inmensae praeclaram. In qua dum pergerent, ostendit ei montes inmensae altitudinis et incredibilis pulchritudinis, qui quasi essent marmorei videbantur. Quos circumibat maximus fluvius igneus, in quo innumerabilis multitudo damnatorum[q] poenaliter inclusa

---

a sripta *D* b pausat *ed.* c sibi *P* d et *add. R* e decim *D P R* f filiorum *P* g cederent *D B* h illius *P ed.* i candidus amictis *P* k indumentis *P ed.* l eumque — confugium *om. A* m spalmodiae *A* n scribitur *D* o iteratione *P R* p ammoenitatis *P R* q dampnatorum *D*

824 tenebatur, quorum multos se agnovisse fatebatur. Et in ceteris locis innumeris tormentis diversi generis cruciatos aspexerat: in quibus plurimos tam minoris quam maioris ordinis sacerdotes stantes, dorso stipitibus inhaerentes in igne stricte loris ligatos viderat; ipsasque[a] feminas ab eis stupratas simili modo constrictas ante eos, in eodem igne usque ad loca genitalium dimersas. Dictumque est ei ab angelo, quod sine[b] intermissione, uno die tantum intermisso, die tertia semper in locis genitalibus virgis caederentur[c]. Plures eorum suae agnitioni notos dicebat.

VII. 'Sacerdotum', inquit angelus, 'maxima pars mundanis lucris inhiando et palatinis curis inserviendo, cultu vestium et pompa ferculorum se extollendo questum putant esse pietatem. Animabus lucrandis non invigilant, deliciis affluentes in scorta proruunt; et ita evenit, ut nec sibi nec aliis intercessores esse possint. Saeculo enim pestilentia et fame laboranti sua prece[d] succurrere[e] potuissent, si lucrum deo tota virtute conferre voluissent. Et ideo tali remuneratione in fine donantur, quia praecedentibus meritis talia patiuntur'.

VIII. Ibi se etiam quoddam opus in modum castelli ligno et lapide valde inordinate coniectum et fuligine deforme vidisse fatebatur, fumo ex eo in altum vaporante. Cui interroganti, quid esset, responsum est ab angelo, habitationem fuisse quorundam monachorum de diversis locis et regionibus in unum[f] congregatorum ad purgationem suam.

IX. Qui de eodem numero unum specialiter nominavit, quem dixit ibidem in arca[g] plumbea inclusum praestolari debere diem magni iudicii propter opus peculiare, quod in Anania et Saphira[h] ad corrumpendam communis vitae integritatem praecesserat. De quo fratre[i] damnabiliter incluso cuidam peregrino in extremitate vitae per excessum rapto ante decennii tempus ostensum fuerat, sicut tunc fama vulgaverat, iamque diu oblitteratum[k] oblivione fuerat, isto fratre haec ante minime audiente et ad memoriam eandem causam simili visione revocante. Unde apparet in una re bina iteratione repetita, hoc quod male pululat, crebrius succidi debere, ne his, qui nomine monachorum censentur, opus peculiare ibidem vertatur in plumbi gravidinem.

X. Ibi etiam ostensa est ei cuiusdam montis altitudo. Et dictum est ab angelo de quodam abbate ante decennium defuncto[1], quod in summitate eius esset deputatus ad purgationem suam, non ad damnationem[l] perpetuam, ibidem eum omnem inclementiam aeris et ventorum incommoditatem imbriumque pati. Adiunxitque idem angelus de eo, quod quidam episcopus nuper defunctus[2] ipsi abbati solatio precum[m] suarum ad impetrandam veniam subvenire debuisset, sicut ei in visione apparens per quendam clericum eius[3] mandaverat. Praescriptus vero episcopus, hoc neglegenter[n] pertractans, caritatis ardore non condoluit, ut ei certamine adhibito succurreret. 'Et idcirco nec sibi iam', ait[o], 'subvenire poterit.' 'Et ubi est'? inquiens ille. 'Ecce', ait, 'ex altera parte ipsius montis suae damnationis poenas[p] luit'.

De visione vero, quam paucis praelibavimus, ab ipso, qui haec ante triennium somniaverat, audivimus. 'Veni', inquit, 'in quoddam habitaculum ambitu parietum destitutum, in quo idem abba tibiis residens cruentatis vocavit me: 'Vade', ait, 'ad episcopum et dic ei, quod praesens mansio mihi et alio data contubernali meo propter hoc sorduit, quia duobus hic comitibus[4] in thermis se lavantibus intolerabilis foetor

---

[a] ipsas *PR*, ipsas quoque *ed.* [b] sine *om. A* [c] cederentur *A D P R* [d] praece *D* [e] succurre *R* [f] in unum *om. A P ed.* [g] archa *P* [h] saffira *A R* [i] fratri *A* [k] ob litterarum *D R* [l] dampnationem *P* [m] praecum *A* [n] negligenter *D* [o] iam aut illo *A* [p] poenas *om. A*

1) *Waldone, cf. supra p.* 267 *n.* 1. 2) *Adalhelmus, cuius sedem ignoramus.* 3) *Adamum, cf. infra v.* 410—413. 4) *Odalrico et Ruadrico, quorum nomina Bock* (*Jahrb. für Alterthumsfr. im Rheinl. L,* 7. 8) *ex acrostichis primum enucleavit.*

inde consurgens pene eam ob hoc nobis inhabitabilem reddidit. Et ideo certet, quomodo collectis undique sumptibus patentia claudat. Quod si per se sumptus ad concludendum ea[a] non habuerit, legationem dirigat ad monasteria denominata; inde solatiis[b] gratanter amministratis subplebuntur omnia clausurae huic necessaria'. Quod audiens episcopus: 'Deliramenta', inquit, 'somniorum non sunt adtendenda'. Sed ipsa eadem[c] angelus in praesenti visione remonuit, quod episcopus solatia precum suarum etiam a mortuis conventus[d] non subministravit. Ipsi vero fratri, qui haec quasi de inferis ad superos reportabat, praescitum ante non fuerat. 824

XI. Illic etiam quendam principem[1], qui Italiae et populi Romani sceptra quondam rexerat, vidisse se stantem dixerat, et verenda eius cuiusdam animalis morsu laniari, reliquo corpore inmuni ab hac lesione manente. Stupore igitur vehementi attonitus, ammirans quomodo tantus vir, qui in defensione catholicae fidei et regimine sanctae ecclesiae[e] moderno seculo pene inter ceteros singularis apparuit, inuri[f] tanta deformitate poenae potuisset. Cui ab angelo ductore suo protinus responsum est, quod, quamvis multa miranda et laudabilia et deo accepta fecisset, quorum mercede privandus non est, tamen stupri inlecebris resolutus, cum ceteris bonis deo oblatis longevitatem vitae suae in hoc terminare[g] voluisset, ut quasi parva obscenitas et concessa fragilitati humanae libertas mole tantorum bonorum obrui et absumi potuisset. 'Qui tamen', inquit, 'in sorte electorum ad vitam praedestinatus[h] est'.

XII. Illic etiam dona praemagnifica et innumerabilia pompatice[i] a malignis spiritibus ad proferendum ornata viderat, in palliis[k] et vasis argenteis, equis et linteaminum subtilitate candentibus. Interrogante eo, cuius[l] essent et quid in praefiguratione sua praetenderent? 'Comitum', inquit angelus, 'diversarum provintiarum iura regentium sunt haec, ut huc venientes ea inveniant et sciant, quia muneribus, rapinis et avaricia congesta sunt'. Quorum aliquos nominatim exprimens dixit ea numquam defectura aut delenda, priusquam ipsi venirent et ea in sinum suum reciperent.

XIII. Quam terribilem vero sententiam de conversatione comitum intulerit, quis enarrare sufficiat? Cum quosdam eorum non vindices criminum esse dixerit, sed vice diaboli persecutores hominum, iustos damnando et reos iustificando, furibus et sceleratis communicando. 'Munerum enim', inquit 'praeventione cecati, pro mercede futurorum nil agunt. Sed cum mundanas leges pro coercenda mali audatia[m] amministrant, damna legalia, quae debitoribus infligunt, absque ulla misericordia quasi iure sibi debita suae avariciae[n] reponunt, hic iterum invenienda[o]. Iustitiam vero spe futurorum numquam agunt, sed cum eam gratis offerre omnibus pro aeternitatis mercede debeant, semper eam venalem, sicut et animam suam, portant'. Quosdam enim iam iudicatos nominatim dixerat, sicut euangelium de incredulis proloquitur[2]: 'Qui autem non credit', inquit, 'iam iudicatus est'.

XIV. Innumerabiles etiam se vidisse retulit tam de plebeio, quam de ordine monachico diversorum coenobiorum et regionum, aliquos in gloria, quosdam eorum in poena depressos.

XV. His ergo et ceteris innumeris conspectis, quae causa compendii[p] stilo currente exclusimus, duxit eum ad loca pulcherrima naturali constructione fundata, cum arcubus quasi aureis et argenteis, opere anaglifo discreta, quae tanta magnitudine et altitudine, etiam pulchritudine incredibili claruerant, ut nec mente concipi nec ore humano proferri tanti inmensitas operis possit. Tunc processit rex regum et dominus

a eam *R* b solaciis *A* c eandem *R* d correptus *R* e eclesiae *R* f puniri *ed.* g teminare *D* h praedistinatus *D* i pompaticae *A* k palleis *D* l cuius haec *P* m audantia *D* n auaritiae *D P R* o inuenianda *A* p compedii *R*

1) *Carolum Magnum decennio ante mortuum.* 2) *Ioh.* 3, 18.

24 dominantium cum multitudine sanctorum, tanta gloria et maiestate fulgidus, ut homo corporeis oculis iubar tanti luminis et dignitatem gloriae sanctorum, quae ibidem apparuit, sufferre nequiverit.

XVI. Tunc ipse angelus, qui eius ductor et ostensor fuerat, dixit ad eum: 'Crastina migrare debebis, sed interim certemus pro misericordia.' Tunc praeeunte angelo perrexerunt[a], ubi consessus sanctorum sacerdotum in gloria et dignitate inaestimabili[b] fuit. Tunc dixit ei: 'Isti sunt apud deum meritis operum bonorum coronati, quibus vos officia ecclesiastica[c] inpenditis. Rogemus illos, ut tibi misericordiam apud deum impetrent.' His dictis supplices facti orabant eos intercessores fieri. Sancti vero sacerdotes sine mora surgentes perrexerunt ad thronum; et prostrati ante thronum misericordiam postulabant[d] praedicto fratri. Ille vero angelus cum eodem simul fratre illis intercedentibus de longe in parte stetit. Quibus ante thronum suppliciter pro misericordia postulantibus, vox de throno audita est in responsum eis data: 'Exempla aedificationis[e] aliis facere debuit, sed non fecit', nihilque eis amplius in responsis additum est. In illo ergo tam praeclaro ordine sacerdotum sanctos Dionisium, Martinum, Anianum Hilariumque cognovisse se asseruit.

XVII. Tunc iterum cohortante angelo simul perrexerunt, ubi beatorum martirum multitudo innumerabilis inaestimabili gloria praefulgebat. 'Isti sunt', ait, 'quos gloriosus certaminis triumphus ad tantam gloriam provexit, quos vos in ecclesia honore excolitis ad honorem et laudem dei, quos intercessores pro indulgentia peccatorum tuorum quaerere debemus.' Quos cum simili supplicatione humi prostratos cernerent, statim sine ulla dilatione ad thronum divinae maiestatis tendentes prostrati veniam pro indulgentia peccatorum eius[f] poposcerant. Quibus a throno vox ut ante emissa est dicens: 'Si eos, quos male docendo exemplo suae pravitatis inlexerat, et a via veritatis in viam erroris depravando eos deduxerat, correxerit et ad viam veritatis reduxerit, remissa sunt.' Illis autem interrogantibus, quomodo haec correctio ab eo fieri potuisset, ut ad remissionem postulatam pervenire potuisset, iterum vox de throno ad eos facta: 'Convocet', inquit, 'omnes, quos suo exemplo aut doctrina ad inlicita agenda inlaqueaverat, prosternat se ante eos et profiteatur se male egisse aut[g] docuisse, et postulet veniam ipsosque petat per deum omnipotentem et sanctos omnes, ut haec mala ulterius nec agant nec doceant', illis interim in parte de longe stantibus, sicut in priori sacerdotum intercessione. Inter quos sanctos Sebastianum et Valentinum agnovisse[h] se fatebatur.

XVIII. Inde ergo angelo praeducente[i] tendentes ad locum, in quo innumerabilis sanctarum virginum multitudo morabatur, incomparabili dignitate et splendore corusci luminis fulgens. 'Hae', inquit, 'sunt sanctae feminae, quibus vos famulatum ecclesiasticum[k] ad honorem nominis Christi[l] inpenditis. Has ad intercessionem apud deum pro longiturna[m] vita praemittere debemus.' His dictis, eodem modo[n] ut ante prostraverunt se ante eas. Illae statim sub omni festinatione ad thronum tendentes, pro longiturna[o] eius[p] vita postulantes; ipsi interim ut prius in parte stantes. Antequam vero solo ad preces prosternerentur, apparuit maiestas domini obviam et elevans eas dixit: 'Si bona doceat et[q] exempla bona agat et eos, quibus mala exempla praebuit, corrigat, erit petitio vestra.'

XIX. Post haec inde recedentes, coepit ei angelus exponere, in quantis vitiorum sordibus volutatur humanitas. 'Licet enim', inquit, 'in diversa criminum numerositate ab auctore suo recedat humanum genus diabolo se mancipando: in nullo tamen deus

---

[a] perrexit *P R ed.* [b] inestimabili *A* [c] eclesiastica *R* [d] postolabant *P*, *om. R*, postulabant misericordiam *A* [e] ędificionis *D* [f] eis *P* [g] et *A* [h] agnosse *D* [i] perducente *P ed.* [k] eclesiasticum *P R* [l] domini *A R* [m] longaturna *D* [n] eodem modo *om. P ed.* [o] longaturna *D* [p] ei *R*, et *A* [q] et *om. A*

magis offenditur, quam cum contra naturam peccatur. Et ideo multa vigilantia certandum est omnibus in locis, ne in[a] scelere sodomitico dei habitaculum vertatur in delubra daemonum. 'Non solum enim', inquit, 'hic morbus virulenta contagione inrepens inficit animas inter se concubitu masculorum pollutas, sed etiam in coniugatis multiplici peste concretus invenitur, dum in rabiem vexatione libidinis versi et instinctu daemonum agitati, naturae bonum a deo concessum in uxoribus propriis perdunt, ita ut toro immaculato[b] in stupri maculam verso ambo coniuges prostituti daemonibus fiant. Unde praecipio tibi ex auctoritate divina, ut haec publice praedices; etiam quantum discrimen in luxu concubinarum hereat, non celes. Quamdiu enim in illa obscenitate[c] polluuntur, regni caelorum aditum numquam[d] merentur.' Cui ait: 'Domine, haec proferre in medium non audeo, quia propter vilitatem meae personae ad hoc me aptum non aspitio[e], non sentio.' Cui angelus cum[f] magna indignatione respondit: 'Quod deus vult et per me tibi iubet, tu non audes proferre?' 824

XX. Post haec coepit eum ammonere modo diverso de emendatione sua. 'Ego sum', inquit angelus, 'ad custodiam tui deputatus, qui quondam Samson illi, quem liber Iudicum discribit[g], ab eius ortu a deo sum ordinatus et in omni conatu operum mirandorum deo favente cooperator[h] existens, usque dum carnis inlecebris emollitus, in Dalila dei offensam incurrens et consecrationem suam scorto vendens, a deo est derelictus. Tunc recessi ab eo. Tu ergo in pueritia tua mihi bene[i] placuisti, sed postquam adultus tuo iam arbitrio vivere coepisti, valde displicuisti, nunc vero in merore et penitudine cordis ad deum conversus iterum places'.

XXI. 'In coenobiis etenim monachorum ammonendum est, ut vitiorum radicibus arefactis, virtutum possint germina pululare, quia maioris numeri frequentia reperitur[k] eorum, qui mundanis necessitatibus, quam qui spiritu dei acti ad haec spiritalia castra se conferant. Animalis enim homo non percipit ea, quae sunt spiritus dei. Et ideo totis viribus est certandum[l], ne multitudine carnalium tepescat vita spiritalium, ne abundante[m] iniquitate refrigescat caritas multorum[1]. Caveatur avaritia[n], qua dominante ad paupertatem spiritus non descenditur, qua caelorum aditus reseratur[o]. Ciborum et potus ingluvies vertatur in vix sufficientem victus necessitatem. Aqua', inquit, 'valde ad potandum laudabilis[p] est, quia naturalis potus est. Nitor vestium mutetur in necessarium arcendae nuditatis et frigoris temperamentum. Superbiae tumor mutandus est in humilitatem non fictam. In quibusdam enim videtur cervicum inflexio, sed non deponitur in eis cordis erectio. In hoc enim maxime ipsa vita apostolici ordinis confunditur, quod virtutes vitiis fucantur[q]. Et dum culpa, quae sub specie[r] pietatis intravit, in usu retinetur, iam quasi pro lege recte vivendi defenditur. Ideoque in occiduis regionibus, Germaniae videlicet et Galliae, istius ordinis homines, ut ad veram Christi humilitatem et voluntariam paupertatem informentur, ammonendi sunt, ne a ianua vitae, deo per me haec tibi[s] terribiliter pronuntiante, repellantur.

XXII. Quanta etiam in congregationibus feminarum culpa excreverit et damnum deo factum in lucrum diaboli profecerit ordinatione confusa non tacuit. 'Cum enim', inquit[t] angelus, 'mortuae feminae vivis praeferuntur — quia vidua in deliciis vivens mortua est — mortuis operibus communicando ex vivis eis subiectae mortuae fiunt. Et dum saecularibus dantur[u] inexplebiliter opes terrenas sitientibus, in terrenas et perituras voluptates ordine confuso vertuntur opes, quae ad conservandam castimoniam caelestis vitae a fidelibus congestae sunt.

---

[a] in *om. P* [b] thoro inmaculato *A* [c] obscęnitate *A* [d] non *P* [e] non aspitio *om. APR ed.* [f] cum *om. RA* [g] describit *PR,* discripsit *D* [h] illi *add. P* [i] bene *om. P* [k] repperitur *PR* [l] certandum totis uiribus est *A* [m] habundante *PR* [n] auaria *D* [o] obseratur *P ed.* [p] utilis *PR. ed.* [q] suffocantur *PR* [r] specię *PR* [s] tibi *om. PR* [t] inquid *D* [u] damnantur *P*

1) *Matth.* 24, 12 Et quoniam abundavit iniquitas, refrigescet caritas multorum.

824 XXIII. 'Et ubi', inquit, 'illius vitae apostolicae formula incorrupta servatur'? 'In transmarinis', ait, 'regionibus adhuc apostolici rigoris[a] constantia viget, quia paupertate spiritus praeventi sine ullius terreni impedimenti[b] obstaculo caelorum regna capessunt'.

XXIV. His dictis iterum atque iterum de scelere sodomitico verbum intulit. Cetera enim vitia vitanda semel tantummodo notavit, hunc vero pestiferum animae morbum contra naturam commento diaboli suggestum, quinquies et eo amplius vitandum[c] repetivit.

XXV. Interrogante eo, cur pestilentia grassante tanta populi numerositas interiret: 'Inmensitate', ait, 'criminum mundo peccante peccatorum punitio est, et signum a domino est denuntiatum, praesagio suo demonstrans mundi terminum cito venturum.'

XXVI. Ammonuit etiam inter cetera, ut celebritas operis dei tota virtute et diligentia ordine inconfuso sine alicuius tedii aut neglegentiae subreptione in ecclesiis[d] ageretur.

XXVII. De Gerolto[e] etiam quondam comite dixit idem angelus, quod in requie esset gloriae martyrum adaequatus: 'Zelo', inquiens, 'dei in defensione sanctae ecclesiae infidelium turbis congressus temporalis vitae dispendia est passus, ideo aeternae vitae est particeps[f] factus'[1].

XXVIII. His igitur et aliis pene innumeris ab eodem angelo ostensis et auditis, quae huic scripto causa compendii exclusimus, idem frater iterum expergefactus est[g], alitibus iam viciniam[h] diei concrepantibus. Convocatis isdem fratribus, qui in eius excubiis pernoctaverant, visionis magnitudine permotus et intolerabili timoris anxietate iactatus, per ordinem exposuit secreta visionis suae, cupiens statim, ut veniente patre monasterii eo praesente exciperentur sermones eius. Cui cum dicerent, quod fratres meditatione nocturna occupati claustra silentii inrumpere non auderent, 'Vos', ait, 'interea liquenti cerae[i] haec inprimite, ut Aurora inlucescente paratiora reddantur. Timeo enim, ne lingua torpente visa et audita nequeant propalari, quia cum tanto mihi obligationis damno in publicum producenda iniuncta sunt, ut reatu[k] silentii huius sine venia feriri timeam, si meo silentio ita depereant, ut per me publicata non pateant. Namque illa ultima sanctarum virginum intercessio, quae pro longiturna vita ad deum facta fuerat, in ancipiti me positum dereliquit, utrumnam pro longitudine aeternae aut istius temporalis vitae prolata fuisset. Si ergo eadem intercessione, quam praefatus sum, istius temporalis vitae indutiae protelatae[l] mihi[m] non fuerint, omni scrupulositate postposita iuxta sponsionem angeli ductoris mei crastina sum migraturus.' His igitur sermonibus cohortati[n] omnia per ordinem ab eo excepta cerae[o] inpressa[p] sunt.

XXIX. Interea matutinalibus finitis ymnis visitandi gratia advenit pater monasterii[2] cum quibusdam fratribus. Cui cum iacenti adsisteret secretum petiit. Egressis ergo ceteris, abbas secum retentis fratribus[q][3] ibidem quintus remansit. Prolatis ergo in medium, quae nocturno silentio trepida velocitate tabulis impressa fuerant, verbo et scripto recapitulavit universa, et de lectulo surgens[r], humi prostratus, pro commissis veniam postulans et ut intercessores pro eo ad deum fierent exorans. Quem cum

[a] uigoris *PR* [b] inpedimenti *A* [c] *om. P* [d] eclesiis *PR* [e] Geroldo *Ashb.* [f] participes *A* [g] est *om. DPR* [h] uicina *P*, uicinia *R* [i] cęrae *D*, caerę *A* [k] reatus *codd.*, reatu *ed.* [l] protilatae *DA* [m] mihi *om. PR* [n] cohortanti *A* [o] caerę *A*, cęrę *D* [p] impressa *DPR* [q] quatuor fratribus *ed.* [r] consurgens *PR*

1) *A.* 799 *Kal. Septembr.; cf. Herimanni Aug. Chron.* 799 (*SS. V*, 101) Geroldus quoque ... signifer et consiliarius pius et religiosus contra Hunos pugnans occubuit Augiaeque, quam multis auxerat donis et praediis, sepultus est. 2) *Erlebaldus abbas.* 3) *Heitone, Theganmaro, Tattone atque Adalgiso fortasse.*

cernerent nec pallore deformem, nec macie tabescentem, nec dolore membrorum queritantem, nec tactu venae aut ullius letalis[a] signi lesione praeventum, verbis consolatoriis ad spem praesentis vitae tota fiducia animabant. Quibus eadem responsa quae supra retulit, in nullo se dubium crastina migraturum. 824

XXX. Totam ergo diem illam et noctem subsequentem et spatium totius diei succedentis usque ad vesperam[b] in hoc consumpserat, metum vocationis suae exponendo, gemitu et suspiriis laborando, nunc singulis quibusque se commendando, brevibus ad diversos destinatis pro absolutione peccatorum intercessores quaerendo.

XXXI. Ad extremum crepusculo vespertino subsequentis diei in noctem iam verso, fratribus convocatis, vitae praesentis metas in se decursas esse pronuntiavit et ideo psalmodiae[c] eos insistere omnimodis postulavit. Antiphonas omnes[d] et psalmorum[e] initia quasi praecentor ordiens pro se fecit decantare[f]. His ergo finitis paululum respiravit, fratribus ad sua strata redeuntibus huc illucque deambulando[g] aestuans. Imminente[h] velocitate transitus sui decidit in lectulum, sumpto[i] viatico ultimam huius instabilis vitae clausit horam[k 1].

I.

[DE VITA ET FINE MAMMAE MONACHI.]

PRAEFATIO STRABI VEL STRABONIS INCIPIT.

Legistis, meminit vestra sagacitas,
Antiquos propriis carminibus viros
Horum subsidiis credere saepius,
Quorum facta stilo dona vel explicant.
5 Ut paucis valeas caetera discere:
Martem bella canens[2] orat et Herculem,
Nymphas ruricolae Panaque praeferunt,
Extra haec sunt varia, vana sed omnia.
At nobis dominus ore vocandus[3] est,
10 Laudandusque pio corde vel actibus,
Cuius pandit opus, quisquis honoribus
Sanctorum celebrat nomina congruis.
Anshelme, invigila, care, precatibus,
Wulfing, ne sileas poscere iudicem,
15 Importunus ei, Lantwine, clamita[4],
Quem qui plus petiit, plus meruit boni.
Hos iam versiculos, quos volo subdere,
Pro me continuis promite solibus,
Donec perficiam quod modo poscitis,
20 Perfectis etiam sensibus arduum.
At multis egomet sordibus obsitus,
Sanctorum precibus, quos colo carmine,

---

a laetalis *A* b uesperum *D* c spalmodie *D* d omnes omnes *A* e spalmorum *D* f decantari *P*, cantare *Ash.* g deambu *D* h inminente *A* i sumptoque *PR* k Explicit visio Wettini *add.* *PR*
[I] Incipit praefatio strabi vel strabonis *G* 3 sepiis *CP* 12 cęlebrat *P* 13 Anselme *CP* 14 Vúlsing *C*, Uulfing *P* 15 inportunus *C* 16 petit *P*

1) *Necrol. Augiense* II Non. Nov. Wetti. 2) *Aen. IV,* 14 quae bella .. canebat. 3) *Met. VIII,* 521 vocat ore. 4) 2 *Tim.* 4, 2 insta opportune, importune.

Donari veniam credo fideliter
Magnis et nimiis quas veho cladibus.

ORATIO EIUSDEM.

O rerum sator omnium tremende,
Qui mirabiliter genus creasti
Humanum, recreans idem potenter,
Dum poenas crucis innocens luisti [1],
5 Audi me miserum [2] malis gravatum,
In quo nil nisi repperis ruinam:
Tu solus vitiis potes mederi,
Te solum medicum requiro, sana.
Indignus quoque te rogare quicquam
10 Nil possum meritis meis mereri.
In quo deficiunt opes precandi,
Mammae subveniat tui precatus.
Cuius facta libet metro referre [3]
Ad laudem tibi gloriamque, factor,
15 A quo sanctus habet beatitatem,
Et peccator habet reversionem.
Iam nunc ordiar, o beate Mammes,
Assis obsecro spiritusque sancti
Munus concilies meo labori,
20 Trino ut digna deo [4] loquar, sed et te.

INCIPIUNT CAPITULA SUBSEQUENTIS OPERIS.

I. Patria et pueritia viri sancti.
II. Qualiter tempore persecutionis solitudinem duodecennis[a] cum pecoribus petierit et quid ibi fecerit.
III. Quomodo in campum a domino vocatus virgam et euangelium reppererit[b].
IV. Quemadmodum ex praecepto domum in monte construxerit et a silvicolis sit gregibus honoratus.
V. Ut agrestia cum mitibus mulgens et caseos pauperibus tribuens apud praesidem sit delatus.
VI. Qua missos praesidis humanitate susceperit.
VII. Qualiter ipsos concursu agrestium territos de se sit consolatus, in quo de nominis eius diversitate.
VIII. Quomodo admonente dei spiritu leonem, qui se sequeretur, vocaverit.
IX. Quemadmodum Caesaream veniens praesidi innotuerit.
X. Quibus responsis praesidi minis confessionem magicarum artium quaerenti obviaverit.
XI. Quibus itidem blanditias praesidis obviationibus confutaverit.

---

24 Habet uersus XXIIII *addit P*
|| eiustem *C* 6 reperis *C*
|| *capitula om. P, numeros capitulorum om. C* [a] duodennis *C* [b] repperit *C*

1) *Met. VIII,* 689 meritasque luet . . poenas. 2) *Ib. I,* 508 Me miserum. 3) *Trist. II,* 322 patriae facta referre. 4) *Fast. I,* 112 dignaque membra deo.

XII. Ut suspensus equuleo[a] verbera se non sensisse confessus sit.
XIII. Qualiter acrius tortus caelesti allocutione sit[b] confortatus.
XIV. Quomodo praeses caminum instrui praeceperit sanctumque carceri manciparit.
XV. Quemadmodum ingressus carcerem paverit ibi reclusos.
XVI. Ut vincti[c] effugerint praesesque cum Mammete pro immolando sermonem habuerit.
XVII. Qualiter in camino deo gratias[d] retulerit, se ab igne laedi non posse.
XVIII. Quomodo praeses incendium renovarit[e] intactumque audiens ipsum arcessiverit.
XIX. Quemadmodum educto praeses et magica neganti feras promiserit.
XX. Qualiter ursa vel pardus non poenas ei sed honorem intulerint[f].
XXI. Quomodo capto ad interficiendum eum leone, ille quem prius vocaverat veniens, vocem sit imitatus humanam.
XXII. Qua severitate ianuis clausis Iudaeos gentilesque prostraverit.
XXIII. Quemadmodum sanctus Mammes leonem mirae superaverit crudelitatis.
XXIV. Qualiter a populo lapidatus inlaesus permanserit.
XXV. Quomodo voce vocatus superna pro inimicis deprecatus in pace quieverit.
XXVI. Quod caeteros sanctos non solum vita sed et virtutibus aequiperaverit[g].

FINIUNT CAPITULA[h].

VERSUS STRABI VEL STRABONIS DE VITA ET FINE MAMMAE MONACHI.

I. Urbem Cappadoces habitant[1], quos ille refertur
Progenuisse Mosoch[2], veniens de semine Iafeth,
Quos Asiae versus occasum rura minoris
Armeniaeque latus per fines tangit[3] Eoos,
5 Campus Amazonidum Septen — de parte — trionis[4],
Nubifer opponit calidum iuga Taurus ad austrum[5].
Quam virtute potens construxit Perseus olim,
Post Romana suis rebus laetata potestas,
Caesaream vocitare dedit. Peregrinus et hospes[6]
10 Corporis ac mundi felix hanc incola Mammes
Incoluit partim, caelum nam mente petebat[7],
Utque fides sobolis multo pretiosior esset,
Perfectam tenuere fidem pietate parentes
Et natum docuere sui servare timendo
15 Lucida iussa dei; non segnior ille repertus,
Moribus aetatem, sensu tener extulit annos.
Carne puer, sed corde senex, qui deinde parentum
Post mortem custos vitae cautissimus almae,
Observans mandata dei dedit ocius artae

---

a eculeo *C* b sit allocutione *C* c uicti *C* d gratias deo *C* e renouauerit *corr.* uarit *G* f Qualiter — intulerint *om. C* g aequiparauerit *G* h *om. C*
[I] 2 mosoc *C*, mosoc *corr.* och *P* 4 Armaenięque *P* 12 preciosor *P* 19 artem *P*

1) *Aen. III,* 106 Centum urbes habitant. 2) *Isid. Etym. IX,* 2, 30 Mosoch, ex quo Cappadoces, *cf.* 26. 3) *Fast. VI,* 274 Et tangat ... latus. 4) *Aen. I,* 490 Amazonidum .. agmina; *Georg. III,* 381 Septem subiecta trioni. 5) *Met. II,* 226 nubifer Appenninus; *VII,* 532 calidi .. austri. 6) *Venanti C. III,* 21, 3 peregrinus et hospes. 7) *Amor. III,* 8, 50 caelum .. petis.

20 Exemplum normamque viae. Latitare nequibat
Urbs in monte sedens, modio neque tecta lucernae [1]
Flamma perit [2], sed lumen agens in domate cunctis
Cunctorum in sese purum convertit amorem.

II. Et iam bis senos puerilis flosculus annos
Attigerat [3], cum saeva mali lex Aureliani
Ecclesiae mactaret oves [4], vastaret ovile,
Lictoresque pium sequerentur ubique tyranno
5 Praecipiente genus, variis ut corpora poenis
Afficiant [5], variis nolentum solvere divis
Liba precesque patrum; mox ergo ut vidit in ipsa
Caesarea puer ista geri fanisque profanis [6]
Seductos servire choros, non passus inerti
10 Tantum animo tolerare nefas, quascumque parentum
Cura paravit opes [7] sprevit montemque petivit [8]
Mentem carne sequens, mansit quae semper in alto
Contemplata deum, regumque aequabat opimas
Delicias in lacte gregis; has denique solum
15 Ad montem perduxit opes, pascebat ovillum
Ipse pecus, victumque sibi quaerebat ab illo.
Saepius insistens precibus librisque legendis
Otia longa trahens [9] vitam sine crimine duxit [10].
Quod montem petiit, monitis consensit Iesu,
20 Excidii qui signa canens, hoc addit agendum [11]:
Tunc qui plana colunt, ad summa cacumina [12] tendant,
Maturentque fugam [13]; mores imitatus avitos
Pavit oves [14] simplex magni sectator Iacob,
Alter Abel patriarcharum sanctissima proles [15].

III. Haec inter domini campum petat ore monetur
Et pergens: 'Quo, Christe, vocas, quo te sequar?' [16] inquit.
Fulgida continuo per caeli virga serenum [17]
Voxque simul cecidit [18]: 'Tibi mittitur, accipe Mammes,
5 Et quodcumque tibi suadet mens [19] sancta petendum,
Hac dabitur.' Faciem tum laetus ad aethera tollens [20]

---

20 uitę *C* ‖ [II] 1 flosculos *corr.* lus *G* 3 eclesię *P* 4 tiranno *corr.* ty *G* 7 indit *corr.* uidit *G* 8 titulisque profanis *P* 15 opes *om. P* 18 ocia *P* 19 peciit *P* ‖ [III] 1 campum *om. P* 6 haec *P*

1) *Matth.* 5, 14 Non potest civitas abscondi supra montem posita, 15 neque accendunt lucernam et ponunt eam sub modio; *Sedul. C. P. III,* 275 non absconditur umquam | Urbs in monte sedens, modio nec subditur ardens | Lychnus. 2) *Rem.* 446 flamma perit. 3) *Sedul. C. Pasch. II,* 134 Ast ubi bis senos aetatis contigit annos; *Iuvenci H. euang. I,* 281 Et iam bis senos aevi comprenderat annos. 4) *Fast. IV,* 652 mactat oves. 5) *Met. VI,* 384 victum | Affecit poena. 6) *Sedul. C. Pasch. I,* 31 quid fana profanis | Proderit. 7) *Aen. I,* 646 stat cura parentis; *Fast. V,* 282 quisque parabat opes. 8) *Aen. II,* 804 montes .. petivi. 9) *Venanti V. S. Martini III,* 2 Otia lenta trahens. 10) *Aen. IV,* 340 ducere vitam. 11) *Matth.* 24, 16 Tunc qui in Iudaea sunt, fugiant ad montes. 12) *Aen. VI,* 678 summa cacumina linquunt; *Met. II,* 792 summa cacumina carpit. 13) *Aen. I,* 137 Maturate fugam. 14) *Ex Ponto I,* 8, 52 pascere .. oves. 15) *Aen. VI,* 322 deum certissima proles. 16) *Aen. V,* 22 sequamur | Quoque vocat. 17) *Ib. V,* 851 caeli . . sereni. 18) *Ib. IX,* 112 vox horrenda per auras | Excidit. 19) *Met. VII,* 20 Mens aliud suadet. 20) *Ib. III,* 404 manus . . . ad aethera tollens.

Fert grates domino; mox virga ut contigit occas
Campi, euangelium miro datur ordine sanctum.
Quod postquam sumpsit, supplex et legit apertum,
10 'Credo sciens virga pastorem, codice magnum
Doctorem institui', dominum veneranter adorans [1]
Et 'Quis', ait, 'dictis, ostende, monebitur istis?
Donasti iam velle loqui, da credere verbis [2]
Corda aliena meis'; dixit vocemque loquentis
15 Audiit [3]: 'Accelera, Mammes, montemque revisens
Mox parvam compinge domum [4], dabo deinde iubendo
Haec sacra dicta [5], quibus doctor capienda ministres.'

IV. Ille pii praecepta patris veneranda secutus [6]
Montem conscendit, praecisisque undique sollers
Arboribus [7], struit antra magis quam daedala celsis
Tecta [8] tholis, simul aedificans altare tonanti,
5 Postque laboris onus, sancto sudore fluentes
Artus composuit [9] sessum librumque revolvit.
Dumque sacros versus depromeret ore [10] beato,
Silvestres venere greges, animalia iussu
Acta dei, fixoque genu [11] patienter adorant.
10 Quo recitante tacent et acutis auribus asstant [12].
Post verbum cum lustra mares silvestria cuncti
Expeterent, quasi carnalem doctoris ad usum
Femineos liquere choros [13], quîs lacte tumebant
Ubera [14] tota novo, domitis sine lite cohaerent,
15 Quae sancti sotiavit honor: si dicere dignum est [15],
Sic edocta suo servit Macedonia Paulo,
Dat carnale bonum, per quem caelestia sumpsit.
Miremur virtutis opus [16], doleamus iniqua
Brutaque corda hominum, verbum faciente magistro
20 Intentae stupuere ferae [17]; at ratione vigentes
Auditum strepitu sensum sermone retundunt.
Dat fera mercedem, nos impia probra docenti,
Hinc fera non meritum, sed habet mens dura reatum.

V. Vir domini agnoscens ideo remanere libenter,
Ut grege cum proprio foetas mulgeret agrestes,
Accedens niveo sinum de fonte replevit.
Caseus efficitur paulatim lacte coacto [18]

---

7 ferte *P* 8 ruris ęuangelium *P* 10 *om.* *C* 16 conpinge *C* || [IV] 2 solers *G* 3 dedela *P* 13 Faemineos *CP* 15 sic *C* 16 ędocta *P* 20 stipuere *C* 23 set *P* || [V] 1 cognoscens *P*

1) *Venanti V. S. Martini III,* 314 veneranter adorans. 2) *Met. XIII,* 263 credite verbis. 3) *Ov. Ep. VII,* 95 Audieram vocem. 4) *Trist. II,* 110 Parva .. domus. 5) *Aen. V,* 852 Talia dicta dabat. 6) *Georg. IV,* 448 deum praecepta secuti. 7) *Met. IX,* 230 Arboribus caesis. 8) *Georg. IV,* 179 daedala fingere tecta. 9) *Ib.* 438 componere membra; *Met. IX,* 57 sudore fluentia multo | Bracchia. 10) *Iuvenci H. euang. IV,* 349 Christus item sancto depromit pectore vocem. 11) *Met. IV,* 340 flexumque genu. 12) *Aen I,* 152 silent arrectisque auribus adstant. 13) *Fast. III,* 764 Femineos .. concitat ille choros. 14) *Eccl. IV,* 21 lacte .. distenta .. | Ubera. 15) *Georg. III,* 391 si credere dignum est. 16) *Aen. X,* 469 Hoc virtutis opus. 17) *Amor. III,* 9, 22 obstipuisse feras. 18) *Met. XIII,* 796 lacte coacto.

5 Pinguis et[1] inmissis ditescit fiscina formis[2].
Cernit abundantes lactis de munere fructus,
Et rogat, ut dominus quicquid velit inde futurum
Ostendat; tum sancta virum mox iussio portas
Caesareae properare iubet, tandemque repertis
10 Pauperibus, viduis, orbatis luce parentum,
Quod dominus tribuit, largis contradere palmis
Non secus ac iussum est, prompto perfecit amore.
Saepius haec passim cives miranda videntes,[3]
Invidiae pulsante malo conspectibus assunt
15 Fortis Alexandri, qui dudum praeses ab illo
Missus erat, nonam qui movit in orbe procellam[4]
Christicolis, cuius sanctum lex horrida Mammem
Propulit in montem. 'Clemens o praeses, obaudi',
Accusator ait, 'quendam de stirpe magorum
20 Vidimus inlicitis leges mutare ferarum
Carminibus, sollers ortas compesce querellas.'

VI. His commota[5] super furibundi praesidis ira,
Ire duos equites, sanctumque adducere iussit[6].
Obvius his Mammes montis scandentibus alta[7],
'Quo properatis?'[8] ait. 'Mammetem quaerimus', aiunt.
5 'Si nosti, monstrato viam, qua[9] mansitet ipse,
Vel qua pascat oves'[10]. 'Non huius nominis', inquit,
'Hic cognosco virum, nec huius mansio nota est.'
Non trepidans hoc dixit enim, sed verba monentis
Implevit domini, sanctos qui iussit apertas
10 Declinare minas. Ut servet iussa, peregit
In solo sermone fugam, nam caetera fortis
Temptamenta tulit, pro Christo ponere malens
Quam servare animam[11], verbisque sequentibus ipsum
Non timuisse docet. 'Mammes cur quaeritur', inquit
15 'Declarate mihi et vobis monstrabo videndum.'
'Proditione', aiunt, 'pulsantur praesidis aures,
Audit et hunc puerum magicis confidere rebus[12]
Et domitare feras[13] et agrestibus imperitare.'
Ille dei dono monitus respondit: 'Eamus
20 Gustemusque prius, tum iussa facessere[14] tempus':
Adductisque domum convivia larga paravit[15],
Panis, aquae niveique apponens munera lactis[16].
Non tantum proprios precibus dilexerat hostes,

---

21 querelas *G* || [VI] 13 ipsum *ad marg.* sē *G* 15 michi *P* 17 confidere sacris *P* 24 solercia *P*

1) *Ecl. I,* 35 Pinguis et ... caseus. 2) *Cf. Georg. I,* 266. 3) *Aen I,* 494 miranda videntur. 4) *Cf. Oros. Adv. pag. VII c.* 23. 5) *Aen. I,* 360 His commota. 6) *Ib. VII,* 153 Centum oratores ... | Ire iubet. 7) *Trist. I,* 1, 69 in alta .. | Scandere. 8) *Fast. VI,* 563 Quo properas? *Met. V,* 600. 9) *Met. III,* 602 monstroque viam, quae .. 10) *Fast. I,* 204 Pascebatque .. oves. 11) *Georg. IV,* 238 animasque .. ponunt; *Met. XIII,* 76 Servavique animam; *Fast. I,* 383 animam cum ponat in aris. 12) *Aen. I,* 452 adflictis melius confidere rebus. 13) *Georg. I,* 285 domitare boves. 14) *Aen. IV,* 295 iussa facessunt. 15) *Ib. I,* 638 parant convivia. 16) *Ecl. II,* 20 nivei quam lactis.

Verum quod sancti monuit sollertia Pauli[1],
25 Esuriemve sitimve pati non pertulit ipsos.
Hinc videas mentem prunas tetigisse calentes,
Dum velut affines Mammem venerantur amici,
Et redeunt sanctae testes virtutis opimi.

VII. Ergo illis pariter prandentibus intrat agrestis
Turba catervatim, legeret dum dogmata sanctus
Verbi euangelici; turbantur nescia visu
Corda virum, supplex alius complectitur aram[2],
5 Ille sacris genibus Mammae timefactus inhaeret,
Attoniti terrore novo[3] summamque salutis
Iam dubio sub corde tenent[4], cernensque timentes
'Ne timeatis', ait, 'Mammetem cernitis, ecce
Quaeritis hunc: ipsum vos invenisse sciatis,
10 Confortate animos, nihil hic nisi mite videtis.'[5]
(At mihi restat adhuc dubitatio nominis huius:
Nam Mammas Mammae et Mammes Mammetis habetur,
Et Mammes Mammis scriptum liquere priores[6].
Sit quodcumque tamen caelestis scriptio servat,
15 Quodcumque exprimimus sanctum signamus eundem.)
His actis timuere viri[7] sanctumque precantur:
'Si vis, sponte veni, si non, permitte reverti.'
'Pergite', ait, 'nil vestra timor iam pectora turbet[8],
Nam quocumque dei me spiritus egerit, ibo.'
20 Continuo redeunt gaudentes atque timentes.
Quam facile omnipotens hominum mutare repente
Corda potest laudemque suis concedere sanctis,
Non modo ut hos homines timeant, sed cuncta creata.

VIII. Spiritus egregium docuit sublimia Mammem,
'Surge', aiens, 'iam iamque voca de monte leonem[9],
Qui multum virtutis habens et corpore praestans[10]
Iudaeos gentesque voret cum stirpe maligna.'
5 Laetus ad aetherium Mammas suspexit Olympum[11]:
'O deus alme patrum, mundi pie conditor', inquit,
'Iam miserere, tuumque, pater, ne desere servum[12],
Respice, Mammetis quid corda fidesque volutent[13],
Passurumque tuo pro nomine multa tuere.'
10 Dixit, cum veniens heremi de parte rugitus

---

27 amicum *C* 28 opini *ad marg. corr.* opimi *C* || [VII] 2 docmata *corr.* dogmata *C* 3 legis euangelicę *P* 10 nichil *P* 11 michi *P* 14 scripcio *P* 16 Hic *P* || [VIII] 5 olimpum *C*

1) *Rom.* 12, 20 Sed si esurierit inimicus tuus, ciba illum; si sitit, potum da illi, hoc enim faciens carbones ignis congeres super caput eius. 2) *Georg. IV*, 470 Nesciaque .. corda; *Met. IX*, 772 aram complexa; *Ex Ponto I*, 2, 149 amplectitur aras. 3) *Met. I*, 202 Attonitum tanto ... terrore. 4) *Fast. IV*, 160 corde tenet. 5) *Trist. III*, 1, 9 nihil hic nisi triste videbis. 6) *Aen. III*, 213 liquere priores. 7) *Art. Am. I*, 119 timuere viros. 8) *Aen. II*, 200 inprovida pectora turbat. 9) *Aen. IV*, 159 descendere monte leonem. 10) *Ib. IV*, 3 Multa viri virtus; *I*, 71, *VII*, 783 praestanti corpore. 11) *Luc. Phars. VI*, 477 suspexit Olympus. 12) *Aen. X*, 600 fratrem ne desere, frater. 13) *Ib. IV*, 533 ita corde volutat.

Dat leo terribiles, horrendus colla iubasque [1].
Cui Mammes: 'Quo Christus', ait, 'vocat [2], impiger ibo;
Tu quoque divino venias ad scammata iussu,
Dumque cavo fuerint spectacula in amphitheatro [3],
15 Impia turba suum moriens te sentiat hostem [4],
Ac velut hoc dicens, miles vexilla sequeris.
Sternere disce ducis strictis mucronibus [5] hostes.'

IX. Caesaream post ista puer venerandus [6] adivit,
Repperit et portas iuxta residere patentes [7],
Quos dudum praeses capiendum misit ad ipsum:
Qui sancto veniente stupent humilique salutant
5 Alloquio: 'Salvum temet gaudemus adesse',
Amplexique pedes [8] verbis venerantur amicis [9].
Surgentes ad celsa viri praetoria currunt
Dicentes: 'O praeses, adest, quem quaeris ut hostem,
Non magus, ut stulti confinxit opinio vulgi,
10 Nec reus illorum, quae garrula fama serebat [10],
Sed servus milesque dei sine crimine summi.'
Iudex haec contra [11]: 'Pretio cognoscitur iste
Corrupisse meos, sererent ut falsa volentes.'
'Nos', aiunt, 'non falsa tibi, sed visa locuti [12]
15 Haud cupimus pretio verum mutare saporem.
Vidimus ad vocem Christum de more vocantis
Silvicolas asstare greges quasi mitia quaedam,
Orantemque satis humili circumdare gestu.
Nescimus hunc esse magum; si credere nobis [13]
20 Duxeris indignum, praesto est, nam venerat ultro.
Iudiciis inquire tuis, nos vera locutos' [14].
His simul auditis multi de parte piorum
Ad Mammem venere, sacri consortia verbi
Quaerentes, animos per gaudia sancta refecti.

X. Interea praeses Mammem iubet ante tribunal [15]
Constitui et verbis adductum pulsat amaris [16]:
'Tu Mammes, quem fama magum serit, ille vocaris?'
Servus ait Christi: 'Mammes vocor, incola montis.' [17]
5 'Dic', inquit, 'magica compescere qualiter arte [18]
Et domitare feras [19], debes nam pandere, possis.'
'Servio', ait sanctus, 'Christo, qui cuncta gubernat,

---

14 amphiteatro *P* || [IX] 10 ferebat *P* 12. 15 precio *P* 16 uocem *ad marg.* eius *G* 17 adstare *corr.* asstare *C*

1) *Aen. IX,* 306 Dat .. pellem horrentisque leonis | Exuvias; *XI,* 497 iubae per colla. 2) *Ib. IX,* 94 quo fata vocas? 3) *Prudent. Contra Symm. I,* 385 Amphitheatralis spectacula .. pompae. 4) *Met. III,* 629 Impia turba; *XIII,* 504 sensimus hostem. 5) *Aen. XII,* 663, *II,* 449 strictis mucronibus. 6) *Aen. IX,* 276 venerande puer. 7) *Ib.* 693 portas praebere patentes. 8) *Ov. Ep. XV,* 270 Amplectique ... pedes. 9) *Aen. II,* 372 verbis compellat amicis. 10) *Met. XII,* 197 ita fama ferebat. 11) *Aen. I,* 76 Aeolus haec contra. 12) *Ov. Ep. XIV,* 45 Non ego falsa loquar. 13) *Aen. VI,* 173 si credere dignum est. 14) *Fast. V,* 465 vos modo vera locuti. 15) *Iuvenci H. euang. IV,* 591 Interea celsum dominus stans ante tribunal. 16) *Trist. III,* 11, 31 dictis .. amaris. 17) *Met. I,* 512 incola montis. 18) *Amor. III,* 7, 35 magicas .. per artes. 19) *Cf. p.* 280 *VI,* 18.

Cuius ad imperium substantia flectitur orbis.
Illum terra timet, caelum, mare, spiritus omnis.
10 Haec scio et haec fateor, novi nam caetera numquam.'
Dixit Alexander: 'Magicas si pandere fraudes [1]
Dissimulando fugis, tormentis fortibus actus
Nudabis quae tecta tenes [2]: dic ergo quod opto.'
'Non', inquit, 'didici mysteria foeda magorum,
15 Invoco sed Christum, cuius venerabile nomen [3]
Omnia sancta facit; carnem tibi cedo terendam,
Quam cruciare potes, liber sed spiritus iste
In domini virtute manet, quem cuncta tremescunt.'
Praeses ait: 'Magicis poenas contempnere sacris [4]
20 Te video, ne crede tamen [5] me flectere posse
Nequitiae commenta tuae vel carmine ludi' [6].
Dixit, et econtra sanctus fert talia Mammes:
'Odit quippe deus vitamque genusque magorum,
Et magus esse nequit, domini qui flagrat amore [7].
25 Non tua scito, miser, timeo tormenta minasve,
Salvatoris habens scutum, qui sidera servat [8],
Qui me teque suo iudex sub iure retentat,
Quem colo, quem solum per legem doctus adoro.'
Praeses ait: 'Diversa studes opponere veris.
30 Hactenus artifici licuit lusisse loquella,
Iam montana mihi citius secreta patescant.'
'Et quid', ait, 'tibimet, iudex scelerose, fatebor?'

XI. Hinc aliam temptare viam dementia coepit [9]
Iudicis. 'Invicti iura per Caesaris' [10] inquit,
'Fortunam nomenque deum, nihil esse nefandae
Artis apud Mammem et citius securus abibis.'
5 'Per nomen confirmo dei patris omnia' Mammes
Laetus ait [11] 'natique simul cum numine flatus,
Ast hominum figmenta sequi saevisque redemptam
Daemonibus damnare animam nullo ordine possum.'
Praesidis ira videns sibi fortia tela remitti [12],
10 Increpat et dictis [13] ardens pro talibus intus,
'Nomen', ait, 'contempne dei iamque ipsa negato
Iura tui, nostrisque ferens libamina divis,
Aureliana iubet cunctis quod sanctio comple.'
Vir domini solita fretus virtute tonantis:
15 'Quod didici sectabor', ait, 'qui cuncta gubernat,

---

8 ymperium *P* 14 misteria *P* 16 cędo *P* 18 A domini *P* tremiscunt *G* 19 contemnere *G* 26 sydera *P* 31 michi *P* ‖ [xi] 3 numenque *coni. Canis.* nichil *P* 8 dampnare *C*

1) ***Met. III,*** **534** Et magicae fraudes. 2) *Aen. II,* 757 tectum omne tenebant. 3) ***Art. Am. III,*** **407** erat venerabile nomen; *Trist. I,* 8, 15 sanctum ac venerabile nomen. 4) ***Ecl. VIII,*** **66** magicis sanos avertere sacris. 5) *Ib. II,* 17 nimium ne crede. 6) *Georg. IV,* **565 Carmina qui** lusi. 7) ***Amor. I,*** **13, 33** Cephali quondam flagrasset amore. 8) *Aen. VI,* **338 dum sidera servat.** 9) ***Aen. VIII,*** **113** Ignotas temptare vias; *Ecl. II,* 69, *Georg. IV,* 488 dementia cepit. 10) ***Trist. V,*** **1, 41** invicti . . . Caesaris ira. 11) *Aen. VII,* 259 Tandem laetus ait. 12) *Art. Am. II,* **397 telumque** remittit. 13) *Aen. VI,* 387 adgreditur dictis atque increpat ultro.

Huic libare volo, quem solum semper adoro;
Daemones ille colat, dominum qui nescit Olympi.'
'Vane puer, nimium' praeses 'seduceris' inquit
'Et doleo, nam pulchra tibi nunc suppetit aetas,
20 Et primos teneris ostentat floribus annos [1],
Nec poteris poenas penitus perferre paratas,
Fervet enim crudo virtus in pectore magna,
Fervida sed languet bellis audacia coeptis.
Flectere, frange fidem, facilis fuga, forte furoris
25 Supplicium nostri; dominumque deumque [2] negando
Offer sacra diis [3] incensa potentibus, hoc est
Quod iubet Augustus, quo facto liber abibis,
Fultus amicitia'. Reddit cui talia Mammes [4]:
'Iam cessa sperare, miser, mea vota reflecti,
30 Et pro te potius tandem doluisse memento,
Atque annos deflere tuos, me desine flere,
Cui dominus protector adest.' 'Volo protinus', inquit
Praeses, 'ut ipse neges, quem dicis iure colendum.'
'Non nego', sanctus ait, 'dominum, tormenta parari
35 Cuncta iube [5], tolerabo libens pro nomine Christi'.

XII. Inflammat magnis vehemens fervoribus ira
Pectus Alexandri miserum [6], iubet altius ergo
Sanctum suspendi tormentisque acribus amens
Pulsat utrumque latus, dum carpitur unguibus uncis [7].
5 Nullam dat Mammes vocem [8] de more dolentum.
'Nondum' praeses ait 'sensisti, saxee, plagas?
Dure, nec humanos iuvenili in corpore sensus [9]
Error habere sinit'? Mammes ad sidera laetus
Intuitum vertens 'Grates persolvimus' [10] inquit
10 'Terrarum caelique deo, quia non magis ipse
Intus adhuc sensi, mentis securus in arce,
Crudeles quam te poenae [11] tetigere sedentem.'
O pia sanctorum miris patientia vincens
Aspera cuncta modis; caelestia mente petentes
15 Contempnunt carnem memori vel cernere visu.
Sic perdunt vitam [12], vita sine fine reperta.
Est leve momentoque volans, fugit ocius omne [13]
Quod tolerant, acuit spes muneris, ardor amoris,
Inmensumque suis caelestis gloria pondus
20 Mercedis tribuit. Quid pronum in proelia semper

---

17 Dęmonas *C P* 19 pulcra *corr.* chra *C* 23 set *P* audatia *corr.* cia *G* 28 amicitiam *corr.* tia *C* 30 pocius *P* || [XII] 6 prese *P* 8 sydera *P* 13 pacientia *P* 15 Contemnunt *C* 19 Immensumque *G*

1) ***Ep. IV,*** 25 a teneris . . annis; ***Fast. III,*** 254 de tenero . . flore. 2) ***Sedul. C. Pasch. II,*** 216 dominumque deumque. 3) ***Georg. I,*** 339 Sacra refer Cereri. 4) ***Aen. X,*** 530 Aeneas contra cui talia reddit. 5) *Aen. VII,* 468 et iubet arma parari. 6) ***Ep. XII,*** 170, ***Trist. I,*** 5, 6 in misero pectore. 7) ***Ex Ponto I,*** 3, 58 terret utrumque latus; ***Met. XIII,*** 613 et aduncis unguibus. 8) ***Aen. XI,*** 534 voces | Ore dabat. 9) ***Aen. V,*** 475 iuvenali in corpore vires. 10) ***Ib. I,*** 600 grates persolvere. 11) ***Met. II,*** 612 poenae crudelis. 12) ***Trist. V,*** 10, 51 perdere vitam. 13) ***Aen. XII,*** 733 fugit ocior Euro; ***Met. I,*** 502 fugit ocior aura.

Tyronem miraris? habet sua praemia [1] victor,
Pro regno pugnat, regnans post bella quiescit.

XIII. Praeses ut invictum sensit per vulnera Mammem [2]
Obnixis durare animis, nec velle reflecti
Ad mundi ridentis opem, 'Iam funditus' inquit
Interiora viri manibus pulsentur obuncis [3],
5 Ut tandem cesset magicis confidere vanis,
Et saltim nolens vestigia nostra sequatur' [4].
Mammes sidereo figens sua lumina caelo [5]
Spe meliore metum poenarum liber abegit,
Credo tenens quod Christus ait [6], non esse timendos
10 Corpora qui perimunt communi obnoxia morti [7],
Victuras sine fine animas quia perdere nullis
Suppliciis possunt. Ergo dum talia Mammes
Perpetitur, tractu caeli [8] vox missa cucurrit:
'Nunc opus, o Mammes, animis, nunc pectore forti [9]
15 Confortare, prope est victoria, plena corona:
Utere duritia, miles invicte, virili.'
Hanc vocem quidam sanctis e fratribus almo
Auditu excipiunt et pleno pectore gaudent.
Ast alios qui nulla sacri solamina dicti
20 Percepere, metus pariter maerorque premebant.

XIV. Postquam illa iudex animatum voce furentes
Carnificum tolerare manus et spernere Mammem
Vidit, ab incepto mutatus iussit ab alto
Deponi totaque strui virtute caminum,
5 Ut quem non flexit ferus unguibus igne perurat:
Demens, qui magnam regnare in pectore flammam
Sanctorum ignorans, ignes adhibere caducos
Non timuit, cum restingui non ignis [10] ab igne,
Sed magis augeri soleat, nec fortibus undis
10 Sanctorum flammas superari posse beatas,
Testis adest scriptura [11], sacro quae praedicat ore [12],
Quod multis non possit aquis pius ardor amoris
Extingui. Tormenta parat dum talia miles,
Praeses ab interno pulsatus iudice, iussis
15 Obvia iussa ferens [13] Mammem iubet inde beatum
Carceris extremi gremio tenebrisque ligari [14],

---

21 miroris *corr.* meroris *C* || [XIII] 4 pulsantur *C* 7 sydereo *P* 16 duricia *P* 17 han *P* ex *P* || [XIV] 3 incoepto *C* 7 adibere *P* 11 quem *C* 15 Mammam *P*

1) *Aen. I,* 461 sua praemia laudi. 2) *Aen. IX,* 401 per volnera mortem. 3) *Met. VI,* 516 pedibus . . obuncis. 4) *Met. IV,* 515; *IX,* 640 sequitur vestigia fratris; *Aen. II,* 753. 5) *Met. X,* 140 Sidereum . . . caelum; *XIII,* 456 figentem lumina vultu. 6) *Matth.* 10, 28 Et nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere. 7) *Met. XIV,* 600 quaecumque obnoxia morti. 8) *Aen. III,* 138 caeli tractu. 9) *Ib. VI,* 261 Nunc animis opus, Aenea, nunc pectore firmo; *IV,* 11 forti pectore. 10) *Aen. II,* 686 restinguere fontibus ignes. 11) *Venanti C. XI,* 6, 5 Testis adest Christus; *Cant.* 8, 7 Aquae multae non potuerunt extinguere caritatem. 12) *Art. Am. II,* 510. *Fast. VI,* 386 sacro . . ore docet. 13) *Aen. IX,* 804 iussa ferentem. 14) *Iuvenci H. euang. III,* 48 Carceris immersit tenebris vinclisque gravavit.

Ipse magis tenebris caeca et caligine[1] pressus,
Qui domino ductore carens petit exteriores,
Quis fletus stridorque[2] manent sine luce tenebras.
20 At sanctis mundus carcer, quo solvier orat
Se psalmista[3], domum paradisi laetus ut intret.

XV. Sanctus in angusti deductus carceris antrum,
Repperit inclusos vario pro crimine dura
Sorte[4] quater denos; mox primo in limine[5] fixis
Ad dominum genibus[6] fundebat talia Mammes:
5 'Omnipotens, inmense deus, quem denique nostri
Dilexere patres, quia tu miseratus amasti,
Exaudi quas fundo preces[7], nec linquere memet
Auxiliis qui vivo tuis dignare, creator.'
Protinus inclusi percepto nomine Mammis
10 Ad plantas volvere sacras[8] sua corpora passim.
A quibus ut Mammes quid vellent voce reposcit,
Audiit esuriem languentum cuncta per ossa
Iam rabiem traxisse suam, nutare subactis
Viribus incessum linguaeque retundier usum[9].
15 Haec inter patulam penetrare columba fenestram[10]
Visa ferens mellis, nivei quoque munera lactis[11].
Vox simul increpuit: 'Tibi mittitur, accipe Mammes,
Dulcius hoc donum pretiosis sumito cunctis.'
Accipiens Mammes manibus sacra dona supinis[12]
20 Mandit et adiunctam satiat benedictio turbam.
Ut panes quos forte puer portaverat unus,
Quinque dedit dominus quondam per milia quinque[13],
Sic quod portat avis Mammae sub honore beati,
Hanc turbam satiare valet, haec munera sanctum
25 Trina decent, qui felle carens dulcedine vitae[14]
Caelestis iucundus erat, cui trina potestas,
Vita, fides, virtus, dilectio, spes, via, palma.

XVI. Iam mediae cum noctis iter labentia caelo
Sidera signarent[15], subito sublata serarum
Claustra viam tribuunt cunctis, quos carcer habebat,
Iamque fugam celerant[16] miseri solumque relinquunt[17]

---

19 Qui *C* 21 paradysi *G* || [xv] 5 immense *G* 18 preciosis *P* 24 saciare *P* 26 iocundus *P* || [xvi] 2 Sydera *P* subitis *P*

1) ***Aen. III,*** 203 caeca caligine. 2) ***Matth.*** 8, 12 (22, 13) in tenebras exteriores, ibi erit fletus et stridor dentium. 3) ***Psalm.*** 141, 8 Educ de custodia animam meam. 4) ***Fast. II,*** 429 dura cum sorte. 5) ***Aen. II,*** 469 primoque in limine. 6) ***Cf. p.*** 279 ***IV,*** 9. 7) ***Aen. VI,*** 55 funditque preces. 8) ***Sedul. C. Pasch. IV,*** 70 Nec tergere sacras .. plantas. 9) ***Met. V,*** 562 linguae deperderet usum. 10) ***Ib. XIV,*** 752 patulis . . . fenestris. 11) ***Cf. p.*** 280 ***VI,*** 22. 12) ***Aen. III,*** 176 supinas | .. manus. 13) ***Sedul. C. Pasch. III,*** 212 modo panibus amplum | Quinque dedit victum per millia quinque virorum. 14) ***Venanti Carm. IV,*** 6, 11 Felle carens . . . dulcedine pastus. 15) ***Fast. VI,*** 384 mediae tempora noctis; ***Aen. III,*** 515 Sidera cuncta notat tacito labentia caelo. 16) ***Aen. I,*** 357, ***III,*** 666, ***IX,*** 378 celerare fugam. 17) ***Ib. IV,*** 466 relinqui | Sola sibi.

5 Convivam sub nocte suum. Timor indicat ergo,
Hos tolerasse reos, illum sub crimine nullo[1],
Sed tantum virtute animi per proelia regem
Velle sequi proprium palmamque subire quietis.
Praeses ut explosas audivit carceris umbras[2],
10 Effugisse reos solumque residere Mammem,
Custodi iubet accito sibi sistere sanctum,
Adductumque affatur ita: 'Haec datur optio[3], Mammes,
Sola tibi, veniam cunctorum praesto malorum,
Si tantum puro dominus sermone negetur,
15 Quem verbo vitaque deum colis, asseris, oras.'
Sanctus ait: 'Prolata semel sententia stabit'[4].
Praeses ait: 'Libare diis tibi, vane, necesse est.'
Mammes: 'Cesset', ait, 'Christum colo, iussio vana.'
Iudex: 'Vincet', ait, 'fervens tua dicta caminus.'
20 'Heia age[5], quaeque placet tandem tormenta parato',
Mammes laetus ait; iudex cui talia reddit[6]:
'Artibus ut semper magicis[7] contempnis et ignes,
Sacrifica, fer dona diis, da munera templis[8].'
'Dic', inquit Mammes, 'censes quibus esse litandum.'
25 Ira licet dare verba vetet, tamen haec quoque praeses:
'Alcides votis magnusque colatur Apollo,
Proles sancta Iovis[9].' Tum Mammes protinus infit:
'Conveniunt tua dicta tuis erroribus ergo,
Perditio, quod Apollo sonat[10], vastare colentum,
30 Non salvare animas, saevo solet igne tenendas.'
His simul auditis irato pectore iudex
Triste Dionisio Satanae Zosimoque ministris
Mandat opus[11] sanctumque iubet cruciare camini
Ignibus, ut totas confundat flamma favillas.

XVII. Cumque dei miles perductus ad ora camini
Cerneret officium poenas sudare parando,
Visibus aetherium totis suspexit Olympum[12],
Haec sacra dicta pio supplex de pectore fundens[13]:
5 'O patrum nosterque timor, tua iussa tenendo
Te propter patior furibundi iudicis iras,
Exaudi quas fundo preces[14], patientia nostram
Dirigat alma viam, virtus simul ignis hebescat,
Integer et Mammes vincat tormenta tyranni,

---

20 Heia H *deleto G* 22 contemnis *G* 24 cesses *corr.* censes *G* 25 uertet r *deleto C* 29 colendum *C, corr.* tum *G* 30 saluere *corr.* are *C* || [XVII] 2 offitium penas *P* 8 haebescat *C*

1) *Iuvenci H. euang. I,* 262 nullo sub crimine culpae. 2) *Ib.* 410 carceris umbris. 3) *Prudent. Peristeph. II,* 217 Si forte detur optio. 4) *Met. I,* 243 sic stat sententia. 5) *Aen. IV,* 569 Heia age. 6) *Cf. p.* 284 *v.* 28, *p.* 283 *XI,* 6. 7) *Cf. p.* 282 *X,* 5. 8) *Aen. IX,* 626 ad tua templa feram sollemnia dona; *Met. IX,* 791 Date munera templis. 9) *Ib. V,* 414 magnum Alciden; *IX,* 654 magnus Apollo; *VIII,* 301 vera Iovis proles. 10) *Fulgentii Mythologic. I c.* 11 ἀπόλλων enim Graece perdens dicitur, quod fervore suo omnem succum virentium decoquendo perdat herbarum. 11) *Ov. Ep. XIV,* 50 mandatum ... opus. 12) *Cf. p.* 281 *VIII,* 5. 13) *Aen. VII,* 292 haec effundit pectore dicta. 14) *Cf. p.* 286 *XV,* 7.

10 Lucis ut ignari capiant manifesta patenter
Virtutis documenta tuae, te vincere solum
Posseque cuncta sciant.' Sancto tum nomine Christi
Munitus signoque crucis per singula facto,
Haud trepidat flammae medios intrare per aestus [1].
15 Protinus ingresso cessit vis tota caloris,
Ignis et extinctis coepit rarescere prunis.
Conspecta novitate pio fert talia Mammes
Ore [2]: 'Pater rerum, tibi reddimus, optime, grates,
Nos quia non aliter dignatus visere salvas,
20 Quam quondam pueros Babylonia sacra fideli
Pectore tempnentes medio fornacis honorem
Concelebrare tuum, salvatos rore dedisti,
Mammes namque tuus non sentit in ignibus ignes [3].

XVIII. Tertia praeterea dum caelum Aurora teneret [4],
Solis et impigri conscenderet ardua currus [5],
Ne qua sepulturae cineris superesse vel ossum
Igne minuta queant, reparato multa furore
5 Ligna iubet praeses consumptis addere flammis.
Arida terrificis crepitant incendia tectis
Murmure de magno, fumus volat ater ad auras [6].
Nec mora [7] pulchra cito dimissa columba natatu
De caelo venit, flammas secrevit et omne
10 Ignis onus camerae curvari more peregit.
Nec longum restincta rogi violentia cessit.
At post quinque dies iudex, si corporis ullae
Scire volens tanto restarent igne favillae,
Fornacem reserare iubet, tum plurima turba [8]
15 Militibus permixta volat, mirabile dictu [9],
Auribus appositis intus sensere loquentem
Psallentemque deo laudes gratesque [10] ferentem.
Forsitan haec sanctis Mammes permiscuit odis:
'Fecisti nos, magne deus, transire per ignes
20 Fluminaque et reddis post omnia dura quietem.'
Attoniti properata premunt vestigia retro [11],
Iudicis haec rabido portantes dicta furori [12]:
'Hic homo non magus est, praeses, crede, optime, nobis,
Sed potius virtute dei, non carmine vincens
25 Saevitiae tormenta tuae, quem sedulus orat
Sub Christo salvante valet.' Sed praeses, ut audit,
Non ignes tetigisse virum 'Nunc arbitror' inquit,

12 tunc *C* 20 babilonia *CP* 21 temnentes *G* || [XVIII] 4 fauore *G* 10 perẹgit *P*

1) *Georg. IV*, 401 medios .. accenderit aestus. 2) *Met. VII,* 172, *Fast. III,* 326 pio .. ore. 3) *Met. VII,* 115 nec ignes | Sentit; *XI,* 225. 4) *Fast. II,* 267 Tertia .. Aurora. 5) *Aen. VIII,* 97 Sol medium caeli conscenderat. 6) *Aen. I,* 55 magno cum murmure; *XII,* 591 Volvitur ater odor tectis; tum murmure caeco | ... vacuas it fumus ad auras; 596 ignes ad tecta volare; *IX,* 239 aterque ad sidera fumus | Erigitur. 7) *Georg. III,* 110 Nec mora. 8) *Aen. VI,* 667 plurima turba. 9) *Georg. II,* 30, 554, *Aen. I,* 439 mirabile dictu. 10) *Iuvenci Hist. euang. I,* 117 laudes gratesque. 11) *Aen. VI,* 197, 331 vestigia pressit; *IX,* 392 vestigia retro .. legit. 12) *Riese Anthol.* 683, 7 rabidi .. furores.

'Nos magicos superare dolos, miles tamen ibis
Adducesque virum: non me vivente recedet
30 Sanus et incolumis, poenis vincetur amaris.'

XIX. Miles ut ingentis reseraverat ora camini,
Angelicos asstare choros et cingere Mammem
Suaviter in media vidit fornace sedentem,
Virtutemque humili trinam prece rite vocantem,
5 Laudibus intentum domini, sancto agmine septum.
Christicolae pariter testes virtutis habendi
Hoc etiam speculantur opus. 'Procede, vocat te'
Miles ait, 'Mamma, praeses, te cernere quaerit'.
Quo iussam carpente viam [1] petiere supernas
10 Fulgida continuo sanctorum milia sedes [2].
Quis dubitabit enim cives pro cive beatos
Advenisse suo solatia sancta ferentes [3]?
Hunc ad certa suae properantem praemia palmae
Non linquunt, sed stare monent occultius ipsum,
15 Victorem sancti ducant ut ad ardua cives.
Praeses ut asstantem saeva ad praetoria Mammem
Conspicit, his mentem pulsat sermonibus almam:
'Quid magicae tantum artis opus [4] per singula posse
Cernitur? Ut flammae vires hac fraude perirent [5]?
20 Sic ignes, sic nostra tibi tormenta videntur
Contempnenda? feras nuper quibus artibus, edic,
Legibus a propriis aliena ad fata vocasses [6].
Idem haec error agit, fraudesque videntur eaedem,
Te tantus fragilem quicquam ne laederet ignis.
25 Has artes dic sponte tua [7], tum liber abibis.'
'Nomen' ait 'Christi', Mammes, 'mihi talia magnae
Virtutis documenta dedit [8] neque vana docebat
Ulla superstitio [9]; pavi silvestria iussu
Quae venere dei memetque secuta tonantem
30 Vocibus in propriis mecum laudare solebant.
Haec Mammem fecisse scias.' 'Iam plurima cesset
Verborum iactura velim, veracia tandem'
Praeses ait, 'proferre stude. Si fidere vanis
Indubitanter habes, habeo quoque vincere poenis
35 Conatus, decepte, tuos; iam detege demens,
Qua ratione feras, qua tantum viceris ignem.'
'Non', inquit, 'magicas didici vel profero fraudes [10],
Sed natum coluisse dei, de nomine cuius
Nomen habens vitam tali pro rege paciscar' [11].

30 incolomis *C* || [XIX] 1 reserauit claustra *P* 2 adstare *P* 7 uocate *C* 11 dubitauit *C* 14 set *P* 15 ad *om. G, superscr. C* 16 adstantem *P* 21 Contempnenda p *deleto G* 26 michi *P* 30 laudere *corr.* dare *C*

1) *Met. XI*, 139, *Aen. VI*, 629 carpe viam. 2) *Trist. III*, 1, 20 petam sedes. 3) *Met. V*, 73, 191 Magna feres ... solatia. 4) *Fast. I*, 268, *VI*, 662 artis opus. 5) *Fast. II*, 227 Fraude perit virtus. 6) *Aen. IV*, 678 Eadem me ad fata vocasses. 7) *Ecl. IV*, 45 sponte sua. 8) *Sedul. C. P. III*, 2 Virtutis documenta dedit. 9) *Aen. XII*, 817 Una superstitio. 10) *Cf. p.* 283 *X*, 11. 11) *Fast. III*, 412 de pueri nomine nomen habet; *Aen. V*, 230 vitamque volunt pro laude pacisci.

40 Praesidis ira 'Feras', inquit, 'promitto paratas,
Humano gaudere solent quae sanguine [1] semper.
His dulcem te ferre volo velociter escam.'
'Non terremur', ait Mammes, 'inmitte, feremus.'

XX. Haec ubi dicta [2], vocat iudex de more ministros,
Venandi quos cura ligat, 'Perniciter' aiens
'Ite, parate feras, quas nostis habere cruentos
Atrocesque animos, perimant ne corpora tantum,
5 De praeda sed habere cibos videantur amatos.'
Qui dum deinde cavo consideret amphitheatro [3],
Adducunt Mammam, dimittitur ursa, novellae
Saevitiae mentita minas. Quae carcere postquam
Processit caveae caelique nitore potita est,
10 Mammam laeta quidem praedaeque petebat amore [4],
Saevitiae memor antiquae, tamen inscia rerum [5],
Iam metas emensa viae stupet ora beati
Conspectumque viri. Nam quod temeraria venit
Excusat prostrata solo, veneranter adorans [6]
15 Bestia, quem tantis hominum dementia damnat.
Post pardum laxare iubet [7], fera concita Mammem
Obsequium latura petit, collumque beati
Martyris amplectens, ulnis praemollibus ambit,
Sudoremque sacri detergit corporis, ergo
20 Servitio devota fovet, quem sternere iussa est.
Possumus hinc etiam meritum perpendere [8] sancti.
Nam dum primus homo, domino plasmante creatus,
Staret imago dei, peccati et criminis expers,
Illa potestatis gaudens insignia primae
25 Percepit donante deo, quo cuncta creata
Orbis in obsequio solus subiecta teneret.
Postquam colla animo subrexit dura [9] superbo
Deseruitque deum, domini non servus haberi
Sed magis ipse volens dominatum indignus adire,
30 Hinc conlata prius coepit fugitare potestas.
Cunctorum qui nuper erat sublimis honore,
A cunctis patitur iam factus apostata poenas.
Hanc sancti pestem primi fugere parentis
Atque humili virtute animi, medicamine Christi
35 Suscepto, primi meruere insignia iuris.

XXI. Ut Mammem nullo violari vulnere [10] iudex
Conspicit, 'Ite, viri, totis conatibus' inquit,

---

42 ęscam *C* 43 immitte *G*, age mit ferremus *P* || [xx] 5 set *P* 7 dimititur *P* 8. 11 Saeuicię *P* 15 dampnat *C* 18 Martiris *P* 21 hic *P* 23 ymago *P* 25 qua *P* 29 Set *P* 30 cepit *P*

1) *Met. IX*, 194 humano sanguine; *XIV*, 168; *I*, 235 sanguine gaudet. 2) *Aen. I*, 81, *V*, 32, 315 Haec ubi dicta. 3) *Cf. p.* 282 *VIII*, 14. 4) *Met. XIII*, 554 praedaeque assuetus amore. 5) *Fast. II*, 789 parat inscia rerum. 6) *Venant. V. S. Martini III*, 314 Sternitur ante pedes sancti veneranter adorans. 7) *Aen. III*, 267 iubet laxare. 8) *Iuvenci H. euang. Prol.* 18 meritumque rependet. 9) *Ov. Ep. XII*, 39 dura .. | .. colla. 10) *Aen. XII*, 797 violari volnere divum; *cf. XI*, 277, 591, 848.

'Lustrentur montes [1], silvis sint retia totis,
Vallibus insidiae, cunctas peragrate latebras,
5 Egregium donec sistatis in urbe leonem,
Qui vires animis acuat, qui viribus iras [2],
Qui primo Mammis commisceat ossa furore,
Et ne praeceptis angustia temporis obsit,
En vobis spatium bis denum cedo dierum.'
10 Mox iussis famulantur, eunt, mirique repertum
Roboris alta citi ducunt ad tecta [3] leonem.
Praeses adesse feram dictis ut pluribus audit
Inclusam caveis, ornent, iubet, amphitheatrum.
Tertia deinde dies certo dum tempore surgit [4],
15 Procedit monstrumque iubet dimittere sancto.
Dum timefacta manus dissolvere vincula tardat,
Nam leo saevus erat, descendit montibus altis [5],
Cui martyr pridem dederat praecepta [6] vocato;
Urbem adiens, nullum laesit sub moenibus urbis [7];
20 Per patulas festiva fores spectacula, luctum,
Non risum, laturus adit, mox ora beati
Intuitus Mammae, vocem, mirabile dictu [8],
Induit humanam, primumque his vocibus usus [9]:
'Salve, cultor', ait, 'summi venerande tonantis,
25 O natura hominis sancto spiramine plena [10],
Plena simul meritis vitae, tibi denique iussu
Cogimur angelico, naturae munera contra
Humanos proferre sonos; servitur honori,
O pastor dilecte, tuo: nam quod minus ipsa
30 Dat natura, fides itidem tua magna meretur:
Tu pastor, tibi nos aequum servire libenter.'
Miremur virtutis opus [11], doleamus iniqua
Facta hominum, laudat brutus benefacta magistri
Concesso sermone leo, meritisque fatetur
35 Hunc sancti venisse viri, doctoris amore
Non turbas, non arma timet [12], servire paratus
Exitium tolerare cupit; nos omnia contra
Ultro doctorum miseri benefacta silemus.
Fingere falsa libet, serimus vel facta libenter.
40 Scire quidem volumus, sed plus iuvisse laborem
Quam doctoris opem, probris lacerare magistros

---

7 ora *G* 9 spacium *P* cędo *C* 10 famulantur cuncti *P* 13 Inclusum *P* **hornent** *P* amfitheatrum *P* 14 Tercia *P* 18 martir *P* 19 lesit sub menibus *P* 33 brutus *om. P* 37 Exicium *P* 41 magistris *P*

1) *Aen. VIII*, 231 Lustrat .. montem. 2) *Ib. IX*, 611 vires animi; 464 acuunt rumoribus iras; *XII*, 590 acuunt stridoribus iras. 3) *Ib. IV*, 343 Priami tecta alta. 4) *Aen. III*, 588 Postera iamque dies .. surgebat 5) *Ecl. I*, 84, *Aen. X*, 707 de montibus altis; *Aen. IV*, 159 descendere monte leonem; *IX*, 792 saevum .. leonem. 6) *Trist. II*, 461 dat .. praecepta. 7) *Georg. IV*, 193, *Aen. XII*, 116 sub moenibus urbis. 8) *Aen. I*, 439, *II*, 174 mirabile dictu. 9) *Aen. I*, 64 his vocibus usa est. 10) *Sedul. Carm. Pasch. II*, 176 sacro spiramine plenum. 11) *Aen. X*, 469 Hoc virtutis opus. 12) *Ex Ponto I*, 2, 84 nec ... arma timet.

Iam pauci metuunt, multi non frangere partas,
Sed struere insidias[1] polluto pectore gaudent.
Hos canibus porcisque pares sententia Christi[2]
45 Sancta vocans verbi iubet hos fraudare nitella.

XXII. Postquam verba leo volitantia fine peregit,
Ostia cuncta loci clauduntur caelitus arta
Obice[3], ne facilis miseros fuga demere posset,
Quin omnes unum paterentur saevius hostem.
5 Protinus horribili prosternere cuncta furore
Ingreditur, tinguitque hominum rabida ora cruore[4],
Dentibus hos laniat, saevis secat unguibus[5] illos,
Impulit hos currens casuque peremit amaro.
Illos morte timor subita prosternit[6] inertes.
10 Casibus et variis[7] pariter gentilibus instat,
Iudaeosque premit; prostratis omnibus ergo
Solus ab exitio praeses paucique ministri
Mammetis iussu dilata morte feruntur
Immunes, optata viro ne passio desit.
15 Ipse parat vitam tormenta parantibus, ipse
Palmam morte petit. Iudex, ut crimina nondum
Finem habeant, vivit. Numerum quis scire cadentum
Milia vel valeat, passim cum frusta per omnes
Sunt dispersa gradus? longe cervice revulsum
20 Rore caput[8] rubeo commixta strage natabat.
Abscisas aliena manus ad corpora iungi
Cernere erat[9], truncos gemino sine poplite ferri,
Cunctaque membra loco vel caesa carere priori,
Saucia[10] vel remanere suo, tantusque repente
25 Sanguis ad indicium facti terroris ab oris
Caedis iit plenis, ut flumen abire putares
Litoribus, veluti summis cum montibus[11] ingens
Grando cadit mixtisque simul tonat imbribus aether[12].
Tum collecta imas descendunt flumina valles[13],
30 Saxa trahunt silvasque ferunt, totaque vagantur[14]
Planitie agrorum, gemitus dat rusticus imo
Pectore[15]: non aliter caesorum membra feruntur

---

42 Aut pauci *P* parcas *P* 45 uerbi *om. G* nitela *G in rasura* || [XXII] 2 claduntur *P* 7 laniat *superscr. manu iun.* lacerat *G* 9 subito *P* 15 parentibus *P* 22 geminos *P* 23 menbra *C* 25 inditium *corr.* cium *G* 26 fulmen *P* 28 ymbribus *G* 31 Planitiae *corr.* tie *G*, Planicie *P* 32 Pectora *corr.* re *G* menbra *C*

1) ***Met.*** ***I,*** 198 Struxerit insidias. 2) ***Matth.*** 7, 6 Nolite dare sanctum canibus neque mittatis margaritas vestras ante porcos. 3) ***Aen*** ***X,*** 377 claudit nos obice pontus. 4) ***Aen. VI,*** 102 rabida ora; ***Met. XIV,*** 237 impia tinxit | Ora curore suo. 5) ***Georg. III,*** 514 laniabant dentibus artus; ***Ov. Ep. V,*** 72 secui .. ungue. 6) ***Aen. XI,*** 796 Sterneret ut subita .. morte. 7) ***Aen. I,*** 204. ***X,*** 352 Per varios sternit casus. 8) ***Georg. IV,*** 523 caput a cervice revulsum; ***Aen. XII,*** 339 spargit .. rores | Sanguineos mixtaque. 9) ***Aen. VI,*** 596, ***VIII,*** 676 Cernere erat. 10) ***Met. II,*** 652 per saucia membra. 11) ***Aen. II,*** 626, ***X,*** 766 summis .. montibus. 12) ***Fast. II,*** 494 decidit imber aquis, | Hinc tonat .. ignibus aether. 13) ***Ecl. V,*** 84 decurrunt flumina valles; ***Aen. VII,*** 801 per imas | .. valles. 14) ***Aen. II,*** 307 Praecipitesque trahit silvas; ***IV,*** 68 totaque vagatur. 15) ***Aen. I,*** 485 gemitum dat pectore ab imo.

Sanguine rapta suo. Plebis spectacula talem
Finem habuere malae. Mammes vocat inde leonem
35 Et mandat propriis celerem se condere lustris.

XXIII. Praesidis ira tamen, tali nec vulnere plebis
Tacta capit requiem, verum ne evadere possit,
Induratur adhuc, Mammemque furore vocatum
Alloquitur prisco: 'Mammes, libamina divis
5 Aut devota dabis, poena aut moriere[1] cruenta.'
Respondet martyr: 'Miror te daemoniorum
Participem temptare dei post talia servum.
Nam dominum cognosco meum, qui linquere memet
Numquam, credo, volet, vos contra vindice flamma[2],
10 Quos facit impietas dominum scelerosa negare,
Quique deos colitis[3], ligni lapidisve metallo
Quos manus artificum[4] vano compegit honore,
Damnabit stringetque reos sententia mortis.'
Praeses ut irato percepit talia sensu:
15 'Noris', ait, 'nostro retineri iure leonem,
Saevior ille tuas discindet, frivole, carnes,
Si mea iussa animo ducas tempnenda superbo.
Ne dubita, vinceris enim'. Tum talia Mammes:
'Quae facienda putas, tandem fecisse licebit,
20 Si modo quod memoras celeri compleveris actu.'
Continuo stadium praeses petit et iubet illum,
Qui mirae virtutis erat, laxare leonem,
Quem dudum spatio iussit quaesisse dierum
Viginti, captumque sibi iam credidit esse
25 Vincendi auspicium. Mammes fera iussa vomentem
Increpat et dictis miserum mordacibus urget:
'Impie, vane, miser, maledicte, insane, profane,
Iussa patris Satanae sequeris[5], quae mente maligna
Sunt facienda tibi, temet vincemus et illum.'
30 His dictis magno mittunt clamore[6] leonem.
Protinus adveniens sanctum fera ut alta tuentem
Dicentemque deo laudes meditamine forti
Perspexit, pedibus supplex prostrata beatas
Lambebat plantas[7], veniam pro crimine poscens.
35 Ut scriptura refert[8], contra praecepta tonantis
Consilium, ratio, sapientia, nulla voluntas
Praevaluisse potest, frustra tormenta paravit
Praeses, ubi Mammem domini pia dextera texit.

XXIV. Ista videns populus fremitu vultuque minaci

---

34 male *P* 35 scelere *P* || [XXIII] 5 At *P* 6 martir *P* 11 lapidesue metallis *P* 17 temnenda *G*, temnendas *P* 23 spacio *P* 25 auspitium *C* 28 quem *corr.* quę *G*, quem *CP*

1) *Aen. II*, 524 Aut moriere simul. 2) *Met. I*, 230 vindice flamma. 3) *Ex Ponto I*, 9, 36 colis ipse deos. 4) *Aen. I*, 455 Artificumque manus. 5) *Aen. IV*, 537 Teucrum | Iussa sequar. 5) *Georg. III*, 375, *IV*, 439, *Aen. VI*, 175 magno . . clamore. 7) *Cf. Met. XI*, 12; *Sedul. Carm. Pasch. III*, 228 sacras lambebant marmora plantas; *IV*, 70. 8) *Prov.* 21, 30 Non est sapientia, non est prudentia, non est consilium contra dominum.

Murmura longa cient[1], celsa tum voce virum vir[2]
Hortatur, poenas inimico a sanguine sumant[3],
E medioque magum saevo cruciamine tollant.
5 Continuo ad lapides animo fervente legendos
Oppositas rupere moras[4], fit grando sine imbre,
Saxa volant[5] sanctumque ruunt super aggere facto[6].
Gaudentes abeunt sese vicisse putantes,
Sed potius victos rerum docet exitus ipsos.
10 Nil nocuere quidem tanto sub turbine[7] Mammem,
Se vero aeternis damnarunt crimine poenis.
Post modicum Mammes, ut facta silentia circum[8]
Sensit, ab aggesto surgens inlaesus acervo,
Discedit, laudes domino gratesque frequentans[9].

XXV. Pergenti sudum dimissa per aera[10] venit
Vox aiens: 'Ascende, virum sanctissime Mammes,
Ianua te caeli paradisi et claustra patenti
Excipiunt gremio[11], gaudet te Christus adire,
5 Quamque tibi portat tandem meruisse coronam.
Iam propera, sanctus quem flatus ubique gubernat,
Angelicos cernes misso certamine[12] cives.'
Hic dominum laudans orat mox talia Mammes:
'Haec illis dimitte, precor, nec reddere iudex
10 Quae fecere mihi, districto examine quaeras.
Talia qui mandas, exaudi talia clemens
Atque animam permitte meam cum pace reverti
Ad requiem quandoque suam post proelia mundi.'
Dixit et aetheriam conscendit spiritus aulam
15 Liber[13] in aeterno semper mansurus honore,
At somnus sanctae conclusit lumina carnis.
Semina quae lacrimis Mammes infusa serebat,
Messuit hic fructu gaudens; qui flebat eundo,
Fert veniens plenos laetus mercede maniplos[14].

XXVI. Iam quia Mammetis vitam finemque beati
Deformi sermone licet, tamen ordine quodam
Clausimus, ad laudis cumulum libet addere quaedam,
Dona quibus domini, servi quoque facta fidelis
5 Narrentur mercesque humili sit plena poetae
Munere de proprio sacrae superaddere laudis.

[XXIV] 2 Sibila longa cient cessa tum *P* 5 legendus *P* 6 ymbre *G* 11 eterno *P* ‖ [XXV] 10 Quę fere *P* 13 prelia *C* 16 Ad *P* 19 manipulos *P*

1) *Georg. I,* 109 per levia murmur | Saxa ciet. 2) *Aen. XI,* 632 legitque virum vir. 3) *Ib.* 720 poenasque inimico ex sanguine sumit. 4) *Georg. III,* 43, *Aen. IV,* 569 rumpe moras. 5) *Ib. I,* 150 saxa volant. 6) *Met. XV,* 592 aggeribus factis. 7) *Iuvenci H. euang. IV,* 542 tanto sub turbine. 8) *Aen. XI,* 241 Tum facta silentia linguis. 9) *Iuvenci Hist. euang. I,* 117 laudes gratesque frequentent. 10) *Aen. VIII,* 529 Per sudum. 11) *Ib. I,* 685 te gremio accipiet; *cf. Met. XV,* 583. 12) *Aen. V,* 286 misso certamine. 13) *Iuvenci H. euang. II,* 196 aetheriam liber conscendet in aulam. 14) *Psalm.* 125,5 Qui seminant in lacrimis, in exultatione metent. 6 Euntes ibant et flebant, mittentes semina sua. Venientes autem venient cum exultatione portantes manipulos suos; *cf. Sedul. C. P. I,* 349–352.

Quem non sanctorum Mammes pietate fideque,
Moribus et signis, necnon certamine forti
Aequiperat? sanctos cuius tibi vita priores
10 Sancta repraesentat, cunctorum facta resignans.
Simplicitas primi semper pastoris in illo,
Longaevi pia vita[1] Enoch, perfectio Noe,
Loth sacra sedulitas, Abraham credula virtus,
Isaac cautela patris, benedictio Iacob,
15 Consilium Ioseph, sancti sapientia Moysi,
Gratia tum Samuhel, patientia fertilis Iob,
Pax Idida magni, dilectio mutua David,
Ardor apostolicus fervorque propheticus aeque,
Quotque suum tenuere locum[2]; miracula vero
20 Tam manifesta dedit, quam sunt duo lumina[3] mundi.
Ex quibus ad tanti laudem famamque patroni
Quaedam pauca libet veterum componere gestis[4],
Ut liquido agnoscas cunctorum dote piorum
Hunc nituisse virum. Prior in deserta vocatus
25 Est populus legemque deo donante receptans
Pellibus et tabulis tentoria sacra paravit:
Sic Mammes deserta petens[5] dum construit aedem,
Donum euangelici meruit venerabile[6] libri.
Huic instar Salomonis amet quodcumque petendum,
30 Caelitus annuitur. Mammem sacra dicta legentem
Attonitae stupuere[7] ferae, mirabile dantes
Doctori obsequium, Samsoni ex ore leonis
Ut dulcedo data est[8]; propriis in moenibus hostes
Helisei sectator alit; quod agrestia parent,
35 Tam tritum est sanctis, ut non sit ferre necesse,
Nec mirum, quod stulta magum sententia dixit,
Belzebub dominum si gens Iudaea vocavit.
Cumque tribus pueris mundi simul idola tempnens
Clauditur ignicremis flamma fervente caminis[9].
40 Verbera cum Paulo tolerat[10], sectatur utrosque
In poenis, itidem vincens sectatur utrosque.
Unguibus hic fossus, serris est tortus Esaias.
Heliam corvi, Mammem pavere columbae[11].
Ut Ionas coeto vivus sorbente repertus[12],
45 Sic Mammem servare ferae, non laedere possunt.
Opprobrium Helisei geminis deletur ab ursis[13],

---

9 tibi *ad marg.* legenti *G* 11 Simplitas *P* 16 samuel *C* 19 Quodque *C, ad marg.* req. quotque *G* 22 uerum *ad marg.* pro uerorum *G* 28 Munus euangelici *P* 33 menibus *P* 34 Helysei *G* aliquod agrestia *C* 35 Iam *C* 37 figens *P* 38 temnens *G* 43 Helyam *G* 46 Obprobrium helysei *G*

1) *Fast. VI,* 590 pia vita. 2) *Aen. V,* 258 qui deinde locum tenuit. 3) *Georg. I,* 5 clarissima mundi | Lumina. 4) *Georg. IV,* 176 parva licet conponere magnis. 5) *Ecl. VI,* 80 deserta petiverit. 6) *Aen. VI,* 408 venerabile donum. 7) *Georg. II,* 508 Hic stupet attonitus; *cf. p.* 279 *v.* 20. 8) *Iud.* 14, 8. 9) *Sedul. C. Pasch. I,* 189 restincta est flamma camini. 10) 2 *Cor.* 11, 25. 11) 3 *Reg.* 17, 6; *Sedul. C. Pasch. I,* 154 Heliam corvi quondam pavere ministri. 12) *Ion.* 2, 1; *Sedul. C. Pasch. I,* 176 Ionas ... ceto sorbente voratus 13) 4 *Reg.* 2, 24.

Et leo Mammetis stravit saevissimus hostes.
Ut bruti dominus linguam reseravit aselli,
Ne populi exitium vates tractaret iniquus.
50 Humana sic voce[1] leo Mammetis honorem
Praedicat, ut tali saltim doctore cruentus
Resipiat iudex. Lapidum quoque grandine pressus
Cum Paulo Stephanoque deum pro talibus orat,
Exemplum morientis habens in corpore Iesu.
55 His aliisque dei clarissima dona ministrans[2]
Ad regnum caeli sanctis per saecla paratum
Omnibus, aeterna tandem pietate vocatus
Pace dei fruitur summa, sine fine beatus.
Illic, sancte, tui, Mammes, memor esto poetae,
60 Augia quem felix Strabonem nomine nutrit[3].

EXPLICIT PASSIO SANCTI MAMMAE MARTYRIS.

IN NATALEM SANCTI MAMMETIS YMNUS EIUSDEM STRABONIS.

1. Laudem beati martyris
ad trinitatis gloriam
sanctae canamus supplices,
quae dat coronam testibus.

2. Adversa mundi pertulit,
calcavit eius prospera,
Mammes tonanti reddidit
quod pro reis hic passus est.

3. Virtute, vita, moribus,
sermone iucundissimus,
in caritatis gratia
semper manens ditissimus.

4. Spernens opes cum casibus
mundi, supernis institit,
liber caducis exiit
nil ambiens ex infimis.

5. Mitis domans immitia,
illisque promens mystica,
vivebat inter bestias,
quo cive gaudent angeli.

6. Adiutus armis spiritus
vicit furores principum,
saevi draconis conterens
sacris caput[4] conatibus.

7. Magni favor praeconii
debetur isti martyri,
cui Christus esset vivere,
lucrum resolvi maximum.

8. Mansit fides in pectore,
spes mente felix integra,
his maior illum caritas
intus foris possederat.

9. Exultet omnis supplicum
coetus sereno gaudio
huius patris suffragia
pronis rogando cordibus.

10. Te, martyr, ergo quaesumus,
Mammes, fave poscentibus,
sacro precatu protege,
quos instruis certamine.

11. Impende curam dapsilis,
aufer malum placabilis,
confer boni solatia
vitae parando praemia.

12. Sit trinitati gloria,
virtus, honor per saecula,
quae nos beatis martyrum
semper iuvet suffragiis. amen.

---

52 Desipiat *C P*, *corr. ad marg.* Resipiat *G* mammetis (martyris *om.*) *C*, Finit uita sancti mammę monachi *P* || Ymnus in natale eiusdem *C* 5,2 promans *corr.* mens *G* 11,1 Inpende *C* 11,3 solacia *C* 12,4 iuuat *G*

1) *Amor. II*, 6, 37; *Met. V*, 563 vox humana. 2) *Aen. VIII*, 181 Dona . . . ministrant. 3) *Strabonem hoc carmen priusquam ad Fuldam monasterium accesserit condidisse credo.* 4) *Gen.* 3, 15 ipsa conteret caput tuum.

II.

VERSUS STRABI DE BEATI BLAITHMAIC VITA ET FINE.

Si tantam meruere suo pro carmine famam,
Qui scelerosorum mores et facta tulerunt[1]
Laudibus[2] in caelum, perfusi daemonis arte
Frivola nectentes hominum[3] monimenta malorum:
5 Cur non liberius sanctorum facta canamus[4]?
Quos placuisse deo nobis miracula produnt,
Quae fidei virtute gerunt per munera Christi.
Nam scriptura canit, domino spondente[5], pusillis:
'Os aperire tuum studeas, ego verba ministro.'
10 Quapropter, venerande pater[6], carissime Felix[7],
Praeceptis parere tuis[8] ex corde paratus,
Strabus ego, misit quem terra Alamannica natu,
Scribere disposui de vita et fine beati
Blaithmaic, genuit quem[9] dives Hibernia mundo,
15 Martyriique sequens misit perfectio caelo,
Ipsius ut meritis veniam per saecla capessam.
Regali de stirpe satus summumque decorem
Nobilitatis habens florebat regius heres,
Iste dei sanctus, vitam ducendo[10] pudicam:
20 Quodque solet raro factum et non saepe videri:
Quanto maior erat, tanto deiectior ibat[11],
Spes patriae, fortuna patris, rex ille futurus,
Iudicio iustus, prudens et corpore castus,
Sobrius, ornatus, iocundus, cautus, honestus,
25 Nobilis in genere egregio, generosior actu[12],
Obsequio locuples, melius virtutibus auctus,
Tractabat laicus quod clericus efficiebat,
Cuius honorandum nomen sermone Latino
'Pulcher natus' adest meritoque probabilis illo
30 Nomine dignus[13] erat, patrem qui cunctipotentem
Elegit pulchroque deum quaesivit amore.
Sordebant terrena animo divina petenti
Secretumque latens in solo pectore mansit,
Donec ad effectum processit sancta voluntas.

[II] Strabi *om. G p.* 52 3 doemonis *S* 19 uicam *G* 29 Pulker *G* Blaith iucundum Maic vero similem scotice significant *manus rec. ad marg. S*

1) *Cf. Sedulii Carm. Pasch. I,* 1—10; *Iuvenci Hist. euangel. Praef. v.* 15. 16 Quod si tam longam meruerunt carmina famam, | Quae veterum gestis hominum mendacia nectunt *etc.* 2) *Aen. I,* 625 insigni laude ferebat. 3) *Iuvenci H. euang. III,* 7 cooperti daemonis arte | Sunt homines. 4) *Fast. VI,* 3 Facta canam. 5) *Psalm.* 80, 11 Dilata os tuum et implebo illud. 6) *Aen. IX,* 276 venerande puer. 7) *Necrol. Augiense* Kal. Oct. Felix presbyter. 8) *Aen. II,* 607 neu praeceptis parere recusa. 9) *Ib. V,* 38 mater | Quem genuit. 10) *Met. XI,* 702 vitam ducere. 11) *Met. XIII,* 367 quanto dux .. maior; *Aen. VIII,* 162 sed cunctis altior ibat; *cf. Sedul. C. Pasch. III,* 323. 12) *Aen. VII,* 556 Egregium Veneris genus; *Met. XIII,* 148 generosior ortu. 13) *Trist. V,* 7, 45 hoc nomine digni. *Hibernis nunc 'brah' sive 'braa' pulchrum sonat, 'mac' filium BOLL.* (*Acta SS. Ianuar. II,* 238).

35 Coenobium furtim quoddam sine teste petebat,
Quique fuit pridem patriae per regmina princeps,
Nomine pro Christi est factus tunc verna minoris;
Fascibus in mediis[1] qui quondam terruit omnes,
Omnibus amissis sibimet sine milite servit.
40 Fama ut forte volans[2] patris pervenit ad aures[3],
Hinc stupor atque dolor mentem cinxere parentis,
Subtractum dolet heredem mittitque senatum,
Agmina, praetores, populum, praecepta, maniplos;
Duxque comesque ibant[4], properanter episcopus asstat,
45 Abbatumque cohors, vicini carne propinqui
Hoc solum nitente manu, si qualibet arte
Efficerent reducem vitata pericula[5] mentem
Corde subire alio. Ó talis, quam caeca voluntas!
Ille procellarum se vix de gurgite dempsit
50 Quaesitoque diu titubans stetit anchora portu[6].
Nondum curarum potuit laxasse rudentes[7],
Nec terra fixisse pedem[8], cum concita ventis[9]
Aura pharetratis impegit ab equore puppim[10],
Vique sua tremulam dissolveret unda carinam[11],
55 Ni regeret proram, qui saecula cuncta gubernat.
Mox miro a cunctis semper complexus amore[12],
Cunctorum studuit fieri dicique minister.
Mente humilis[13], linguae custos et norma bonorum,
Verba dei capiens sitienti corde libenter,
60 Discendis studiosa gerens praecordia libris,
Perdidicit divina animo documenta sagaci,
Sicque vigens doctrinarum morumque nitore
Agmina multorum rexit veneranda virorum,
Exemplis sua dicta probans[14], vanosque favores
65 Pro nihilo ducens, cui laus et gloria solum
Christus erat, Christus sermo, Christus documentum;
Pax, clipeus, lorica, preces, patientia, bellum,
Mucro dei verbum, spes et dilectio totum;
Nulli detraxit, nulli convitia struxit:
70 Singula quid fari[15] per singula verba[16] necesse est?
Cum quicquid legitur virtutum rite teneret,
Et quicquid vitii monstrat scriptura caveret,
Omnibus existens feliciter omnia factus,

---

40 Fama ut fama *G S*, forte *corr. Canisius* 54 tremulum *G S* unde *G* 67 clypeus *G* 72 uicii *S*

1) *Prudent. Perist. III*, 65 fascibus ... in mediis. 2) *Aen. XI*, 139 Et iam fama volans. 3) *Met. V*, 256 Fama .. nostras pervenit ad aures; *Aen. II*, 81. 4) *Trist. I*, 10, 10, *Ex Ponto IV*, 12, 23 duxque comesque; *Aen. XI*, 33, *VIII*, 466 illi comes ibat. 5) *Met. IV*, 130 vitarit ... pericula. 6) *Venanti V. S. Martini III*, 1 fixa stetit anchora terris. 7) *Aen. III*, 267 iubet laxare rudentes. 8) *Met. XIII*, 541 figit modo lumina terra. 9) *Trist. I*, 10, 11 iniquis concita ventis | Aequora. 10) *Sedul. C. Pasch. III*, 224 iactabant aequora puppim. 11) *Georg. I*, 360 male temperat unda carinis. 12) *Ex Ponto III*, 2, 95 Mirus amor. 13) *Prudent. Psych.* 199 Mens humilis. 14) *Met. IV*, 42 Dicta probant. 15) *Am. I*, 5, 23 Singula quid referam? 16) *Aen. III*, 348 verba inter singula.

Ut cunctos faceret Christo sua lucra referre [1],
75 Utilis et prudens servus per ovilia Christi,
Tempore qui certo [2] mensuram farris opimi
Conservis tribuens radiavit ubique fidelis.
Utque nihil meriti, nihil et probitatis abesset,
Martyrii palmam quaesivit mente benigna [3].
80 Saepius hac causa peregrinas visere terras [4]
Nisus, ab incepto populo retrahente quievit,
Unde animo sedit [5] fugitivo calle parumper
Optatam temptare viam [6]: cum discipulorum
Agmine non multo, preciosa monilia secum
85 Virtutum sub mole gerens, ruptisque tenebris
Nocte fugam capiens properanter abire [7] parabat,
Ecce superveniens fugitivis turba sequentum
Ad caulas capto retrahit pastore bidentes.
Hoc quoque non taceam, sanctus quod spiritus illi
90 More prophetarum rerum secreta ferebat.
Nam dum fama patrem longe lateque beati
Ipsius ad superos vita fugiente [8] volasse
Proderet, exposuit non esse, sed esse futurum
Post modicum tempus, sancto spiramine doctus.
95 Insula Pictorum quaedam monstratur in oris
Fluctivago suspensa salo [9], cognominis Eo,
Qua sanctus domini requiescit carne Columba.
Hanc petiit voto [10] patiendi stigmata Christi:
Illic namque frequens pagana caterva Danorum
100 Adventare solet, furiis armata malignis.
Sed sanctus domini tales temptare leones
Disponens animo, vana formidine [11] mentem
Exuit [12] et clipeo fidei galeaque salutis
Munitus [13] hominum non horruit arma malorum,
105 Qui cum doctiloquo potuit cecinisse propheta [14]:
'Est deus adiutor mihimet, timor improbus absit' [15].
Iam quoque doctus erat per publica bella ministros
Temnere daemonicos, ipsum qui rite tyrannum
Straverat, et cunctis solus superavit in armis.
110 Tempus erat, quo [16] magna dei clementia servum

---

79 merito *corr.* mente *S* 81 Nisu *G* quiequit *G S* 95 pictorum *superscr.* scotorum *S*, *manus rec. addit* Ionam insulam intelligit 103 clypeo *G* 108 doemonicos *G S*

1) 1 *Cor.* 9, 19 Omnium me servum feci, ut plures lucrifacerem. 22 Omnia omnibus factus sum, ut omnes facerem salvos. 2) *Ex Ponto IV*, 11, 17 Temporis . . . certi. 3) *Aen. I*, 304 mentemque benignam. 4) *Met. III*, 24 peregrinaeque . . terrae. 5) *Aen. II*, 660 Et sedet hoc animo. 6) *Aen. VIII*, 113 Ignotas temptare vias? *Sedulii C. Pasch. II*, 91 Optatam tenuere viam. 7) *Aen. IV*, 281 Ardet abire fuga. 8) *Ib. XI*, 831 Vitaque . . fugit; *Georg. IV*, 526 anima fugiente. 9) *Venanti Fort. V. Martini IV*, 1 Post mare fluctivagum; *Aen. VII*, 810 fluctu suspensa. 10) *Aen. XII*, 259 votis . . petivi. 11) *Aen. X*, 631 formidine falsa. 12) *Aen. IV*, 319 exue mentem. 13) *Eph.* 6, 16 sumentes scutum fidei . . 17 et galeam salutis assumite. 14) *Psalm.* 117, 6 Dominus mihi adiutor: non timebo quid faciat mihi homo. 15) *Aen. XI*, 14 timor omnis abesto. 16) *Aen. II*, 268 Tempus erat, quo.

Consociare suum nitidis super astra maniplis
Disposuit, certamque bono conferre coronam
Victori, cum sancta viri mens praescia rerum [1]
Venturos properare lupos, ut membra piarum
115 Dividerent ovium, sensu praenosceret alto.
'Vos', ait, 'ó socii, vobiscum mente sagaci [2]
Quaerite [3], si poenas Christi pro nomine vobis
Sit tolerare animus [4] mecum: quicumque potestis
Expectare, precor sensus armare viriles.
120 At quibus infirmi pavitant penetralia cordis [5],
Ecce fugam celerent [6], ut parta pericula vitent [7],
Ad meliora suos armantes vota lacertos.
Proxima stat nobis certae temptatio mortis [8],
Firma fides vigilet rebus suspensa futuris,
125 Cauta minus fortes servet tutela fugarum' [9].
His dictis conpuncta cohors, quod posse videbat,
Hoc animo statuit, quidam sub pectore firmo [10],
Sacrilegas spectare manus [11] gladioque furenti
Supposuisse caput [12] gaudebant mente serena.
130 Ast alii, quibus hoc nondum fiducia mentis [13]
Persuasit, per nota fugam loca [14] calle capessunt.
Aurea discutiens tenebras [15] Aurora madentes
Claruit et nitidus pulchro sol orbe refulsit [16],
Cum sacer hic doctor missarum sancta celebrans
135 Officia ante sacram vitulus stetit integer aram [17],
Hostia grata deo mucrone litanda minaci.
Cetera turba iacet [18] lacrimis precibusque tonanti
Conmendans animas de pondere carnis ituras [19].
Ecce furens maledicta cohors per aperta ruebat
140 Tecta [20] viris minitando pericula saeva [21] beatis,
Et reliquis rabida sociis feritate peremptis,
Ad sanctum venere patrem, preciosa metalla
Reddere cogentes, quis sancti sancta Columbae
Ossa iacent, quam quippe suis de sedibus arcam
145 Tollentes tumulo terra posuere [22] cavato,
Cespite sub denso gnari iam pestis iniquae.
Hanc praedam cupiere Dani, sed sanctus inermi

114 menbra *S* 119 Expectate *G* 126 Hic *G* 128 que *om. G* 131 capescunt *G*

1) *Aen. VI,* 66 Praescia venturi; *Iuvenci H. euang. I,* 191 praescia rerum | Virtus. 2) *Karol. M. et Leo* 54 mente sagaci. 3) *Ex Ponto I,* 5, 30 Et tecum quaero. 4) *Aen. IV,* 639 Perficere est animus. 5) *Iuvenci H. euang. IV,* 1 saevi penetralia cordis; *Prudent. Ham.* 542 cordis penetralia. 6) *Aen. I,* 357, *III,* 666, *IX,* 378 celerare fugam. 7) *Cf. p.* 298 *v.* 47. 8) *Aen. II,* 62 certae .. morti. 9) *Georg. IV,* 111 servet tutela Priapi. 10) *Aen. VI,* 261 nunc pectore firmo. 11) *Fast. III,* 700 Sacrilegae .. manus. 12) *Trist. III,* 12, 48 Triste caput pedibus supposuisse. 13) *Art. Am. I,* 269 menti veniat fiducia. 14) *Ex Ponto I,* 2, 78 loca nota. 15) *Prudent. Perist. XIII,* 26 Discutit et tenebras. 16) *Met. XIV,* 33, *Trist. II,* 5, 55 nitidi Solis; *Art. Am. II,* 722 sol .. refulget. 17) *Georg. II,* 395 stabit sacer hircus ad aram; *III,* 486 stans hostia ad aram. 18) *Ep. XIV,* 2 Cetera .. turba iacet. 19) *Aen. VI,* 680 animas superumque ad lumen ituras. 20) *Art. Am. II,* 245 per praeceps tecto delabere aperto. 21) *Ov. Ep. XIX,* 175 saeva pericula vitae. 22) *Met. VIII,* 236 tumulo ponentem; *Ep. VIII,* 119 ossa ... | ... sub tumulo .. iacent.

Restitit[1] ille manu, firmo conamine mentis
Contra stare aciem pugnamque lacessere[2] doctus,
150 Cedere dissuetus tibi talia, barbare, dicta
Ingerit[3]: 'Ignoro penitus quod quaeritis, aurum
Quo sit humi positum[4], tectum quibus atque latebris.
Quod si scire mihi, Christo admittente, liceret,
Numquam nostra tuis hoc auribus ora referrent[5].
155 Barbare, duc gladios, capulum cape, iamque trucida:
Auxilio, deus alme, humilem commendo tuo me.'
Hinc pia truncatis discerpitur hostia membris[6],
Quodque ferox miles censu pensare nequibat,
Rimari in gelidis coepit per vulnera fibris.
160 Nec mirum[7], nam semper erant, semperque resurgunt,
Quos furor in famulos domini malus excitet omnes,
Ut quod pro cunctis Christi censura peregit,
Cuncti hoc pro Christo faciant licet impare facto.
Ille igitur Christi factus pro nomine martyr[8],
165 Testis, fert ut fama[9], loco requiescit eodem,
Multa ubi pro meritis dantur miracula sanctis,
Qua colitur dominus digno veneranter honore[10]
Cum sanctis, quorum meritis mea crimina solvi[11]
Credo, quibus laudum supplex donaria misi[12].
170 Nil negat his Christus, cui maxima lucra tulerunt,
Qui cum patre pio, sanctoque in saecula flatu
Regnat et aeterno pollet sine fine decore.

EXPLICIUNT VERSUS STRABI DE VITA ET FINE BLAITHMAIC.

III.

VISIO WETTINI WALAHFRIDI.

DOMINO PATRI VEREQUE FELICI ET[a] PURISSIMA SINCERITATE VENERANDO GRIMALDO[b] CAPELLANO[c] STRABUS[d] WALAHFRIDUS[e] AETERNAE BEATITUDINIS IN SALVATORE MUNDI SALUTEM.

Ex quo, pater beatissime, familiari quadam[f] pietate exiguitatem[g] meam dignati estis agnoscere[h], sedulo[i] tenaci[k] memoria amplexabar, cuius[l] praesentiam summo

148 ille *add. Hanck* 151 Igerit *G* ignore *G S* 157 menbris *S* Expliciunt — blaithmaic *om. G*
[III] Incipit prolugus Strabi Walahcfridi *R*, Incipiunt uisiones Wettini a Walahfrido editae. Incipit prologna *O*, Incipit prologus Waladfrdi ad Grimaldum de uisione Wettini] Prologus sequentis operis prefatio et caput compositionis quod aliter dicitur prohemium *M*, *sine titulo B G V* [a] ac *R O*, ac ac *M* [b] Grimolto *D*, Crimolto *B*, Grimoldo *O* [c] cappellano *D*, capellando *V* [d] Strab *R* [e] Walacfridus *R*, Walalfridus *V* [f] quadam]cum *R* [g] id est uilitatem *superscr. R* [h] cognoscere *R* [i] sedulo] id est *(om. O)* assidue *RO* [k]] id est *(om. O)* firma *R O* [l]] id est tuam *R*

1) *Aen. II*, 67 inermis | Constitit. 2) *Aen. V*, 429 pugnamque lacessunt. 3) *Iuvenci H. euang. III*, 452 ingessit iustissima servo | Dicta; 459 Talia dicta. 4) *Met. III*, 420 Spectat humi positus. 5) *Aen. IV*, 329 ore referret. 6) *Met. XI*, 559 membra .. | Trunca. 7) *Cir.* 429 nec mirum. 8) *Dani adiacentesque Britanniam insulam vexaverunt non semel. Hanc irruptionem contigisse puto anno* 793, *quo Lindisfarnensis ecclesia per eos destructa est; diem mortis* 19. *Ianuarii signant recentiora martyrologia et Benedictinum. M A B.* (*cf. t. I*, 234). 9) *Met. XII*, 197 ita fama ferebat. 10) *Georg. I*, 507 Dignus honos. 11) *Art. Am. II*, 371 crimine solvo. 12) *Venanti Vita Martini I*, 18 donaria mittens.

ardore sitiebam[a], sicut et hactenus[b] ago. Licet[c] enim[d] longa telluris interiectae spatia sequestrent[e], vasti[f] montium et[g] saltuum dirimant anfractus[h 1], animo tamen spiritali[i] igne[k] aestuans, quamvis absens[l] assidue vestros quasi quoddam speculum intueor obtutus[m]. Denique iussu Adalgisi[2] venerandi[n] patris in domino visionem Wettini propinqui vestri, quam[o] beatus pater Heito urbanae[p] facundiae mellifluis[q] floribus adornans prosaicis verbis doctissime composuit[r], versibus exametris furtim exemplare[s] coactus sum. Ideo nulli hoc ut placeat exhibeo[t], tantum illius voluntati satisfeci[u] et maior erat[v] oboedientia quam facultas[w]. Sciebam etenim, quia[x] qui spiritalibus[y] viris[z] obtemperat, numquam errat. Et si in pedum mensuris et synalipharum[a] positione[b] fefelli, contra nullum luctamen inibo, quia ad rumusculos[c] spargendos[d] non egi, sed potius ob propositi mei[e] conservationem, quippe cui[f] nec aetas ad talia competit[g 3], nec scientia suppetit[h]. Scintilla quaedam[i] inest et eget fomite. In hoc autem primitivo carmine[k] nec tempus morosum[l] ad cautelam concessum est[m] nec proprii sermonis habui potestatem. Arbitror autem, quod si per campos darentur vagandi induciae, quivissem fortasse ramusculos aliquos[n] decerpere, quibus mea rusticitas[o] aliquantisper[p] tegeretur. Unam itaque ob causam[q] inpossibilitatem[r] superavit voluntas[s]: comperimus etenim[t], quosdam esse, qui hoc nil[u] amplius vanis[v] somniis[w] diiudicantes[x] nec habere vel[y] credere aut[z] audire dignantur. Hanc autem praesumptionem[a] ut audierint, turgentes[b] assumunt in manus avidique[c] vitia, quibus[d] redundat[e], rimantes[f], velint nolint, ipsum quod oderunt[g] invenient[h], dum quod[i] sitiunt[k] quaesierint[l]. Conpulsum[m] tamen[n] me sciant[o] in hoc prorupisse et quasi stimulis[p] plerumque inpulsum scriptitasse. Sed propter amorem eius[q], qui haec vidit et ista[r] fieri desideravit, et me haec[s] fiducia animavit[t]. Quapropter, beatissime[u] pater, quaeso sanctitatem vestram, ut emendare dignemini quicquid in hoc pittatio[v] censura vestra[w] aptum correctioni vel a vero discordans[x] deliberaverit[y]. Necesse enim[z] est, ut Erlebaldum[a] dominum[b 4] et Tattonem[c] praeceptorem[d] meum[5] haec[e] res non lateat, quia

---

[a] siciebam] i. cupiebam *R O* [b] actenus] adhuc *R* [c]] quamuis *R* [d] aetiam *R* [e]] et quamuis *R*, scil. quemuis *O* [f]] id est (scil. *O*) magni *R O* [g]] licet *R* [h] amfractus *O B*,] id est ambitus *R O* [i] spirituali *R M*,] cum *R* [k]] scil. amoris *R O* [l]] scil. sim. *R O*, absens *om. M* [m] optutus *M*,] id est facies *R* [n]] ex *R*, iussi *V* [o]] scil. uisionem *R* [p]] id est egregiae *R O* [q]] cum *R O*, mellus *V* [r] cumposuit *V* [s] explanare *R* [t] exibeo *V M* [u] satisfeci *om. M* [v] errat *V* [w]] id est possibilitas *R* [x] *om. V*,] quod *R*, enim quia et qui *M* [y] spiritualibus *R*,] id est sanctis *O* [z]] id est sanctis hominibus *R* [a] sinalipharum *R V M*, synalypharum *B* [b] in *R* [c] ramusculos *coni. Canis.* [d] spargendo *V* [e]] id est oboedientiae meae *R O* [f]] id est mihi *R O* [g]] id est conuenit uel congruit *R*, id est congruit *O* [h] suppetetit *V*, subpetit *M*,] habundat *R*, id est abundat *O* [i] quidam *B* [k] carmine primitiuo *R O* [l]] longum *R*, id est l. *O* [m] est *om. M* [n] aliquos ramusculos *R* [o] ruscitas *R*,] id est uilitas *R O* [p]] id est parumper *R O*, aliquantulum *add. R* [q]] ob conseruacionem (id est obseruationem *O*) propositi mei *R O* [r] inposibilitatem *V*,] id est imperitiam meam *R O* [s]] scil. mea *R O* [t] Comperti etenim sumus *V* [u] nihil] id est hanc uisionem *O* [v]] quam *R* [w] sonus *B* [x] diiucantes *V* [y]] nec *R* [z]] nec *R*, ne *O* [a]] id est ut (hanc uisionem *R*) hunc uisum cum uersibus scribere coactus (conatus *R*) sum *O R* [b]] participium *R O* [c] auidicique *corr.* auidique *V* [d]] scil. uitiis *R* [e]] plenum est *R* [f]] id est quaerentes *R O* [g]] id est uisionem *R O* [h] inueniunt *V* [i] dumque *V* [k]] cupiunt *R O* [l]] id est uitia *R O* [m]] id est coactum *R O* [n] *om. R* [o] scient *V* [p]] cum *R*, scil. cum *O* [q]] id est (sc.) Wettini *R O* [r] iste *MOVB*] ioh.i *(sic)* Adalgis ut hanc uisionem cum uersibus scriberem *O* [s] hac *G*, haec me *O* [t]] id est confortauit *R O* [u]] ó *O* [v] pitacio *R*, pictatio *O M*, pictacio *V* [w]] id est iudicium uestrum *R O* [x]] mkssf hfllfndk *R* [y]] inuenit *ad marg.* gffksgpt g ⁝ s •⁝• ⁙ ch. t *R* [z]] id est quia *O* [a] erbaldum (erlbaldum *R*)] id est abbatem *R O*, erbaldum *MB*, eribaldum *V* [b] domnum *R* [c] tatto *B* [d]] id est magistrum *R O* [e] hac *V*

1) *Grimaldus tunc in palatio versatus sit oportet.* 2) *Inter monachos sub Erlebaldo abbate militantes occurrunt nobis* Tatto presbyter Adalgis presbyter, *in necrol. Aug.* Id. Nov. Adalgis presbiter. 3) *Suet. Aug. c.* 31 competeret aetas. 4) *abbatem Augiensem* (822—838). 6) *Cf. Ann. Alamann.*

fas non est monacho suum quicquam[a] celare[b] abbatem. Si itaque[c] considerantes nimiis nacti fuerint[d] sordere mendaciis, statim pungent[e], non palpabunt et ut[f] vereor[g], qui paene octavum decimum iam annum transegi, dignis verberibus vapulabo. Optime enim hac[h] arte, sicut et[i] aliis imbuti sunt[k], sed minus diligunt[1]. Ideo defendere dignemini[l] vilitatem meam et huius scedulae infirma[m] tueri. Quaedam etiam nomina in contextu occultata, qui diligenter investigaverit, istis[n] versibus impressa repperiet[2]. Bene valentem et Strabi memorem te deus omnipotens in aeterna felicitate conservare dignetur, sanctissime pater, amen[o].

Christe, novum qui pascha mihi concedis agendum,
Suscipe dona precum laudisque salubria nostrae
Vota, voluntatem potius quam dona requirens.
Quantum posse dabis, tantum sum velle paratus,
5 Cum tua maiestas velle atque valere ministret.
Te precor, alme deus, pueriles dissice ludos,
Et fermenta tui placida insere dogmatis, ut sit
Blanda mihi dulcisque patris sententia, cuius
Iussa sequor[3], ne dorsa fero lacerare flagello[4]
10 Incipiat, carmenque animo reprobare citato.
Non aliunde quidem primum componere carmen[5]
Disposui, quam sancta sequens praecepta[6] priorum,
Primitias deferre deo[7], cui cordis in ara
Fertur adeps, sanctae cum laudis odore litatus.
15 Iesu Christe, crucis rogo per merita alma sacratae
Atque resurgentis per maxima festa leonis,

---

[a] quicquid *R* [b] celara *V* [c]] id est ideo *R O* [d]] id est inuenerint *R O* [e]] scil. me *R O* [f] ut *om. V* [g]] timeo *R O* [h] hęc *D* [i] et in *G* [k]] scil. Erlbaldus (Herbaldus *O*) abba et Tatto praeceptor meus *R O* [l] dignemi *R* [m]] uitia *R* [n] in istis *R* [o] amen *om. V* Explicit prologus (prolugus *R*) *VOMDB* Strabi Walahfridi (Walachfridi *R*) *V*. Incipiunt uersus sat docti pueri Walachfridi *R*, Oratio Strabi Walahfridi *DV*, Walafridi *M*, Wahlafridi *B*

1 pasca *R*,] Pascha transcensus hebreum est non grecum; transcensus uero idcirco dictus est, quia Hebrei ab Egypto terram repromissionis transcenderent[8] *M*. conconcedis *B* agendum] In hoc uersu patet quod istud opus in paschali tempore scribere inchoauit *R O* 2 precum] scil. mearum *R O* nostra *V* 3 pocius] qui *R* requirens] scil. qui es *O* 5 maiestas] potestas *R* uelle] uoluntatem *R* ualere] possibilitatem *R* 6 alme] o *R* dissice] id est aufer *R O*, puerilos dissuo ludos *V*, disice *M* 7 fermenta] scil. auxilia *O*, auxilio gratia spiritus sancti *R* insere] i. e. inmitte mihi *R O* docmatis *R* 8 patris] hoc (id) est Adalgisi *R O* 9 sacquor *V* ne] ut non *R O* maculare *V* 10 Incipiatque *V* carmenque] scil. meum *R* citato] id est cito: participium pro nomine *R O* 12 Disposui] decreui *R* 13 cui] scil. deo *O* 14 adeps] scil. pinguedo *RO* 15 alta *R* sacratae] id est sacrae *R O* 16 leonis] i. e. Christi *R M O*

contin. Augiens. (*SS. I*, 50) 847: Tatto et Erlaboldus obierunt; *Necrol. Aug.* (*Mittheil. der Züricher antiq. Ges. VI*, 57) XIII Kal. Apr. Tatto. *Grimaltus Tattoque a.* 817 *ad synodum Aquensem ex monasterio missi de regula S. Benedicti ad Reginbertum retulerunt* (*Baluzii Capitul. reg. Franc. II*, 1382; *Pez Thesaur. VI*, 75). *De libris, quos* Tatto et Crimolt *eidem condonaverunt cf. Catalogum ap. Neugart Episcopat. Constantiens. I*, 550, *Gallus Oheims Chronik c.* 82, *ed. Barack p.* 51.

1) *Nimirum poesim. Huc spectare videntur ipsius Walafridi versus ad Sigimarum abbatem:* Sunt mihi namque patres celeberrima iura tenentes, | Talia curantes non recitare metra. *MAB.* 2) *Scil. initialibus quorumdam versuum litteris MAB.* 3) *Aen. IV*, 538 Iussa sequar? 4) *Venanti V. S. Martini III*, 137 lacerantque flagello. 5) *Ex Ponto IV*, 16, 22 Carmina . . composuisse. 6) *Georg. IV*, 448 Deum praecepta secuti; *Aen. VI*, 236 exsequitur praecepta. 7) *Gen.* 4, 4; *Fast. III*, 730 Primitias magno seposuisse Iovi. 8) *Isid. Etym. VI*, 17, 11.

Cuius adest hodie festum venerabile cunctis,
Ut me digneris vitiis mundare nefandis,
Ne quod voce probo, hoc nostro damnetur in actu.
20 Quid loquar[1] ulterius? mundi miserere, redemptor,
Perque potestatis numen succurre, triformis[2].

Rhenus[3] ab Ausoniis quo ducitur Alpibus, aequor
Miscet, in occiduis diffusus partibus, ingens.
Illius in medio suspenditur insula fluctu[4],
25 Augia nomen habens[5], iacet hanc Germania circa.
Haec solet egregias monachorum gignere turmas[6].
Primus in hac sanctus construxit moenia praesul
Pirminius ternisque gregem protexerat annis.
Huius quisque velit sanctam cognoscere vitam,
30 Ipsa sepulchra petat, satis ipse probabit in Hornbach[7].
Postea septenis praesedit cursibus Eto[8];
Tum sequitur binis laudandus Geba sacerdos[9].
Bina Ermenfredus tum lustra peregerat abba,
Sidonius ternis denisque ibi praefuit annis;
35 Vicenos binosque receperat inde Iohannes[10].

17 Cuius] sc. leonis *O* cuctis *D*, cunctis] scil. hominibus *O* 18 nefandis] scil. a *R O* 19 promo *corr.* bo *G*, probo] scil. dico *R O* damnetur] culpetur *R*, dampnatur *M* 20 loquor *M* redemtor *R* 21 potestatis] unitatis *R* nomen *V* succure *D*, sucurre] adiuua tu *R* triformis] scil. tu *O*, nominatiuus personaliter *R O* 22 Versus eiusdem de monasterii sui patribus (patris *V*) *antecedunt in V B O R* Renus *V R*,] Renus fluuius a Rodoni societate fertur uocatus, quoniam cum eodem ex una prouintia oritur. Est autem Germanie fluuius inter tres Europe maximus fluuius comparatur, qui iugo Alpium usque in Oceani profunda cursus suos dirigens Romani memorandus aduersus feras gentes muros imperii continet[11] *M* ausionis *V* quo] aduerbium loci *R* ad locum *O* aequor] scil. pontum *R O* 23 diffus *B*, diffusus] dilatatus *R* ingens] ingentem pontum *R*, i. e. ingentem *O* 24 Illius] scil. aequoris *R O* fluctus *V* 25 iacet a *V*, hanc] scil. insulam *R O* circum *O* 26 Haec] insula *R* aegregias *R* turmas] uel turbas *R* 27 hac] insula *R* 28 Perminius *V* 29 Cuius *R* 30 sepulcra *R* Hornbahc *R*, hornabhc *corr.* hornbahc *V*, hornbah *O* 31 Postea] aduerbium ordinis *R O* etto] proprium nomen *R*, eco *V* 32 Tum] aduerbium ordinis *R O*, Dum *M* laudandus] dignus ut laudetur *R* geba] proprium *R* sacerdos] presbiter *R O*, Sacerdotes dicti eo quod sacrum dant cultibus diuinis id est sacrificium. Sacer sanctus, consecratus, religiosus, pudicus. Sacerdos nomen compositum ex greco et latino, quasi sacrum dans: sicut enim rex a regendo, ita sacerdos a sanctificando uocatus est, consecrat enim et sanctificat[12] *M* 33 ermanfredus *M* dum *O* lustra] id est decem annis, nam in uno quoque lustro V anni sunt, in duobus uero decem *R O* abba] *ad marg.* Abba id est pater, syrum est[13] *M* 34 Sidonius] proprium *R*, sydonius *B* 35 binosque] duosque *R* inde] aduerbium ordinis *R*

1) ***Ecl. VI,*** 74 Quid loquar. 2) ***Prudent. Psych. praef.*** 45 triformis . . trinitas. 3) ***Cf. epistolam a Walahfrido ad Gregorium IV papam datam*** (***Rozière Recueil des form. p.*** 1021) Igitur Hrenus ab Alpibus Eois occidentem versus nimio currens fragore eundem loci habitum per mare undisonum circumluens insulam omni ornatu novorum aedificiorum comptam mediam reddit. Fons autem praedictus in visu coepta via percurrens mare quod dicitur Orcarium inluit. 4) *Cf. p.* 299 ***V. Blaithmaic v.*** 95—96. 5) ***Met. I,*** 169 Lactea nomen habet. 6) ***Cf. Walahfridi epistolam:*** Locus etiam iste . . . principatum per has partes terrae obtinet; sanctae Mariae semper virgini Petroque principi apostolorum consecratus regularis vitae normam ducentium partem non minimam conglomerat, quorum spiritalis doctrinae cumulus totum quoque vicinatum circum uaque nostrum (*corr.* ris) doctrinis longissimis (*corr.* me) pascit. 7) ***V. S. Pirminii c.*** 20 (***Mone Quellensamml. I,*** 36): In Hornbachensi coenobio IV die Nonarum Novembrium depositio est S. Pirminii episcopi, ubi per illius merita sancta experiuntur infirmi multa beneficia. 8) ***Herimann. Chron. a.*** 727, 732, 734 (***SS. V,*** 98); ***Catalog. abbat. Augiens.*** (***SS. XIII,*** 331). 9) ***Ib.*** 736 defuncto post II annos Keba. 10) ***Ib.*** 746, 759 Iohannes, Augiensis item monachus . . praefuit annis XXI . . 11) ***Isid. Etym. XIII,*** 21, 30. 12) ***Isid Etym. VII,*** 12, 17. 13) ***Isid. Etym. VII,*** 13, 5.

Quinque Petrus sortitur item venerabilis annos[1],
Quattuor inde tulit Waldonis lustra potestas.
   Tempore sub quorum iuvenis velut aurea surgit
Stella, tenebrosum citius vulganda per orbem[2],
40 Coenobium quinquennis enim Insulanense petivit.
Nec latet urbs homines in vertice structa levato[3],
Sed neque testa subit modium. Per regna volando
Tanti fama viri regales verberat aures[4],
Post rapitur non sponte foras de carcere caro,
45 Et qui liber erat, fit libertate soluta
Pastor ovile[5] tuens, cuius pars magna[6] profanis
Actibus insistens Christi de calle viavit.
Provida quippe dei talem sapientia patrem
Constituit, qui cuncta sacris sub legibus arcens
50 Rure tenus destructa novat, geminamque ruinam
Elevat, inque dei varium transmutat honorem.
Interiora medens atque exteriora reformans.
Cuius ad ingenium nullus mihi sermo redundat
Narrandum, quoniam specialis in orbe refulsit[7]
55 Doctor, in incultis iaciens sacra semina[8] sulcis,
Largus in auxilio, vita probus, aptus amori,
Iustus in arbitrio, arte sagax, perfectior actu:
Quid moror[9] ista canens, cum possim iure fateri
Me nescire alium, qui compensetur ad istum.
60   Cogitur interea monachorum pastor haberi[10],
Discipulus dudum disponitur ipse magister:
Carceris ipse fuit custos, quo saepe cupivit
Finitimum expectare diem, tum morte revicta

---

36 sortitur] per sortem *R*   37 Quatuor *DRM*   tulit] i. e. habuit *RO*   lustra] XX annos *RM*   39 uulganda] ut uulgaretur *R*   40 Caenobium *R*   quinquennis] scil. ille V annos habens *RO*   insulamense *V*   41 homines] accusatiuus *RO*   uertice] id est in monte *RO*   structa] con- *O*   leuato] id est alto *RO*   42 testa] i. e. lucerna *RO*   43 uberat *D*   44 caro] id est dilecto *O*   45 Ut *R*   46 Pastor] Basiliensis ciuitatis episcopus constituitur *RO*   cuius] scil. ouilis *RO*   profanis] id est illicitis *O*   48 Prouida] porro uidens *RO*   49 arcens] constringens *R*   50 Rure tenus] usque ad rura *RO*   nouat] id est re- *O*   geminantque *B*,] animae et corporis *O*   52 Intercora *corr.* iora *V*   55 Doctus *GDVB*   in incunctis *B*   sulcis] fxrxn *R*   56 auxilia *V*   uita] ablatiuus *R*   probus] bonus *R*   amori] amabilis erat uel ut amaretur *R*, ut ametur, id est amabilis erat *O*   57 arbitrio] i. e. in iudicio *RO*   sagax] cleini *O*   aste *corr.* arte *V*   [illegible] perfectior] id est perfectus *RO* comparatiuus pro positiuo *R*   59 conpensetur] i. e. comparetur *RO*   60 pastor] dum Basiliensis ciuitatis episcopatu usus est, Augensium (Augiensium *O*) monachorum abbas (fieri *O*) constituitur *RO*   61 Discipulis *R*] id est qui dudum (dum *R*) erat (fuit *O*) discipulus *RO*   disponitur] i. e. ordinatur *RO*   62 Carcere *V*, Carceris] i. e. Augensis (Augiensis *O*) insulae *RO*   custos] i. e. abbas *RO*   quo] scil. in ipso carcere *R*, i. e. in quo i. e. carcere *O*   63 Finitimum] i. e. diem mortis *RO*   spectare *R*   tum] deinde *R*

1) *Herim.* 781 Petrus Augiae abbas annos V; 786.   2) *Aen. I*, 457 Fama totum volgata per orbem; *Met. V*, 481 latum vulgata per orbem.   3) *Matth.* 5, 14 Non potest civitas abscondi supra montem posita, 15 neque accendunt lucernam et ponunt eam sub modio; *cf. p.* 278 *I*, 21.   4) *Aen. X*, 510 fama mali tanti; *Iuvenci H. euang. IV*, 376 Marthae talis vox verberat aures.   5) *Venanti C. III*, 11, 3 pastor ovili.   6) *Aen. II*, 6 quorum pars magna fui.   7) *Venant. C. VIII*, 3, 285 speciale decus .. fulget; *IV*, 20, 2 fulsit in orbe.   8) *Iuvenci H. euang. II*, 802 Ille iacit .. bona semina ruri.   9) *Met. XIII*, 531, *Fast. III*, 249 Quid moror.   10) *Ann. Alamann.*, *Weingart.* 806 (*SS. I*, 49, 65) Haito Waldoni successit; *Herimann. Chron.* 806 Waldone abbate ad regendum S. Dionysii coenobium transposito.

Perpetuaque frui, Christo donante, corona.
65 Vocibus in septem, si promat verba palatus,
Non erit ulla tamen narrandi cuncta facultas,
In quibus immensum perfecerit ille laborem [1].
Quicquid erat Christi per ovilia iure regendum
Fecit et assidua constanter pace salutem
70 Christicolis statuit, regali munere fultus.
Dirigiturque maris trans aequora vasta profundi [2]
Graecorum ad proceres, scopulisque illisa carina [3]
Fudit onus cunctumque virum, sed praesul ab undis
Seque suosque manum domino praebente recepit.
75 Nulla maris post haec rabidi discrimina passus,
Sed potius recto cursu fatisque secundis
Argivum responsa rato tulit [4] ordine Francis.
Denique longa tulit postquam fastidia [5], coepit
Mente sub obscura refugus tractare recessum
80 Ordine de tanto, ne captus amore [6] tenendi
Linqueret aeternum, cui semper, munus, inhaesit.
824 Anno igitur decimo Hludowici Caesaris, atque
Bis cessere novem illius tunc ordinis anni,
Sexaginta quoque aetatis iam tempora clausit,
85 Morbus in exitium traxit loetale patronum.
Ille dolor dilectus erat, carissima febris,
Mors contempta, fugae haec occasio prima patebat.
Venit adoptivum redeundi in carceris antrum [7]
Tempus, ut alterius contemplans ora iubentis,
90 Quod prius iniunxit, iam tunc servaret agendo.
Solvitur ex onere atque sibi subiecta refutat,

---

64 que] et *O* frui] cupiuit *R* 65 promat] i. e. proferat *R O* uerba] mihi *R* palatus] gxpmp *R* 66 facultas] possibilitas *R* 69 assidua] sc. cum *R O* pasce *corr.* pace *V* 70 regali] scil. a *O* fultus] adiutus *R* 71 Dirigiturque] mittitur *R M* que] et *O* 72 proceres] i. e. (ad) principes *R O M* scopulisque] id est rupibus *R M* inlisa *V, corr.* illisa *G,* nisa *D,* illisa] i. e. impulsa *R O M* carina] nauis *M* 73 Fudit] eiecit uel emisit *R O* cunctumque] singularem numerum posuit pro plurali *R O* 74—77 *om. V, qui ita pergit:*

Caesareum retulit Francis sine (fraccissime *V*) pondere nomen [8]:
Non etenim sine consensu potuere Pelasgo
Nomine caesareo [9], quoniam de gente latina
Argivum surrexit honor, cum pace potiri.

74 Neque *corr.* Seque *M* manum] auxilium *R,* presidium *M* 75 passus] est *R* 76 factisque *R* secundis] prosperis *R O* 77 Argiuum]Grecorum, sincopa pro Argiuorum *R O* rato] recto *RM* tulit] re- *R O* 78 tulit] per- *O* caepit *R* 79 profugus *R* 80 Ordine] i. e. honore *R O* amore] in *R* 81 cuius *V,* cui] scil. eterno muneri *R* manus *D* 82 decimo] in *R* ludouuici *R M* atque] scil. ut *O* 83 Bis] aduerbium ordinis *R* cesse illius *V* nouem] XVIII anni *R* ordinis] i. e. honoris *R O* 84 Sexaginta] sexaginta habens annos *R* aetatis] scil. suae *R O* tempora] habuit *R O,* clusit *D,* clausit] finiuit *R* 85 exitium] in periculum *R O* laetale *D,* loetale] mortale *R* 86 Ille malor *V* 87 contempta] scil. erat *R O* fuge] genitiuus *R O* patebat] scil. illi *R O* 88 ad optimum *V* 89 contemplans] considerans *R* ora] facies *R O* 90 iniunxit] scil. aliis *R O* 91 onore *V,* onere] i. e. a praesenti (praesentis *O*) seculi honore *R O* refutat] i. e. recusat *R O*

1) ***Met. I,*** 728 inmenso .. labori. 2) ***Ann. Alam., Weingart.*** 811 Haito episcopus super mare transivit; ***Ann. Einhardi*** 811, ***Herimann. Chron.*** 811 (*SS.* V, 102) .. odoporicum suum scripsit; ***Aen. II,*** 780 vastum maris aequor. 3) ***Georg. III,*** 261 scopulis inlisa. 4) ***Aen. XI,*** 227 Legati responsa ferunt. 5) ***Ecl. IV,*** 61 longa decem tulerunt fastidia menses. 6) ***Aen. XII,*** 392 captus amore. 7) ***Cf. p.*** 286 ***XV,*** 1. 8) ***Trist.*** V, 7, 30 nomen .. refert. 9) ***Fast. I,*** 282 Caesareoque ... nomine; ***Trist.*** *IV*, 2, 9.

Perfruiturque quiete[1] silens feliciter exin[2].
Fare, precor[3], quicumque velis, quaesitor honoris,
Quod tibi munus erit, cuius mala fama[4] cerebrum
95 Turbat et hanc famam dirissima poena sequetur.
Conspicis ecce meum dulci rumore refertum
Pro nihilo duxisse volans et inane favoris[5]
Molle decus, multumque viris miserabile iustis.
Ó ne magna dies damnans inhonoret, honores
100 Spernite, per normamque sacri resipiscite patris.
Versibus in paucis Heitonis gesta parumper
Depinxi, brevitate tamen maiora potestis
Nosse, sub invidia si mens non[6] vestra gravatur.
Musa soror, maiora refer celerique volatu
105 Pange melos, laudisque facem generisque latebras,
Cuius ab exortu Heitoni traditur heres.
Est famosa tribus, quae legum docta per artes
Promeruit primo populi sedisse senatu
Iudicioque bonas iusto discernere leges:
110 Illius e medio surgit generamine proles.
Dicitur Erbaldus verso sermone 'vir audax'[7].
Post septem denosque petit venerabilis annos
Insulanense salum, sociatur fratribus illis
Atque magisterio Heitonis traditur almi.
115 Quo monstrante sacris non parva ex parte libellis
Imbuitur, variaeque vetant ne traderet artes[8]
Septenas curae, antiqui quas auribus indunt
Nobilium. Namque illa refert scriptura Iohannis[9]
Ante retroque animalia sancta oculata fuisse.
120 Sensus adest[10]: sic doctus homo ex ratione biformi

---

92 que] et *O* filens *V* 93 quaesitor] ó *O* 94 Quod] i. e. quale *R O* cuius] tui *R O* fama mala *D* cerebrum] i. e. mentem *R O* 95 famam] malam *R O* durissima *G M V* 96 meum] dilectum Heitonem *R* refertum] i. e. impletum *R O* 97 nihili *G D M O*, nichili *B*, Quod pro nihili *V*, nihilo] pro causa nihili *R* duxisse] existimasse (extrema se *R*) habuisse *R O* furoris *corr.* fauoris *O* 98 Male *V* iustus *V* 99 O] scil. cuncti *R O* dies] dies iudicii *R O* inhonoret] scil. uos *R O* honores] delicias *R* 100 nornan *V*, normamque] i. e. per exemplum *R O* respicite *V*, resipiscite] xfrstfnt exih *R* 101 haeitonis *V* 102 Depinxi] i. e. descripsi *R O* breuitate] ex *O R* 104 Musa] Musam uocat more poetarum *R O*, a murmurando uel a sonando *M* refer] i. e. dic mihi *R O* celerique] i. e. ueloci *O*, uelociter *R* 105 facem] lumen et (id est lucem *O*) ostensionem *RO* 106 exortum *M*, exortu] a cuius prole uel natu *R*, i. e. prole *O* hettoni *V* heres] id est successor *O* 107 que] scil. tribus *R* docti *V* artem *R* 108 primo] id est in *R O* 110 Illius] scil. tribus *R O* generamine] id est generatione *R O* 111 Dicitur] illa proles *R* herbaldus *R*, erlbaldus *B* semone *V* 112 uenerabilis] id est dignus ueneratione *R O* 113 Insula nensa *M*, salum] pontum *R* sociatur] i. e. monachus factus est *R O* illius *V* 114 magisterio] datiuus *R O* trahitur *V* 115 sacris] in *R O* parua] sed ex magna parte *R O* 116 Imbuitur] ille Erlbaldus (Erbaldus *O*) *R* uetant] Heitonem *R O* artes] Erlbaldo *R*, Erbaldo *O* 117 Septenenas *R*,] septem liberales artes *RO* 118 refert] dicit *R* scriptura] apocalipsis *R O* Iohannis] euangeliste *R* 119 occulata] plena occulis *R* 120 adest] spiritualis sensus adest *R O* ratione] i. e. doctrina *R O* biformi] duplici *R* *ad marg.* qui (quia *O*) septem liberalibus artibus imbutus est (est peritus *O*) uidet (uidit *R*) et scit terrena et tunc (timet *R*) se (*om. R*) ab omnibus cauere potest atque nouit *R O*

1) *Vita Karoli c.* 2 optata quiete perfruitur. 2) *Herimann. Chron.* 822 Augiae Heitone episcopo et abbate privatam et quietam vitam adoptante. 3) *Met. IV*, 770 Fare, precor. 4) *Ib. IX*, 181 Mors mihi munus erit; *Ex Ponto II*, 3, 86 quem mala fama. 5) *Cf. p.* 298 *v.* 64—65. 6) *Ecl. I*, 16; *Aen. II*, 54 si mens non laeva fuisset. 7) *hêr-bald.* 8) *Met. III*, 588 cum traderet artem. 9) *Apoc.* 4, 8 Et quatuor animalia . . et in circuitu et intus plena sunt oculis. 10) *Art. Am. II*, 532 sensus adest.

Ante superna videt, retro terrena cavetque,
Hac ex parte foret ne clauso lumine[1] caecus.
Mittitur ad quendam socio comitatus[2] abinde,
Cuius multa viret sapientia dogmate, Scottum[3].
125 Quem dixi socium carmen perquirit abundans,
Nam vitam meta et vires in morte triumphat.
Nunc incoepta sequar, post pauca parabor ad illud.
Denique post reditum luxit perfectior actus.
Moribus ardor inest, sermone fidelis amor stat,
130 Fulget in ingenio verax, probus, aptus, honestus,
Norma boni, aequa fides, dilectio sancta sub illo
Innumerisque bonis nituit, quae cuncta sub ista
Non possum brevitate sequi, ne audire recuses.
Haec Heitonis erant postquam iactata per aures,
135 Approbat ipse suo passim moderamine vera
Esse satis, secumque vehit per terga liquentum
Camporum, fluctusque secant[4], Argosque penetrant,
Diximus ut supra, redeuntque Augense sub antrum.
Ergo ubi Heitonis silet argumenta potestas
140 Per multa, alteriusque licet dum iura levare,
Iam precis arte patet: curritque per ora vicissim
Erbaldo debere dari his in moenibus arcem.
Annuit ipse deus cunctos qui mente sub una[5]
Hoc voluisse dedit, pastori mandat alendas
145 In tellure ferax quae gaudet fruge[6] bidentes.
Tum perfecta magis domino servire voluntas
Incubat, insignemque virum vota optima produnt.
Mentis in occulto quantum prius esse benignus
Vellet, in adiecta poteris bonitate probare.
150 Dicam equidem[7] quid in antiquis donasse figuris

---

121 Ante] ex sacra doctrina *R*, ex sacrae scripturae doctrina caelestia semper uidere ualet *O* cauetque] id est celestia uidit ualenter *R* 122 Haec *V* foret] esset *R O* ne] ut non *R O* cecus] Erlbaldus *R O* 123 quenda *V* socio] id est Wetti *R*, Wettino *O* commitatus *R* 124 Cuius] scil. Scotti *R O* docmate *R*,] in *R O* 125 habundans *R M* 126 Nam] quia *R O* uitam] suam *R O* meta] in fine *R O* uires] id est in sua extasi *R O* trihumphat *R*, *ad marg.* quia ad eternam requiem post mortem peruenit et post reuelationem uixit *R O* 127 Tunc *R* incepta *D*,] i. e. ab Erlbaldo (Erbaldo) ut inchoaui *(om. O)* scribere uolo *R O* parabar *V* illud] ad uisionem Wettini *R O*, quem supra dixi sotium *R* 128 reditum] Erlbaldus *R* postquam rediit a Scotto *R O* at (*corr.* ad) quem missus fuerat *R* illuxit *O*, luxit] illuxit *R* perfectior] quam ante *R O* actus] id est in Erbaldo *O* 129 sermone] fuit *O* amortat *V* 130 Fulget] claret *R* uerax] fuit *R O* probus] bonus *R* 131 Horma *V*, Norma] i. e. exemplum *O*, exemplum fuit ille *R* sancta] dilectio uidelicet dei et proximi *R*, *ad* 129 *O* sub] in *O* 132 Innumerisque] in *O* 133 sequi] i. e. dicere *O* recuses i. e. ne tedium audienti tibi faciat *O*, non possum dicere ne tedium audienti uel legenti faciat *R* 134 iectata *V*, iactata] ut talia bona ab Erlbaldo dicere nactus est atque audiuit *R O* 135 Adprobat *V* ipse] Heito *R O* suo] i. e. cum *R O* 136 satis] i. e. ualde *R O*, satis qui *V* linquentum *V* 137 Camporum] aequorum *O* Argosque] Graecos *O*, agrosque *V* 138 Augense] sincopa *R* 139 ubi] postquam *R O* eithonis *V* 140 licet] et dum licitum fuit *R* 141 arce *R*,] ex *R O* patet] manifestum est *R O*, Oratione patet *V* 142 Herbaldo *R* 143 ima *R* 144 pastori] id est Erlbaldo *R O* mandat] scil. deus *R O* 145 Im *R* tellucre *V* frugae *V* bidentes] oues: bidentes dicuntur oues a duobus eminentioribus dentibus[8] *R O*

1) *Met. III*, 503 Lumina nox clausit. 2) *Ib. VIII*, 631 sociis comitantibus. 3) *An Clementem Scottum? MAB.* 4) *Aen. VI*, 724 camposque liquentes; *V*, 2 fluctusque . . secabat. 5) *Ov. Ep. XVII*, 126 Unaque mens. 6) *Ecl. IX*, 48 segetes gauderent frugibus. 7) *Aen. VI*, 722, *XI*, 348 Dicam equidem. 8) *Isid. Etym. XII*, 1, 9.

Huic agnosco deum[1] veteres recolendo prophetas.
Heliae successit enim venerabilis ille
Heliseus vectumque leves affatur in auras[2]:
'Spiritus, oro, tuus mecum duplicetur', at ille[3]:
155 'Grandia, nate, petis[4], fiat tamen ipsa voluntas.'
Maxima Heitonis nituerunt facta per orbem:
Si quid adesse potest, tamen exsuperatur ab isto.
Qui solita virtute potens pariterque benignus
Virtutum custos, vitiis saevissimus hostis
160 Ex aetate fuit puerili ipsam usque senectam.
Quam pulchre et digne multumque insigniter haec res:
Vernat uterque pater vitaque graduque beatus.
Hic pater ante fuit, modo filius adstat, obaudit,
Per natumque regi proprium vult corde paterno;
165 Filius iste prius ductor patris esse iubetur[5],
Et tamen intendit, qua se sententia docti
Iam senioris[6] agat, sequiturque per omnia pacis
Congeries, iungitque gregem concordia praepes
Pastorum, nullumque dolus, nullum ira lacessit,
170 Res laudanda quidem paucisque innata magistris.
Omnipotens vitae pacis lucisque repertor[7]
Ambobus vitam per saecula multa ministret.

Spiritus alme, veni nostraeque adiungere Musae,
Unius ut vitam praestanti fine capessam.
175 Perge, Camena, virum, quem supra, tolle, reliqui[8]:
Nam Wettinus erat celebri rumore magister
Artibus instructus septem de more priorum[9],
Cui fortuna dedit[10] scolis adnectier illis,

---

152 Hęlię *R* 153 uectumque] scil. Heliam *O*, etiam *R* leues] celeres *R* 154 duplicetur] duplex sit mihi *R* ille] inquit *R O* 155 nate] ó *R O* 155 fiet *VO*, fiat] futurum indicatur *R O* 157 abesse *R* exuperatur *R* isto] Erlbaldo *R O* 158 Qui] Erlbaldus *R*, Erbaldus *O* 159 Vertutum *corr.* Virtutum *V* 160 usque *om. O* senectam] ad *O*, usque ad senectutem suam *R* 161 pulchrę *D*, pulcre *R* 162 Vernat] ornat *O* uterque] Heito et Erlbaldus *R* uitaque] in *R* gradu] in *R* beatus] fuit *R* 163 Hic] Heito *R O* asstat *M*, adstat] et *R O* obaudit] et *R O* 164 natumque] id est per Erlbaldum *R O*, que *om. V* regi] infinitiuus passiui *RO* uult] Heito *RO* corde] cum *R O* 165 iste] Erlbaldus *R* doctor *R* patris] Heitonis *R O* uidetur *O* 166 qua] i. e. ubi *R O* sententia] uoluntas *RO*, sentia *corr.* sententia *V* 167 senioris] Heitonis *R* agat] ducat *O* sequitur *R* paucis *V* 168 Congeries] cumulacio *R* prepes] uelox *R*, prepes *corr.* perpes *V* 169 Pastorum] Heitonis et Erlbaldi *R* lacessit] prouocauit *R*, i. e. prouocat *O* 170 pacis *G*, pacisque *D*, paucis *M* 171 et pacis *V* 172 Ambobus] Heitoni et Erlbaldo *R* *post hunc versum linea vacua relicta est in G D V* De uisione Wettini amen *M*, De uisione Wettini versus eiusdem *OB* 173 Spiritus] ó *R O* adiungere] imperatiuus passiui *R O* musae] datiuus. carmini *R* 174 Unius] Wettini *O* prestanti] egregio *R O* capessam] dicam *R O* 175 canem ad *V* tolle] i. e. sursum leua *R O* 177 septem] septem liberalibus artibus *R O* priorum] nobilium *R* 178 annectier *RM*

1) ***Aen. XII***, 260 adgnoscoque deos. 2) 4 *Reg.* 2, 9 Obsecro, ut fiat in me duplex spiritus tuus; ***Georg. III***, 274, ***Aen. XI***, 595 leves . . delapsa per auras. 3) 4 *Reg.* 2, 10. 4) ***Met. II***, 54 Magna petis, Phaethon. 5) ***Ann. Alamann., Weingart.*** 822 Haitoni Erlobaldus successit; ***Herimann. Chron.*** 822. ***In libro confraternitatis secuntur p. IV col.*** 1 Erlebaldus abba. Heito episcopus. 6) ***Aen. VII***, 46 Iam senior. 7) ***Aen. XII***, 829; ***Iuvenci H. euang. IV***, 480 vitae lucisque repertor. 8) ***Perturbata constructio sic redigenda: Virum tolle, id est extolle, quem supra reliqui, id est, de quo superius agere destiti MAB.*** 9) *Ov. Ep.* XV, 364 Instruere . . arte mea; *Met.* X, 218 more priorum. 10) *Aen. IV*, 653 dederat. . . fortuna·

Quis gaudere solet nitida et lasciva iuventus[1].
180 Sed tamen exterius, quantum discernere nostrum est,
Moribus in castis vitam mediocriter egit
Laudibus ex hominum multas vulgatus ad aures.
824 Hic igitur postquam dominus descendit ab alto[2]
Carnis in hospitium sexto quater atque peracto
185 Octingentesimo rapidis discursibus anno
Undecimoque pii Hludowici Caesaris, et dum
Sexies Octimber declinat quinque diebus,
Adfuit illa dies[3], quae septima in ordine constat.
Ut sibi moris erat, quendam pro corporis haustum[4]
190 Prosperitate tulit, quod tunc non solus agebat,
Adduntur socii, reliquisque salubriter actis,
Ipse nova ingentes patitur gravitate dolores,
Indigesta vomens, dapibusque in corporis usus
Sumendis fastidit ali. Iam venit ab ortu
195 Prima dies[5] multusque parum discesserat angor,
Tum reficit non cepta tamen fastidia linquens,
Nec tractavit in hoc ullum se ferre periclum
Mortis, ad hanc vitam quoniam cibus ille animavit.
Tertia lux oritur[6] noctisque rotam Hesperus affert,
200 Colligitur mixtura virum, residetur ad escas.
Tum frater: 'Non mensa placet, non pabula prosunt,
Cedo locum, compellor enim feritate doloris
Strata videre mea, haec aliam portate sub umbram.'
Tolluntur stramenta aliamque feruntur in aedem
205 Contiguam cellae, quam cenatum ante petivit.
Ergo ubi membra suo componit languida lecto[7],
Conclausis oculis penitus dormire nequibat,
Spiritus ecce doli foribus processit apertis[8],
Clericus in specie, frontis latuere fenestrae[9],

---

179 Quis] in quibus *RO* 180 nostrum] scil. est *O* 181 egit] Wetti *R* 182 auras *GDBM* 183 Hic] Wittinus *O* posquam *M* alto] celo *R* 184 hospicium] in uterum uirginis *RO* sexto] in *RO* 185 Octongentesimo *R* anno] anno incarnationis domini octingentesimo XXo IIIIo *R* 186 Undecimoque] in anno *R* luduwici *R* 187 Sexies] XXXta *R* declinat] finit *RO* 188 Affuit *R* septima] i. e. dies sabbati *RO* 189 haustu *V* 190 Prosperitate] i. e. sanitate *RO* tulit] accepit *RO*, uel tulit uel sumpsit *RO* 191 socii] scil. ad illum *RO* 192 grauitate] infirmitate *R* 193 que] et *O* usum *R* 194 ali] nutriri *R* 195 dies] dies dominica *RO* discescerat *M* 197 si *V* ferre] habere *R* dolorem *R* 198 cybus *R* animauit] i. e. confortauit *O* 199 lux] dies Martis id est tercia feria *RO* hesperus] stella uespertina *R*, hespirus *M* 200 uirûm] uirorum *RO*, sincopa *R* 201 frater] infit *R*, scil. inquit *O* pabula] i. e. escae *RO* 202 Caedo *VDGO*] i. e. relinquo *RO* compellor] cogor *R* enim] quia *R* 203 Strata] lectum meum *R* 204 hedem *R* 205 Contiguam] i. e. proximam *RO*, uel propinquam *R* cellę] datiuus *RO* caenatum *D*, cenatum] ad *RO* sincopa *R* 206 suo] in *R*, Ego *corr.* Ergo ubi suo membra *V* 207 Conclusit *corr.* Conclusis *V*, Conclusis *RMBO* occulis *R* 208 Spiritus] i. e. diabolus *RO* floribus *corr.* foribus *V* procescit *R* apertis] apertis ingressus est ianuis *R* 209 fenestre] i. e. oculi *O*, fenestre frontis sunt oculi *R*

1) ***Aldhelm de princ. vit.*** 378 lasciva iuventus. 2) ***Fast. III,*** 835 ex alto qua mons descendit. 3) ***Trist. V,*** 3, 1 Illa dies haec est. 4) ***Scil. pharmacum aliquod pro corporis sanitate MAB.*** 5) ***Aen. X,*** 508 prima dies. 6) ***Aen. III,*** 117, ***XI,*** 210 Tertia lux; ***Fast. IV,*** 679 Tertia .. cum lux erit orta. 7) ***Ex Ponto III,*** 3, 8 languida membra toro. 8) ***Met. X,*** 457 fores aperit. 9) ***Sedul. C. Pasch. IV,*** 38 sub fronte fenestras.

210 Ut nec signa quidem parvi videantur ocelli. 824
In manibus tormenta gerens, capitique propinquans
Magna sub ardenti complectens gaudia corde:
'Cras torqueris', ait, 'meritumque rependitur[1] omne'.
O' mens orba hominum[2], quo te deducere caecum
215 Expetis et cuius retinentur sidera septem
In palma, hunc inimicitia aversaris amara
Et cum luce cares[3], tenebris circumdaris atris!
Ille feroxque rapaxque, minax, mendaxque sagaxque,
Finibus insidians fundo te tinguit Averni,
220 At dominus si ductor erit, transmittit Olimpo[4].
Ille igitur dum tanta minans promittit inermi,
Turba catervatim piceum comitata[5] magistrum
Affluxit totumque locum tetro agmine supplet.
Armati velut in bellum curruntque per aulam,
225 Structuri angustum poenalis carceris antrum,
Nulla relinquentes fugiendi dona pavorem.
Hic locus insinuat Solimae quod dixit Iesus[6]:
'Ecce dies venient et tu circumdata vallo
Laberis usque solum, gladio mactabitur infans,
230 Et lapis esse super lapidem hac strage vetatur.'
Urbs animam, lapides tractatus nempe figurant,
Vallus in angorem positus dinoscitur esse.
Destructor nam daemon erit, destructio finis.
Evenit hoc illi, qui notum spernit Iesum.
235 His actis timor ora premit, pavor occupat artus[7]:
Spes iam nulla fuit[8] nigram vitare catervam.
Sed divina cito advenit clementia cursu,
Viderat in cella monachos sedisse nitentes,
Forma quibus radians habitusque ignotus in arvis.

---

210 ocelli] i. e. oculi *O* 211 Iam *V* capitique] Wettini *RO* 214 *ad marg.* Sinecdoche *R* orba] i. e. caeca *O* quo] aduerbium ordinis *R*, loci *O* ducere *V* caecum] i. e. diabolum *O*, diabolum qui est tenebrosus et cecus *R* 215 cuius] Christi *R* sydera *RB* centrum *R* 216 palma] i. e. in potestate *RO* ininimititia *M*, ininmicitia *V* aduersaris] i. e. abhominaris *RO* 217 luce] id est Christo, qui est lux *RO* circumdaris] i. e. diabolus, (qui est tenebrae *O*) dominabitur tui *RO* 218 Ille] diabolus *RO* ferox *V* 219 fundo] datiuus *RO* tinget *O* auerni] genetiuus, i. e. inferni *RO* 220 erit] scil. tui *RO* olympo] celo *R* 221 Ille] diabolus *RO* minas *corr.* nans *V* inermi] infirmi *R* hic et hec inermis et hoc inerme *RO* 223 tetro] cum *O* 225 Structuri] i. e. facturi *RO*, Structiri *corr.* turi *V* 226 fugendi *R* 227 insinuat] ostendit, significat *R* solime] datiuus *R* hierosolime *RO* 228 *ad marg.* hoc factum quod in isto accidit loco *R* 229 Laboris *corr.* beris *V* solum] ad terram *R* mactabitur] occiditur *R* infans] infantem *R* *ad marg.* pro uniuerso populo posuit *R* 230 stragae *V* 231 Urb *corr.* Urbs *V* animam] non tantum (istius *R*) Wettini, sed etiam uniuscuiusque *RO* hominis *R* tractatus] i. e. cogitationes *RO*, tractus *V* figurant] significant *R* 232 angorem] anxietatem *RO* dinoscitur] i. e. significat *RO* 234 spenit *corr.* spernit *V* 235 actis] per- *O* ora] facies *RO* 237 diua *V* cito] ueloci *RO* 239 radians] erat *R* inuisus in armis *V*

1) *Iuvenci H. euang. Praef.* 18 meritumque rependet. 2) *Aen.* X, 501 Nescia mens hominum. 3) *Georg. IV*, 255 luce carentum. 4) *Venanti C. II*, 8, 17 animam transmisit Olympo. 5) *Met.* X, 9 turba comitata vagatur. 6) *Luc.* 19, 43 Quia dies in te, et circumdabunt te inimici tui vallo .. 44 et ad terram prosternent te et filios tuos .., et non relinquent in te lapidem super lapidem. 7) *Met. II*, 283 Presserat ora vapor; *Georg. IV*, 190 sopor suos occupat artus; *Aen. VII*, 446 tremor occupat artus. 8) *Ib. II*, 137 Nec mihi iam .. spes ulla.

824

240 Unus ait, media quem fors in sede locavit[1]:
'Res iniusta patet, fugite his e sedibus hostes,
Hic homo sumet adhuc huius compendia vitae[2].'
His dictis, velut in vallem cum lympha minatur,
Fertur ab aspectu subitis discessibus agmen,
245 Cessit et anxietas, tandemque decorus in aulam
Angelus ingreditur fulgens in veste rubenti,
Gressibus assistens sermone acclamat amico:
'Te, dilecta anima, hoc momento visere veni.'
Talia dicenti[3] recubans sermone Latino
250 Subdidit: 'Omnipotens nostris si ignoscere culpis
Dignatur, pietatis opus[4] perfectius auget,
Sin alias, pugno concludimur illius omnes[5].
Impendat quodcumque placet, sequimurque libenter.
Nam prima sancti patriarchae fronte statuti,
255 Inde prophetarum collectio sancta priorum,
Sanctus apostolici demum globus ordinis omnis:
Hi genus humanum[6] multo vexere labore,
Nunc etiam maiora petit[7] solamina praesens
Tempus, ab hac fragili quoniam plus carne gravamur'
260 Colloquio in medio rumpuntur visa duorum
Nondum verborum, sed visus finis habetur.
Evigilat, si quisque sibi, quaesivit, adesset:
Vidit adesse duos, cunctis qui ad strata reversis
Forte domum intrabant[8], quorum tunc unus in ipso
265 Coenobio praepostus erat, meus ipse magister[9],
Praecipua bonitate vigens et moribus omnes
Praecellens; latitare volens, sed notus ubique.
Repperit hunc aliumque domo consistere fratrem,
Accitisque cavas visum iaculavit in aures[10],
270 Quicquid in angusto cognovit temporis artu.
Palluit ac timuit carnisque dolore remoto,

240 sede] scil. sancta *O*, scamni *R* 241 patet] hic *R O* his ex *R* e *om. G R* hostes] ó *R O* 242 sumet] i. e. spassat *R O* 243 limpha *D R V*, lympha] i. e. aqua *R O* minatur] i. e. pellitur *R O* 244 aspectu] scil. illorum *R O* discursibus *R* 246 rubenti] i. e. purpurea *O*, in purpura ueste; quod dicit in ueste rubenti significat, quod iratus fuerat, quia diabolos ibi inuenerat *R* 247 Gressibus] i. e. pedibus Wettini *R O* amico] i. e. amabili *R O* 248 dilecta] ó *R O* anima — dicenti *om. V* monento *G D* 249 recubans] Wetti (i. e. Wettinus *O*) qui recubuit in lecto *R O* 250 Subdidit] respondit *R O* culpes *corr.* pis *V* 251 auget] scil. in hoc *R O* 252 alias] i. e. aliter *R O* pugno] manu id est potestate *RO*, pugnas *V* ipsius *R* *ad marg.* Parenthesis *O* 253 Impendat] prohibeat *R*, i. faciat *O* sequimur *R*, *corr.* que *V*, se] oboedimus *R O* 254 prima] in primo mundi initio *R O* secuti] statuti *R* 255 Inde] aduerbium ordinis *R O* 257 uexere] portauerunt *R* 258 solamine *R*, sollempnia] solamina *M* 259 fragili] qui fragiliores sumus *R* 260 duorum] angeli et Wettini *R* 261 Nundum *V* uisus] genitiuus *O*, quia aliud uisum id est alia uisio sequebatur, ut infra legitur *R O* 262 Euigilat] Wetti *R* quesiuit] interrogauid *R* 264 usus in *V* 265 Coenubio *V* prępositus *D*, prepostus] sincopa *R* 266 Precipua] preclara, egregia *R*, Percipua *V* moribus] in *R* 268 domo] in *O* 269 Accitisque] uocatis his duobus *RO* fratribus *R* uirum *G D* iactauit *R* 270 angusto] in breui tempore uisionis *R* actu *corr.* artu *M*, artu] articulo *R O*

1) *Aen. II*, 525 sacra .. in sede locavit. 2) *Venanti V. Martini I*, 393 tribuat conpendia vitae. 3) *Fast. III*, 625 Talia dicenti. 4) *Venanti C. IV*, 27, 1 pietatis opus. 5) *Cf. Isai.* 40, 12. 6) *Aen. I*, 542 Si genus humanum. 7) *Trist. II*, 183 maiora petitis. 8) *Fast. III*, 627 domum intravit. 9) *i. e. Tatto.* 10) *Met. XII*, 42 penetratque cavas vox omnis ad aures.

Surgit ab excubitu pronus tellure recumbens, 824
In patulaeque crucis distendens membra figuram,
'Iam tota virtute, viri, prece posco frequenti',
275 Inquit, 'adorantes veniam deposcite nobis,
Intentas formate preces, clementia magna est'.
Conspiciunt igitur tanto terrore [1] gementem,
Cantibus insistunt palmasque ad sidera tendunt [2].
Cantantur septem lacrimantum carmina [3], necnon
280 Plurima psalmorum modulamina firmiter addunt,
Quae tanta anxietas sibi continuare requirit.
Tunc surrexit humo [4], lectoque resedit anhelus,
Exposcitque legi sibi verba novissima [5] sancti
Gregorii in scripto, quod noscitur illius esse
285 Dialogus, quo multa bonis documenta ministris
Construxit mortisque situs per multa serebat.
Grandis in hoc libro perlecta est lectio fratri,
Tunc ait: 'Oro, patres, componite corpora terrae [6],
Atque quiete gravem placida relevate laborem [7],
290 Et mihi quod restat spatium concedite noctis,
Corpus ut invalidum somno pascatur inani.'
Postquam lassa suo prosternunt membra [8] papiro,
Ipseque tam diros animae carnisque labores
Dum recreare cupit, caelorum e culmine missus
295 Angelus albato vestitu venit amictus,
Assistens capiti, qui visum in veste priorem
Purpurea [9] ostendit, iuxta vestigia stando
Blandaque dictorum praemittit verba [10] suorum,
Laudat et hoc studium, quod confugisset ad almum
300 In precibus dominum, quod lectio sancta placebat,
Tempore quo graviter terrens angustia pressit.
'Hoc servabis', ait, 'nec praetermiseris exhinc.
Inter multa quoque est psalmus perfectior unus,

---

272 excubitu] a lecto *R O* tellure] in *R* 273 figuram] in *R* 274 uiri] ó *R O* oratio frequenti *V* 276 formate] facite *R* clementia] dei *R O* 277 tanto] in *RO* 279 Cantant *R* septem] VII psalmos penitentiales *R O* lacrimatum *V*, lacrimantium *M*,] penitentum *RO* 280 Prurima *D* 281 Quę] que homini in tanta anxietate posito (manente *O*) cantari possunt *R* sibi] pro se *O* continuare] i. e. frequentare *O* 282 humo] ab *R* lectoque] quia prostratus iacebat *R O* 283 nouissima] non nouissima uerba sed nouissimum librum *R O* 284 scripto] uel titulo *R*, scriptione *O* 285 quo] in *R* bonis] datiuus *R* 286 situs] gklfgpnk *R*, accusatiuus *O* 287 Grandis] magna *R* libro] i. e. usque ad nouem uel X folia *R O* 288 terrae] i. e. lecto *O* 289 At quiete *V* 290 restat] superest *R* 292 Posquam laso *corr.* lasso suo *V* lassa] lassata *R* papiro] scopo *R* 293 dirus *R* carnis *R* 294 Tum *R* recreare] reficere *R* e *om. R* 295 albato] cum *R*, abalto *V* uestitu] ueste *R* amictus] participium *R O* 296 priori *R* 297 Purperea *V* uestigia] secus pedes *R* fando *ad marg.* stando *G* 298 Blandique *D*, *corr.* daque *G* dictorum] i. e. qui *O*, blandis uerbis alloquitur eum *R* 299 fugisset *V* 300 Oratione deum *V* dominum] laudat *R O* placebat] que legebatur illi *R* 301 quo] in *R* 302 ait] angelus *R* ne *R*, *om. V* exhinc] hoc faciendo *R* 303 In multa *G*, In multis *D* unus] id est 'beati inmaculati' *O*, qui ad componendos (i. e. adornandos *add. O*) hominum mores pertinet uel qui dicit de moribus hominum *R O* beati *R* [*Ps.* 118]

1) *Aen. XI,* 357 tantus .. terror. 2) *Aen. I,* 93; *V,* 256 palmas ... ad sidera tendunt. 3) *Met. XIV,* 369 cantato .. carmine. 4) *Fast. VI,* 735 Surgit humo iuvenis. 5) *Art. Am. I,* 539 novissima verba. 6) *Aen. XI,* 22 corpora terrae | Mandemus. 7) *Met. XV,* 16 requie longum relevasse laborem. 8) *Ib. VI,* 353 lassataque membra. 9) *Aen. VI,* 139 purpuream .. vestem. 10) *Met. VI,* 360 blanda .. verba.

824

Cui virtus moralis inest, post carmina constans
305 Septena atque decem centumque, hunc saepe reflectes.
Lectio quo legitur psalmique canuntur aperta
Veracique fide iocundum munus habetur,
Talis et ad dominum utiliter devotio fumat
Atque serenatum hoc placat certamine Christum.'
310 His igitur dictis assumens angelus idem
Infirmum, duxitque via praecessor amoena.
Dum vadunt, montana vident, quae sidera tangunt[1]
Marmoris in specie pulchro commixta colore,
Quaeque in circuitu praecingens igneus amnis
315 Ambit, inexhaustos tribuens intrantibus ignes.
In quo multa nimis monstrata est turba reorum[2],
Inque locis aliis diversas facta sequentes
Agnovit poenas, multosque recumbere dudum,
Quos habuit notos; ibi maior et alter in undis
320 Ordo sacerdotum[3] praefixo stipite vinctus,
Terga dedit[4] vinclis, quae curis carne superbis.
Contra quemque stetit mulier pro crimine stupri:
Fomes adulterii, est consors poenalis Averni.
Tertia cum radios semper produxerit aura,
325 Dicuntur caedi genitalibus artubus ambo,
E quibus ille aliquos sese cognosse ferebat.
'Magna sacerdotum numero pars', angelus inquit,
'Lucra petunt terrena quibusque inhianter adhaerent[5],
Atque palatinis pereuntia praemia quaerunt[6]
330 Obsequiis, ornantque magis se veste polita,
Quam radiis vitae, pomposis fercula mensis
Glorificare parant, animarum lucra relinquunt,
Delitiis ducti per scorta ruendo volutant.
Hac ratione alios neque se defendere possunt,
335 Peste fameque inopem possent solarier orbem,

304 carmina] post psalmos *R* constans] psalmus *O* 305 decim *DGV* reflectes] cantes *R*, reflentes *corr.* flectes *V* 306 quo] ubi *R O* apta *V* 307 iucundum *R* munus] scil. deo *R O* 308 deuotio] oratio *R O*, uotio *V* fumat] scandit *R O* 309 certamina *V* 310 asumens *V* 311 amoena] per uiam amenam *R O* 312 sydera *R* 313 Marmoris insidie *V* pulcro *R* 314 Quaeque] i. e. quae sunt montana *O*, Quos in *V* circuita *D* 315 inexaustos] indeficientes *R O*, inconsumptos *R* tribuens] ille igneus amnis *R* 316 quo] scil. amne *R O* 317 facta] per *R* 319 alter] minor ordo i. e. prespiterorum *R O* 320 sacerdotum] i. e. pontificum *O* stipite] steccen *O* uinctus] scil. ille ordo *R O* 321 Terga] hoc est ut manus post terga fuerant ligatae *O* curis] datiuus *R O* carne] in *R*, scil. terga *O* superbis] in hac uita scil. dedit *O* 322 quemque] unum- *R* 323 Fomes] *ad marg.* mulierem ignem vel fomem uocat. Sensus hic est: quae prius incentrix fuit peccaminis nunc consors fit supplicii *O*, mulier que incentiuum uel incendium fuit peccaminis fit concors supplicii *R* 324 Tercia] tercia hora diei *RO* ueniente *O* aura] pro aurora *R O* 325 Dicitur *corr.* Dicuntur *V* genitalibus] in *R O* artibus *R* 326 Et *corr.* E *V* cognosse] sincopa *R* 327 numero] in *R* 329 Ad quibus pal. *V* palatinis] in *O* 331 pomposis] in *R* fercula] cibos. fercula dicuntur a ferendo *R* 332 Grorificare *D* 333 Deliciis] in *R* ducti] se- *R*, i. e. decepti *O* 334 Hac] ex *R* ratio aliquos *V* defende *R* 335 possent] scil. tamen *O*, possunt soliarier *V*

1) ***Fast. I,*** 308 Peliacus sidera tangat apex. 2) ***Cf. Apoc.*** 21, 8 pars illorum erit in stagno ardenti igne et sulphure, quod est mors secunda. 3) ***Venanti Carm. IX,*** 1, 1 Ordo sacerdotum. 4) ***Met. XIV,*** 143 Terga dedit. 5) ***Iuvenci H. euang. II,*** 158 Pars inhians nummis. 6) ***Confer librum II de vita Walae abbatis cap.*** 5. ***MAB.***

Si tota virtute deo sua lucra referrent.
Hanc summam mercedis habent, qui talibus instant
Rebus, ut aeternam capiant in finibus iram.
O patres, si pauca addam, ne spernite, quaeso.
340 Quid facit antistes? in ovile lupus ruit ullo
Non claudente fores, iacet ebrietate sepultus [1]
Pastor. Adulterium in domini committere sponsam
Qualiter audebis, thalamum usque inducere debes
Regis, et ipse thorum prior invasisse [2] nec horres?
345 Miror avaritiam sacratum pectus habere.
Cui servas? resipisce, precor, non nascitur heres.
Quid cumulas? non quippe tuo sub iure tulisti,
Sed sunt dona dei [3] quae dispensare iuberis.
Nemo bono obsistit, si rectum velle tenebis.
350 Quid rapis et vendis Solimorum more columbas?
Valde cave, expulsum dominus ne torqueat acris
Verberibus pompasque truci condemnet Averno [4].
Cur tibi magnus eris, numerum si forte bidentum
Te recolis debere deo signare potenti?
355 Crebra sub occultum claudis suspiria pectus,
Si non damna voles, verecundia ducat ab igne.
Cumque videbis oves dextra, tu parte sinistra
Esse tuas, nuper ductor, nec terga sequeris [5],
Pro cunctisque lues patiens incendia poenas [6],
360 Nolo, tibi ille canat, praesul sacrate, propheta [7]:
'Plebis erit similis stultae peccando sacerdos.'
Laus gregis esse stude et caelestia regna [8] mereris.
Vidit et horrendum ligni lapidisque opus illic
Materia exstructum, castelli more locatum
365 Ordine confuso, fumo atque vapore repletum.
Territus his frater quaerens quis mansor inesset,
Audiit inclusam monachum pro sorte catervam,

---

337 summam] hunc numerum *R*, zala *O* 339 *ad marg.* Poęta *O* addam] ex meo *R* 340 lupus] cum *R* illo *V* 341 claudent *G* sepultus] ille antistes *R O* 342 Pastor] ó *R O* 343 thalamum] cum *O* induce *V*, indecere *corr.* duc *G* debes] deberes *R* 344 Regis] Christi *R* inuassisse *V* 346 seruas] quod habes *R* resipisce] xfrstbntdkh *R*, resipisse *V* heres] tibi *R* 347 Quid] cur *R* tulisti] accepisti *R O* 348 dispensare] aliis *R* 349 bono] tibi *R* obsistat *R* uelle] i. e. rectam uoluntatem *R O* 350 Quid] cur *R* solimorum] hiero-*R* *ad marg.* i. e. cur spiritum sanctum per inpositionem manus pro munere tribuis *R O* ore *V* 351 ne pulsum *corr.* ex *O*, expulsum] i. e. a cetu sanctorum eliminatum *R O* atris *G* 352 pompasque] et ne per *O* truci] in *O*, et ne in *R* condempnet] cruciet *M R* auerno] nomen *R* 353 bidentum] ouium *R* 354 signare] i. e. presentare *R O* 355 sub] intra *R* 356 uerecundia *G V*, uercundia] sincopa *R O* 357 dextra] in *R* tui *G*, tu] autem uideris *R* 358 Ecce *V* terga] scil. saltim *O* 359 que *om. V* lues] pateris *R O* paciens] tu *R*, patientia poenas *V* 360 ille] ut *R*, nolo ut uerba eius ad te attingant (attineant *O*) uel eueniant tibi *R O* 361 Plebis] uerba prophete *R* stupae *V*, stulte *R* 362 Laus] i, e. stude, ut grex te laudet uel aliter: ut grex propter te laudetur *R O* studę *G*, studae *D* caelestia dona *R* 364 locacum] illud opus *R* 365 repletum] opus *R* 366 his] ab *R* 367 Audiit] ab angelo *R* inclusam] esse *R O* monachum] sincopa pro monachorum *R O* 386 uariis] ex *O*

1) *Ioh.* 10, 1; *Aen. II*, 265 somno vinoque sepultam. 2) *Iuvenci H. euang. III*, 506 non furta tororum | Invades. 3) *Iuvenci H. euang. I*, 769 dei .. dona. 4) *Cf. Matth.* 21, 12. 5) *Art. Am. I*, 493 modo terga sequaris. 6) *Met. VIII*, 689 meritasque luet .. poenas. 7) *Isai.* 24, 2 Et erit sicut populus sic sacerdos. 8) *Iuvenci H. euang. I*, 652 caelestia quaerite regna.

824 Purgandi variis patriisque locisque manentum.
Hos inter speciale tenet discrimen et unus
370 Frater, in inlicitum cecidit qui crimen habendi,
Secretas cumulans iniusto pondere gazas.
Roboream ille habuit, quem plumbea possidet arca,
Iudicii usque diem dubio sub fine vomendum.
Hac se fraude duo primo armavere iugales
375 Saffira et Annanias, communis vasa pericli.
De quo fratre prius cuidam, dum peste laborat,
Annos ante decem similis sententia visa est,
Dum raperetur in excessu, iamque illa vetustas
Delituit, donec memores revocentur ab isto.
380 Ille etiam, cui nunc patuit, non audiit ante.
Indicat iste locus vitium, quod saepe notatur,
Saepius hoc monachis magis ac magis [1] esse cavendum
Succidique iuvat, quod tantum pondus adauget.
O monache, esse cupis quod te iam velle negasti [2],
385 Dives opum [3], cui nulla patrum hoc documenta dederunt [4],
Sed paupertatem, cuius pars Christus habetur.
Si vendis Christum, maneat quae, cerne, gehenna.
Liquisti commune bonum [5], furtumque peculi
Eligis: haud capies communi sorte coronam.
390 Tu tamen, omnipotens, proprios rege, ductor, alumnos.
His visis celsum caelo montemque [6] propinquum
Aspiciunt, tum ductor ait: 'Hac arce tenetur [7]
Abbas, ante decem corpus qui liquerat annos [8].
Ventorum incursus tempestatumque furores [9],
395 Vim pluviae multumque ferens discrimen, ibidem
Abluit, incauto quicquid neglexerat actu,
Laetus ut aeterni ducatur regis in aulam,

---

370 in *om. R* illicitum *O* 371 Sacratas *V* 372 Roboream] arcam *R* habuit] hic *R O* plusbea *corr.* plumbea *V* arca] illic *R O* 373 diem] in *O* dubio] tunc *R O* uomendum] eiciendum *R O* 374 fraude] i. e. peculiaris precii *R O* prima *V*, primo] in primitiua ecclesia *R O* 375 Saffira *ad marg.* saphira *M* 376 fratre] i. e. de monacho incluso *R O* pius *G* cuidam] homini *R O* peste] in *R* 377 decim *VB* 378 excelsum *M*, excessum] in extasi mentis *O*, extasis est, quando mens alienatur pauore uel quando mens ad celestia rapitur *R* 379 Dilituit *G D V B*, Delituit] in obliuione erat *R O* isto] Wettino *O* 380 Ille] Wettinus *O* 381 locus] haec una res, hoc est haec uisio bis repetita *R O* uicium] hoc *R* notatur] pullulat *R* 283 iuuat] prodest *R O*, adiuuat *O* tandem *R* pondus] pene *R* 384 monachae *V*, manache *R O* 385 patrum] priorum *R* hoc] ut diues esse cupias *O* 386 cuius] paupertatis *R* 387 uendis] si proicis paupertatem (quod Christus iam ante fuit *O*) quam Christus iam habuit ante atque quam amat *R* maneat] expectet *R* cerne] tunc uide *O* 388 commune] paupertatem *O* peculii *G D B* 389 haut] non *R* capies] percipies *R* cupies *G* sorte] in generali premio *R O* 390 omnipotens] deus *R* 391 caelsum *G* caeloque (montem *om.*) *O* 392 dum *G D* ductor] angelus *O* arce] in hac summitate montis *R O* 393 decim *G D* liquerat] presentem uitam finiuit *R* 395 ferens *om. G*, ferens] sustinens *R* 396 deliquerat actu *V R*

1) *Georg. III*, 185 magis atque magis. 2) *Cir.* 316 mori me velle negavi. 3) *Georg. II*, 468 Dives opum; *Aen. I*, 14, *II*, 22. 4) *Met. I*, 415 Et documenta damus; *III*, 579. 5) *Trist. IV*, 4, 16 de communi .. bono. 6) *Aen. XI*, 320 et celsi .. montis. 7) *Ib. VIII*, 657 arcemque tenebant. 8) *Waldo* a. 813 *defunctus, de quo cf. supra p.* 267. *In miraculis S. Genesii c.* 6 (*ed. Wattenbach p.* 14) Waldo vir magni ingenii, Insulanensis coenobii pater *commemoratur.* 9) *Iuvenci H. euang. III*, 230 Ventorum rabiem tempestatumque furores.

Deliciasque sacrae sanctorum sedis in aevum 824
Obtineat, poenaque carens ubi vita sequatur.

400 Angelus haec addit, quidam quod praesul[1] eundem
Deberet precibus factisque iuvare benignis,
Ante dies multos ceu demandaverat ipsi
Legato ostensus, quem tunc per somnia ferre
Hortatur sibi dicta[2] patri, sed episcopus ille
405 Esse ratus soliti mendacia inania somni
Ludendo excepit, dispecto fratris amore,
Mente piger, nec corde sagax, succurrere tardus,
Vi tormentorum iam nunc succumbit amare
Sortiturque suas proprio pro crimine poenas.

410 Ad quem frater[3]: 'Ubi, quem dicis, clauditur'? inquit;
Dixerat: 'Ex alia montis male parte[4] tenetur.'
At nos quae paucis dedimus iam somnia verbis,
Monstramus per verba viri, qui haec ipse videbat.

Orsus ait[5]: 'Dormire casa squalente videbam,
415 Disposito sedisse loco, quem diximus ante,
Abbatem surasque et crura cruore fluentes,
Labitur in vocem: 'Fili, fer dicta patrono.
Respicis hanc aedem, bini coluisse iubemur
Informem socii, duo namque lavare suescunt
420 His comites sese nantes in gurgite thermis[6].

Resperguntque[7] domum hanc loetalis pestis odore,
Ut miseri citius pellantur ab aede coloni.
Ad loca sanctorum, pete, mittat ut ille virorum,

---

398 Delitiasque] i. e. praemia *R O*, dilitiasque *V* sacras *G*, sacrae] et ut *R O* 399 Optineat *R V M* penas] ablatiuus *R* sequatur] illum *R* 400 addidit *V* eundem] scil. abbatem *R O M* 401 precibus] cum *R* factisque] cum elemosinis *R O* 402 demandauerat] abbas *R O* ipse *O*, ipsi] episcopo *R* 403 Legato] episcopi *R O* ostensus] ille abbas *R O* 404 Hortatur] petit *R* sibi] legato *R O* patri] episcopo suo *R O* 405 ratus] estimans *R O* 406 despecto *R*, despectio *M* fratris] abbatis *R O* 407 corde] in *R*, ne corde *V* succurrere] aliis *R O*, succurre *V* 408 Vi] uiolentie *R* amare] aduerbium *R* 410 quem] angelum *R O* frater] Wetti(nus) *R O* 411 Dixerat] respondit angelus *R O* 412 At nos] uerba Heitonis, qui prosam istius libri scripsit id est uisionem Wettini *R O* 413 uiri] predicti clerici *R O* ipsae *R*, ipsa *O* uidebit *G* 414 Orsus] incipiens ille clericus *R O* casa] in hxtdxn *R* squalore *corr.* ente *O*, sualenda *R* 415 Disposito] sibi *R O* sedisse] et uidebis *O* ante] hic patet quod idem abbas bis praedicto clerico se in uisione clarauit *O* 416 suras] xxbdpn *R*, surasque] uuadon *O*, uuadun *M* crura] bfkn *R* fluenter *V* 417 uocem] ille abbas loqui ad me cepit *R O* dicta] haec *O*, nuntia *M* patrono] episcopo tuo *R O* 418 bini] i. e. ego et alter monachus *O* coluisse] id est habitasse *R O* 420 thernis *V*, thermis] balneis *O* 421 hoc laetalis *V* odore] cum *R O* 422 aede] ista *O* coloni] hii (isti *O*) duo comites *R O* 423 loca] ad monasteria *O* mittat] mitte *O* ille] episcopus *R O*

1) *Cf. Necrol. Augiense* VI Kal. Februar. Adalhelmus episcopus (*Boehmer Fontes IV*, 140, 141); *Nomina fratrum conscript. S. Galli* (*St. Galler Mitteil. XIX*, 32). 2) *Aen. XI*, 330 qui dicta ferant. 3) *Necr. Aug.* VI Id Apr. Adam; *Adam diaconus vivebat sub Erlebaldo abbate.* 4) *Aen. X*, 362 At parte ex alia. 5) *De Oudalricis comitibus pagorum Argengeuve et Linzgeuve cf. Stälin Wirtemb. Gesch. I*, 327. 6) *Aen. I*, 118 nantes in gurgite vasto. 7) *Cf. Hludowici Pii praeceptum Iohanni abbati Fabariensi datum* (*Schöpflin Alsatia diplom. I*, 75, *Sickel Acta Lud.* 289) *in quo abbas conqueritur, quod a quodam quondam comite nomine Roderico infestationes et praeiudicia tantas ac detrimenta ipsi et familiae eorum pertulissent etc., cf. Sickel Acta* 290; *epistolam a Victore II episcopo Curiensi ad Hludowicum imperatorem datam* (*von Mohr Cod. diplom. von Graubünden I*, 27).

824 Deposcens quod gratis agunt solatia ferre[1],
425 Reprimere ut possit, paries ubi nullus habetur,
Inmensum foetoris onus relevetque dolores.
Haec, mi nate, precor, non oblivisceris haec tu.'
Post haec antistes dum cuncta ex ore ferentis[2]
Audiit, 'Haec', inquit, 'fantasmata credo fuisse,
430 Idcircoque fidem verbis non commodo fictis'[3].
Credere quae renuit haec angelus iste resignat,
Quippe quod ammonitus functis incredulus extans
Auxilium conferre precis tardaret egenti,
Atque ideo propriis fruitur sine munere poenis.
435 Denique quod paucis visum percurrimus odis,
Ante nec audivit qui nunc renovata revexit,
Et velut ad superos imo devexit abysso.
Annuit iste locus multum pia vota mereri,
Fidere sed noli, post vitae tempora[4] solvi
440 Alterius per verba, focos quos colligis ipse
Actibus ex pravis, licet intercessio purget
Crimina multorum, tamen hac securus haberi
Nemo potest, quia quo nescit sua pondere facta
Pensentur, quapropter ego esse mihi utile dico,
445 Quod gessi purgare prius, sua quemque sequentur[5].
Contemplatur item quendam lustrata per arva,
Ausoniae quondam qui regna tenebat[6] et altae
Romanae gentis[7], fixo consistere gressu,
Oppositumque animal lacerare virilia stantis
450 Laetaque per reliquum corpus lue membra carebant.
Viderat haec, magnoque stupens terrore profatur:
'Sortibus hic hominum, dum vitam in corpore gessit,
Iustitiae nutritor erat saecloque moderno
Maxima pro domino fecit documenta vigere
455 Protexitque pio sacram tutamine[8] plebem.

---

424 agunt] parentisis *O* salatia *V* ferre] mihi *R O* 425 possit] oratio eorum *R O* 426 releuetque ut *R*, honus releuet *V* 427 nate] ó *O* oblisceris *R* 428 ferendis *V*, ferentis] dicentis *R O*, clerici *O*, nuntiantis *M* 429 fantasma *M* 430 fidem] meam *O*, qui fidem *V* fictis] falsis *R O* *ad marg.* uerba *R* commendo *O* 431 rennuit *D*, renuit] ille episcopus *R O* resignat] renouat *O* 432 quamdammonitus *V*, admonitus] episcopus *O* functisque] de- *O* ex credulis extant *V* 433 preces *V* 434 numere *V*, munere] beatitudine *R*, beatitudinis *O* 435 odas *O* 436 audiuit] ille *R*, Wettinus *O* 437 ima *R*,] ex *O*, immo *B* abys *V*, abysso] haec abyssus *O* 438 ipse] uel iste ista *R* multum oratione mereri *V* pia] fortuna *R* mereri] (h) oc factum *R* 439 uitae] scil. huius *O* solui] scil. posse *R O* 440 focos] ignes *O* quos] penes *R* ipse] dx *R* 441 brauis *O* 442 haec *D M*, hac] intercessione *R O* 443 noscit *V* *v.* 443 *sequitur in R versum* 444 444 Pensetur *V*, Pensentur] iudicentur *O* quopropter *V* utile loco *V* 445 quenque *R* sequentur] absolute hoc dicit *O* 446 Contemplatur] uidetur *R*, uidebat *O* lustrante pupilla *G* *ad marg.* De Carolo *O* 447 altae] regna *O* 449 Obpositumque] contra uidit *R* animal] unum *R* uigilia *corr.* uirilia *V* 450 lue] lesione *R O* 451 Vaderat *corr.* uiderat *V* magnoque] cum *O* profatur] inquit *O* 452 Sordibus *corr.* Sortibus *V* uita *V* gessit tenuit *R O* 453 secloque] in *R* moderno] nouo *O* 454 domino] pro domini amore *O* uigere] crescere *R O*

1) *Met. V*, 191 Magna feres .. solacia. 2) *Aen. IV*, 11 sese ore ferens. 3) *Met. XIII*, 9 fictis .. verbis. 4) *Trist. V*, 10, 12 vitae tempora. 5) *Ecl. II*, 65 sua quemque. 6) *Aen. VII*, 735 Capreas cum regna teneret. 7) *Ib. I*, 33 Romanam ... gentem. 8) *Prudent. Perist. V*, 343 tutamen ut sacrum

Et velut in mundo sumpsit speciale cacumen. 824
Recta volens dulcique volans per regna[1] favore.
Ast hic quam saeva sub conditione tenetur,
Tam tristique notam sustentat peste severam,
460 Oro, refer.' Tum ductor: 'In his cruciatibus', inquit
'Restat ob hoc, quoniam bona facta libidine turpi
Fedavit, ratus inlecebras sub mole bonorum
Absumi et vitam voluit finire[2] suetis
Sordibus: ipse tamen vitam captabit opimam,
465 Dispositum a domino gaudens invadet honorem'.
Ammonet hic hominem, qui dignis moribus horas
Has servare cupit, ne quodam crimine cuncta
Perdat, et omne probum fundat vastante ruina[3].
Talis aquas haurit[4] pertuso vase receptans,
470 Quodque diu inmisit sorbente foramine linquit.
Est labor iste gravis[5], malus atque miserrimus, ex quo
Semper habet damnum, numquam mercedis honorem.
Omnibus in rebus vitam moderetur in arvis,
Qui cupit in caelis regnum retinere perenne.
475 Illic magnificis conspexit munera pompis
Daemonis in manibus iam praesentanda parari,
Pallia, et in vasis auri argentique metallum[6],
Et lini obsequitur candentia fila caballus
Plurimus, hunc ornat species fulgentis habenae.
480 Tum rogat haec cuius hominum de parte venirent,
Quidque figurarent. Tali sermone rependit
Angelus: 'Haec comitum sunt per diversa manentum
Regna soli, iniuste legalia iura regentum,
Quatenus huc ducti inspiciant, quod cuncta rapinis
485 Collegere, avidoque minores ore vorabant'[7].
Nomina quorundam manifeste protulit, ex his
Dixit, et haec numquam finiri dona, priusquam
Quisque sinum in proprium praeventus morte[8] receptet.

---

456 sumpsit] accepit *R O*, adeptus est *O* 457 uolens] ipse fuit *O* dulcique] cum *R* 458 quam] sc. cur *O* interrogando uel admirando *R O* condicione] iudicio *R O* 459 Tum *R*, Tamtrisque *V*, tristique] sub *O* notam] et cur *O*, seueritatem *R O* peste] cum *R*, hic *R O* seuera *R*, seuaeram *V* 460 refer] dic *R* cum *D* ductor] angelus *O* inquit] respondit *R* 461 Restat] manet *R O* facta] sua *O* libidine] cum *R* 462 latus *V* illicebras *O*, inlecebras] suas uoluntates *R* mole] magnitudine *R O* 464 captauit *R*, captabat *O* opimam] beatam *R O* 465 inuadet] scil. et sed *O R* 466 Admonet *GR* dignus *O* 467 As reseruare *V* quodam] cum *R O* 468 probum] ne omnem bonitatem *R O* 469 Talis] est *R* haurit] ceuis *R* pertunso *M O* uasa *M*, uasam *V* receptans] qui *R*, comparationem facit *O* 470 uoramine *M B* inquit *corr.* linquit *V* 472 plusquam] num- *R*, plusquam *O B M*, quam *D* 474 regnum *om.* *O* 475 magnificis] in *R* munera] gfbbn *R* 476 presentanda] ut presentarentur *R*, illa munera *O* pariri *R* 477 in *om.* *R* 478 candentia] accusatiuus *O* fila] fbdbmb *R* cauallus *O M* 479 fulgenti *V* habene] britile *R* 480 rogat] interrogat *R O* 481 pendebit *V*, rependit] respondit *R O* 484 Quatenus] ut *R O* cuncta] scil. haec *R O* rapinis] cum *R* 485 Collere *corr.* collegere *V*, Colligere *O* auidoque] cum *R* minores] quod *R*, id est ut inspiciant quomodo *O* 487 Dixit] scil. angelus *R O* 488 preuentus] tardatus *R* morte] cum *O* receptat *V*, receptet] recipiat *R*

1) *Cf. supra p.* 305 *v.* 42. 2) *Trist. III,* 7, 49 vitam mihi finiat. 3) *Aen. III,* 414 vasta . . ruina. 4) *Met. III,* 189 sic hausit aquas. 5) *Aen. II,* 708 labor iste gravabit. 6) *Aen. VIII,* 445 aurique metallum. 7) *Rem.* 209 avido male devoret ore. 8) *Trist. V,* 4, 32 praeventum morte.

824 Quicquid ad hospicium aeternae transmiserat aulae.
490 Quam vero horrendo comitum sermone profanam
Intulerit vitam, nullus narrare redundat,
Non scelerum ultores, Satanae sed habentur amici.
Illorum quidam multis stringendo periclis
Afficiunt homines, iustos damnare, reosque
495 Iustificare viros, contempta lege, solentes,
Furibus adnexi, vitiumque per omne [1] sodales
Muneribus capti, qui pro mercede futura
Nil faciunt, sed cum quaedam sub lege coercent [2]
Debita iustitiae, furiunt pietate carentes [3].
500 Ardor avaritiae nescit concedere quicquam [4],
Sed totum extorquet, totumque ad Tartara mittit [5],
Accumulans iram, cum venerit hora furoris [6].
Iustitiam numquam vitam quaerendo beatam
Impendunt, et quam gratis praebere iubentur,
505 Venalem portant, animam pro pignore dantes.
Iudicio quosdam iam nunc succumbere dixit,
Dixerat ut dominus de non credentibus olim [7]:
'Iudicium sumpsit, quicumque incredulus extat.'
Iam satis est dictum, felix qui corde reservat,
510 Ne sit amor nummi maior, quam mansio caeli.
Grandis abundantes subito comprendet egestas.
Ó comites, cuius comites perpendite sitis.
Christus ait [8]: 'Quicumque polum conscendere quaerit,
Debet in angusto gressum configere calle' [9].
515 Servus item mortis vestigia late sequendo [10]
Vergit in aeternum miseris ploratibus ignem.
Omnia mutantur, nunc tristes laeta tenebunt;
Quos gaudere libet, tristes trudentur in umbras [11].
Quod placet ingredere: est melius tunc laeta tenere.

---

489 aule] ad tartaream aulam *R* 490 horrendum *VO*, orrendo *R* profamam *V*, profanam] obscenam *R* 491 Intulerit] dixerit (scil. *O*) angelus *R O* redundat] nullus dicere potest *R O* 492 ultorem *corr.* res *V* 493 multis] cum *R* strigendo *V* 494 reosque] malos *R* 495 Iustificare] glorificare *R* contemplege *V* 496 Furibus] habentur *O* annexi *R* sodales] xxknb *R* 497 Muneribus] absolute *O*, in mk : d : n *R* capti] decepti *R* 498 faciunt] faciunt boni *RO* cohercercent *O* 499 pietate] misericordia *R* 500 condere *V*, concedere] ignoscere *R* 502 ira *O* furoris] dies iuditii *R O* 505 pingnore] bkxxfttk *R*, pignore] pretio uel gaza *O* 506 Iudicio] dampnationi *R O* dixit] angelus *R O* 507 non credentibus] de infidelibus *R* 508 sumpsit] penam accepit *R* extans] uel extat *R* 509 Iam] uerba poete *R* 510 nummi] denarii *R*, thesauri *O* 511 habundantes] *RMV*, abundantes] nominatiuus *O* subito] hic *R O* comprendit *RO*, dum prendet *M* 512 perpendite] estimate *R*, sitis oro iubete *V* 513 polum] ad *R* conscenderit *R* querit] desiderat *R* 515 mortis] peccatorum *R*, peccati *O* 516 Vergit] se *R* miseris] cum *R* 517 mittantur *R O* tenebunt] *ad marg.* qui nunc (hic flentes *O*) tristiciam habent, ibi uero gaudentes letitiam obtinebunt *R O* 518 Quis *D* gaudere] scil. hic *R O* truduntur] ibi *R*, truduntur *OMB* 519 ingredere] i. e. elige *O* tenere] ad unumquemque loquitur *R O*

1) ***Fast. IV,*** 148 Et vitium .. omne. 2) ***Prudent. Cathem. VIII,*** 4 lege coerces. 3) ***Sedul. C. Pasch. II,*** 109 pietate caret. 4) ***Fast. II,*** 675 quicquam concede roganti. 5) *Aen. XI*, 397 sub Tartara misi. 6) ***Iac.*** 5, 3 Thesaurizastis vobis iram in novissimis diebus. 7) ***Ioh.*** 3, 18 Qui autem non credit iam iudicatus est. 8) ***Matth.*** 7, 13 Intrate per angustam portam, quia lata porta et spatiosa via est, quae ducit ad perditionem. 9) ***Aen. IV,*** 405 calle angusto. 10) ***Met. IV,*** 515 sequitur vestigia. 11) *Aldhelm de princ. vit.* 8 furvas ... trudente ad umbras.

520 Vidit et innumeras diversa sorte phalanges — 824
De monachis, gradibusque aliis, populique senatu,
De variisque locis longe patriisque remotis,
Hos gaudere hilares, illos frendere gementes:
Hos paradysus habet[1], discindit Tartarus illos.
525 His visis multisque aliis, quae scribere longum est[2],
Quaeque stilus currens stricta brevitate reliquit,
Ducitur ad quaedam praepulchrae moenia sedis,
Quae naturali consistere mole ferebat[3].
Hoc opus inmenso nituit splendore coruscans[4],
530 Arcubus effulgens variisque ornatibus aureis,
Argentique gerens multum structura metallum[5]
Praebuit arte oculis anaglifa pascere mentem
Moenia, quae tantum latam longamque tenebant
Mensuram, pulchrumque statum, mirabile factum[6],
535 Altaque per volucres pandebant culmina ventos,
Quantum nulla potest intentio mentis in usum
Claudere tractandi nec quis sermone fateri,
Aut operi tanto veracem aptare staturam
Aut decus excellens veris disponere verbis.
540 Haec cernunt fratrique sacer tunc angelus illi
'Cras migrabis', ait, 'vitae confinia linquens[7]
Terrenae, tamen interea certabimus ambo
Pro pietate preces sanctis prosternere Christi,
Ut vel parva tuis fiat concessio factis.'
545 Inde beatorum parili venere volatu
Sedes usque sacerdotum, quîs fulgidus ordo
Captat onus meriti iugique potitur honore.
Angelus 'Hos' inquit, 'secum dominator opimis
Ditavit meritis, ideo enarrare coronam
550 Nemo potest, qua quisque nitet, cui Christus obumbrat[8],

---

520 sorte] i. e. quosdam in pena quosdam in gloria *R O* 521 gradibusque] episcoporum et presbiterorum *O* populique] i. e. laici *O* senatu] a *O* 522 Di *M* patrisque *V* 523 Hos] aliquos uidit illic *R*, aliquos bonos *O* hilares] scil. uidit *O* illos] i. e. malos *R O* gementes] uidit *R* 524 Hos] i. e. aliquos *O* paradisus *D*, paradysus] xxunnigbrdp *R* discindit] cruciat *R* 526 breuita *V* relinquit *M B* 527 pre-] ualde *R* 528 Que] scil. menia *R O* naturali] selbuuahcseneru *O* ferebat] i. e. dicebat angelus *R O* 529 opus *om. R* inmenso] cum *R* 530 Arcubus] in sxxibogpu *R*, suuibogon *O* efulgens *R* uariisque] in *R O* 531 structa *V* 532 anaglifa] sculpta *R*, cum sculptili *O* 534 pulchrumque] accusatiuus *O* mirabile] mirabiliter *R O* 535 uolucres] ueloces *R O* pendebant *D O* culmine *R* 536 uisum *G* 537 tractando *R* quis] aliquis *R* 538 Aut] nec *R O* aptare] comparare *R* staturam] uel figuram *O* 539 Aut] nec *R O* decus] accusatiuus *R O* excellens] insigne *R* 540 Haec] scil. menia *R O* fratri *R* angelus inquit *R* 542 certabimus] i. e. festinabimus *O* 543 Propriaetate *corr.* piaetate *V*, pietate] Christi *O* sanctis] datiuus *O* 544 uel] saltim *R O* concessio] intercessio *R*, remissio *O* factis] peccatis *O* 545 parali *V* uolatu] itinere *R* 546 Sedes] ad *R O* quis] in quibus sedibus *R* ordo] sacerdotum *O* 547 onus] magnitudinem *R O* iugique] et in quis *O* 548 hos] sacerdotes *R O* dominator] Christus *O* opimis] cum *O* 550 qua] in *R O* corona *R* obumbrat] quem Christus protegit defendit adiuuat *R*, adiuuat uel quem Christus defendit *O*

1) *Venanti C. II*, 16, 16 quae paradisus habet. 2) *Fast. VI*, 325 longum est .. narrare. 3) *Cf. Apoc.* 21, 12 Et habebat murum magnum et altum *etc.* 4) *Venanti V. Martini III*, 57 splendore coruscans. 5) *Cf. p.* 319 *v.* 477. 6) *Met. IV*, 271, 746, *VIII*, 611 factum mirabile. 7) *Iuvenci H. euang. IV*, 315 vitae confinia summa tenere. 8) *Venanti V. Martini I*, 103 quem Christus obumbrat.

824 Et quibus officia ornatas praebetis ad aras.
Hos rogitemus apud dominum intercedere pro[1] te'.
Tunc pedibus venerandorum subnixus uterque
Unius illecebras precibus relevare precatur.
555 Nec mora, sanctorum pariter consortia surgunt
Aggressique thronum Christum petiere iacentes,
Ut potius laxare velit, quam digna referre.
Tum reboat de sancta vox testudine dicens:
'Debuit exemplis multos incendere fratres,
560 Sed torpore madens desivit ferre laborem'[2].
Hinc responsa silent vocemque emittere[3] cessant.
Angelus haec inter fraterque in parte steterunt
Eminus et sancti sedes cum pace revisunt[4].
Ipse Dionisium, Hilarium sanctosque ferebat
565 Martinum Anianumque suas cognosse fenestras.
Qualiter agnovit, quos numquam corpore vidit?
Sed sperare datur, quod vel sermone beati
Haec ducis audiret, vel quae sibi gratia cuncta
Monstrarat, quosdam faceret cognosse silenter.
570 Tunc hortante iterum gressum ductore retorquent
Ad sedesque viam nitidas pressere[5] resumptam,
Gloria martyribus quo pollet opima beatis.
Credere non poteris speciem numerumque quot essent.
'Hos' ait, 'invictus tulit haec in regna triumphus,
575 Hos etenim terris caelesti laude tenetis.
Hos precibus commissa suis tua solvere sanctis
Poscamus'. Statimque sacra ad vestigia sese
Proiciunt, citiusque sacer consessus ab inde
Surgit et ante dei auratam prosternitur aulam,
580 Dimitti peccata rogans. Vox sede recurrit:
'Si quos prava docens peccati felle fefellit

---

551 quibus] in sacerdotibus *R O* i. e. in qua nitent *O* officia] laudes *R* auratas *V* 553 pedibus] datiuus *O* uenerandorum] sacerdotum *R* subnixus] prostratus *R* 554 Onius *corr.* Unius *V*, Unius] Wettini *R O* inlecebras *D V*, *corr.* illec. *G*, illecebras] uoluntates *R* 555 mora] scil. fuit *R O* 556 thronum] sc. dei *R O* 557 Et *R* potius] magis *O* uelit] scil. peccata uelleret *O* 558 reboat] locutus est *R* 559 exemplis] cum *O* multo *V* incendere] meliorare *R* 560 torpore] a *O* madens] sclbxxfndfr *R* desiuit] cessauit *O* laborem] bonam uel doctrinam uel exemplum *R* 561 responsa] scil. Christi *O* silent] sc. e testudine *O* cessant] illa responsa *O* 562 fratresque *O* 563 Eminus] longe *R O* parce *corr.* pace *V* reuiscunt *G* 564 Ipse] Wettinus *R O* dionisum *V* ferebat] dicebat *R O* 565 suas] suos *R* cognoscere pupillas *V*, fenestras] oculos *R O* 566 agnouit] interrogando *R O* uidit] hic *R* 567 datur] dicitur *R*, nobis *R O* sermone] a *O* 568 ducis] angeli *R* uel] ut *O* quę] quod *R* gratia] dei, quod uerius credatur *R O* 569 silenter] nemine demonstrante *R O* 570 ortante *R M*, hortante] a scil. angelo *O* ductore] a *O* 571 sedem quę *V* pressere] calcare *R* resuptam *G D*, presumptam *R* 572 Cloria *G* martyribus] datiuus *O* qua *G*, quo] ubi *R O* pollet] crescit *O*, crescet *R* beatis] datiuus *O* 573 species *V* quod *O* 574 ait] angelus *R O* trihumphus *R* 575 in terris *R*, terris] in *O* celesti] cum *R O* 576 commissa] peccata *R O* suis] cum *R* sanctis] cum *R O* 577 uestigia esse *G D* 578 ciciusque] comparatiuus pro positiuo *R* sacer] sanctus *O* 579 dei *om.* *V* 580 pecca *corr.* peccata *V* sede] de *R* sede cucurrit *M O* 581 felle] cum amaritudine *R O*

1) *Venanti V. Martini III*, 36 rogitans procedere sanctum. 2) *Georg. II*, 343 perferre laborem. 3) *Met. IV*, 412 vocem | Emittunt; *XV*, 657 tales emittere . . voces. 4) *Aen. I*, 415 sedesque revisit. 5) *Ov. Ep. XVII*, 134 via pressa.

Deque via in praeceps inlex commisit abire, 824
Hos iterum revocat, solventur debita gratis.'
Inquiruntque modum, quo crimina solvere possit,
585 Qualiter ex aliis pravae miserabile virus
Doctrinae eximeret. Tum vox processit ad illos:
'Convocet hos omnes, quorum per inania [1] mentes
Dogmata pervertit [2], nocuit vel in actibus umquam,
Aut quibus exemplum dicti vel praebuit actus,
590 Quo vitam moresque suos corrumpere possent.
Et se sternat humo [3] dicatque per omnia sese
Esse reum, gessisse male et docuisse patenter.
Sic veniam exposcat statimque adstantibus addat:
'Vos precor, ó nati, domini per numina summi [4],
595 Per sanctosque viros', addens, 'animasque beatas
Caelicolasque omnes, repetat ne crimina quisquam
Haec vestrum tradatque alii faciensve docensve'.
En patet, alterius quantum qui polluit actus,
Desipiat, vel in exemplo seu dogmate pravo.
600 Qui malus est multos secum invitare suescit,
Et tamen e cunctis scelerum commertia sumet.
Infelix sua ferre nequit maiora requirens.
Interea a longe bini de parte steterunt:
Ecce Sebastianum magno splendore micantem
605 Atque Valentinum specie cognovit aperta.
Inde etiam aversi sancto ducente catervas
Virgineas adeunt, ubi splendor luce corusca [5]
Summus adornavit nitidis consessibus ipsas.
'Sunt', ait, 'hae sanctae, quarum sub honore tonantis
610 Nomina divinis colitis famulatibus, ipsas
Pro longa ad dominum vita praemittere praestat'.
Sic ait, et pedibus sese prosternere certant.
Protinus assurgunt citiusque ad limina pergunt
Celsa throni longam fratri deposcere vitam.
615 Sed prius orantes quam se prosternere possent,
Obvia maiestas Christique inmensa potestas

---

582 *ad marg.* fraternitas *R* Deque] et quos *R O* uia] a recta uia in peccatum *R*, ueritatis *O* illex *R M*,] et quos deceptor *R O* commissit *V*,] perpetrauit *R* 583 soluentur] tunc *R* debita] sua *R* gratis] sine pena *R O* 584 Inquiruntque] illi martyres *O* quo] cum modo *R* crimine *R* 586 eximeret] sumeret *R O* tunc *V* 587 mentis *V* 588 Docmata *V R* 589 actus] genitiuus *R* 590 Quo] in exemplo *R* 591 humo] ad humum *R O* 592 reum] peccatorem *R* putenter *G* 595 addans *M* 596 nec *R* quicquam *R* 597 aliis] et ne *R* 598 actus] accusatiuus *R O* 599 Desipiat] xrsknnf *R* exemplum *corr.* exemplo *V* docmate *R* praue *GD*, prauo] in *O* 600 inutare *V* 601 E tamen *G D* 602 sua] peccata *R*, scil. crimina *O* 603 de longe *R*, loge *O* bini]angelus et Wetti *R* 604 sabastianum *V* 604 sabastianum *V* 606 auerso *G*, aduersi *R* sancto *om. G*, sancto] angelo *R* 607 addeunt *R* luce] cum *R* 608 ipsas] uirgines *R O* 609 — 610 *om. V* 609 ait] angelus *R* sanctae] uirgines *R* tonantis] Christi *R O* 610 diuinis] cum *R* famulatibus] seruitiis *R* 611 longa] pro eterna *R* presta *G*, prestat] nos iuuat prodest *R*, adiuuat *O* 612 ait] angelus *R* 614 longam] aeternam *R O* 615 possunt *V* 616 Obuias *V* que *om. V*

1) *Iuvenci H. euang. IV*, 106 per inania. 2) *Trist. II*, 301 perversas . . corrumpere mentes. 3) *Aen. IX*, 754 Sternit humi. 4) *Cf. Aen. II*, 141 per superos et conscia numina veri | Per . . 5) *Prudent. Psych.* 108 splendens ubi luce coruscet.

824 Eleuat inclines miro splendore nitescens,
Qualis ab humanis cerni agnoscique figuris
Numquam posse datur, certant ut bella fidei.
620 Mitis ad adstantes Christus dat verba puellas:
'Iusta docens si recta gerat, dignumque ministret
Omnibus exemplum revocans ad moenia vitae,
Quos adversa docens aeterno prodidit igni,
Tunc vester praestabit honor, quod cuncta remittam.'
625 O meritum sublime tuum, sanctissima mater,
Virginitas, quae casta poli terraeque supremum
Imperium retines, domino quae proxima Christo
Aeternam super astra domum inviolata locasti.
Sola quidem celebs tantum cognomen habebit,
630 Et corrupta tamen si se post crimina saltim
Convertens anima ad dominum summissa recurrit,
Praemia certa manent, sed nomine in aeva carebit.
His igitur gestis facili discedere gressu
Incipiunt, itinerque suum sacer angelus istis
635 Prosequitur dictis [1]: 'Quantis humana volutet
Progenies [2] vitiis, ó quis narrare valebit?
Nam licet a domino numerosa peste laborans
Abscedat genus humanum [3] factore relicto
Atque iugo Satanae sua colla gravare suescat,
640 Nulla tamen tanto peccata furore [4] creator
Vindicat offensus, quam quae contraria constant
Naturae, quod quisque nefas vitare laboret.
Quapropter cunctos nimium certare necesse est,
Ne subeat mater scelerum Sodomita libido [5],
645 Et templum domini mutetur in horrida nigri
Serpentis delubra, quibus se degere gaudet.
Sordida non tantum hic morbus contagia [6] praebens
Inficit alternas, maribus dum turpiter instat,
Commaculatque animas [7] ardente cupidine stupri,

---

617 Elueuat *G D* inclinans *V* nitentes *R* 618 agnoscique pupillis *V* 620 ad *om. V* has stantes *O*, astantes *G D* 622 uitae] aeternae *R O* 623 perdidit *R* 624 Tum *V* prestabit] illi *R* 625 *in marg.* Poeta *O* 626 quae] i. e. tu *R O* que *om. V* supremum] maximum *O* 627 retinens *R* domino] a *O* que] i. e. tu *O* 628 inuiolata] incorrupta integra *R* 629 Solam *corr.* sola *V*, Sola] sc. uirginitas *R O* celeps] celeps dicitur, qui celestem uitam ducit *R* 631 Conuertet *V* summissa] humilis *R O* recurrat *V* 632 si nomine *G*, nomina *O* 633 gestis] actis *R* 635 dictis] in *R O* 636 o *om. R* 637 numerosa] i. e. in multiplici *R O* peste] i. e. peccato *R O* laborans] scil. genus humanum *O* 638 fictore *V*, factore] i. e. creatore *R O* 639 Atque] licet *R* iugo] cum *O* 640 tanto] tanta *R O* furore] ira *R O* 641 offensus] iratus *R* 644 mater] scil. quae est *R O* libido] hic morbus non solum (tantum *O*) regnat *(om. R)* inter mares sed etiam inter (coniugatos *O*) coniuges *R O* 645 Et] scil. ne *R O* domini] i. e. homo qui templum esse debet dei *R O* hordida *R* 646 Serpentis] i. e. diaboli *O* delubra] id est templa *O ad marg.* delubrum (a diluendo *O*) dictum, eo quod sua templa iuxta flumen, unde lauarent uictimas diis suis immolandas (ad immolandum *O*) statuere (struere *O*) soliti sunt [8] *R O* quibus] in *O* degere] uiuere *O* 647 morbus] Sodome *O*, sodomiticum scelus *R* praebens] i. e. corpori et animae *O* 648 alternas] illius qui agit et illius qui patitur *R O* miseris dum maribus instat *V*

1) *Aen. VI*, 899 Prosequitur dictis. 2) *Iuvenci H. euang. II*, 705 Progenies hominis. 3) *Cf. supra v.* 257. 4) *Georg. IV*, 495 tantus furor. 5) *Prudent. Psych.* 42 Sodomita libido. 6) *Iuvenci H. euang. II*, 241 Sordida .. contagia mentis. 7) *Prudent. Psych.* 90 Corpora conmaculans animas in Tartara mergis. 8) *Isid. Etym. XV*, 4, 9.

650 Verum multiplici thalamum violare iugalem 824
Adsolet inluvie, rabiem dum quique sequentes
Luxuriae instinctu violenti daemonis acti
Naturae concessa suis stimulante relinquunt
Coniugibus luxu, licitumque in stupra calorem
655 Vertentes Satanae incedunt hostile lupanar.
Unde tibi iubeo auctoris de nomine nostri
Ista palam referens, ut clara voce[1] revolvas,
Nec celare velis, quantum discrimen adhaeret
Esse subinductas mulieres pluribus aptas.
660 Tempore nam quanto tam foedis sordibus instant
Non capiunt aditus caeli vitamque beatam'.
O quicumque malis cupimus nos subdere tantis,
Incidat in mentem tormenti poena futuri.
Dulcis enim est animo carnique insana voluptas,
665 Durior heu miseri gravibus plangoribus ignis
Tunc veniet, cum finis erit[2], qui quemque sequetur.
Quaeso, probare velis digitum si ferre per ignem
Hunc facilem possis, certe sufferre recusas[3].
Qualiter aeternum tota cum mole calorem
670 Corporis incedis, quo vermis et ignis in aevum
Consistunt vitiisque vicem dant omnibus atram.
Tunc Wettinus ait: 'Domine, haec proferre pavesco,'
Vilis enim persona mihi est, nec congruit isti
Indicio, quod ad humanas transmittitur aures.'
675 Angelus e contra, magnam promotus in iram[4],
Incusat: 'Quod summa dei sententia iussit
Non audes proferre pigro torpore retentus?'
Tum satis ammonuit proprios componere mores,
Atque suam radiis vitam inlustrare beatis,
680 Adiungens: 'Ego sum, qui te servare iubebar,
Angelus et custos rerum persisto tuarum.
Quem scriptura vetus Samsonem vulgat in orbem[5],
Huius in auxilio semper mansisse solebam,
Et miranda, favente deo, complevimus ambo.

---

650 multiplici] cum *R* iugalem] i. e. maritum (marem *R*) et uxorem *R O* 651 Assolet] ille morbus *R O* dum *om. O* quosque *G R* 652 instinctu] ab *R O* actu *V*, acti] coacti *R O* illi *O* 653 Naturae] datiuus *R O* concessa] i. e. licitum coniugium *R O* suis] in *O* relinquit *R*, reliquit *V* 654 calarem *M*, calorem] i. e. coniugium *R O* 655 hastile *V*, hostile] in *O* 656 *om. V* nomine summi *R* 657 clara] cum *O* uoce *om. V* 658 adhaeret] manebit *R*, manet *O* discrimina dent *V* 659 mulieres] pelices et concubinas *R O* pluribus] sc. hominibus *R O* aptis *R* 661 beatam] aeternam *R O* 665 miseris *O* grauibus] cum *R O* 666 Tum uetiet *V* quemque] unumquemque *R O*, absolute *O* sequentur *R* 667 *in marg.* Parenthesis *O* 668 facile *V* sufferrere causas *V*, recuses *R* 669 mole] magnitudine *R* 670 incędis *V* 671 Consistant *D* dat *V* 672 Vettinus *R* 673 enim] quia *O* isti] personae *O* 674 Iudicio *G D R* auras *V* 676 Incussat *corr.* Incusat *V*, Incusat] increpat *R O* 677 prigro *V*, pigro] in *O* tentus *V*, retentus] scil. tu *O* 678 Tunc *R* admouit *M* componere] ornare *R O* 679 suas *corr.* suam *V* radiis] cum bonis *R O* uirtutibus *R* beatis] sanctis *O* 680 sum] inquit *R* seruare] custodire *R* iubebas *V* 681 Angelus] qui *R* persiste *R* 682 in] per *R* 683 masisse *D* solebat *R* 684 miranda] quae sunt *O*, multa miracula *R* deo fauente impleuimus *O*

1) *Sedul. C. P. V*, 79 clara . . . voce. 2) *Prudenti Psych.* 54 Hic tibi finis erit. 3) *Art. Am. II*, 655 Ferre . . . recusant. 4) *Met. X*, 683 subitam convertor in iram. 5) *Cf. supra p.* 305 *v.* 39.

824

685 Quem mandante deo primo comitabar ab ortu,
Donec per Dalilam in domini procurreret iram,
Venderet et scorto auctoris sacra munera Christi [1],
Quo scelere infectus dominumque deumque reliquit:
Tunc ego discessi vitiis offensus ab illo.
690 Ergo puer bene castus eras, mihi quippe placebas,
Sed postquam propriis coepisti vivere votis,
Displicuit tua vita mihi, nam pravus abisti.
Nunc iterum placido temet complector amore
Merentem lacrimis et toto corde reversum'.
695 Caelicolas hominum custodes esse sacrata
Scripta ferunt, dominusque docens ostendit Iesus,
Ante patris faciem stantes servare fideles,
Atque liber pastoris [2] opem demonstrat eandem.
'Coenobiis etiam monachorum valde monendum est',
700 Angelus adiunxit, 'vitii ut radicibus omnis
Abscisis vireant virtutum germina pulchre.
Maior enim numerus mundanis rebus adhaeret,
Quam qui se stimulante deo monitisque supernis
Haec ad castra ferant vitamque fideliter ornent.
705 Nescit enim carnalis homo, quod spiritus almi est.
Viribus idcirco totis certare [3] necesse est,
Carnalis ne turba premat sacra dogmata vitae,
Pondere neu scelerum frigescat pignus amoris [4]
Aeterni, qui plura tenet spe pectora sancta.
710 Vulnus avaritiae medicamina sancta repellant,
Qua dominante humilis fit nemo in nomine Christi.
Unde polum penetrare potest, cui cura subintrat,
Ingluviem vitare cibi potusque, monemus.
Sufficiens et parva quidem sit pensio victus.
715 Optimus usus aquae, dedit hanc natura bibendam.
Tegminis ornatus mutetur ut algida tantum
Frigora depellat, nudosque ut contegat artus.

---

685 mandante] iubente *R* hortu *V*, ortu] a principio *R O* maturitatis suae *O* 686 percurreret *O* 687 Venderet] donec *R* scorto] ad meretricem *R*, pro ipsa re *O* munera] id est fortitudinem suam *O* 688 scelere] cum scorto *R O* infectus] id est pollutus *O*, gihonder *R* negaret] uel reliquit *M* 689 uiciis] ex *R* offensis *V*, offensus] iratus *R* 690 puer] dum puer fuisti *R* caustus *V* 691 propriis] in *R* uotis] i. e. uoluntatibus *R O* 693 temet placido *R* 694 Maerentem] scil. te *O* lacrimis] cum *R*, in *O* toto] ex *R*, in *O* 695 Celicolas] angelos *R O* 696 ferunt] dicunt *R* dominus *O* 697 stantes] scil. angelos *R O* fidelis *corr.* fideles *V*, fideles] hic homines *R O* 698 pastoris] lumen *O* demonstat *O* 700 adiuxit *O* 701 Abscissis *G V* pululent *V* germana *V* pulchrae *V*, pulchrę *G D M*, pulchre] aduerbium *O* 702 enim] quia *R* numerus] monachorum *R O* munis *O* 703 Quam] scil. illorum *O* quisque *V* stimulaņt *O* 704 uitamque] scil. quam illorum qui *O* 705 enim] quia *R ad marg.* i. e. spiritus sanctus non percipit ea que carnis sunt *R O* 707 docmate *R* 708 Pondere] cum *R* neu] et *O* pignus] xftti *R* amores *V* 709 cui *V*, qui] scil. amor *R O* se pectora *V* 710 Vulnus] accusatiuus *R O* medicamina] nominatiuus *O* sancta] cum *R* repellit *V*, repellent *M* 711 Qua] auaricia *R* sit *V* 712 Unde] ex humilitate *R* penetrale *V* cura] ille *R* 713 Ingluuiem] gulam *R* cybi *R* 714 pensius *G*, pensio] gkxxbgk *R* uictus] genitiuus *R* 715 hanc] aquam *R* bibendum *R*, bidendum *V* 716 Tecminis *R*, Tegminus *V* ortus *V*

1) *Iudic.* 16, 17. 2) *Huius libri auctor dicitur Hermes, apostolorum temporibus proximus, cuius liber inter apocryphos relatus est a Gelasio papa MAB.* 3) *Aen. IX*, 532 vi | Certabant. 4) *Ov. Ep. I*, 113 pignus amoris.

Mens humilis[1] vigeat, studiis non perdita fictis, 824
Deserat et totam perversa superbia mentem[2].
720 Nam quidam flexa placidi cervice[3] videntur,
Erecto sed corde tument, falsique probantur.
Pulcher apostolicae vitae pervertitur ordo,
Cum vitiis variis virtutum iura premuntur,
Et dum sub specie pietatis culpa subintrans
725 Assidue crescens proprio retinetur in usu,
Iam velut ex lege ad iustos describitur actus.
Idcirco occiduis homines in partibus huius
Ordinis instruimus, quos Gallica rura tenere[4]
Novimus et cunctos, quos haec Germania gignit,
730 Pauperiem ut veram devota mente sequantur,
Ianua ne caeli contra claudatur eosdem,
Indeque depulsi pereant sub faucibus ignis,
Qualiter omnipotens hominum sator atque creator[5]
Per me terribili cunctis sermone remandat.'
735 Haec satis esse videns illis nihil addere possum,
Qui vitae meritis debent praecellere cunctos,
Qui mundum fixisse sibi, mundoque refixi[6]
Famantur, quod quippe deo promisimus omnes.
Scimus enim documenta patrum finesque viasque,
740 Cottidie crepitant librorum verba per aures.
Inpugnat mundus: felix qui fugerit illum
Et post terga oculum qui mittere vitat in aevum.
Quantaque femineis nascantur damna catervis,
Quae servire deo monachorum more suescunt,
745 Angelus exponens: 'Quam plurima daemonis', inquit,
'Lucra virent, lucrumque dei tepor occupat ingens,
Ordine confuso mulier dum mortua vivis
Praefertur, quia delitiis viduata marito
Sufficiens, functa est, prohibent quam vivere gazae
750 Subiectae et vivae mortis confinia sumunt[7],
Dum factis perversa suis exempla sequuntur.
Sic perduntur opes, quas congessere[8] fideles

718 uigeat] confortet *R* studiis *om. R* perdicta *V* fictis] uel falsis *R* 720 quia *corr.* quidam *R* flexa] inclinata *R* ceruice] capite *R*, coruice *corr.* ceruice *V* 722 Pulchrer *R*, Pulker *G* 723 Dum uiciis *R* 724 Sed dum *V* specie] sub simulata bonitate *R* 725 *om. V* continentur *R* 728 Ordinis] abitus *R* quod *V* Gallia *R*, callica *M* 729 quod *V* 730 et *G* sequentur *corr.* quantur *G* 731 nec *M* eosdem *corr.* eisdem *G* 732 ignis] eterni *R* 733 creator *corr.* redemptor *G* 734 terribilem *D* 735 *ad marg.* Poeta *R* nihil] ego *R*, illi nil *V* 736 uitae] sue *R* 737 fixisse] cruci *R* refixi] crucifixi esse *R* 738 promissimus *V* 739 patrum] priorum *R* finisque *V* 740 Cotidie *VR* crepitant] resonat *R* 742 posterga *M* qui] felix est *R* uitat mittere *V*, uittat *G* 743 que *om. V* 744 Quo] aliter quae *G*, Quo *DV* 745 Quam *om. V* 747 mortua] uidua *R* uiuis] monalibus *R* 748 marito] ex coniuge *R* 749 functaque *V*, functa] mortua *R* proibent *D* quam] uiduam *R* gaze] spiritualiter *R* 750 uiue] moniales *R* 751 suis] in *R* secuntur *DR*, sequentur] uel secuntur *M* 752 fideles] moniales *R*

1) ***Prudent. Psych.*** 199 Mens humilis. 2) *Ib.* 203 male sana superbia mentem. 3) ***Art. Am. III,*** 779 cervice reflexa. 4) ***Aen. IV,*** 526 Quaeque . . | Rura tenent. 5) ***Ib. I,*** 254 hominum sator atque deorum. 6) ***Ib. V,*** 527 caelo . . refixa. 7) *Cf. supra p.* 321 *v.* 541. 8) ***Fast. IV,*** 618 congestas . . opes.

824 Ad conservandum ius virginitatis honestae.
Accipit has sitiens labentia gaudia mundi
755 Inque voluptatem fert sobria dona nefandam.
Vivit enim virgo, mortem scelerosa subibit.
Denique iam viduae capiunt dum iura regendi,
Subvertunt pravo iustam molimine vitam.
Sordibus e solitis paucae se demere possunt,
760 Sed neque concubitu quaedam cessare probantur:
Sic seducta cohors sequitur per cuncta magistram'.
O princeps, qui tale malum[1] iunxisse videris,
Da castis castas, aliud viduata receptet,
Non equidem prodest multorum perdere mores.
765 Creditur, en, mulier melior quam masculus esse,
Accipit illa gradum, raro est lex ista virorum,
Ut nupto citius dentur loca sancta regenda.
Confusum natura modum discernere poscit.
Frater item quaerit, ubi dogmatis illa moderno
770 Staret apostolici perfecta in tempore norma.
'Partibus ex aliis salsi maris', inquit, 'habetur
Ille rigor veterumque viget constantia patrum,
Qui paupertatem variis sine rebus adepti
Terreni nihil inquirunt, quod vota retardet,
775 Sicque penetrantes caelorum regna capessunt[2].
Felices patriae, quarum de cespite surgunt
Optima gemmarum caelo ornamenta nitentum,
Auxilium patriae, meriti decus, orbis honestas'.
His dictis iterum verbum sacer angelus infert
780 Crimine de veteri, Sodomae quod rura necavit.
Caetera namque semel vitia execranda monebat,
Hunc autem morbum, mores animasque nocentem,
Daemonis instinctu naturam perdere promptum,
Quinquies ammonuit aut amplius esse cavendum.
785 Tum frater rogitat, numerus cur tantus obiret
Pestis in exitio plebis populique fidelis[3].
'Haec', ait, 'ex factis homines commertia pravis
Accipiunt, damnatque reos sententia grassans,

753 uirgitatis *R* 754 has] opes illa uidua *R* 755 Inque uoluntatem fert scelerosa subibit *V* 756 scelerosa] uidua *R* 757 regerendi *corr.* regendi *V* 759 demere] abstraere *R* pauce iussisse uideris *B* 760 concubitu] ex *R* 765 an masculus *R* 767 nupto] homini *R* regendi *V* 769 docmatis *R* 771 aliis] transmaritimis partibus *R* salli *R*, falsi *O* inquit] angelus *R*, inquid *D* 772 rigor] fortitudo *R* 773 Qui] rigor *R* rebus] sine deliciis seculi *R* 774 retardat *R* 775 penetrantes] in paupertate stantes *R* capescunt *R* 777 celo] in *R* 778 patrie] sue *R* 780 ueteris *R* 781 execranda] abhominanda *R* 783 *om. B* Daemoniis *V* natura *V* promptum] morbum *R* 784 admonuit *G* cauenda *V* 786 exicium *R* 787 ait] angelus *R* conmercia paruis *R* 788 reos] culpabiles *M ad. marg.* Reus a re qua petitur nuncupatus, qui quamvis sceleris non conscius sit, tamen reus dicitur, qu(i)a diuino iuditio pro reliquis petitur. Reus a re, de qua obnoxius est et reatum a reo est

1) *Ciris* 432 Tale malum. 2) *Iuvenci H. euang. III*, 316 caeli fulgens cum regna capessam. 3) *Ann. Einhardi* 823 Secuta est ingens pestilentia atque hominum mortalitas, quae per totam Franciam inmaniter usquequaque grassata est et innumeram hominum multitudinem diversi sexus et aetatis gravissime saeviendo consumpsit.

Significatque diem mundo properare futurum, 824
790 Terminus ut tandem ponatur in ordine saecli'.
Ecce, dies veniet [1], nostrum sit quisque paratus,
Ecce, venit dominus, nostros ut congreget actus,
Iam vigilare decet, veniens ut quemque coronet.
Praecipue ammonuit divinis laudibus omnes
795 Conatu servire bono studioque sagaci,
Praecipiens, ut nemo gravi torpore [2] subactus
Neglegat assiduas domino persolvere laudes,
Ecclesiaeque decus celebretur ut ordine sancto,
Sollicitus propriam quaerit quicumque salutem,
800 Haec agat et sese poterit subducere flammis:
Non eget his dominus, sed nos, ut agamus, egemus.
Quin etiam quondam comitem sacer ille Geroldum
Angelus asseruit, requiem captasse beatam,
Martyribusque parem, quo gloria summa [3] beatis
805 Civibus aeternae reddit dulcedinis haustum.
Et 'Quoniam zelum domini conceperat', inquit,
'Gentibus infidis Christi defendere plebem
Congrediens huius sumpsit dispendia vitae,
Aeternis ideo meruit fulgere tropheis
810 Munera perpetuae capiens ingentia vitae' [4].
Hic vir in hac patria summa bonitate nitebat,
Moribus egregius, verax, mansuetus, honestus:
Cui regina soror Hludowici cara genetrix [5]
Hildigardis erat [6], parili bonitate venusta,
815 Viribus ille potens sanctoque potentior actu.
Defuerat soboles, pariterque et defuit heres,
His igitur verbis sese compescere coepit:
'Denegat heredem dominus, manet ipse superstes,
Quod dedit accipiet, Mariae commendo beatae.'
820 Sic votum factis sequitur, magis omnibus isti
Profuit ille loco, cuius nitet Augia donis [7].

---

nuncupatum. Reus maiestatis primum dictus, qui aduersus rem publicam aliquid egisset, aut quicumque hostibus consensisset. Dictus autem (reu)s maiestatis, quia magis est ledere patriam, quam ciuem unum. Postea etiam et hii rei maiestatis dicti sunt, qui aduersus maiestatem (pri)ncipis egisse uidentur [8]. reos] Ton meson id est in bono et in malo *M* sententia] dei hbndfgo *R* crassans *VO*

789 diem] diem iudicii *R* 790 Terminus] finis *R* tandem] tunc *R* 792 ueniet *corr.* uenit *O* congregat *R* 793 cedet *V* quemque] unumquemque *R* 794 admonuit *G*,] angelus *R* 795 Conatu] cum *R* seruire] deo *R* 796 subactus] gedribener *R* 797 prosoluere *GDM* 800 subducere] eruere *R* flammis] eternis *R* 802 De Geroldo Augensę comite qualiter obiit *add. M* Geroltum *D*, Geraldum *V* 804 Martires greca lingua latinę testes dicuntur [9] *ad marg. M* quo] ubi *R* 806 concoeperat *V* 808 Congrediens] ambulans *R* dispendia] pericula *R* 809 tropheis] uictoriis *R* 811 *ad marg.* Poeta *R* 812 honustus *O* 813 ludouuici *RMO* genitrix *RM* 814 parali *V* uetusta *V* 817 seseque *O* conpescere] consolare *R* 818 Denegat] mihi *R* 819 accipiat *R* commendo] trado *R*

1) *Fast. III*, 356 veniente die. 2) *Georg. I*, 124 Nec torpere gravi. 3) *Ex Ponto IV*, 8, 70 Gloria .. summa. 4) *Sedul. C. P. I*, 325 Aurea perpetuae capietis praemia vitae. 5) *Aen. I*, 689 carae genetricis. 6) *Thegani V. Hludowici c.* 2 quae erat de cognatione Gotefridi ducis Alamannorum. 7) *Cf. Necrol. Aug.* Kal. Sept. Geroldus comes caritatem constituit. *Inter* 'nomina defunctorum, qui praesens coenobium sua largitate fundaverunt' *invenitur primo loco* Cerolt comes (*Herrgott Genealogiae III*, 831); *cf. supra p.* 274. 8) *Isid. Etym. XVIII*, 15, 7; *X*, 238. 9) *Ib. VII*, 11, 1.

824

Bella movet[1] Karolus duros tum Caesar in Hunos,
Hoc cecidit bello, populo certante, Geroldus[2].
Tunc dominum famuli lacrimis sumpsere refecti
825 Hucque reportatum tam longa per avia corpus
Insulanensis humus contexit in aede Mariae[3].
Haec et plura videns, numerum quae pene recusant,
Quae festina manus currens intacta reliquit,
Experrectus item, iam caeca silentia noctis[4]
830 Nuntius excussit lucis resonando per aedes,
Fratribus accitis, quos pernoctasse videbat
Excubiis secum, trepidans multoque timore
Permotus, cecinit narrans ex ordine visum,
Secretumque latens avidas effudit in aures[5],
835 Poscit et ut veniens sermones protinus ipsos
Abbas excipere et scripto mandare iuberet.
Talibus adstantes compescunt verba loquentis:
'Nunc solito fratres meditantur in ordine noctis,
Incumbuntque preci, nunc claustra silere[6] necesse est,
840 Non audemus enim nos haec turbare vel illum.'
'Vos', ait, 'interea molli depingite cera,
Ut fulgente die citius manifesta patescant,
Ne lingua torpente palam depromere visa
Non possim, quae tam grandi sub mole minarum
845 Sunt iniuncta mihi manifesta voce canenda[7],
Et cunctis liquido citius dicenda boatu,
Ut timeam, si forte tacens dimisero quicquam,
Me veniam nec habere, gravi stringente reatu.
Ultima virgineae turbae intercessio memet
850 Liquit in ancipiti positum, nam nescio qualem
Implorasse deo vitam praestante putemus,
Utrum perpetuam vel temporis huius amaram.
Si mihi defuerint praesentis commoda vitae,
Ecce procul dubio mortem cras corpus habebit,
855 Dux meus haec dixit, cuius mihi sponsio certa est.'
His igitur verbis fratres hortatus eosdem

---

822 Karulus *R* dum *RMO* sacer in *R* 823 certante] preliante *R* Geraldus *V* 824 lacrimis] cum *R* sumsere *R* refectum *V*, referti *RM* 825 tum *V* 826 Insulamens *V* huius *corr.* mus *G* 827 uidens] Wetti *R* quę *om. G,*] neutrum absolutum *R* poenae *R*, poene *V* recusans *V*, recusa *M* 829 item] Wetti *R* ceca] tenebrosa *R* 830 Nuncius] gallus *R*, Nuntis *D* excussit] depulit *R* resonando] cantando *R*, resanando *V* 831 accitis] aduocatis *R* 832 Excubiis] in uigiliis *R* secundum *V* multoque] ex *R* 833 cecinit] dixit *R* uisum] uisionem *R* 834 latens] accusatiuus *R* auidas] gkrkgxn *R* auras *R*, *corr.* aures *V* 836 excipere] scribere *R* mandare] commendare *R* uidetur *corr.* uideret *V* 837 Talibus] uocibus *R* asstantes *G* loquentis] Wettini *R* 838 Tunc *M* soluto *V* meditantur] meditando laborant *R* 839 Incunbunt *R* claustra] oris *R* 840 nos *om. R* haec] claustra *R* illi *GDROM* 841 ait] Wetti *R* depingite] scribite *R* caera *GOM* 842 catius *corr.* citius *V* 843 uisa] acusatiuus *R* 844 grandis *G* 845 manifeste *V* cauenda *V*, canenda] dicenda *R* 846 docendo *V* boatu] sono *R* 847 timeo *V* 849 uirgineae] genitiuus *R* 853 defuerit *M* 854 habeit *O* 855 sponsio] promissio *R* 856 hortatur *RM*

1) *Met. XII,* 621 Bella movet clipeus. 2) *Cf. epitaphium eius t. I,* 114 *editum.* 3) *ubi ossa eius etiamnunc quiescunt.* 4) *Met. VII,* 184 per muta silentia noctis. 5) *Ex Ponto III,* 4, 19 avidam . . . captata per aurem. 6) *Nempe apud nostros sanctum est silentium maxime nocturnis horis ex Regulae cap.* 42. *MAB.* 7) *Met. XI,* 20 voce canentis.

Expediens iterum iam dicta retexere coepit, 824
Illi continuo tabulae impressere liquenti.
Laudibus interea domini iam rite peractis,
860 Abbas adveniens aliis comitantibus intrat,
Nam solitus compellit amor refovere iacentem.
Assistunt propius, secretum infirmus adoptat,
Discedunt reliqui, remanent ibi quinque sedentes.
Primus erat Heito, Erlbaldus fuit inde secundus,
865 De quibus in primis modicas contexímus odas.
Tertius ipse iacens sapienti corde magister[1]:
Quartus erat senior, multis provectus in annis,
Theganmar, domini famulus, cui longa senectus[2]
Contulit aeterno venerandos munere canos[3]:
870 Grandis honor capitis, maior sapientia mentis,
Confessor fratrum, gnarus conferre medelam[4],
Moribus antiquos sequitur sine crimine patres.
Quintus adest Tatto, cui gratia magna benigno
Contulit eximios vitae perducere mores;
875 Nempe palatinas puer est translatus ad aulas[5],
Sed Christi fervore calens mercede sodales
Servitii gaudere suos dimisit et istud
Coenobium ingrediens monachum se lege ligavit,
Hoc recolens, quod prima inibi documenta recepit.
880 Est hodieque probus, felix, spectabilis, aptus,
Gaudeo, quod tali mereor parere magistro,
Cuius ob auxilium praesens me continet aetas.
His etenim quinis visa atque audita patenter,
In verbis scriptoque simul quod nocte notavit
885 Veloci currente manu, narrando resignat,
Et surgens prostratus humi commissa remitti
Poscit et orantes dominum placare tonantem,
Commendans arcana dei, si morte fuisset
Raptus, ut in lucem verbo scriptoque tulissent,
890 Sin alias prodenda sibi dimittere poscens.
Nam cupiit patulis totum famare per orbem
Faucibus et cunctas hominum vulgare per aures[6].
Denique vita manens[7] si corpore staret in isto,

---

858 liquentis *R* 862 Assistunt] accedunt *R* propiis *R* adoptet *V* 863 ubi *R* sedenter *V* 864 erbaldus *VRM*, herlbaldus *D* 865 primus *R* 866 tacens *G* 868 Thegenmar *R* 871 gnarus] conscius *R* confererre *R* medellam *DM* 872 Moribus] in *R* 873 tanto *V*, tato *M* 875 Nempalatinas *V* auras *corr.* aulas *V*, aules *G* 878 monachum] sincopa *R* sed lege *V* 880 probus] imitabilis uacat *R* spectabilis] nobilis *R* 882 Huius *M* 885 resignauit *R* 886 commissa] peccata *R* 887 placere *V* 888 Commendans] eis *R* archana *DMR* forte *O* 889 lucem] mundum *R* uerbo] cum *R* 890 alias] alióquin *R* 891 cupit *G*

1) *an Adalgisus presbyter?, cf. p.* 302. *An 'Tacens' nomen proprium fuerit, an allusione facta a Walafrido ipsi inditum, mihi non liquet. MAB.* 2) *Fast. V*, 70, *VI*, 190 longa senecta. 3) *Necr. Aug.* (*Gerbert Monum. veter. lit. I*, 489 *Mittheil. der Züricher ant. Gesellsch. VI*, 62) II Kal. Sept. Theganmarus. *Inter monachos sub Erlebaldo abbate militantes sequitur post Heitonem* Theganmar presbyter. 4) *In quolibet monasterio unus sacerdos probatae vitae designatus erat ad excipiendas confessiones fratrum. MAB.* 4) *ubi cum Otgerio capellano, archiepiscopo postea Moguntino, amicitiam iunxit, cf. epistolam eius ad Otgerium datam* (*Jaffé Mon. Mogunt.* 323). 6) *Cf. supra p.* 305 *v.* 39. 7) *Aen. X*, 629 vita maneret.

824 Ulterius voluit strictam perducere vitam [1],
895 Ut potaret aquam, mergentia pocula numquam,
Pluribus adiectis, quae nunc exponere longum est.
Inspiciunt vultus, nec pallida forma videtur,
Non macies foedat, nec membra dolore rigescunt;
Attrectant venas, vivo quae sanguine gaudent,
900 Nec signum loetale vident mortisve periclum.
Fidentesque animo vitae compendia spondent
Praesentis, mortemque procul discedere [2] dicunt.
Ille quibus responsa dedit, quae protulit ante:
'Crastina namque dies animam de corpore pellet.'
905 Taliter ergo diem frater consumpserat illam,
Instantemque rotam noctis dieique sequentis,
Exponendo metum, gravida de carne recessus
Suspirans, gemitusque imo de pectore fundens [3],
Fratribus et cunctis sese committere certans,
910 Ad multosque breves rogitans direxit amicos,
Ut sanctis precibus veniam implorare studerent.
Has ego conscripsi manibus, quibus ista notavi.
Denique cum primum radios produxerat aura,
Me vocitare iubet residensque infigere cerae
915 Praecipit, atque breves bis quinas dictat, eisdem
Sensibus adnectens, quas hic signare studemus,
Ut perfecta fides cunctis lucescere possit,
Nempe decem fuerant, quarum conscriptio talis:

'Venerabillimo in Christo patri illi [4] Wettinus [a] iam devotus vester aeternam in domino salutem. Scripsi vobis in mortis periculo et quia iuventus adhuc floruit [b]. De alio saeculo meam infirmitatem consolare dignemini [c], ut huius corruptionis mole deposita, ibi quoque gravitate poenarum non constringar. Si ad usque centum missas centumque [d] psalteria pervenerit [e] oratio [f], erit merces certa. Vale quem iam non mereor [g] videre'.

Hunc finemque breves iussit firmare per omnes,
920 Quod dum commutans aliter conscribere vellem,
Dixit, ut haud dubiis possem sic dicere verbis.
Nescius hoc scripsi, penitusque stupore movebar,
Quippe diem totum soli transegimus illum.
Nunc legimus, nunc membra iuvat componere [5] lecto,
925 Me sopor oppressit [6], vigilem non contigit illum,
Orat in excubitu, surgit, graditurque valenter,

---

898 ne *V* dolore] cum *R* 899 Auttrectant *V*, Actrectant *R* 900 loetale] mortale *R* mortisque *V* pericli *R* 901 animo] ịn *R* 902 discere *R* 913 produxerit *O* aura] dies *R* 914 caerę *G D* 915 his quinos dicat *V* eisdem] unis *R* 916 quos *V* 918 decim *G D V* quorum *R*
[a] uuectinus *V* [b] floruit] usque in uoluntatibus carnis *R* [c] *hic finit V*, consolari dignamini *O* [d] centum *O* [e] peruenit *O* [f] uestra *add. R* [g] merear *O*
919 finemque] huius breuicule *R* 921 haut] non *R* 924 iuuat] delectat *R* 925 obpressit *R* 926 excubitu] in suo lecto *R*

1) *Aen. II*, 642 ducere vitam. 2) *Fast. IV*, 365 procul hinc discedite. 3) *Aen. I*, 371 Suspirans imoque trahens a pectore vocem; 485 gemitum dat pectore ab imo; *II*, 288 gemitus imo de pectore ducens. 4) *illi: quo ritu veteres exprimebant incertum nomen, quod nos littera N exprimimus. MAB.* 5) *Georg. IV*, 438 conponere membra. 6) *Trist. I*, 5, 75 Me deus oppressit.

Vesper adit, tandemque mihi est sic ore locutus[1]: 824
'Vade, puer, corpusque cibo relevare memento[2],
Proque labore tuo grates digneris habere.'
930 Discessi noctemque minans sol vergit in aequor.
Iamque poli pingunt fulgentia sidera centrum,
Adveniunt fratres sistuntque in domate multi.
'En', ait, 'incumbit metam finire supremam
Carnis in exilio, terram terraeque recondi.
935 Omnimodis petimus: sacras protendite palmas,
Instantesque preci nostrum defendite finem.'
Res perrara quidem, psalmos prior omnibus ille
Antiphonasque velut quidam praecentor adorsus
Principium cuiusque suo depromit ab ore.
940 Finitis igitur concentibus ille parumper
Respirat pavidus, fratresque ad strata recurrunt.
Surgit et huc illucque viam deflectere temptat,
Aestuat agnoscens, velox quod transitus instet,
Decidit in lectum Christi mysteria sumens,
945 Clausit et extremam vitae mutabilis horam.

En, venerande pater[3], calcem compulsus adivi,
Cuius principium horror adire fuit.
Non ignoro quidem vitiis sordere camenam,
Extortos apices protege, si valeas.
5 Ales enim, quaecumque suas praecurrere pennas
Cogitur, ex superis corruit ima petens[4].
Nil prodesse scio, tamen est parere necesse,
Hoc potius dominus quam sacra tura cupit[5].
Vestra sequens humilis famulus mandata peregi,
10 Aetate et sensu impar ad istud opus.
Ne reputes non posse meum, sed velle videto.
Atque bono vigeas longa per aeva statu.

Amen.

927 adiit *R* est *om. O* ore] pleonasmos *R* 928 cybo *R* releuare] reficere *R* 929 dignaris *O* 930 que *om. O* uergit] se *R* 932 que *om. R* 933 incumbit] mihi nunc *R* metam] finem *R* supremam] nouissimam, ultimam *R* 934 terramque *O* terręque] datiuus *R* 937 Res inuisa *G*,] ualde *R* ille] Wetti *R* 938 precentor] Precentor est qui uocem premittit in cantu, sicut et succentor, qui subsequenter canendo respondet[6] *M* adorsus] incipiens *R* 939 cuiusque] psalmi et antifone *R* 940 igitur] erant *R* concentibus] cantibus *R* parumper] Parum, pusillum, modicum, ualde parum, parumper, paulisper, paululum, aliquantulum, valde modicum, perparum, leue, subtile, exiguum, pauper *M* 942 instat *R* 944 misteria] sacrificia, eucharistiam *R* 945 Explicit uisio Wettini uersibus conposita exametris a Strabo Wahlafrido deo gratias amen *add. B*

1 compulsus] in finem huius operis *R* 2 orror *R* 3 ignoro] scio *R* camenam] meam *R* 4 Extortosque *R* 8 capit *O ad marg.* melius est obedientia quam uictima *R* 9 famulus humilis *R*, famulus *om. O* 11 posse] meam possibilitatem *R* uelle] meam uoluntatem *R* memento *corr.* uideto *O* 12 Explicit uisio Wettini *add. RM*, Finit *O*

1) *Georg. IV*, 444, *Aen. IX*, 319 sic ore locutus. 2) *Met. IX*, 318 corpus relevare volentem. 3) *scil. Grimalde.* 4) *Aen. VIII*, 67 Ima petens. 5) 1 *Reg.* 15, 22 Melior est enim obedientia quam victimae. 6) *Isid. Etym. VII*, 12, 27.

IIIa.

AD GRIMALDUM CAPPELLANUM DE MORTE WETTINI.

824 Scribere nulla iuvat, scriptor quia noster obivit,
Qui nova pectoribus monstravit dogmata nostris.
Aedificare volens longum stabilita per aevum [1]
Tecta, sed indomita praeventus morte [2] nequivit
5 Culmen in aerios templi sustollere cursus.
Forsitan indigni fuimus sapiente magistro.
Sed licet hunc caelestia non dubitemus adisse,
Abscessisse tamen nosmet deflere necesse est.
Primus hic incultis mandavit semina sulcis [3],
10 Ut collecta seges gereretur ad horrea Christi,
Mercedem et propriam praeclarus haberet arator.
Hoc studium fuit [4], hoc votum, hoc etiam ipsa voluntas.
Plangimus interno compuncti corda dolore,
Flemus agrum subito tanto cultore carere.
15 Et specialis ego ingeminans conecto lacertos
More orbatorum, placidum deflendo patronum.
Saepe quod adiungo alterius ploratibus unum est:
Quod nullus magni profertur dogmatis heres.
Praedia tanta vacant nullo vineta colente;
20 Deperit absconsae sapientia mentis ab usu,
Dicitur: Heu misero, qui dum cadit ipse levantem
Non habet, ille iacet cuncto miserabilis orbi [5].
Tu fratris deserta tui iam semina profer [6],
Non torpore vacat sancta quod lege iubetur,
25 Est sed fructiferum, si quis sub lege potitur.
Decidit ille mihi, vicibus nemo illius asstat.
Fercula pulchra dedit, victum quis porrigit artum?
Vestibus ornavit, praebet quis tegmina grossa?
Innumerisque bonis meritum superaverat omne,
30 Quis mihi nunc misero verbum demonstrat adhortans?
Annales memorare dies, mortemque notare
Quis cogit? nisi sollicita sub mente [7] retractet,
Proximus esse: sibi iussum de nomine Christi,
Ne fraterna suo tollatur ab ordine proles.
35 Haec iam dicta legas, pater optime, corde receptans:
Exhinc esse mihi dignare affabilis, atque
Rebus in occultis nostrum solare dolorem [8].
Scintillam portamus enim, quam si quis adauget,
Multiplicabit opem veniarum fine futuro,
40 Adveniens sua dona deus cum pace requirat,
Multorum quod sancta ferant tutamina nobis.

[IIIa] 13 corde *corr.* corda *G p.* 124

1) *Met. XV*, 306 longoque induruit aevo. 2) *Trist. V*, 4, 32 praeventum morte. 3) *Georg. I*, 223 Debita quam sulcis committas semina. 4) *Aen. XI*, 739; *Met. XIV*, 634 Hic amor, hoc studium. 5) *Venanti Carm. VIII*, 16, 3 toto venerabilis orbe. 6) *Deuter.* 25, 5 accipiet eam *(sc. uxorem fratris)* frater eius et suscitabit semen fratris sui. 7) *Trist. III*, 8, 20 sollicita mente. 8) *Aen. I*, 669 nostro . . dolore.

IV.

INCIPIT LIBER DE CULTURA HORTORUM STRABI SEU STRABONIS FELICITER.

I. DE CULTURA HORTORUM.

Plurima tranquillae cum sint insignia vitae,
Non minimum est, si quis Pestanae[1] deditus arti
Noverit obsceni curas tractare Priapi[2].
Ruris enim quaecumque datur possessio, seu sit
5 Putris, harenoso qua torpet glarea tractu,
Seu pingui molita graves uligine foetus[3],
Collibus erectis alte sita, sive iacenti
Planitie[4] facilis clivo, seu vallibus horrens,
Non negat ingenuos holerum progignere fructus[5],
10 Si modo non tua cura gravi compressa veterno[6],
Multiplices holitoris opes contempnere stultis
Ausibus assuescit, callosasque aere duro
Detrectat fuscare manus et stercora plenis
Vitat in arenti disponere pulvere qualis[7].
15 Haec non sola mihi patefecit opinio famae
Vulgaris, quaesita libris nec lectio priscis,
Sed labor et studium, quibus otia longa dierum
Postposui, expertum rebus docuere probatis.

[IV] Incipit—feliciter *L C f.* 29, *sine titulo K, in L C sequitur index capitum, quae hic omisi. L capita iterum margini apposuit.* 1 tranquillę] Cum quisquam (quisque *L*) a bellis (belli *L*) et ab aliis mundi (*om. L*) aduersitatibus securus uineam excolat et alias (aliasque *L*) mundi uoluptates exerceat, non uilissimum (utilissimum *L*) est hortorum culturam exercere *L K* insignia] ornamenta *L* 2 minimum] scilicet (*om. K*) sed unum de maioribus *L K* pestanę] Ciuitas Campanię, ubi habundant medici *L* medicali id est (*om. K*) si quis medicus hortorum culturam (curam *L*) exercet *L K* 3 obsceni] tangit inhonestam rem *L K* priapi] qui precipuus hortorum cultor fuit *L* 4 Ruris] gflf id *K* enim] pro quia *K* datur] scilicet homini *K* 5 Putris] arida *L K* harenoso] harenosum tractum (dractum *K*) dicit litoris (literis *K*) longitudinem *L K* torpet] quia tardius fructum profert *L K* glarea] santstein *K*, sbntstfkn *L* tracta] dust *K*, tractu] dxnse *L* 6 Seu] sit *K* pingui] ex *L K* molita] id est progigneris *L*, pro piggnes *K* uligine] uligo est frequens (sequens *L*) humor terrae[8] *L K* foetus] id est *(om. K)* fructus *L K* 7 Collibus] scilicet *(om. K)* seu sit *L K* iacenti] scilicet sit sita *L* 8 Planitię *L*, Planicię *C* cliuo] in hoc *K*, in hbldxn *L* uallibus] in *L* horrens] scil. *(om. K)* ex uepribus dumis et ceteris huiusmodi (huiusmodi cęteris *L*) *L K* 9 *ad marg.* litotes (litores *K*) figura *L K* negat] scil. sed prestat *L K* ingenuos] nobiles *L K* foetus] id est fructus *L* 10 Sed *L* modo] tantum *L K* compresso *K* ueterno] intercutaneus morbus et ponitur pro pigritia *L*, qui inter cutem et carnem ambulat *K* 11 opes] ut saluia ruta et cetera *L K* contemnere *K* stultis] cum *L* 12 assuescat *K* callosasque] callus-li, suilothen *L*, callas suil *K* duro] in ungeuuitere *L* 13 Detrectat] non refugit *L* et] scil. si non *L* 14 disponere] iacere cetan *L* squalis] fanaren. qualus-li *L* 15 Haec] scil. quę dixi *L* 16 libris] in *L* lectio] mea *L* 17 quibus] labori et studio *L* otia] kemeitganga. id est dulcius mihi fuit laborare, quam otiosum incedere *L* 18 expertum] scil. me peritum doctum. Seruius[9]: expers ignarus indoctus *L*

1) ***Georg. IV,*** 119 rosaria Paesti; *Met. XV,* 708; *Ex Ponto II,* 4, 28. 2) ***Georg. IV,*** 111; ***Fast. I,*** 415; ***Hor. Sat. I,*** 8. 3) ***Georg. II,*** 184 pinguis humus dulcique uligine laeta; ***IV,*** 231 gravidos .. fetus. 4) ***Aen. XI,*** 527 Planities ignota iacet. 5) *Sedul. C. P. I,* 34 gignere fructum. 6) ***Georg. I,*** 124 Nec torpere gravi passus sua regna veterno; *Ecl. I,* 58 tua cura. 7) ***Georg. II,*** 241 spisso vimine qualos. 8) ***Isid. Etym. XV,*** 13, 14. 9) *Ad Aeneid. III,* 182, *X,* 173.

II. DIFFICULTAS ASSUMPTI LABORIS.

Bruma senectutis vernacula, totius anni
20 Venter et ampliflui consumptrix saeva laboris,
Veris ubi adventu terrarum pulsa sub imas
Delituit latebras, vestigiaque horrida avarae
Ver hiemis[1] reduci rerum delere pararet
Scemate, et antiquo languentia rura nitori
25 Reddere, ver[2] orbis primum caput et decus anni,
Purior aura[3] diem cum iam reserare serenum
Inciperet, Zephirosque herbae floresque secuti
Tenuia porrigerent radicis acumina, caeco
Tecta diu gremio, canasque exosa pruinas[4],
30 Cum silvae foliis, montes quoque gramine pingui,
Prataque conspicuis vernarent laeta virectis,
Atriolum, quod pro foribus mihi parva patenti
Area vestibulo solis convertit ad ortum[5],
Urticae implerunt, campique per aequora parvi
35 Illita ferventi creverunt tela veneno[6].
Quid facerem[7]? tam spissus erat radicibus infra
Ordo catenatis, virides ut texere lentis
Viminibus[8] crates stabuli solet arte magister[9]:
Ungula cornipedum[10] si quando humore nocetur
40 Collecto et putres imitatur marcida fungos[11].
Ergo moras rumpens[12] Saturni dente[13] iacentes
Aggredior glebas, torpentiaque arva[14] revulsis
Sponte renascentum complexibus[15] urticarum
Erigo et umbricolis habitata cubilia talpis[16]
45 Diruo, lumbricos revocans in luminis oras[17].

---

19 Bruma] hiemps, quasi brachimera[18] id est purus (*corr.* parvus) dies *L* 21 Veris] ibngfzfs *L* ubi] postquam *L* 22 Dilituit *L C* uestigiaque] accusatiuus. tempora et ubique *L* auare *L C* 23 reduci] cum *L* delere] depellere *L* 24 Scemate] forma *L* 25 Reddere] scil. pararet *L* uer] Parenthesis *L* 26 Purior] scil. et ubi serena *L* zephyrosque *K*, zephirosque] phonno. australis uentus precalidus *L* 28 Tenua *K* racidis *L* acumine *corr.* na *L* cęco] in occulto *L* 29 gremio terrę *L* 32 Atriolum] frbflbrrklk. accusatiuus *L* patenti] in *L* 33 Area] gflfnti *L* hortum *K* 34 Urticę] nfzzklxn *L* equora] per plana *L* 35 Inlita *KC* ueneno] ypallage id est uenenosae herbę, quibus tela inficiuntur *L* 36 radicibus] in *L* 37 lentis] cum flexilibus *L* 38 Viminibus] cum uirgis *L* crates] hurdi *L* stabili *K* 39 Ungula] huôf *L* cornipedum] equorum *L* 40 imitatur] id est similis est *L* fungos] suamma *L* 41 Ergo] ideo *L* mores *corr.* ras *C* dente] cum rastro. hovun *L* iacente *K* 42 glebas] scorsun *L* torpentiaque] qui fructum tardius proferrent *L*, torpenciaque *CL* 43 Sponte] scil. nullo serente *L* complexibus] catenis *L* 44 Erigo] piteta *L* *ad marg.* in aggere terrae umbricolis] qui umbras colunt *L* 45 Diruo] riutta *L* lumbricos regenvurma *L* ora *K*

1) ***Met.*** ***X,*** 164 repellit | Ver hiemem; ***Ex Ponto IV,*** 10, 38 Horrida ... hiems. 2) ***Georg. II,*** 338 ver illud erat, ver magnus agebat | Orbis. 3) ***Art. Amat. III,*** 55 purior aether. 4) ***Georg. II,*** 376 cana ... pruina. 5) ***Georg. III,*** 277 solis ad ortus; ***Met. XIV,*** 386 se convertit ad ortus. 6) ***Trist. IV,*** 1, 77 imbutaque tela veneno; ***Prudent. Psych.*** 436 lita tela veneno. 7) ***Ecl. I,*** 41, ***VII,*** 14 Quid facerem? 8) ***Fast. VI,*** 262 lento vimine textus. 9) ***Aen. VIII,*** 442 arte magistra. 10) ***Aen. VI,*** 591 cornipedum .. equorum; ***Ex Ponto IV,*** 8, 80 Ungula ... equi. 11) ***Georg. I,*** 392 putres concrescere fungos. 12) ***Georg. III,*** 43 Rumpe moras. 13) ***Ib. II,*** 406 curvo Saturni dente. 14) ***Georg. I,*** 65 glebasque iacentes; ***I,*** 110 arentia .. arva. 15) ***Aen. IV,*** 616 conplexu avulsus Iuli. 16) ***Georg. I,*** 183 cubilia talpae. 17) ***Ib. II,*** 47 se tollunt in luminis oras. 18) ***Serv. ad Aen. II,*** 412 Bruma id est hiems, dicta autem bruma quasi βραχὺς ἡμέρα i. e. brevis dies.

Inde Nothi coquitur flabris solisque calore [1]
Areola et lignis ne diffluat obsita quadris
Altius a plano modicum resupina levatur,
Tota minutatim [2] rastris contunditur uncis,
50 Et pinguis fermenta fimi [3] super insinuantur.
Seminibus quaedam temptamus holuscula, quaedam
Stirpibus antiquis priscae revocare iuventae.

III. INSTANTIA CULTORIS ET FRUCTUS OPERIS.

Denique vernali interdum conspergitur imbre
Parva seges, tenuesque fovet praeblanda vicissim
55 Luna comas; rursus si quando sicca negabant
Tempora roris opem, culturae impulsus amore,
Quippe siti metuens graciles torpescere fibras,
Flumina pura cadis inferre capacibus [4] acri
Curavi studio, et propriis infundere palmis
60 Guttatim, ne forte ferocior impetus undas
Ingereret nimias, et semina iacta [5] moveret.
Nec mora [6], germinibus vestitur tota tenellis
Areola et quamquam illius pars ista sub alto
Arescat tecto [7], pluviarum et muneris expers
65 Squaleat aerii, pars illa perennibus umbris
Diffugiat solem, paries cui celsior ignei
Sideris [8] accessum lateris negat obice duri,
Non tamen ulla sibi fuerant quae credita pridem
Spe sine crementi pigro sub cespite clausit.
70 Quin potius quae sicca fere et translata subactis
Suscepit scrobibus [9], redivivo plena virore
Restituit, reparans numeroso semina fructu.
Nunc opus ingeniis, docili nunc pectore et ore [10],

---

46 Inde] postea *L* noti *C* 47 Areole *K* lignis] cum *L* diffluat] ni cerfvore *L* obsita] circumdata *L* 48 Altius] scil. ut *L* 49 minutatim] chleino *L* rastris] cum. rehhun *L* 50 super]-de *L* insinuantur] iaciuntur *L* 51 Seminibus] cum *L* quędam] id est quędam holuscula serebamus *L* temtamus *K* 52 Stirpibus] de. selppoumen stocchin *L* prise *K* reuocare] de ipsis stirpibus pullulare fecimus *L* ‖ [III] operis *om.* *L* 53 interdum] sumestunt *L* conspargitur *CK* 54 fouet] scil. cum rore *L* preblanda] ualde *L* 55 negabant] et hoc interdiu hoc noctu *L* 56 inpulsus *K* 57 siti] ex ariditate *L* graciles] de chleinun *L* fibras] radices *L* 58 infere *K* capicibus *corr.* pacibus *C* 60 gustatim *K*, Guttatim] tropliho *L* 61 Ingereret] inferret *L* 62 germinibus] chidon *L* tenellas *K* 63 illius] areolae *L* ista] una *L* alto] scil. ad occidentem sita *L* 64 mumeris *K*, muneris] id est roris *L* 65 Squaleat *corr.* Squalleat *L* aerei *K* illa] meridiana altera *L* perennibus] cum *L* umbris] scil. ad austrum sita *L* 66 Difugiat *K* cui] scil. parti *L* ignêi *L* 67 Sideris] id est solis *L* neget *CK* obiice *K*, obice] cum *L* 68 ulla] semina areolę *L* fuerat *K* credita] data *L* 69 crementi] uirenti *L* pigro] eruuortenemo *L* clausit] sc. protulit in lucem *L* 70 sicca]-ta, marcida *L* translata] de aliis locis *L* subactis] factis *L* 71 scrobus *K* rediuiuo] scil. quia hic non segnius quam in priori loco germinarunt *L* 72 reparans] uiuificans *L* 73 opus] scil. est *L* ingeniis] id est sensu *L* docili] sapienti *L* pectore] cogitatu *L* ore] locutione *L*

1) *Fast. III,* 531 Sole .. calent. 2) *Georg. III,* 485 Ossa minutatim. 3) *Ib. I,* 80; *II,* 347 fimo pingui. 4) *Hor. C. II,* 7, 20 parce cadis, 22 funde capacibus | unguenta de conchis. 5) *Ov. Ep. VI,* 11, *Met. V,* 485 Semina iacta; *Fast. I,* 662. 6) *Met. I,* 717, *III,* 46 Nec mora. 7) *Trist. III,* 4, 19 tecto .. ab alto. 8) *Ov. Ep. XIX,* 55 ignea cedunt | Sidera. 9) *Georg. II,* 50 scrobibus mandet mutata subactis. 10) *Aen. VI,* 261 Nunc animis opus, Aenea, nunc pectore firmo.

Nomina quo possim[1] viresque attingere tantae
75 Messis, ut ingenti res parvae[2] ornentur honore.

IV. SALVIA.

Lelifagus prima praefulget fronte locorum,
Dulcis odore, gravis virtute atque utilis haustu.
Pluribus haec hominum morbis prodesse reperta
Perpetuo viridi meruit gaudere iuventa[3].
80 Sed tolerat civile malum: nam saeva parentem
Progenies florum, fuerit ni dempta, perurit
Et facit antiquos defungier invida ramos.

V. RUTA.

Hoc nemus umbriferum[4] pingit viridissima rutae
Silvula ceruleae, foliis quae praedita parvis
85 Umbellas iaculata breves, spiramina venti
Et radios Phoebi caules transmittit ad imos.
Attactuque graves leni dispergit odores[5].
Haec cum multiplici vigeat virtute medellae,
Dicitur occultis adprime obstare venenis[6]
90 Toxicaque invasis incommoda pellere fibris.

VI. ABROTANUM.

Nec minus abrotani promptum est mirarier alte
Pubentis frutices et quas inspicat aristas
Ramorum ubertas, tenues imitata capillos[7].
Huius odoratum lento cum vimine[8] crinem
95 Poeoniis carptum prodest miscere medellis[9].

---

74 uiresque] chrefti *L* 75 ut *om. K*,] id est ut quę in se ipsis uiles sunt ex dictu glorificentur *L* ornent *K* || [IV] 76 Lelyfagus *C*,] grece latine saluia *L ad marg. manu poster.*

Saluia quam Graio dicunt Elelispathon ore
Fertilium in prima praefulget fronte locorum.

prima] in *L* fronte] id est in exordio *L* 77 odore] in *L* uirtute] in *L* haustu] in. ad potionem in potu *L* 78 hęc] lelifagus *L* reperta] scil. a medicis *L* 79 Perpetua] in perpetuum *L* uiridi] in *L* meruit uiridi *L* 80 tolerat] quod in se crescit habet *L* ciuile] id est a uicino *L* malum] aduersitatem *L* parentem] id est stipitem matrem *L* 81 demta *K*, dempta] id est nisi fuerit flos abruptus *L* 82 diffungier] arescere *L* inuida] nidigiu *L* || [V] 83 nemus] accusatiuus *L* pingit] ornat *L* *ad marg.* Ceruleus color ex uiridi et nigro confectus, unde dicit uiridissima et ceruleę *L* 84 cęruleę *K* predita] honorata ditata *L* 85 imbellas *K* 86 plebi *K*, phoebi] aestus solis *L* caules] ceinun *L* transmittit] id est sinit peruenire, id est propter paruitatem foliorum nec ab aestu nec a frigore caulem defendere ualet *L* 88 Haec] ruta *L* medelę] id est ad multas medelas prosit *L* 89 adprime] precipue maxime *L* 90 oxicaque *CK*,] id est acuta *L* inuasis] ex *L* febris *C* || [VI] 91 Nęc *K* abrotani] kartuvrci *L* promptum] in presenti *L* altę *C*, alte] uf *L* 92 Pubentis] crescentes *L* frutices] selpoum *L* inspicat] spizzot *L* aristas] id est folia et tractum est a granis; propter paruitatem folia dicit aristas *L* 94 Huius] abrotani *L* odoratum] ferum *L* uimine] ramusculo *L* crimen *K*, crinem] folium. zuog. i. e. si ramum tollas cum foliis *L* 95 Poeoniis] medicalibus[10] *L* cartum *K*

1) *Aen. VI*, 627 nomina possim. 2) *Ex Ponto II*, 5, 25 rebus .. parvis. 3) *Aen. V*, 295 viridique iuventa; *Ex Ponto IV*, 12, 29. 4) *Aen. VI*, 473 In nemus umbriferum. 5) *Georg. IV*, 49; *Art. Am. III*, 277 gravis oris odor. 6) *Cf. Isid. Etym. XVII*, 11, 8. 7) *Amor. III*, 10, 13 tenues redimita capillos. 8) *Georg. IV*, 34 lento ... vimine texta. 9) *Aen. VII*, 769, *XII*, 401. 10) *Serv. ad Aen. VII*, 769 aut medicinalibus.

Febribus obstat enim, telum fugat, adiuvat artus,
Quos incerta premit furtivae iniuria guttae.
Praeterea tot habet vires quot fila comarum.

VII. CUCURBITA.

Haud secus altipetax semente cucurbita vili
100 Assurgens, parmis foliorum suscitat umbras
Ingentes, crebrisque iacit retinacula ramis.
Ac velut ulmum hedera implicuit cum frondibus[1] altam,
Ruris abusque sinu toti sua brachia circum[2]
Laxa dedit ligno, summumque secuta cacumen[3]
105 Corticis occuluit viridi[4] tutamine rugas:
Aut arbustivum vitis genus[5], arbore cum se
Explicuit quavis, ramorumque alta corimbis
Vestiit[6], et propria sursum se sponte levavit —
Visitur ergo rubens aliena in sede racemus
110 Dependere, premit tabulata virentia Bachus,
Pampinus et frondes[7] discernit latior altas —
Sic mea sic fragili de stirpe cucurbita surgens
Diligit appositas, sua sustentacula, furcas,
Atque amplexa suas uncis tenet unguibus[8] alnos.
115 Ne vero insano divelli turbine possit,
Quot generat nodos, tot iam retinacula tendit[9],
Et quoniam duplicem producunt singula funem,
Undique fulturam dextra levaque[10] prehendunt,
Et velut in fusum nentes cum pensa puellae[11]
120 Mollia traiciunt spirisque ingentibus[12] omnem
Filorum seriem pulchros metantur in orbes,
Sic vaga tortilibus stringunt ammenta catenis
Scalarum, teretes involvuntque ilico virgas,

---

96 enim] quia *L* fugat] quod nequeat facile uelli *L* 97 incerta] quia per uarias membrorum iuncturas uagatur *L* guste *K* 98 Preterea] id est preter has tres medicinas *L* fila] folia *L* || [VII] 99 Haut *LK* secus] non aliter quam frutices abrotani *L* altipetax] hohgerniv *L* sementa *K*, semente] semine *L* 100 parmis] cum *L* 101 retinacula] unde retinetur *L* 104 Laxa] lata *L* 105 uiridi] cum scil. suo, nam perenni gaudet uiriditate *L* 106 arbustiuum] uelud uualdhaft *L* 107 Explicuit] extendit *L* quauis] in qualibet *L* corimbis] cum uuis. Corimbi proprie sunt uuae hederae *L* 108 Vestit *K* 109 Uisitur] cernitur *L* repens *K* sede] in ulmo *L* 110 tabulata] spreiti. Tabulata sunt rami effusiores et in plana tendentes, non in altiora crescentes *L* bacchus *C* 111 Pampinus] rebunplat *L* latior] comparatiuus pro positiuo *L* 112 cum stirpe *C* 113 apositas *K*, appositas] id est *L* furcas] furcun zvvisilun *L* 114 uncis] cum *L* alnos] erilun *L ad marg.* aliam arborem pro alia ponit 115 insano] ab *L* 116 retinacula] ramusculos *L* trudit *CK*, tendit] iacit trudit *L* 118 fulturam] spruzzi *L* prehendit *L* 119 fusum] spinnila *L* paena *C*, pensa] vuicchili *L* 120 Molli traiiciunt *C*, traitiunt *L* spirisque] cum circulis. Spira est collectio funium in unum. geuendida *L* 121 metantur] uel meditantur *L* 122 tortilibus] cum *L* ammenta] lezza *L* 123 Scalarum] furcarum *L* uirguas *K*

1) ***Met. VI,*** 599 hederarum frondibus. 2) *Aen. II,* 792 collo dare bracchia circum; ***Ov. Ep. XV,*** 165. 3) *Aen. VI,* 678; *Met. IX,* 389, *XV,* 510 summoque cacumine. 4) *Ecl. V,* 13 viridi .. cortice fagi. 5) *Columella de arbor.* 4 genus vitium arbustivum. 6) *Ecl. III,* 38 vitis | Diffusos hedera vestit pallente corymbos. 7) *Georg. II,* 333 pampinus .. 335 .. et frondes explicat omnes. 8) ***Met. II,*** 479 aduncos crescere in ungues. 9) *Georg. I,* 513 retinacula tendens. 10) *Aen. I,* 611 dextra laevaque. 11) *Georg. I,* 390 carpentes pensa puellae; *IV,* 348 dum fusis mollia pensa | Devolvunt. 12) *Aen. II,* 217 spirisque ligant ingentibus.

Viribus et discunt alienis tecta cavarum
125 Ardua[1] porticuum volucri superare natatu.
Iam quis poma queat ramis pendentia[2] passim
Mirari digne? quae non minus undique certis
Sunt formata viis, quam si tornatile lignum
Inspicias medio rasum, quod mamfure constat.
130 Illa quidem gracili primum demissa flagello
Oblongo, tenuique ferunt ingentia collo
Corpora[3], tum vastum laxatur in ilia pondus[4],
Totum venter habet, totum alvus, et intus aluntur
Multa cavernoso seiunctim carcere grana,
135 Quae tibi consimilem possunt promittere messem[5].
Ipsos quin etiam tenero sub tempore fructus,
Ante humor quam clausa latens per viscera sero
Autumni adventu rarescat, et arida circum
Restiterit cutis, inter opes transire ciborum
140 Saepe videmus, et ardenti sartagine pinguem
Combibere arvinam[6], et placidum secmenta saporem
Ebria multotiens mensis praestare secundis[7].
Si vero aestivi sinitur spiramina solis[8]
Cum genitrice pati et matura falce recidi[9],
145 Idem foetus in assiduos formarier usus[10]
Vasorum poterit, vasto dum viscera ventre
Egerimus, facili radentes ilia torno.
Nonnunquam hac ingens sextarius abditur alvo,
Clauditur aut potior mensurae portio plenae,
150 Amphora quae, piceo linitur dum gluttine, servat[11]
Incorrupta diu generosi dona Liei.

VIII. PEPONES.

Hoc simul in spatio, campi quo figitur imis
Haec tam laeta seges[12], vili quam carmine pinxi,
Visitur alterius vitis genus acre per aequor
155 Serpere pulvereum et fructus nutrire rotundos.

---

124 Viribus] cum *L* ediscunt] aliter et *L* 125 natatu] ascensu *L* 126 poma] scil. cucurbitae *L* 128 *ad marg.* ut in putericis uidemus *L* formata uiis] kescaffota redon *L* 129 medio] scil. manente *L* rasum] gebanot *L* mamfure] draisarne. Mamfur est lorum tornatoribus aptum, sed hic pro ipso ferro ponitur *L* 130 Illa] scil. poma *L* demisso *K* 132 ilia] metaphoricos dixit ab animali ad in animale *L* 133 aluntur] id est fouentur *L* 134 cauernoso] in *L* 135 possint *C K* 136 tenero] dum ipsi teneri sunt *L* 138 rarescat] deficiat *L* et] scil. antequam *L* 140 sartagine] in gluentero fannun *L* 141 secmenta] snitun *L* 142 multoties *R*, multociens *K* 144 genetrice *C*,] cum stirpe *L* matura] cum, ypallage pro ipsa matura *L* 146 uasto] ex *L* uiscere *K* albo *K* 147 Egerimus] eicimus *L* torno] draisarne *L* 148 hac] in *L* saxarius *K* 150 quę] scil. cucurbita *L* glutine *C* 151 generosi] nobilis *L* liaei] uini *L* || [VIII] 152 spacio *LK* figitur] datur *L* imis] scil. terrę *L* 153 lenta] pinguis *L* 154 Uisitur] cernitur *L* genus] id est pepones *L* 155 natrire *K*

1) ***Aen. VII,*** 161 tecta Latinorum | Ardua. 2) ***Met. VII,*** 586 Poma cadunt ramis; ***Aen. X,*** 835 ramis | Dependet galea; ***Ecl. I,*** 38 pendere ... in arbore poma. 3) ***Aen. I,*** 192 ingentia victor | Corpora. 4) ***Ib. V,*** 447; ***Ep. IX,*** 88 vasto pondere. 5) ***Met. VIII,*** 293 promissas .. messes. 6) ***Aen. VII,*** 627 Arvina pingui. 7) ***Georg. II,*** 101 mensis accepta secundis; ***Met. VIII,*** 673. 8) ***Georg. IV,*** 28 ad aestivum solem. 9) ***Met. XIII,*** 766 falce recidere barbam. 10) ***Art. Am. I,*** 473 adsiduo ... usu; ***Ex Ponto II,*** 7, 43. 11) ***Georg. IV,*** 40 gluten | .. servant pice. 12) ***Georg. I,*** 1 laetas segetes.

Pomorum haec species terrae super arida vulgo
Terga[1] iacens crementa capit pulcherrima, donec
Solibus aestivis[2] flavos intincta colores
Messoris calathos matura fruge[3] replerit.
160 Tum videas aliis teretem satis esse figuram,
Undique porro aliis oblongo scemate ventrem
Demissum, nucis aut ovi versatilis instar,
Vel qualis manibus quondam suspensa supinis[4]
Lucet agens circum[5] lomenti bulla salivam
165 Ante recens maceretur aquis quam spuma refusis,
Dum lentescit adhuc digitis luctantibus, et se
Alternis vicibus[6] studioque fricantibus uno,
Inter utramque manum[7] parvo fit parvus hiatu[8]
Exitus, huc stricto lenis meat ore Nothi vis,
170 Distenditque cavum vitrea sub imagine pondus,
Et centrum medio confingit labile fundo,
Undique conveniat[9] cameri quo inflexio tecti.
Ergo calyps huius penetrat dum viscera pomi,
Elicit humoris largos cum semine rivos[10]
175 Multiplici: tum deinde cavum per plurima tergus
Frusta manu spargens[11] hortorum laetus opimas
Delicias conviva capit, candorque saporque
Oblectant fauces, nec duros illa molares
Esca stupere facit, facili sed mansa voratu
180 Vi naturali frigus per viscera nutrit.

IX. ABSINTHIUM.

Proximus absinthi frutices locus erigit acris,
Herbarum matrem simulantes vimine lento[12].
In foliis color est alius[13], ramisque odor alter
Puberibus[14], longeque saporis amarior haustus.

---

156 species] hoc genus *L* atrida *L*, arrida *K* 157 Terga] uel tecta uel super terga terrę iacens *L* 158 Solibus] in *L* aestiuis] proprie zuuisumbrinun *L* flauos] keleuua *L* inticta *K*, intincta] id est flauos colores intinctos habens *L* 159 calathos] zeinun *L* 160 Cum *C* aliis] peponibus *L* 161 scemate] forma *L* 162 ouis *corr.* oui *C* 164 agens] circum *L* lomenti] sciflodres *L* bulla] platra *L* saliuam] seiurun *L* 165 maceretur] attenuetur *L* spuma] sciflodar *L* refulsis *K*, refusis] in *L* 166 lentescit] haftet *L* 167 fricantibus] ribenden *L* 168 paruus] parua *L* hiatu] apertione *L* 169 stricto] coangusto *L* nothi] flaminis *L* 171 medio] in *L* labile] ad imas manus id est medietatem labilem *L* 172 camyri *C K*,] pro camerati *L* quo] dara *L* tecti] cameratum tectum dicit concauas manus *L* 173 calybs *C*,] cultellus *L* 175 deinde] postea *L* terga *K* 176 Frustra *K* spargens] zelegendi *L* 177 Delitias *L* 179 Aesca *L K* stupere] eriligon *L* mansa] participium a mandor manderis. Hic dissuadet te ab esca peponum *L* 181 absintis *K*,] uuermotun. apocope pro absinthii *L* 182 Herbarum] hermaltun *L* matrem] id est buccam *L* simulante *K* uimine] in. selpoume. id est stirpe *L* 183 foliis] scil. absinthii *L* calor *L* alius] scil. quam in bucca *L* ramisque] et in *L* 184 Puberibus] teneris *L* longeque] ualde *L* haustum *K*

1) *Georg. I*, 97; *II*, 236. 2) *Cf. p.* 340 *v.* 143. 3) *Ecl. III*, 80 maturis frugibus. 4) *Met. VIII*, 681; *Aen. IV*, 205 manibus .. supinis. 5) *Aen. I*, 117 Torquet agens circum. 6) *Ex Ponto IV*, 2, 6 per alternas .. vices; *Venanti Carm. VIII*, 3, 7 Alternis vicibus. 7) *Aen. V*, 460 utraque manu. 8) *Ib. VI*, 237 vastoque inmanis hiatu. 9) *Ib. IX*, 720 Undique conveniunt. 10) *Georg. I*, 108 undam | Elicit. 11) *Aen. XI*, 650 lenta manu spargens hastilia. 12) *Cf. supra v.* 94. 13) *Georg. IV*, 254 est aegris alius color. 14) *Aen. XII*, 413 Puberibus caulem foliis.

185 Ferventem domuisse sitim, depellere febres
Hoc solet auxilium clara virtute probatum[1].
Si tibi praeterea caput acri forte dolore
Pulsetur subito, vel si vertigo fatiget,
Huius opem rimare, coquens frondentis amaram
190 Absinthi silvam, tum iura lebete capaci
Effunde, et capitis perfunde cacumina summi[2].
Quo postquam ablueris graciles humore capillos[3],
Devinctas frondes super imposuisse memento.
Tum mollis fotos constringat fascia crines,
195 Et post non multas elapsi temporis horas
Hoc inter reliquas eius mirabere vires.

x. MARRUBIUM.

Quid referam[4] iuxta positi nimiumque potentis[5]
Marrubii non vile genus, licet acrius ora
Mordeat et longe gustum disiungat odore.
200 Dulce enim olet, non dulce sapit, sed pectoris aegros
Comprimit angores, tristi dum sumitur haustu[6],
Praecipue talis caleat si potus ab igni[7]
Et coenam cyatis cogatur claudere crebris,
Si quando infensae quaesita venena novercae
205 Potibus inmiscent dapibusve aconita dolosis[8]
Tristia confundunt, extemplo sumpta salubris
Potio marrubii suspecta pericula pressat.

xi. FOENICULUM.

Nec maratri taceatur honor, quod stipite forti
Tollitur, et late ramorum brachia tendit[9],
210 Dulce satis gustu dulcem satis addit odorem.
Hoc oculis, quos umbra premit, prodesse locuntur,
Huius item semen foetae cum lacte capellae[10]

---

185 Feuentem *K* 186 auxilium] absinthii *L* probatum] famatum *L* 187 preterea] preter hanc medicinam *L* 188 uertigo] svintilot *L* 190 Absinthi] pro absinthii *L* siluam] folia *L* iura] láb *L* lebete] ex. unum uas pro alio *L* 192 graciles] per *L* umore *C* 193 Deuictas *C* frondes] folia *L* 194 Cum *C* fotos] kesuedita *L* fascia] vuintinc *L* 196 Hoc] Hanc capitis medicinam *L* mirabere]-is *L* 198 Marrubii] andornes *L* non uile] id est nobile *L* 199 gestum *K* distinguat *L* 200 Dulce] per parenthesin. quia *L* sapit] smecchit *L* 201 Comprimit] stillat *L* tristi] qui tristes facit *L* haustum *K* 202 ignę *C*, igne *K*,] id est si hunc potum calefactum frequenter post cęnam bibitas *L* 203 Et] si *L* cęnam *CLK* cyatis] cum *L* claudere] finire *L* 204 infensę] iratę *L* uenena] uenenosas herbas *L* 205 dapibusue] cum *L* dolosis] scil. quando herba uenenosa, quę uultum ita contrahit, ut ridentes intereant *L* 206 Tristia] nociua *L* confundunt] conmiscent *L* extimplo *L* sumta *K* salubris] salutifera *L* 207 suspecta] sollicita *L* pericula] zureuvaren *L* ‖ [xi] 208 maratri] Maratrix grece, latine fęniculum quasi foenum oculorum, quod illorum medelae prosit[11] *L* 209 tollitur] sus-*L* 211 umbra] stirnilod *L* loquentur *L* 212 foetet *L*

1) *Cf. Seren. Sammonici v.* 903. 2) *Cf. supra v.* 104. 3) *Cf. Amor. I,* 14, 19, 23. 4) *Met. VII,* 734 Quid referam. 5) *Aen. VI,* 871 Nimium ..|.. potens. 6) *Met. VII,* 450 sumimus haustus. 7) *Ex Ponto III,* 3, 90 ignibus ara calet. 8) *Met. I,* 147 Lurida terribiles miscent aconita novercae; *Georg. II,* 128; *III,* 282; *Met. VII,* 419. 9) *Georg. II,* 296 Tum fortis late ramos et brachia tendens; *Met. IV,* 581 brachia tendit. 10) *Sereni Sammonici v.* 107 laticem Bacchi fetae cum lacte capellae; 312 Semina vel marathri fetae cum lacte capellae. 11) *Isid. Etym. XVII,* 12, 4.

Absumptum ventris fertur mollire tumorem,
Cunctantisque moras dissolvere protinus alvi.
215 Praeterea radix maratri commixta liquori
Lenaeo tussim percepta repellit anhelam[1].

XII. GLADIOLA.

Te neque transierim Latiae cui libera linguae
Nomine de gladii nomen facundia finxit[2].
Tu mihi purpurei progignis floris[3] honorem,
220 Prima aestate[4] gerens violae iucunda nigellae
Munera, vel qualis mensa sub Apollinis alta
Investis pueri pro morte recens yacinthus
Exiit et floris signavit vertice nomen[5].
Radicis ramenta tuae siccata fluenti
225 Diluimus contusa mero saevumque dolorem[6]
Vesicae premimus tali non secius arte.
Pignore fullo tuo lini candentia texta
Efficit, ut rigeant dulcesque imitentur odores.

XIII. LYBISTICUM.

Inter odoratam memorare lybistica silvam
230 Fortia, suadet amor[7] parvi diffusior horti.
Hoc germen suco quamvis et odore gemellis
Orbibus officere et tenebras inferre putetur,
Semina saepe tamen quaesitis addere curis
Parva solet, famamque aliena laude mereri[8].

XIV. CERFOLIUM.

235 Quae tot bellorum, tot famosissima rerum
Magnarum monimenta sacro pia conficis ore[9],
Exiles, Erato, non dedignare meorum

---

213 Assumptum] potatum *L* 214 Cunctantisque] id est irrfnton *L* dissoluere] solutionem facere losen *L* 216 Leneo] id est uino quod leniter intret *L* precepta *K* anhelam] quę anhelos facit *L* || [XII] 217 Te] ó gladiola suertella latine late tendens *L* 218 gladii] suertes *L* 219 purpura] rubicundi *L* 220 Prima] in *L* ęstate] in uere *L* iocunda *L* 221 Munera] id est speciem uiolae, quę mox in uere nascitur *L* 222 Inuestis] inberbis *L* yacinctus] Apollo et Boreas Iacinctum amauerunt, qui cum magis Apollinis amore lętaretur, dum exerceretur, id est dum non ludit, ab irato Borea in eodem disco est interemptus et mutatus in florem sui nominis *L* 223 Exiit] emanauit *L* signauit] in summitate habet formam y litterę *L* 224 ramenta] id est rami *L* fluenti] cum *L* 225 Diluimus] commiscemus *L* concussa *L*, contunsa *K* 226 setius] minus, quod ramenta uino contunsa medelam prestant *L* 227 Pignore] cum auxilio *L* fullo] vueskil lauentari *L* dexta *C* 228 rigeat *K* que] et ut *L* || [XIII] 229 odoratam] odoriferam *L* lybistica] lubestechel *L* 230 diffusior] magnus *L* 231 germem *K* quamuis odorare *K* 232 Orbibus] oculis *L* officere] nocere *L* 233 Semina] grana *L* quęsitis] id est aliis herbis ex cura et labore perceptis *L* adere *K* 234 aliena] id est quod per se ipsum non potest aliis herbis mixtum facit *L* || [XIV] 235 tot] innumerabilia *L* rerum] scil. cęterarum id est bella, quę et elegantiores res commemoras, etiam uiliora dicere non dedignare *L* 236 monumenta *K* 237 Exiles] uiles *L* erato] ó *L*

1) *Georg. III,* 497 Tussis anhela. 2) *Isid. Etym. XVII,* 9, 83; *Ex Ponto II,* 3, 75 Latiae facundia linguae; *Aen. III,* 18 nomen de nomine fingo. 3) *Met. XIII,* 395 Purpureum .. genuit .. florem. 4) *Aen. III,* 8 prima inceperat aestas. 5) *Ecl. III,* 106; *Met. X,* 210, *XIII,* 398. 6) *Aen. XII,* 945 saevi ... doloris; *Art. Am. II,* 235 saevique dolores. 7) *Met. VIII,* 90 Suadet amor. 8) *Cf. Macer Florid. de virib. herbar. v.* 900 Hanc oculis Strabus potuque et odore nocivam | Asserit, antidotis eius tantum modo semen | Misceri iussit. 9) *Art. Am. II,* 510, *Fast. VI,* 386 sacro .. ore.

Divitias holerum versu perstringere mecum.
Infirmis divisa licet Macedonia ramis
240 Spargitur, et crebris ignobile semen[1] aristis
Sufficit, illa tamen toto reparabilis anno[2]
Pauperiem largo solatur munere plebis
Indiguae, nec non restringere sanguinis undas
Corpore diffusas facili solet obvia gustu.
245 Illa quoque infesto venter dum forte dolore
Turbatur, fomenta super non irrita ducit,
Puleium sibimet frondesque papaveris addens.

XV. LILIUM.

Lilia quo versu candentia[3], carmine quove
Ieiunae macies satis efferat arida Musae?
250 Quorum candor habet nivei simulacra nitoris,
Dulcis odor silvas imitatur flore Sabeas[4].
Non Parius candore lapis[5], non nardus odore
Lilia nostra premit, necnon si perfidus anguis
Ingenitis collecta dolis serit ore venena
255 Pestifero, caecum per vulnus[6] ad intima mortem
Corda[7] feram mittens, pistillo lilia praestat
Commacerare gravi sucosque haurire Falerno.
Si quod contusum est summo liventis in ore
Ponatur puncti, tum, iam dinoscere vires
260 Magnificas huiusce datur medicaminis ultro.
Haec etiam laxis prodest contusio membris.

XVI. PAPAVER.

Et Cereale quidem nugarum in parte papaver[8]
Hac memorare placet, quod raptu mesta puellae
Mater, ut immensis optata oblivia mentem
265 Exuerent[9] curis, fertur Latona vorasse[10].

---

239 Infirmis] mollibus *L* mecedonia] cerifolium a ciuitate Grecię, unde ad nostros usus delata est *L* 240 crebris] scil. licet multiplicibus *L* ignobile] paruum *L* aristas *K*, aristis] foliis *L* 241 Sufficit] administrat *L* reparabilis] semper uiridis per totum annum *L* aeuo] anno *L* 242 largo] cum *L* 243 necnon] id est insuper *L* restringuere *K*,] streden duuingar *L* 244 facili] paruo *L* 245 Illa] Macedonia *L* inferto *C*, infesto] inimico inportuno *L* 246 fomenta] suedi *L* irrita] uana *L* 247 *ad marg.* Cerfolium *L* frondesque] id est folia *L* || [xv] 249 Ieiunę] indocilis *L* maties *L* 250 Quorum] scil. liliorum *L* candor] id est candida *L* niuei] scil. sicut nix *L* simularcha *L* 251 flore] in *L* sabeas] candore turis quod in Saba nascitur *L* 252 candore] cum *L* ardus *K* odore] cum *L* 253 premit] ne tuderit *L* necnon] insuper *L* 254 Ingenitis] ex innatis *L* 256 pistillo] cum ripile *L* prestat] ụtile est *L* 257 sucosque] scil. lilii *L* falerno] cum *L* 258 contunsum *LK* est *om.* *L* liuentis] cerulei *L* 259 puncti] hecches *L* 260 Manificas *C* ultro] mox *L* 261 luxis *K*, laxis] paraliticis, paralisi dissolutis *L* contunsio *LK* || [xvi] 262 cereale] pransibile *L* nugarum] posungon *L* 263 raptum *K*, rapta] a Plutone *L* męsta *C* puella *L* 264 inmensis] ab *L* obliuio *L* 265 Exueret *L* uorasse] comedisse *L*

1) *Georg. IV,* 63 ignobile gramen. 2) *Met. II,* 287 totoque exerceor anno. 3) *Met. XII,* 411 candentia lilia; *Aen. VI,* 708 candida . . | Lilia. 4) *Georg. II,* 117. 5) *Ib. III,* 34. 6) *Aen. X,* 733, *Ov. Ep. IV,* 20 caecum ... vulnus. 7) *Aen. VII,* 347 praecordia ad intima. 8) *Georg. I,* 212 Cereale papaver. 9) *Met. IV,* 501 caecaeque oblivia mentis; *Aen. IV,* 319 exue mentem. 10) *Cf. Serv. ad Georg. I,* 212; *Fast. IV,* 533 fertur gustasse palato.

Hoc simul auxilio carbunculus ater ab imo
Pectore[1], qui ructus nimium convolvit amaros
Oris adusque fores, reprimi persaepe videtur.
Huius ad alta caput granorum semine fetum
270 Protento fragilique solet se tollere collo,
Inque modum mali, regio cui Punica[2] nomen
Indidit, unius patulo sub pellis amictu
Grana celebrandae virtutis plurima claudit,
Deque sono mandentis habet formabile nomen.

XVII. SCLAREGA.

275 Hic umbrosa novos inter sclarega virores
Stipite praevalido assurgens, ramosque comasque
Altius extollit: quae quamvis rarius ulli
Quaesita auxilio medicorum paene putetur
Effugisse manus, dulci tamen indita caldae
280 Et vires et odorati fermenta saporis
Praestat, eam iuxta hortensis non extima costi
Silva latet[3] stomachique moras ventremque salubri
Provocat auxilio radicis munere coctae.

XVIII. MENTA.

Nec mihi defuerit vulgaris copia mentae[4]
285 Multa per et genera et species diversa coloresque
Et vires; huius quoddam genus utile vocem
Raucisonam claro rursus redhibere canori
Posse putant, eius sucos si fauce vorarit
Ieiuna, quem crebra premens raucedo fatigat.
290 Est aliud praepingue genus huiusce frutecti,
Quod iam non parvi diffundat germinis umbras,
Celsa ebuli sed more petens[5] a stipite forti
Undique maiores foliorum prorogat alas,
Quîs odor alter inest pauloque immitior haustus.
295 Sed si quis vires speciesque et nomina mentae
Ad plenum memorare potest[6], sciat ille necesse est,
Aut quot Eritreo volitent in gurgite pisces[7],

---

266 carbunculus] soto *L* 267 ructus] roffezunga *L* 268 persepe] ualde *L* 269 caput] papaueris cacumina *L* fętum] geuaragez *L* 270 Protento] cum longo. mit smalamo *L* tollere] at-*L* collo] stingile *L* 271 regi *C* Punica] Affrica *L* 274 formabile] formatum *L* || [XVII] 275 sclarega] scaralinga *L* 276 comasque] folia *L* 277 quę] sclarega *L* rarius] comparatiuus pro positiuo *L* 279 caldę] caldurę. Calda dicitur quasi calida, sicut ualde dicimus pro ualide *L* 280 et *om. K* saporis] ad discretionem pigmenti eiusdem nominis *L* 281 hortensis] des kartlichin *L* extima] extrema *L* 282 latet] furestelle *L* 283 munere] cum *L* || [XVIII] 284 mihi] scil. in meo horto *L* uulguaris *K*, uulgaris] quę uulgo nascitur *L* mentae] minzzun *L* 285 species] ketat *L* 287 canori] sonoritati uel serenitati *L* 290 frutecti] mentae *L* 291 umbra *K* 292 ebuli] ataches *L* 293 Undique] enahalp *L* filiorum *C* prorogat] protendit *L* ales *K* 294 immitior] amarior *L* haustus] zug *L* 296 plenum] perfectum *L* est *om. K* 297 quod *K* erit ereo *K*, erithreo *L* pissces *K*

1) *Aen. I*, 485 pectore ab imo. 2) *Fast. IV*, 608 Punica .. poma. 3) *Aen. VII*, 505 latet aspera silvis. 4) *Seren. Sammon. v.* 18 tritae gramina mentae. 5) *Iuvenci H. e. III*, 95 montis celsa petivit. — 6) *Georg. II*, 103 Sed neque quam multae species, nec nomina quae sint, | Est numerus ..' 105 Quem qui scire velit *etc.* 7) *Aen. X*, 559 gurgite .. | .. piscesque.

Lemnius aut altum quot in aera Mulcifer ire[1]
Scintillas vastis videat fornacibus Aetnae[2].

XIX. PULEIUM.

300 Non patitur cunctas angustia carminis huius
Pulei virtutes celeri comprendere versu.
Hoc apud Indorum tanti constare peritos
Fertur, apud Gallos quanti valet Indica nigri
Congeries piperis[3]. Quis iam dubitare sinetur
305 Hac herba plures leniri posse labores,
Quam pretiis inhianter emit ditissima tantis
Gens, hebenoque[4] auroque fluens et mira volenti
Quaeque ferens mundo. O magni laudanda tonantis
Virtus et ratio, nullis quae munera terris
310 Larga suae non pandit opis, quae rara sub isto
Axe videre soles, aliis in partibus horum
Copia tanta iacet, quantam vilissima tecum
Efficiunt: rursus quaedam quae spreta videntur
Forte tibi, magno mercantur ditia regna,
315 Altera ut alterius[5] potiatur foenore tellus,
Orbis et in toto per partes una domus[6] sit.
Puleium quoque decoctum curabit, amice,
Et potu et fotu stomachum[7] (mihi crede) morantem.
Dum canimus quae certa gravi ratione tenemus,
320 Quaedam audita etiam vero miscere coturno
Fas ususque sinit[8]: ramum coniungito pulei
Auriculae[9], ne forte caput turbaverit aestus
Solis in aerio si te perflarit aperto[10].
Quod nisi me currens deponere vela Thalia
325 Cogeret ac tandem portus intrare[11] moneret,
Hinc tibi multiplices poteram decerpere flores[12].

XX. APIUM.

Quamvis in nostris apium vilesceret hortis,
Et solo id multi prodesse sapore putarint,

298 Lemnius] a Lemno insula *L* aera] graecus accusatiuus *L* mulcifer] Vulcanus a molliendo ferro *L* 299 uastis] ex *L* aethnę *L K* || [xix] 301 comprehendere *K* 302 aput *L* tanti] scil. precii *L* peritos] medicos *L* 303 aput *L* quati *K* Indica] indiskiu *L* 305 Hac] cum *L* dolores[13] *L* 306 preciis inhianter] auide *L* 307 hebenoque] id est *L* fluens] habundans *L* 309 ratio] sapientia *L* ternis *K* 310 laga *K* 312 quantam] scil. copiam *L* 314 magno] pretio *L* 315 Alter *L* 316 Orbis] telluris *L* toto] scil. orbe *L* dumus *K* 317 amice] ó *L*, amicę *C* 318 fotu] suedi *L* 320 coturno] Coturnum poeticum calciamentum est, sed hic ponitur pro carmine *L* 321 Fas] licentia scil. poetarum *L* 323 aeria *L* aperto] . . . utione *L* 324 vela *om.* *L* thalia] allegoria *L* 325 intrare] id est c . . . nire *L* 326 Hic *C*, Hinc] ex puleio *L* decerpere] enarrare *L* || [xx] 328 Et] scil. quamuis *L* putarent *K*

1) *Met. XIV*, 533 Mulciber urebat perque altum . . . | Ibat. 2) *Georg. I*, 472 fornacibus Aetnam, *cf. Aen. VIII*, 419. 3) *Isid. Etym. XVII*, 9, 59 Puleium apud Indos pipere pretiosius est. 4) *Georg. II*, 116. 5) *Aen. II*, 667 Alterum in alterius. 6) *Ov. Ep. XV*, 186 Una domus. 7) *Seren. Sammon.* 313 Puleium quoque decoctum curabit amice, | Et potu et fotu stomacho conducit acetum. 8) *Georg. I*, 269 Fas et iura sinunt. 9) *Seren. Sammon.* 15. 10) *Ib.* 25 Si nocuit cerebro violentia solis aperto; *Georg. IV*, 401 sol accenderit aestus. 11) *Aen. III*, 254 portusque intrare licebit. 12) *Rem.* 103 Veneris decerpere flores. 13) *Met. XIII*, 317 lenire dolores.

Plura tamen propriis medicamina viribus, acri
330 Exhibet auxilio, cuius si trita capessas
Semina, torquentes urinae frangere tricas
Dicitur, ipsum etiam tenero cum germine mansum
Concoquit errantes stomachi penetralibus escas.
Corporis hunc regem[1] turbans si nausia[2] vexet,
335 Mox apium lympha tristique bibatur aceto,
Passio tum celeri cedet devicta medellae.

XXI. VETTONICA.

Montibus et silvis, pratis et vallibus imis[3]
Vettonicae pretiosa licet collectio cunctis
Paene locis superet passim, tamen hanc quoque noster
340 Hortus habet cultaque docet mansuescere[4] terra.
Haec tantum meruit generali nomine laudis,
Ut si quid mea Musa velit superaddere, tandem
Mole operis[5] devicta sui, iam sentiat, illa
Utilitate minus quicquid deprompserit esse.
345 Hanc viridem si forte tuos coneris in usus
Carpere, siccatamve hiemi deponere pigrae[6],
Turbida sive tuas oblectant pocula fauces,
Seu potius longo tibi defaecata labore
Dona placent, huius virtus mirabilis herbae
350 Omnia sufficiet, quam quosdam pendere tanti
Novimus, ut contra totam quae iniuria corpus
Impetit interius, muniri viribus eius
Sese posse rati, soleant haurire diebus
Continuis hoc acre genus[7] medicaminis almi.
355 Praeterea caput infesto si vulnere[8] fractum
Tabuerit, tum crebra terens imponito sacrae
Tegmina vettonicae, statim mirabere vires
Illius, in solidum fuerit dum clausa cicatrix.

XXII. AGRIMONIA.

Hic quoque sarcocolam, campos quae plurima passim
360 Vestit[9] et effetis silvarum inventa sub umbris
Nascitur, ordinibus facile est discernere pulchris.
Haec praeter varium latae virtutis honorem[10]
Trita domat ventris praedirum et pota dolorem.
Si quae forte calybs infensus vulnera membris

---

330 Exibet *L K* 331 tricas] moras *L* 332 germine] stipite et frondibus *L* 333 Concoquit] minuit *L*, coquit *K* ęscas *L* 335 limpha *L* libatur *L* 336 cędet *C* || [XXI] 339 Pene *C* 340 *in hoc versu desinit K* 344 depromserit *L* 345 conaris *C* 347 seu *C* 353 rati] ahtonta *L* solent *C* 357 Tegmina] folia *L* || [XXII] 359 sarcocolam] agrimoniam, quia sarculo colitur *L* 360 effetis] spissis *L* 364 calibs *C*

1) *Seren. Sammon.* 300 Qui stomachum regem totius corporis esse | Contendunt, vera niti ratione videntur. 2) *Rem.* 356 stomacho nausea facta meo. 3) *Met. II,* 216 silvae cum montibus; *Aen. III,* 110 vallibus imis. 4) *Ciris* 136 docuit vires mansuescere. 5) *Ex Ponto II,* 5, 28 tantae .. molis opus. 6) *Amor. III,* 6, 94 pigra ministrat hiemps; *Art. Am. III,* 186 pigraque fugit hiemps. 7) *Fast. IV,* 215 huic genus acre. 8) *Aen. II,* 529 infesto vulnere. 9) *Aen. VI,* 640 hic campos .. vestit. 10) *Met. XIII,* 153 Sed virtutis honos.

365 Indiderit nostris, huius temptare iubemur
Auxilium, partique imponere tunsa patenti
Germina, maturum nacturi hac arte vigorem,
Si tamen addatur mordens cataplasmati acetum.

XXIII. AMBROSIA.

Haud procul ambrosiam vulgo quam dicere mos est[1]
370 Erigitur, laudata quidem, sed an ista sit illa,
Cuius in antiquis celeberrima mentio libris
Fit, dubium est multis. Medici tamen arte suapte
Hanc utcumque colunt, tantum quae sanguinis hausta
Absumit, quantum potus ingesserit almi.

XXIV. NEPETA.

375 Herbarum in numero, quas hortulus ille recenti
Semper prole creat, nepetae non segnior exit[2]
Surculus, urticam foliis simulantibus, alto
Vertice[3] praegratum late largitus odorem.
Haec variis olim morborum accommoda curis,
380 Non extrema alias inter decernitur herbas.
Huius enim sucus, roseo commixtus olivo,
Efficit unguentum, laesae quod vulnera carnis
Atque cicatricum deformia signa[4] novarum
Posse abolere aiunt, prisco et reparare nitori,
385 Et revocare pilos, plagae quos forte recentis
Pestis hiulca tulit, sanie taboque peresos[5].

XXV. RAFANUM.

Hic rafanum radice potens latoque comarum
Tegmine sublatum extremus facit ordo videri.
Cuius amara satis quatientem viscera tussim[6]
390 Mansa premit radix, triti quoque seminis haustus
Eiusdem vitio pestis persaepe medetur[7].

XXVI. ROSA.

Iam nisi me fessum via longior indupediret,
Scrupeus atque novi terreret carminis ordo,
Debueram viburna rosae pretiosa metallo
395 Pactoli[8] et niveis Arabum circumdare gemmis.
Haec quia non Tyrio Germania tinguitur ostro[9],
Lata nec ardenti se Gallia murice[10] iactat,

---

369 Haut *L* quam uulgo *L* . || [xxiv] 378 latę *L* 379 accomoda *L* 384 et *om. L* 386 saniae *C* peręsos *L* || [xxv] 391 uidetur *C*

1) *Aen. I,* 336, *VII,* 731 mos est. 2) *Aen. IV,* 149 haud illo segnior ibat. 3) *Ib. II,* 307 alto | .. de vertice. 4) *Georg. II,* 379 signata in stirpe cicatrix. 5) *Iuvenci H. euang. I,* 441 languoris tabe peresos. 6) *Georg. III,* 496 quatit aegros | Tussis anhela. 7) *Seren. Sammon. v.* 292 Interdum fauces tussi quatiuntur atroci, | Alia tum sumis .... 294 Semina vel raphani permixto dulcia melle. 8) *Aen. X,* 142 Pactolosque inrigat auro. 9) *Georg. III,* 17 Tyrio conspectus in ostro; *Ov. Ep. XII,* 179 Tyrio .. sublimis in ostrọ; *Met. X,* 211 Tyrioque nitentior ostro. 10) *Ecl. IV,* 43 rubenti | Murice; *Aen. IV,* 262 Tyrioque ardebat murice; *Fast. II,* 107 Tyrio bis tinctam murice.

Lutea purpurei reparat crementa quotannis
Ubertim floris, tantum qui protinus omnes
400 Herbarum vicisse comas virtute et odore[1]
Dicitur, ut merito florum flos esse feratur.
Inficit hic oleum proprio de nomine dictum[2],
Quod quam saepe fiat mortalibus utile curis,
Nec meminisse[3] potest hominum nec dicere quisquam.
405 Huic famosa suos opponunt lilia flores,
Longius horum etiam spirans odor imbuit auras[4],
Sed si quis nivei candentia germina fructus
Triverit, aspersi mirabitur ilicet omnem
Nectaris ille fidem celeri periisse meatu,
410 Hoc quia virginitas fama subnixa beata
Flore nitet, quam si nullus labor exagitarit
Sordis et illiciti non fregerit ardor amoris,
Flagrat odore suo. Porro si gloria pessum
Integritatis eat, foetor mutabit odorem.
415 Haec duo namque probabilium genera inclyta florum
Ecclesiae summas signant per saecula palmas,
Sanguine martyrii carpit quae dona rosarum,
Liliaque in fidei gestat candore nitentis.
O mater virgo, fecundo germine mater,
420 Virga fide intacta, sponsi de nomine sponsa,
Sponsa, columba, domus regina, fidelis amica,
Bello carpe rosas[5], laeta arripe lilia pace.
Flos tibi sceptrigero venit generamine Iesse[6],
Unicus antiquae reparator stirpis[7] et auctor,
425 Lilia qui verbis vitaque dicavit amoena,
Morte rosas tinguens, pacemque et proelia membris
Liquit in orbe suis, virtutem amplexus utramque,
Premiaque ambobus servans aeterna triumphis.

XXVII. COMMENDATIO OPUSCULI DE CULTURA HORTORUM.

Haec tibi servitii munuscula vilia parvi
430 Strabo tuus, Grimalde pater doctissime[8], servus
Pectore devoto[9] nullius ponderis offert,
Ut cum consepto vilis consederis horti
Subter opacatas frondenti vertice malos,
Persicus imparibus crines ubi dividit umbris[10],
435 Dum tibi cana legunt tenera lanugine poma[11]

---

403 fiat *C* 405 lilio *L* 411 *ad marg.* i manus tua *L* 412 inliciti *C* 414 erat faetor *L* 416 Aecclesiae *L* 418 gestant *L* 419 fęcundo *L* 420 Virgo *L* 427 Liquet *L* uirtutemque *L* || [xxvii] de — hortorum *om. L*

1) *Ex Ponto II*, 4, 28 vincet odore rosas. 2) *Aen. IX*, 387 Albae de nomine dicti. 3) *Aen. III*, 202 Nec meminisse; *Trist. IV*, 4, 29 potes hoc meminisse. 4) *Georg. III*, 251 notas odor attulit auras; *Aen. I*, 403 odorem | Spiravere. 5) *Georg. IV*, 134 rosam .. carpere. 6) *Isai.* 11, 1 Et egredietur virga de radice Iesse et flos de radice eius ascendet. 7) *Aen. I*, 626 antiqua .. ab stirpe. 8) *abbas monasterii Weissenburgensis.* 9) *Iuvenci H. e. I*, 610 devoti pectoris. 10) *Georg. I*, 209 umbris iam dividit. 11) *Ecl. II*, 51 Ipse ego cana legam tenera lanugine mala; *Ex Ponto I*, 8, 48 poma legenda manu.

Ludentes pueri, scola laetabunda tuorum,
Atque volis ingentia mala capacibus indunt,
Grandia conantes includere corpora palmis:
Quo moneare habeas nostri, pater alme, laboris,
440 Dum relegis quae dedo volens, interque legendum
Ut vitiosa seces, deposco, placentia firmes.
Te deus aeterna faciat virtute virentem
Inmarcescibilis palmam comprendere vitae:
Hoc pater, hoc natus, hoc spiritus annuat almus.

V.

VERSUS STRABI WALAHFRIDI, QUOS POST ANNUM AETATIS XV. EDIDIT DE REBUS DIVERSIS[1].

I.

AD HEBONEM ARCHIEPISCOPUM REMENSEM[2] IN PERSONA TATTONIS[3].

Hac licet indigna liceat vos voce monere[4],
Pontificum sublime caput, sanctissime praesul,
Viribus ut totis[5] caelestia iura struatis,
Pars quia magna boni vobis facientibus omni
5 Apparere potest mundo, quia se locus ultro
Optulit, ut vobis obtemperet aulicus ordo,
Et dominus speciale dedit pro tempore lumen
Ingenii, quo summa domum sapientia fixit,
Nec minor hoc retinet totum veneranda voluntas.
10 Omnibus his cum vos magnus daret arbiter omnis
Iustitiae, propriis locupletes crescere donis,
Non erit indignum[6] tota si mente beatae
Ecclesiae pia membra sua in compage medullis
Confortata suis, foveatis dogmate sacro,
15 Et primum vigeant oculi, pro luce diurna
Qua totum instruitur recta ad vestigia corpus.
Vos sal, vos lumen, domini vocat unica proles[7],
Solvere sacra vetans factis praecepta sinistris[8],
Vobis solvendi, vobis dedit atque ligandi
20 Cuncta potestatem caelo terraque manentem[9],
Conservis alimenta iubens in tempore poni.
Vos igitur si vita decens ornaverit apte
Subiectos exempla trahent ad compita vitae[10],

---

443 comprehendere *C* 444 Explicit. Habet versus CCCCXLIIII *addit C*
[I] *ex G p.* 202, *qua quaternio* XIII *incipit* 6 ultro *G*, ordo *coni. Watt.* 22 aptę *G*

1) ***Titulum hunc non solum ad subsequens carmen, sed ad caetera quoque, quae post secuntur, spectare, persuasum habeo nec veri dissimile videtur ordine a librario vel a bibliopega confuso quaterniones VIII — XII*** (*p.* 127 — 201) ***quaternionibus XIII — XIV*** (*p.* 202 — 233) ***antecedere non oportere.*** 2) *a.* 816—835. 3) *De quo cf. supra p.* 302, 331. 4) *Art. Am. I,* 26 voce monemus. 5) *Aen. XII,* 528 totis .. viribus. 6) *Amor. I,* 10, 53 Nec tamen indignum est. 7) *Matth.* 5, 13 Vos estis sal terrae . . 14 Vos estis lux mundi. 8) *Ib. v.* 19. 9) *Ib.* 16, 19. 10) *Iuvenci H. euang. I,*514 graditur per compita vitae.

Et non subiectos series pulcherrima morum [1]
25 Illiciet priscae vitare erramina vitae
Et cervice humili faciet iuga ferre [2] tonantis.
Primum namque decet, totoque et corde studendum est,
Ut pia catholicis firmetur regula factis,
Post aliena sacris temptentur corda loquellis.
30 Cogere quid prodest ad ovilia morbida sanos
Quos cupis esse greges? primum vitia omnia sacris
Pellantur stabulis, sic turba novella vocetur.
Nonne eadem quoque cura fuit doctoribus almis?
Ut sine labe suae graderentur ad omnia vitae,
35 Blasphemis ne forte locum vis sancta dedisset [3].
Paulus praeco dei, sese cupit omnibus esse
Omnia, ut ex multis caperet felicia lucra [4],
'Scandala non demus Iudaeo et gentibus', inquit,
'Ecclesiaeve dei, quae rugas aufugit omnes [5],
40 Et capiti per membra suo se sedulo nectit.'
Quanto namque caput fuerat pro corpore toto
Olfactu, auditu, gustu, speculamine, tactu,
Tanto vos potior legum strictura coercet,
Hocque magis summae debetis imaginis arcem
45 Intrepido lustrare gradu; non haec tamen istis,
Quod vobis aliquam virtutem deesse putemus,
Prosequimur, sed magnus amor dicenda ministrat,
Nam cupimus vestra ad sanctum molimina finem
Ducier, at summum tractandi digna patenter
50 Novimus esse locum, ni desit sola voluntas,
Iamque etiam nostrum vosmet cognoscere votum
Non dubitamus, erit Christi perfectio donum.
Trina dei vobis per saecula cuncta potestas
Aeternae tribuat vitae sine fine coronam,
55 Ut vos cum domino, vobis cum et laeta sequentum
Turba metat stabiles magna cum pace maniplos.

II.
AD DEGAN CHOREPISCOPUM TREVIRENSEM IN PERSONA TATTONIS [6].

His tibi versiculis, doctor sanctissime Degan,
Tatto humilis mittit verba salutis [7] ovans.
Artor in ambiguis vario moderamine rebus,
Utrum pauca loquar an potius sileam [8].
5 Scribere cogit enim dilectio mutua memet,
Sed vereor, ne non dem tibi digna, pater.

[II] *ex G p.* 205

1) *Aen. I,* 641 series longissima rerum. 2) *Met. IX,* 198 cervice tuli; *Ov. Ep. VI,* 97 te iuga ferre coegit. 3) *Aen. XI,* 112 nisi fata locum .. dedissent. 4) 1 *Cor.* 9, 19, 22. 5) 1 *Cor.* 10, 32 Sine offensione estote Iudaeis et gentibus et ecclesiae dei; *Eph.* 5, 27 non habentem maculam aut rugam. 6) *Cf. Strabonis praefationem ad vitam Hludovici Pii* (*SS. II,* 589), *ubi vocatur* Thegan, natione Francus, Trevirensis ecclesiae chorepiscopus; *de Tattone cf. supra p.* 350 *n.* 3. 7) *Ex Ponto III,* 4, 1 Haec tibi non vanam portantia verba salutem | Naso . . mittit. 8) *Aen. IV,* 337 pauca loquar; *III,* 39 Eloquar, an sileam?

Tullius inferno quamvis repedaverit imo,
Exerat aut magnus ora[1] faceta Plato,
Livius aut Titus secum ferat ipse Catonem,
10 Vel linguam teretem Sapho loquax terebret,
Non poterunt umquam laudum miranda tuarum
Digne proferri, sunt quia multa satis[2].
Miramur merito sapientis munera mentis,
Doctrinam, mores, carmina, dicta, animum[3].
15 Nec minus exterius miramur sancta staturae
Incrementa tuae, membra, manus, faciem.
Nos parvos humiles murem sibi forma subegit,
Vosque gigantem esse gloria molis habet.
His sed sepositis tota virtute precamur,
20 Ne laceres versus[4], praesul amate, datos,
Sed potius scriptis recinentia scripta ministres,
Quîs nos correptos admoneas, petimus.
Quin etiam dabimus puerorum[5] pauca legenda
Hinc ioca nostrorum, ut vitiosa seces[6].
25 Verum de reliquo si quid mandare velitis,
Mente sumus parti sic tua iussa sequi[7].
Quaesumus obnixe, nos ne fraudetis amatis[8]
Vestrae doctrinae mellifluis modulis.
Sic equidem vobis verbis audebimus ipsi
30 Dona salutis item mittere[9] suppliciter.
Maiestas divina tibi bona cuncta ministret,
Et faciat laetum regna poli capere[10].
Nunc valeas, vigeas meritis per saecula pollens,
Sisque memor nostri, nosque tui in precibus[11].

III.
ITEM AD EUNDEM.

Suscipe parva tui, praesul sanctissime Degan,
Munera[12] Strabonis, quae tibi mittit ovans.

---

17 *an* murum? *Wattenb.* 31 dona *G*, bona *corr. Canis.*
[III] *ex G p.* 207

1) *Fast. I,* 458 exerit ora. 2) *Cf. infra de imag. Tetr. v.* 233—238. 3) *Cf. Strabonis praefat.* (*l. l. et Archiv VII,* 373) vir nobilis et acris ingenii .. Novimus et nos virum multa lectione instructum, sed praedicationis et correctionis studiis occupatum medullas scripturarum proposuisse. 4) *Ex Ponto IV,* 16, 1 quid laceras Nasonis carmina. 5) *qui in monasterii schola erudiebantur.* 6) *Ex Ponto IV,* 13, 17 si sint vitiosa .. | Carmina. 7) *Aen. III,* 114 iussa sequamur. 8) *Met. XIV,* 715 spe quoque fraudat amantem. 9) *Ex Ponto III,* 8, 2 Dona .. mittere. 10) *Fast. VI,* 595 cape regna. 11) *Addo hic versus Thegani ipsius, quibus epistolam ad Hattonem ducem datam clausit:*

Salve magne parens, felix sis semper in aevum,
Dona superna deus addat ubique tibi.
Sic Theganus orat, sic semper postulat ipse,
Auditor dominus sit quoque celsithronus.

(*Cf. ad v.* 1 *Georg. II,* 173 Salve, magna parens frugum). *Edidit a.* 1724 *E. Martene in collectione amplissima monumentor. I,* 84 '*ex antiquo ms. S. Iohannis bap. Florinensis*' *saec. c. XI.* 12) *Venanti Carm. I,* 17, 1 Munera parva nimis, pia, suscipe quaeso libenter, | Quae ..; *Ex Ponto IV,* 8, 35 Parva .. munera.

Sis memor in precibus, reddis dum vota tonanti [1],
Strabonis: memor est semper et ipse tui.
5 Carmina Pigmei mittam simul atque gigantis [2],
Dum vacuum fuerit, semper ubique vale. Amen.

IV.
ENIGMA.

Est monitor quidam [3], plures qui commonet ipse,
Non tamen ulla canit sine dicta monente vicissim.
Quae, dum cauma coquit, penitus tacet atque refutat
Carmina, sed medio melius de frigore clangit.

V.
DROGONI EPISCOPO METTENSI [4].

Iudicii secreta dei dum Paulus acuto
Scrutatus sensu, tanti non posset honoris
Non dico effari, sed nec contingere molem,
Attonitus mirisque stupens [5] affectibus: 'O quam
5 Sunt', inquit, 'divina homini penetralia longe
Occultis obstrusa viis [6], quae corpore clausi
Per speculum rarisque vident ex parte figuris [7].'
Quis dinoscet enim, quae sit sapientia mundi [8]?
Quae via, quae rerum latebrosa scientia quodve
10 Iudicium, quo cuncta deus regit, ordinat, ut sint;
Quo vasa interitus flagris et pace sinuntur
Tendere calle suo, per quod pietatis aguntur
Vasa per adversos successus perque secundos
Lucis amare viam, quo factum, sancte, fatebor
15 Provisumque, pater, primis ut casus ab annis [9]
Saepius asperior quateret, nec frangeret umquam.
Quem laetis censura dei laudanda diebus [10]
Perpetuaeque bonis voluit servare salutis,
Ne si securis riderent otia rebus,
20 Libertas gravius generaret lenta periclum [11],
Gignit enim diuturna quies fomenta laborum,
Iuge exercitium pacem parit, addit honorem [12].
Qui vaga diluvio servavit semina mundi,
Et genus humanum parva de stirpe refecit,
25 Qui Ioseph regnare dedit post carceris umbras [13],
Quique domum Israhel duris dux ipse catenis [14]

[V] *ex G p.* 208

1) *Amor. I,* 7, 36 votaque redde Iovi. 2) *Ex Ponto IV,* 12, 19 tibi carmina mittam; *cf. supra p.* 352 *v.* 17—18. 3) *Campanam fortasse dicit.* 4) *Hludowici imperatoris fratri* (823—855). 5) *Georg. II,* 508 Hic stupet attonitus. 6) *Fast. III,* 240 occultas . . vias. 7) 1 *Cor.* 13, 12 Videmus nunc per speculum in aenigmate. 8) *Ib.* 3, 19. 9) *Aen. II,* 87 primis . . ab annis. 10) *Fast. I,* 87 laeta dies. 11) *Ov. Ep. I,* 11 graviora pericula. 12) *Aen. V,* 249 addit honores. 13) *Iuvenci H. euang. I,* 410 carceris umbris. 14) *Amor. I,* 6, 1, *Ep. X,* 89 dura . . catena.

Exuit, et pariter promissa ad rura vocavit
Post latebras, odiique dolos, et proelia, David
Qui dedit imperium[1], natique immania gesta
30 Vertit in auctorem, rursusque in regna recepit[2],
Cui pax ipse fuit, vatem qui fauce leonum
Ignibus et pueros mediis[3] subduxit, et alto
Fornacis gremio rorem pro caumate sparsit,
Qui Christum, post flagra, crucem, maledicta, sepulchrum,
35 Surgere et ad dextram fecit residere paternam,
Qui furvae tenebras et caeca silentia noctis[4]
Mutat luce nova clari per lumina solis[5],
Qui nebulas pluviumque diem redeunte sereno
Purificat, terrisque suum post frigora brumae[6]
40 Ver reparans pomis, foliis, et floribus arva,
Quae fuerant pridem canis turbata pruinis[7],
Instruit et pelagi ferventia murmura sedat,
Ipse per immensum pietatis munus amicae
Vos mutare dedit fuerant quae tristia laetis[8],
45 Ut quia de domini didicistis fidere donis,
Casuris haerere bonis non deinde velitis.
Nempe beatus erit domino, qui sperat in ipso[9],
Est maledictus item, qui carnis brachia credit
Sufficere[10], et domini demens solatia temnit.
50 In domino confisus enim, velut inclyta Sion,
Non metuet pulsata malis per saecla moveri.
Nam qui verba dei studiosis auribus haurit[11],
Et complere studet devotis agnita factis,
Hunc aeterna viro similem sapientia dicit[12],
55 Qui mansura domus fulcit fundamina, sacrae
Mole petrae, quae Christus adest, ubi templa bonorum
Sunt figenda operum: subito si venerit unda
Fraudis, et errorum, aut pressurae flumina fortis,
Ventus et a Scithico ducens Aquilone fragorem
60 Sibilat inlecebras antiqua fraude latentes[13],
Vel forte ingenti si tempestate fatigat,
Stat structor, stat structa domus, quia firma beatae
Fundamenta petrae super imposuisse probatur.
Hac de mole petrae vero stat nomine Petrus,
65 In quo percepit solvendi sive ligandi

---

32 medios *corr.* iis *G* 38 pluuiamque *corr.* umque *G* 59 schithico *corr.* scithico *G*

1) *Aen. I*, 279 Inperium sine fine dedi. 2) *Ib. IV*, 214 Aenean in regna recepit. 3) *Fast. II*, 651 medios .. in ignes. 4) *Cf. p.* 330 *v.* 829. 5) *Met. XIII*, 592 luce nova; *I*, 135 ceu lumina solis, 767. 6) *Trist. IV*, 7, 1 gelidae post frigora brumae. 7) *Georg. II*, 376 cana concreta pruina; *Ov. Ep. V*, 16 cana pruina. 8) *Fast. VI*, 463 miscentur tristia laetis. 9) *Ier.* 17, 7 Benedictus vir qui confidit in domino. 10) *Ib.* 5 Maledictus homo, qui confidit in homine et ponit carnem brachium suum. 11) *Aen. IV*, 359 vocemque his auribus hausi; *Met. XIII*, 787. 12) *Matth.* 7, 24 Omnis ergo qui audit verba mea haec et facit ea, assimilabitur viro sapienti, qui aedificavit domum suam super petram, 25 et descendit pluvia, et venerunt flumina et flaverunt venti et irruerunt in domum illam et non cecidit: fundata enim erat super petram. 13) *Met. IX*, 711 pia mendacia fraude latebant.

Ordo potestatem, merito qui nomine vestro
Dicitur, hunc quoniam factis et dogmate recto
Vosmet habere liquet; quem quo mage quisque meretur,
Hoc et habere magis bene creditur; ergo tenenti
70 Non dat honor meritum, meritis sed deditur ipse.
Haec sunt praecipue, quibus insignita refulget
Virtutis persona tuae, sapientia radix,
Ordo, affabilitas, bonitas, patientia, virtus,
Vita, gradus, doctrina, locus, moderatio, victus,
75 Zelus amorque dei, fidei insuperabile robur,
Religio, officium, censura, modestia gestus.
Hisce dei virtus vosmet per tempora multa
Crescere concedat, proque his aeterna rependat
Praemia [1], quae servis tribuenda fidelibus auctor
80 Insinuat, vitae dominus, via, vita, redemptor.
Nominis alta mei si non oblivio memet
Presserit, haud umquam vestri memor esse vetabor,
Et quae praecinui votis optare benignis [2].
Pastorum eximio peccator Strabo pigerque
85 Quindecies et bis quinos fert munere versus [3].

VI.

AD MUATWINUM EPISCOPUM [4].

Si qua viam faceret nostris fiducia votis [5],
 Optabam dudum scribere saepe tibi.
Suscipe nunc tandem, praesul carissime nobis,
 Quae simplex humili fert ratione animus [6].
5 Non aspernari tantum mea parva magistrum
 Crediderim, lati quem colit orbis [7] amor.
Ditis heri [8] locuples capit aurea vasa [9] supellex,
 Argenti species adnumerans varias.
Haec eadem non ficta luto, non lignea spernit
10 Vascula, sed propriis mancipat officiis.
Qui dat Erithreo summas de litore gemmas [10],
 Finibus Europae sucina quaerit hians,
Oceani solitus ballenas vellere fundo [11]
 Vulgares tincas ad sua lina vocat [12].
15 Aurificis studium pretiosa monilia fingens
 Interdum gracilem corpore cudit acum.

[VI] *G p.* 213, Ad Modoinum *C f.* 39 1 fidutia *G* 7 eri *C* suppellex *corr.* supellex *G* 11 erittreo *C* 16 uidit *C*

1) *Iuvenci H. e. IV,* 781 Praemia . . . magna rependit. 2) *Trist. III,* 8, 11 votis puerilibus optas. 3) *Cf. supra p.* 350 *v.* 444. 4) *Augustodunensem* (815—840), *cf. t. I,* 383. 5) *Ex Ponto IV,* 12, 50 Quoque viam facias ad mea vota vado. 6) *Met. I,* 1 fert animus. 7) *Met. V,* 481, *IX,* 795 latum .. orbem. 8) *Hor. C. II,* 18, 31 divitem manet | herum. 9) *Sedul. C. Pasch. Prol.* 14 aurea vasa. 10) *Tibull. III,* 3, 17 Quidve in Erythraeo legitur quae litore concha; *cf. p.* 345 *v.* 297. 11) *Auson. Mosella* 144 Talis Atlantiaco quondam balaena profundo | . . . | Pellitur. 12) *Ib.* 125 Quis non et virides, vulgi solatia, tincas | Norit.

Balsama, narcissum mundi per climata quaerens
Camporum violas et coriandra legit[1].
Tu quoque summorum pastus virtute ciborum
20 Dignare exigui muneris esse[2] dapes,
Ac veluti post mella gravis cape pocula myrrae,
Quae sit saeva licet, pluribus auxilio est[3].
Gloria, quae vestris inolevit magna camenis,
Ne laceret nostros, cernuus oro, trochos[4].
25 Carmina maturae cupio pretiosa senectae[5],
Dicta iuventutis qui lego multotiens.
Quamvis multa canas saecli celebranda catervis,
Nos apud es mutus, fama quibus minor est.
Ne, pater alme, sinas cunctis quod sponte ministras,
30 Expertem memet muneris esse diu.
Sperarem vestrae nunc iam solatia Musae,
Ni mala per regnum tanta voluta forent.
Nunc doctor miles, praesul bellator habetur[6],
Pessumdant propria quique aliena gerunt.
35 Eheu quam clare Satanae servitur honori,
Et pax pacis abest orbe repulsa procul.
O proreta, pio studium dispone labori[7],
Ne fluctus mergat qui furit in brevibus.
Sit dominus tecum, semper tua gratia mecum,
40 In domino, vates o Modoine, vale.

VII.
ITEM AD QUENDAM.

Si tibi frumenti superarit copia, sive
Condonare queas nobis, seu vendere quicquam,
Extat opus, quia pascendi mihi denique quidam
Sunt, prodesse quibus nolenter sive volenter
5 Debeo. Care vale sodes; dominum ipse saluta
Prona voce tuum. Scribam, si suaseris exin.
Scribitur ut vilis properanter epistola[8], sic has,
Crede mihi[9], nugas sine cera hac pelle notavi[10].

VIII.
AD AGOBARDUM EPISCOPUM LUGDUNENSEM[11].

Dum vix ter senos habuissem temporis annos,
Ad vos nomen iit, o pater alme, meum[12].

20 *an* ecce? 24 trochus *C* 26 multoties *C* 36 repulso *C*
[VII] *ex G p.* 215 8 caera *G*
[VIII] *ex G p.* 216

1) *Trist. III,* 12, 5 Iam violas puerique legunt. 2) *Art. Am. II,* 286 exigui muneris instar erunt. 3) *Met. XII,* 90 Auxilio mihi sunt; *Ex Ponto I,* 2, 118. 4) *Cf. supra p.* 352 *ad Degan chorepisc. v.* 20. 5) *Met. III,* 347 Tempora maturae .. longa senectae. 6) *Haec post annum* 830 *scripta sint oportet.* 7) *Trist. II,* 322 pius est .. labor. 8) *Trist. III,* 3, 1 epistola .. | .. scripta. 9) *Ex Ponto I,* 4, 10 Crede mihi. 10) *Amor. I,* 11, 14 cera notata manu. 11) 816—840, *cf. Ann. Lugdun.* (*SS. I,* 110). 12) *Walahfridus id aetatis visionem Wettini conscripserat, cf. supra p.* 303.

Pervenisse scio, quoniam rescripta recepi,
Quae nobis magni instar amoris erant.
5 Si meministis enim, quia nam meminisse potestis [1],
Gaudeo et, ut memores sitis ubique, rogo.
Ipse amor ardet adhuc animis [2], viget ipsa voluntas
Visendi temet atque tuo ore frui [3].
Aethyopum si regna colens, si rura Sabea
10 Liquit [4] regina, ut Salomona petat,
Cur nos non potius, quibus altera regna parantur,
In solo auctoris semper amore sumus?
Nam fateor, si certa mihi nunc optio detur [5],
Ut capiam mundi dona [6] vel ingenii:
15 Otia liberius verum secura [7] sciendi,
Aurea quam saecla [8] sed peritura sequar.
At de flore novo [9], qui vos penes ortus odorem
Prodit ubique sui, haec loca rumor alit.
Flora venit quondam, dum singula quaeque deorum
20 Sunt allata, iugis prata tymumque gerens [10].
Huic Floro [11] melius sententia christicolarum
Attribuit quicquid dogmate et ore viret.
Nam hic Florus florem sequitur de germine Iesse [12],
Et tradit quod amans attulit ille homini.
25 Quae tam segnis erit donis ingrata supernis,
Quae se hoc non sponte nectare pascat apes [13]?
Floreat haud flaccens hic flos et florea fraglans [14]
Spiramenta ferat semper ubique deo,
Donec in astriferas porrecta cacumina sedes
30 Erigat et fructum iam sine fine habeat.
Cedant ambrosiae rosa, lilia, spica, crocusque [15],
Suavia cuncta simul: huius amor placeat.
Hoc fruar, hoc utar, fovear, delecter, abundem,
Auditu et visu huius alar, docear.
35 Det quandoque deus nos mutua dona vicissim
Impertiri, aliquid pars utriusque metet.
Munere divino [16], precor, o sine fine valeto,
Mittentes vestrae dulcia scripta vicis.

---

9 calens *G*, colens *corr. Canis.* 20 affata *G*, allata *correxi* regens *ad marg.* uel gerens *G*

1) *Aen. VII*, 645 Et meministis enim, divae, et memorare potestis; *IX*, 529. 2) *Ib. VIII*, 163 mens ... ardebat amore. 3) *Ex Ponto III*, 5, 16 facundo .. ore frui. 4) *Met. X*, 478 Panchaeaque rura relinquit. 5) *Cf. supra p.* 287 *v.* 12. 6) *Aen. III*, 488 Cape dona. 7) *Trist. III*, 2, 9 securaque in otia. 8) *Aen. VI*, 793 aurea .. | Saecula; *Art. Am. II*, 277 Aurea .. saecula. 9) *Georg. IV*, 142, *Ov. Ep. XIV*, 30 Flore novo. 10) *Georg. IV*, 112 thymum pinosque ferens de montibus altis. 11) *De Floro diacono ecclesiae Lugdunensis doctissimo loquitur.* 12) *Isai.* 11, 1 Et egredietur virga de radice Iesse, et flos de radice eius ascendet. 13) *Art. Am. II*, 517 apes pascuntur. 14) *Venanti Carm. append.* 5, 10 Florum flos florens, florea flore fluens. 15) *Venanti C. VII*, 12, 41 crocus violae rosa lilia cedunt. 16) *Iuvenci H. e. II*, 188 divino munere.

IX.

I. AD MAURUM HRABANUM ABBATEM FULDENSEM[1] MAGISTRUM SUUM.

Suscipe servorum, pater optime, verba tuorum,
Annuat ut vestris omnipotens precibus[2].
Fac supplere moras torpentem pectore Strabum,
Plurima ne dominis probra legat propriis.
5 Suscipe patricolam clementi corde libellum,
Emendata tuo viscera ut ore ferat.
Vix reparata tuis concedere dogmata servis
Dignare, ut norint quam bene amore cales[3].
Cresce valens, augere vigens, firmare beate
10 In domino semper, inclyte, quaeso, pater.

II. AD EUNDEM PRO CALCIAMENTIS[4].

Hrabano patri per verba precantia[5] Strabus:
Ante aliquot menses spondebat epistola nobis,
Huc autumnali venturos tempore missos,
Usibus ut nostris ferrent, quae nostra poposcit
5 Paupertas, sed spes miserum me vana fefellit[6],
Quo sic suspensum improvisa perurget egestas.
Sed licet innumeri pulsent mea pectora[7] questus,
Plus tamen impugnat, quod nudipedalia cogar
Ecce pati, ni vestra prius solatia nostros
10 Respiciant casus[8], verbis ut pauca monenti
Occurrat, quae fit cunctis largissima mater,
Vestra manus[9]: valeas per saecula cuncta, precamur.

III. AD EUNDEM PRO SERVITORE DANDO.

Quaesumus exigui temet, pater optime, servi,
Sit nostri ut clemens vestra memor bonitas.
Aedis enim nostra est nobis angusta[10] duobus,
Si terni essemus, lata satis fieret.
5 Unde expectamus vestri promissa favoris,
Tu nos ut clemens teque iuvet dominus. amen.

[IX] *ex G p.* 218 || [I] 5 putricolam *G*, *corr. Canis.* || [II] cunctas *corr.* tis *G* 12 saecla *G*

1) 822—842. 2) *Met. VIII,* 352 precibus deus annuit. 3) *Art. Am. III,* 571 pueros ... amore calentes. 4) *Abbati, ut videtur Augiensi, misit episcopus quidam* ad calciamenta conficienda hyrcinas pelles sex (*Formul. Aug. ap. Rozière Recueil p.* 1042). 5) *Aen. VII,* 237; *Met. VI,* 164 verba precantia. 6) *Met. XIV,* 364 Spemque .. vanam; *Aen. VIII,* 218 spem ... fefellit. 7) *Met. XII,* 234 generosaque pectora pulsat 8) *Ib. XV,* 494 similes aliorum respice casus. 9) *Cf. epistolam a Walahfrido fortasse datam* (*Rozière Recueil p.* 1061) De cetero cognovit almitas vestra, me in praesentia vilissimis vestibus indueri (!) et nil pargamenis uti, nisi mihi excellentia vestra consueta ope subveniat atque a parte largissima manu his, in quibus inops et pauper videor, frequentari congruo tempore et frui congratuler. 10) *Fast. I,* 201 angusta .. in aede.

X.

DE QUINQUE PARTIBUS RHETORICAE.

Pars est rhetoricae sollers inventio prima.
Dicendi constat bene conditus ordo secunda.
Tertia condignis sequitur pars acta duobus.
Quarta rogat memorem collecta tenere ministrum.
5 Explet et ornatum dicentis formula quintum.

XI.

AD WENIBERTUM ABBATEM [1].

Suscipe, sancte pater, pauper quae munera Strabus
Mittit [2], et ex animo missa revolve libens.
Nam quod apud gnaros gaza pretiosius omni est,
Hoc tibi porrigere viscera nostra volunt.
5 Non aurum, non ulla malis obnoxia curis
Munera, quae incautos sternere saepe solent,
Xenia sed mundas tantum pascentia mentes,
Quae tibi quando fero centuplicata gero.
Haec igitur si dicta pias dimittis in aures [3],
10 Plura dabo, vitam si deus addiderit.
Vive, vale, rescribe, doce, Weniberte benigne:
Esto memor memoris et memor esto tui.

XII.

AD SIGIMARUM MODO ABBATEM [4].

Sancte pater, dignare brevem percurrere cartam,
Quam Strabus tenui edidit ingenio.
Sunt mihi namque patres celeberrima iura tenentes,
Talia curantes non recitare metra.
5 En ideo ignotis commendo probanda labellis,
Ut saltim inveniam qui pia verba ferat [5].
Respice quem torto spectare videbis ocello [6],
Iste puer mittit haec tibi verba [7], pater.
Aeternam cupiens tibi nempe manere salutem,
10 Sis memor ut famuli mutua dando tui.

[X] *G p.* 220 Rethoricae *corr.* Rhetoricae, *sine titulo Monacensis* 6405 *f.* 43' 2 secundus *M* 3 pars angusta *G* 4 magistrum *Canis.*

[XII] *G p.* 220, *exstat hoc carmen etiam sine titulo in codice Monacensi* 6404 *(quondam Frisingensi) f.* 51', *sed pauca tantum verba eius legi possunt*

1) *Cf. Societat. Augiens. monast.* (*Mabillon Anal. vet.* 426) Ex monasterio Offimwillare *(Schuttern)*.... Wenibertus abba; *Forsch. zur Deutschen Gesch. V,* 388; *Mone Quellensamml. III,* 46, 51. 2) *Cf. supra p.* 352 *v.* 1—2. 3) *Aen. IV,* 428 dicta negat duras demittere in aures. 4) *Necrol. Aug. II* Id. Apr. Sigimar abba (*Mittheil. der Züricher ant. Ges. VI,* 58); *abbas Murbacensis fuit a.* 829—840, *cf. diplomata a Hludowico rege et Hlothario imperatore a.* 835 *et* 840 *ei data et commutationes ab eo factas* (*Schöpflin Alsatia dipl. I,* 73, 76, 79), *Mabillon Anal. vet. l. l.* 5) *Met. XIV,* 813 pia verba; *Ex Ponto IV,* 5, 2 Verbaque ... ferte. 6) *Hor. C. II,* 2, 23 oculo irretorto | spectat; *Amor. I,* 14, 37 a te spectaris ocellis; *Art. Am. II,* 453 quem torvis spectet ocellis. 7) *Ov. Ep. XIX,* 33 mittoque rogantia verba

XIII.
AD MAGISTRUM TATTONEM.

Litterulas lacrimae nostras comitantur amarae
Optantis faciem ecce videre[1] tuam.
Tu videas vitae caelesti in sede[2] datorem,
Mercedisque feras praemia[3] multa bonae.

XIV.
DE CARNIS PETULANTIA.

1. Quisquis tramite pendulo
declivique spheram loco
plana ponit in area,
ni prensam teneat manu,
statim cernit ad infima
cursu nare volubili.

2. Qui plumam levibus manu
aut credit folium Nothis,
dum ventis quatitur polus,
ni prenset manibus[4], fugam
molitur[5] vaga concitam
res, et fertur in aera[6].

3. Cum puppim fluvio levem
et saevis dare fluctibus
cogit dura necessitas[7],
ni conto pigra robora
et remis subigas[8] celer,
te secum rapit alveus.

4. Ignis per stipulas volans[9]
aut summas fruticum comas[10],
quas vîs solis obusserat,
ni fons fortior occupet,
statim materiem vagam
consumit[11] simul et perit.

5. Agrestem caveis feram
captam[12], profuit aut avem
sub custode tenerier[13];
ni sic assiduus domes,
pergit lustra per avia[14]
morem quaerere pristinum.

6. Annis forte recentibus,
si pullum patre nobili
campis credideris[15] satum,
ni frenis bene presseris,
confisus petulantia,
te deponit et avolat.

7. Novi flumina promptius
primis currere[16] callibus,
quae si forte coegeris,
notos linquere tramites,
ni consepseris undique,
rumpunt foedera[17] protinus.

8. Haec carnem, stolidissime,
nostram respiciunt, homo,
consuetam male vivere:
puppis, pluma, focus, sphera,
pullus, flumen, avis, fera,
haec attende sagaciter.

[XIII] *G p.* 222, tactonem *C f.* 40.
[XIV] *C f.* 19', *G p.* 222 1,2 decliuoque *C* spheram *corr.* speram *G* 2,3 quatitur solum *C* 8,2 respiciant *G* 8,4 sphera *corr.* spera *G*

1) *Amor. II*, 5, 47 Ut faciem vidi; *Met. X*, 578. 2) *Met. IV*, 447 caelesti sede; *Ex Ponto III*, 5, 53. 3) *Art. Am. II*, 702 praemia digna feres. 4) *Aen. VI*, 360 Prensantemque ... manibus; *Fast. V*, 476 prensantes ... manus. 5) *Aen. II*, 108 fugam ... | Moliri. 6) *Georg. III*, 109 Aera per vacuum ferri. 7) *Hor. C. III*, 24, 6 dira necessitas. 8) *Aen. VI*, 302 Ipse ratem conto subigit. 9) *Georg. III*, 99 in stipulis ... ignis | .. furit. 10) *Fast. III*, 14 summa ... coma. 11) *Met. VIII*, 875 Vis tamen ... consumpserat omnem | Materiam. 12) *Fast. VI*, 178 captas .. arte feras. 13) *Luc. Phars. I*, 26 custode tenentur. 14) *Aen. IV*, 151 atque invia lustra. 15) *Aen. IX*, 42 neu credere campo. 16) *Georg. III*, 360 currenti in flumine. 17) *Aen. VIII*, 540 foedera rumpant; *Ov. Ep. IV*, 17 socialia foedera rumpam.

9. Quam ni sollicitus malis
exarmaveris insitis[1],
et conatibus intimis
ad veram retrahas viam,
nigros tendit ad inferos,
et tu perpetuo gemes.

10. Ó qui munere perditas
sanasti vitiis tuo
terras per genitum tuum,
fac ne daemonis horrida[2]
vis mentes sibi vindicet,
quas baptismate laveras.

XV.
AD LIPHARIUM MONACHUM.

Strabus ab interno tibi mittit amore salutem[3],
In domino ut valeas, doctor amande, tuo.
Sis memor et Strabi rescribens mutua pacis
Munera, si, dicta, vixero, plura dabo[4].
5 Portitor accelerat, sensus in pectore tardant,
Sensus si melior venerit, instat amor[5].

XVI.
AD ALTGERUM MONACHUM ELAHWANGENSEM[6].

Strabus opem domini veteri optat adesse sagittae[7]:
Ipsa nimis valeat, Strabus ut ipse rogat.
Plango tuos, fateor, fautor dilecte, recessus,
Oraque largifluis irrigo nunc lacrimis[8].
5 Sum memor auxilii, mihi quod conferre solebas,
Et munus recolo pacis, amoris opus[9].
Oscula dulcisono libate[10], precamur, ab ore,
Litterulis ego quas pollice et ore dedi.
Iam secura tua residere sagitta pharetra
10 Cerneris et placidis pascier ecce bonis.
Nec de mente cadat, fueris quis, quisve modo sis,
Perfecta in recto sunt documenta opere.
Marcwardum[11], Cotan—en dignum precor omnia—bertum[12]
Dona salutis ego Strabus habere diu.

9,6 gemis *G*
[XV] *ex G p.* 225
[XVI] *ex G p.* 226 6 opis *G*, opus *Can.* 13 Thegan—dignum precor omnia—bertum *corrigere vult Mabillon* (*Acta SS. ord. S. Bened.* IV *a*, 610)

1) *Georg. II,* 33 insita mala. 2) *Iuvenci H. euang. II,* 620 Horridus et daemon. 3) *Ov. Ep. XV,* 1; *Trist. V,* 13, 1 Hanc tuus e Getico mittit tibi Naso salutem; *Ex Ponto I,* 3, 1 Hanc tibi Naso tuus mittit, Rufine, salutem. 4) *Aen. II,* 790 dicta dedit. 5) *Arator. Act. Ap. I,* 147 instat amor. 6) *monasterii Ellwangen in regno Wirtembergico siti.* 7) *Cf. supra p.* 187 *v.* 1. 8) *Amor. III,* 9, 26 ora rigantur aquis; *Ex Ponto I,* 2, 104 lacrimis ora resolve meis. 9) *Ov. Ep. XV,* 46 Amoris opus. 10) *Aen. I,* 256 Oscula libavit natae. 11) *abbatem postea Prumiensem* (829—853), *de quo multa in Lupi epistolis reperiuntur.* 12) *idem fortasse, quem infra Gotabertum Italicum vocat.* (?) *Mabillon* (*l. l.*) *potius Theganum, qui in historia translationis S. Chrisanti et Dariae* Theganbertus *appellatur, hoc versu a Walahfrido salutari opinatus est.*

15 Iam valeant cuncti fratres, valeat bonus abba,
Servulus hoc vester oro pusillus enim.
Tu memor esto mei sanctis sermonibus, Altger,
Strabus ubique tui est memor in domino.

XVII.

IN PERSONA CUIUSDAM MONACHI AD ABBATEM SUUM.

Suscipe clementer paucos, pater optime, versus,
Suscipe vota[1] precum, conspice maestum animum.
Qui geris ecce vicem Christi pietate magistra[2],
Te credo esse pium de pietate dei.
5 Numquam me similis stravit tetigitque procella,
Cuius ad incursum tam cito deficerem,
Quam me vestra quatit fictis suspitio rebus,
Qua, miser ut timeo, nec fuga nantis erit.
Si tamen ad ventum licuisset flectere remum,
10 Securo eximerem pectore[3] me pelago.
Idque rogo summe rogitans per numina summi,
Iam me mundari, vel patere esse reum.
Mitius expelli ferrem[4] de sorte meorum,
Iram quam vestram hoc meruisse modo.
15 Da veniam dictis[5] solito potioribus istis,
Ecce necesse mihi sic, pater alme, fuit.

XVIII.

GOTESSCALCHO MONACHO[6], QUI ET FULGENTIUS.

Velox Calliope, viam frequenta,
Qua Fulgentius invenitur, illum
Post cunabula longius meantem
Quaesisti, dubiam secuta famam[7].
5 Interdum vaga perstrepebat illum
Romana positum ferens in urbe[8],
Devoto extera cogitare corde
Gratis exiliis adire rura.
Tandem quaere suo loco reductum,
10 Et dic: semper ave[9] valeque multum,
Cui quondam dederas honore nomen
Ductum[10], dirigit hic tibi salutem.

[XVII] *ex G p.* 227 11 *an* summa? *Watt.*
[XVIII] *G p.* 228, *sine titulo C f.* 24'

1) *Met. IX,* 305 Votaque suscipiunt; *Fast. VI,* 245. 2) *Venanti C. IV,* 1, 21 pietate magistra. 3) *Art. Am. II,* 443 securaque pectora. 4) *Met. XV,* 495 Mitius ista feres. 5) *Ex Ponto III,* 9, 55 Da veniam scriptis. 6) *Fuldensi, Berni comitis filio, qui a patribus Moguntiaci Iunio mense a.* 829 *congregatis de voto haud sua sponte suscepto absolutus est, cf. Simson Ludwig I,* 314. 7) *Art. Am. III,* 453 dubia .. fama. 8) *Fast. III,* 24 Romanae .. urbis. 9) *Rem.* 640 dicat have. 10) *Fast. I,* 467 nomen habes a carmine ductum.

Dulcia cum nostros sancti natalis amores
Iam propius tractis complerent gaudia votis,
Addita sunt fastis Fulgenti dona secundi,
Quod tua suspensis ingessit epistola nobis.
5 Ut requies lasso, sitienti ut dulcis aquae fons[1],
Lac maternum agnis, pluvia ut squalentibus arvis[2],
Carcere constrictis ut lucis vena diurnae:
Sic optata palatinas[3] mihi metra tuapte
Scripta manu nebulas vero pepulere nitore.
10 Sed quia lucifluo succedunt saepe sereno
Nubila, non aliter turbant mea gaudia Chauri[4],
Dum tua scripta sonant, bene me te posse carere
Ad faciem quantum, cum sit mihi testis in imo
Pectore[5], spes ardens a te me plurima velle
15 Lucrari lucisque tuae consortia ferre;
Te quoque sit certum, multis testantibus, et me
Atque alios exemplorum verbique lucerna
Instruere et sapidis infundere posse salivis.
Est aliud maiore mihi maerore gemendum,
20 Quod cum vita tibi potior sit lege Lygurgi,
Solus in accepto recubes non prodigus auro,
Commissumque premant sudaria nexa talentum.
Atqui in pauperie, passa est[6] quam nostra iuventus,
Non talem te, care, habui minus atque benignum
25 Expertus non sum, fuerat quam cura petentum,
Cur modo divitiis mordax testetur in amplis
Fama tuam, miror, celare peculia dextram,
Quae pater usuris clemens augenda reliquit.
Sol radios nec luna suos caeco invidet orbi,
30 Imber in arva cadit subiecta[7], fluuntque volentes
More suo[8] fluvii, partum trahit aera mundus,
Gramina fert tellus, foliis et fructibus arbor[9]
Sponte revestitur, lac manat ab ubere matrum[10],
Ipse deus sine dat cunctis discrimine lucem
35 Et pluvias, operisque sui iubet ire sequaces:
Quis mihi persuasit sacra munera corde tenaci
Obstruere, auctori nisi qui contraria sentit?
Quin potius, monuit sancti quod pagina Pauli[11],
Servemus, bona quae subsunt operemur ad omnes,
40 Sed magis in sanctos, quos vita domestica nutrit.

---

3 fasti fulgentia *GC*, fastis Fulgenti *corr. Cellot Hist. Goteschalci p.* 26 11 chauro *C* 18 Infundere *corr.* struere *G* 20 ligurgi *G* 26 diutius *G* 27 cęlare *G*, cęlere *corr.* lare *C* 30 Ymber *G* 31 partum *superscr.* uel tus *G* 33 reuertetur *C*

1) *Ex Ponto II,* 7, 73 in aqua dulci; *Fast. V,* 210 liquidae fonte .. aquae. 2) *Georg. I,* 507 squalent .. arva. 3) *Walahfridus in aula imperiali versatus hanc epistolam poeticam ad Gotescalchum socium quondam Fuldensem dedisse videtur, cf. Ebert* (*Sitzungsber. a.* 1878 *p.* 107). 4) *Cf. Georg. III,* 356. 5) *Aen. I,* 371, 485 imo de pectore. 6) *Hor. C. I,* 1, 18 pauperiem pati. 7) *Met. VII,* 638 subiectis spargere in arvis. 8) *Georg. IV,* 66 more suo. 9) *Amor. II,* 10, 13 Quid folia arboribus. 10) *Georg. III,* 187 ab ubere matris. 11) *Gal.* 6, 10 Ergo .. operemur bonum ad omnes, maxime autem ad domesticos fidei.

Ergo, pater fraterque, meae pars unica mentis,
Noluerim, mea dicta putes lacerare volentis,
Sed tua nolentis reticere pericula, si quid
Mens mea scit, poteritque fidem servare[1] fideli.
45 Non tibi talis ero, qualem[2] meminere Philippum[3]
Fraude in amicitiae per prisca volumina fasti.
Sis mihi quam merui longe, rogo, maior amicus,
Quantus sum tibi, tantus ero, rescribe per istum
Pacis amatorem[4] nostrae, fidumque sequestrum,
50 Proque rogante ora, ne turbine raptus iniquo
Non meminisse tui queat, hinc in saecla valeto.

XIX.
DE QUODAM SOMNIO AD ERLUINUM.

Nox erat et[5] magni alternis per climata caeli[6]
  Ignibus auxerunt astra remota iubar,
Pollachar infusum loetheo munere somnum[7]
  Emotis curis noctis amabat opes[8].
5 Cum subito tenebras, fama est, Iovis armiger[9] altas
  Decutiens[10], oculis visus adesse viri[11].
'Perge', ait, 'et terrae nebulas transcende prementes,
  Ducam etenim, quo te praemia magna[12] manent.'
Laetus ad haec grates cernenti cuncta, quod aegram
10 Quaesitu longo vult satiare animam[13].
Ales ad alta volat[14], timidumque per aera portat,
  Donec terrorem purior aethra[15] dedit.
Dedalus ille novus, partim suadente timore,
  Partim praeproperum quod terit horret iter[16]:
15 'Sordibus hisne', inquit, 'quis turgent membra gravatum[17]
  Lucida stelligeri me feret aula poli[18]?
Quin, patere, excurrat distenti egestio ventris,
  Terra suum servet pondus, abibo levis'.
Unguirapus ventura sciens: 'Caudam ore teneto',
20 Dixit, 'et expurga foetida quaeque celer'.

[XIX] *ex G p.* 232 9 *an* Laetus agit? (*cf. Met.* III, 24 Cadmus agit grates.) egrum *G*

1) *Trist. V,* 14, 20 serva .. fidem. 2) *Aen. I,* 502 Talis erat Dido; *Luc. Phars. I,* 479 Nec qualem meminere. 3) *Alexandri patrem dicere videtur, de quo cf. Iustini Histor. Philipp. VIII c.* 3 Sed nec Philippus melioris fidei adversus socios fuit, *IX c.* 8 Amicitias utilitate non fide colebat. 4) *Rem.* 20 pacis amator. 5) *Ex Ponto III,* 3, 5 Nox erat et bifores intrabat luna fenestras; *Fast. II,* 792. 6) *Aldhelm. de princ. vit.* 296 climate caeli. 7) *Georg. I,* 78 lethaeo perfusa papavera somno; *Ex Ponto l. l.* 7 Publica me requies curarum somnus habebat. 8) *Fast. IV,* 250 mater amavit opes. 9) *Ex Ponto l. l.* 9 Cum subito pinnis agitatus inhorruit aer; *Fast. V,* 84 ut fama est; *Aen. V,* 255, *IX,* 564 Iovis armiger. 10) *Cf. supra p.* 300 *v.* 132. 11) *Ex Ponto III,* 3, 18 visa est oculis; *Met. XV,* 32 Visus adesse. 12) *Amor. II,* 9, 40; *Ep. XV,* 372 praemia magna movent. 13) *Ib. IX,* 179 aegram | .. animam. 14) *Art. Am. III,* 420 devolat ales. 15) *Art. Am. III,* 55 purior aether. 16) *Georg. I,* 380 Angustum ... terens iter. 17) *Ov. Ep. XI,* 38 membra gravabat onus. 18) *Aldhelm. laud. virg.* 2, 1445 Lucida stelligeri .. culmina caeli; *Sedul. C. Pasch. II,* 61 capit aula poli.

Tum vero ut longum mundus duraret in aevum[1],
Ilia pro totis nisibus evacuat.
Hic aquila: 'Absurdum est divinis sedibus', inquit,
'Inserere, aspergat qui loca celsa lue.
25 Ergo redi et strati sordes intende relapsus,
Nec rursus speres sordibus astra sequi'.
Evigilans, quicquid supero sibi visus ab axe
Fundere, per lectum repperit ire suum.
Pro pudor atque nefas, visis deceptus iniquis
30 . . . .

XX.
DE SINGULIS FESTIVITATIBUS ANNI AD QUENDAM.

IN NATIVITATE CHRISTI.

Natus enim est hodie mundi sator atque redemptor[2],
Christus de Maria virgine factus homo:
Ut nos consortes sanctae deitatis haberet,
Mundatos vitiis et placitos meritis.

IN OCTAVA DOMINI.

5 Accipit et nomen[3] iam circumcisus Iesus,
Ut mundatus homo sit suboles domini.

IN EPYPHANIA.

Munera suscipiens[4] dignis apparuit ipse,
Sic pius adveniens munera nostra videt.

IN YPPAPANTI.

Qui sine peccato in templo est oblatus ad aram.
10 Nos peccatores ad sua tecta vocat[5].
Cuius mater adest[6], mater sed virgo perennis
Permanet a nato glorificata suo.

IN SEPTUAGESIMA.

Ecce paramur enim ventura ad festa colenda[7]:
Moribus in sanctis corda parare iuvat.

IN QUADRAGESIMA.

15 Exemplo domini ieiunia corporis extra
Incipimus, mentes abstineant vitiis.

---

29 deceptis *G* 30 *p.* 233 *quaternione* XIIII. *hic finiente cetera desunt in G; 'videntur hic aliquae pagellae ex cod. ms. excisae, nescio cuius fraude' add. Can.*
[XX] *ex G p.* 127, *qua quaternio* VIII. *incipit* (*cf. supra p.* 350 n. 1) 6 soboles *corr.* suboles *G*

1) *Ex Ponto IV*, 8, 7 longum modo duret in aevum. 2) *Aen. I*, 254 hominum sator atque deorum. 3) *Art. Am. III*, 701 Procris ut accepit nomen. 4) *Rem.* 153 munera Martis | Suscipe. 5) *Aen. VI*, 525 Intra tecta vocat. 6) *Met. IV*, 692 Mater adest. 7) *Fast. III*, 170 tua festa colant; *VI*, 179 sua festa colebant.

IN PALMIS.

Obvia turba[1] pio stravit sua tegmina Christo,
Nos, ut in his sedeat, corpora nostra damus.

DE PASSIONE.

Ille crucem, plagas, alapas, sputa aspera passus
20 Ostendit, quanta te tolerare decet.

DE RESURRECTIONE.

Tartara despolians, devicta morte[2] resurgens,
Ut te vivificet, quem iacuisse videt,
Mortuus est, ut peccatis moriamur ademptis,
Surgit, ut in vitae limine[3] constituat.

IN ASCENSIONE.

25 Ascendit caelos sumpto per saecla triumpho,
Ut nos victores sidera ad alta[4] vocet.

IN PENTECOSTE.

Spiritus ad terras domini descendit in igne,
Qui dat apostolicis ignea corda[5] viris.
Illos quippe suo refovet tutamine praesens,
30 Quorum ardere videt casto in amore[6] animos.

IN NATALE SANCTI IOHANNIS BAPTISTAE.

Est hodie natus sanctus baptista Iohannes,
Cuius nos precibus dextra iuvet domini.

IN NATALE SANCTI BONIFACII ARCHIEPISCOPI.

Gaudia praesentis, Bonifaci sancte, diei
Nos salvent domino dante tuis meritis.

IN ASSUMPTIONE SANCTAE MARIAE.

35 Virgo dei genitrix de corpore ducta pudico
In requiem domini transiit ecce sui.
Ad quam nos precibus transire iuvantibus eius
Aeternae proles virginis alma velit.

DE APOSTOLIS.

Hi sunt, quos toto divina electio mundo
40 Elegit primos, praetulit atque gradu.
Quorum nos fidei semper praecepta sequentes[7]
Illorum precibus regna poli accipiant.

---

42 *ad marg.* require *G*

1) *Met. XV*, 730 Obvia turba ruit; *Fast. III*, 540; *Sedul. C. Pasch. IV*, 307 Obvia turba dedit. 2) *Iuvenci H. euang. IV*, 758 devicta morte recepit. 3) *Ib.* 443 tetigisset limina vitae. 4) *Met. I*, 153 Altaque .. ad sidera; *II*, 71. 5) *Luc.* 24, 32 cor ... ardens. 6) *Fast. IV*, 224 casto vinxit amore. 7) *Cf. supra p.* 279 *IV*, 1.

DE CONFESSORIBUS.

Hos perfecta suo servans confessio regi
Fecit in aetheria consotios requie.
45 Exemplis quorum dictisque in pace manentes,
Instruimur summae pacis amare viam.

DE MARTYRIBUS.

Sanguine qui proprio caelestia praemia adepti,
Quae sibi retribuit retribuente deo,
Nos tolerando monent facile pretiosa subire
50 Pro Christo opprobria, quae sacra regna parent.

DE VIRGINIBUS.

Fortis in infirmo viguit constantia sexu,
Quae sibi virgineum copulat officium.
Nosque monemur in hoc mundi si incursio desit,
Saltim cum vitiis mens pia bella gerat [1].

IN NATALE SANCTI MARTINI EPISCOPI.

55 Iste dei sanctus doctor venerabilis orbi [2]
Vitae exempla dedit, adiuvat et precibus.

Haec quicumque legas, veniam deposcere Strabo
Sis memor et cunctos hos voca in auxilium.

XXI.

YMNUS DE AGAUNENSIBUS MARTYRIBUS.

1. Felix Gallia [3], fortibus trophaeis,
ubertate soli, virum nitore,
regni nomine purpurata magno
Romanae soror urbis [4] atque consors.

2. Haec, inquam, melius dicata Christi
signis, illita martyrum cruore,
excellentius has togas frequentat,
quas non impius inquietat hostis.

3. Thesauros Rhodani quidem fluento
vallatos colit Alpibus sub ipsis,
sed non sola tenet decus sacratum,
quod toto liquet eminere mundo.

4. Magni Mauritium loquor rigoris,
cum quo Candidus Exsuperiusque [5],
armorum comitis fidem secuti,
iuverunt ducis optimi calorem.

5. Thebaeae legio beata gentis,
his concredita lege militari,
veri militiam secuta regis
vexillo crucis [6] impetivit hostem.

6. Nullas sontibus intulere caedes,
quin ipsi gladiis deo immolati,
quam terris Orientis imbiberunt
castris occiduis fidem recludunt.

7. Auget crimina saevus imperator,
quem nec carmine nominare dignum,
dum sanctos iubet idolis litare
nolentesque necem subire mandat.

8. Dux primus sotios simul coactos
hortatur [7] stabilem tenere mentem:
'Nullus deficiat timore, nemo
perturbetur', ait, 'deum sequamur.

[XXI] *ex G p.* 134 2,2 inlita *corr.* illita *G*

1) *Met. XI,* 491, *XIII,* 613 Bella gerunt. 2) *Cf. supra p.* 334 *v.* 22. 3) *Cf. Prudent. Peristeph. VI,* 1 Felix Tarraco. 4) *Met. XIV,* 849 Romanae conditor urbis. 5) *Duces legionis Thebeae.* 6) *Sedul. C. Pasch. I,* 321 crucis vexilla. 7) *Aen. VI,* 183 primus | Hortatur socios.

9. Armis iam satis hactenus caducis
hostes stravimus aemulante dextra,
nunc virtute animi domandus hostis [1]
maior, maior enim corona restat.

10. Nec dilata diu fatigat ergo
merces stemmatis, ecce laurearum
pugnantes hodie trophaea vosmet,
si vincatis, apud deum manebunt'.

11. Perstant intrepidi, loquuntur ore
uno: [2] 'Praecipe, Caesar, expeditos
pro tutamine publicisque rebus
depugnare viros, oboediemus.

12. At si forte deo cupis relicto
nos servire tuis, profane, divis,
te contemnimus et severitatis
temptamenta tuae minasque viles.

13. Iam nunc rumpe moras [3], abi satelles,
haec conamina nuntia tyranno,
exurat, perimat licet necetque
limpha fluminis, aut secet lapillis'.

14. Stant inflexibiles, manentque fixi,
non dant liba diis genuve ponunt [4],
rex et conditor est quibus per aevum
Christus, vivere commorique lucrum.

15. Haec postquam ferus impiusque lictor
crudeli domino relata perfert,
commotum scelus ardet in cruentis
statim pectoribus magisque fotum.

16. 'Hanc', inquit, 'gravibus notam querelis
mecum vix tulerim, quod ordo nostri
tales officii remandat ausus [5],
exemplum dabo iam per hos futuris.

17. Miles perge, neca viros protervos,
et primo decimum recide quemque:
sic saltim mea iussa pertimescent'.
His actis calor invenitur idem.

18. Instaurat reus integratque caedem,
in totumque movet gregem machaeram,
certat se pia praevenire turba [6],
serum quisque sibi putat, quod instat.

19. Caeduntur gladiis, replentur ipsae
valles corporibus, fluuntque rivi
sacri sanguinis, ipse per cruorem
sanctorum Rhodanus sacratus exit.

20. Hinc iam nobilior, suoque maior
excursu, mare cum decore magnum
maiori petit, omne Galliarum
regnum de nece martyrum coronans [7].

21. O quam nobilis unda, quae beatas
solvens exequias, lavare plagas
et secum meruit sacrata ferre
et se corpora possidere circa.

22. Quae pridem leve nomen [8] indicabant
felicis loca iam placent Agauni [9],
angustos aditus [10] refulget inter
quod miratur amans quadratus orbis.

23. Postquam carnifices scelus peractum
clauserunt, epulis dedere sese,
inter funera pro dolore luctus
ausi laetitiam sequi iocosam.

24. Ad convivia mente saniori
pervenit stupidis senex medullis:
'Victor cur geris', inquiens, 'maligna
miles gaudia, stragis in cruore'?

25. 'Iussit providus imperator', aiunt,
'omnem militiam deos colendo
complacare sibi, quod haec rebellis
nolens turba luit furore poenas' [11].

26. Suspirans senior, 'Quid', inquit, 'istam
aetatis seriem miser peregi?
quam vellem, optio si daretur [12], inter
hos finire pios gravem senectam' [13].

27. Dicentem rapiunt, senem trucidant,
fit martyr sotiusque candidati
coetus, et quibus ante concupivit
iungi, protinus additur maniplis.

28. O summis pia laudibus colenda
sanctorum legio, cruore lota,
quam perfectior omnibus figuris,
hoc senarius ordinat decore [14].

15,4 magis magisque *G, corr. Can.*

1) *Ex Ponto IV,* 10, 79 hostes .. domandi. 2) *Aen. XI,* 132 unoque omnes .. ore; *XII,* 837 uno ore; *Met. XII,* 241 Certatimque omnes uno ore ... loquuntur. 3) *Georg. III,* 43, *Aen. IX,* 13; *Met. XV,* 583 Tu modo rumpe moras. 4) *Fast. III,* 735 Liba deo fiunt; *II,* 437 posito .. genu; *VI,* 448. 5) *Aen. II,* 535 talibus ausis. 6) *Fast. II,* 507 pia turba. 7) *Prudent. Perist. VI,* 5 Hiberam | trino martyre ... coronat. 8) *Aen. VII,* 581 leve nomen. 9) *nunc S. Maurice in Helvetia.* 10) *Georg. IV,* 35 Angustos habeant aditus. 11) *Met. VIII,* 689 meritasque luet vicinia poenas | Impia. 12) *Cf. p.* 357 *v.* 13. 13) *Met. VII,* 299 gravis ipse senecta. 14) *Isidori Etym. III,* 4, 2 Senarius namque numerus, qui partibus suis perfectus est, perfectionem mundi quadam numeri significatione declarat.

29. Nam sex milia sexiesque centum,
seni tum decies semelque seni,
dicuntur numero fuisse pleno;
nil sanctos melius potest decere.

30. Tanto munere gaudeamus [1] omnes
qui caeli super astra nos patronos
tot confidimus inclitos habere,
quorum oratio quod petit meretur.

31. His si servitium fidele cures,
o Chonrade, pater mihi colende,
totis viribus [2] exhibere, iugis
te per grandia facta pax sequetur.

32. Nam quamvis miser atque criminosus
sim, credo tamen hoc labore parvo
sanctorum meritis diu petitam
Strabonem veniam a deo mereri.

33. Sanctae gloria magna trinitati
sit per saecula cuncta, laus, potestas,
virtus una, salus perennis, ipsa
semper nos prece martyrum coronet.

Amen.

XXII.
DE LIBRO MACHABEORUM PRIORE.

1. Machabeo minitante suis
hostibus, armaque terribili
bellica consotiante manu,
fulsit in aureolis rapidus
sol clipeis [3], fugiente chao.

2. Optinuit legio numerum
Israhel exsuperans cunei,
quem validis inimica cohors
instituit prius agminibus,
ut populum quateret domini.

3. Res manet haec imitanda piis,
quos furor exagitare feri
daemonis invidus haud retrahit,
quosque pericula saeva [4] monent
Martis adhuc terebrare minas.

4. Agmina dum tua iure velis,
quae tibi nutrit alendo animus,
sternere [5] subsidio domini
castra volatilis exitii,
hostica providus arma nota.

5. Luminis accipe rite ducem
et loca plana quiete pete [6],
campus amore iuvet patulus [7],
ne maneas piger in solitis
nocte teraris ubi vitiis.

6. Iustitiae tibi sol oritur
in clipeisque tuis rutilat,
quae rata sunt documenta patrum,
quis tua vita tegenda tibi est,
ne supereris ab hoste tuo [8].

7. Efficis hoc duce Machabeo,
qui vocitatur et ipse Iudas,
dum tua facta pio domino
pandere non trepidas et opus
semper agis tibi proficuum.

8. Respice, magne parens hominum [9],
meque tuere licet fragilem,
brachia ne mea forte queant
proelia cottidiana dolo
frangere, quaeso, fave omnipotens.

[XXII] *ex G p.* 152 1,5 fulgente *G*, fugiente *Hanck.* 6,3 Qui uel ę *G*

1) *Art. Am. III,* 655 munere gaudet. 2) *Aen. XII,* 528 totis .. viribus. 3) *Georg. I,* 424 solem ad rapidum; *Met. VIII,* 225 rapidi .. solis; 27 Fulgentem clipeum. 4) *Ov. Ep. XIX,* 175 tam saeva pericula. 5) *Aen. X,* 318 sternentes agmina; *Met. XII,* 74 sternebat .. | Agmina. 6) *Trist. I,* 10, 49 loca cum diversa petamus. 7) *Venanti V. Mart. III,* 344 Per patulos campos. 8) *Met. XII,* 506 Nos .. superamur ab hoste. 9) *Georg. II,* 173; *Met. I,* 393 Magna parens; *XIV,* 807 hominumque parentem.

XXIII.

829

VERSUS IN AQUISGRANI PALATIO EDITI ANNO HLUDOWICI IMPERATORIS XVI. DE IMAGINE TETRICI[1].

STRABUS.

Cur non, dulce decus[2], quoniam se contulit hora,
Et ver floriferis laetum se subrigit austris[3],
Magnus et ardentem gradibus legit aethera Phoebus,
Iam spatiis crevere dies, dulcescit et umbra,
5 In flores partusque novos et gaudia fructus
Herba recens[4], arbos datur[5] et genus omne animantum[6],
Quod mare, quod silvas, quod rura, quod aera tranat,
Quaerere me pateris, te respondere petitis?
Discere namque mihi votum, tibi dicere promptum[7].

SCINTILLA[8].

10 Nec te, credo, latet, veteres quo more poetae
Digna diis terrisque canebant carmina[9] magnis.
Aut etenim abrupti montis iuga[10] sola sequentes,
Aut specubus, fossis aut saltus valle remoti[11]
Omnigenam pharetrata[12] echonem voce ciebant[13],
15 Hirta suis hederis circum bene tempora cincti[14].
Triste nemus testesque ferae timidaeque volucres,
Mens secura[15], procul furibundae crapula curae.
At nos pro silvis, hederis, echone, coturno
Immanes omni ferimus de parte tumultus[16],
20 Et vix ipsa luto subducit pupula sese
Stercoribusque novissima, pro pudor[17], omnis inhorret.
Hinc detractorum, sonat illinc clamor[18] egentum
Nudaque stercoribus sordescunt crura nigellis.
Has umquam Musae si dilexere nitellas,
25 Stercora, clamores, caenosa fluenta, tumultus,
Respondere tibi nequaquam differo, sed si
Pauca loquar[19], quia deest locus, argue lenius, oro.

[XXIII] SRABUS *G p.* 143 11 *an* terraeque? 14 O magnum pharetratrae dionem *G ad marg.* req., echonem *Can.* 15 cincta *corr.* ti *G* 16 Teste *G*, Triste *corr. F. D.* 19 Inmanes *corr.* Immanes *G* 21 omnes *corr.* omnis *G* 23 Uadaque *ad marg.* uel Nudaque *G* tergoribus *G* 24 nigellas *corr.* nitellas *G* 26 nequiquam *superscr.* uel a *G*

1) *i. e. Theodorici, Gothorum regis.* 2) *Hor. Carm. I,* 1, 2 dulce decus meum. 3) *Aen. IV,* 183 subrigit auris. 4) *Fast. V,* 123 recentibus herbis. 5) *Georg. IV,* 142 in flore novo pomis se fertilis arbos | Induerat. 6) *Met. X,* 705 genus omne ferarum. 7) *Met. XIII,* 10 mihi dicere promptum; *XIV,* 841. 8) *Cf. supra p.* 302 Scintilla quaedam inest et eget fomite. 9) *Ex Ponto I,* 2, 134 cecini fausto carmina digna toro; *Ov. Ep. XVIII,* 137 pluresque canunt ... poetae. 10) *Ecl. V,* 76, *Met. X,* 172 per iuga montis iniqui. 11) *Georg. III,* 376 Ipsi in defossis specubus; *Iuvenci H. e. III,* 74 in valle remota. 12) *Cf. supra p.* 298 *v.* 53; *Trist. V,* 1, 22 pharetrati .. amoris. 13) *Aen. III,* 68 magna supremum voce ciemus. 14) *Amor. III,* 9, 61 hedera iuvenalia cinctus | Tempora; *Ecl. VIII,* 13. 15) *Met. I,* 100 securae ... mentes. 16) *Aen. XI,* 897; *Met. III,* 308 tumultus | Non tulit aetherios. 17) *Ov. Ep. IX,* 111 O pudor. 18) *Met. XII,* 226 clamore sonat. 19) *Aen. IV,* 337 pauca loquar,

STRABUS.

Primum nosse velim, iuxta quam saepe viamus,
Cur sit imago suis sic effigiata figuris [1].

SCINTILLA.

30 Tetricus, Italicis quondam regnator in oris [2],
Multis ex opibus tantum sibi servat avarus [3],
At secum infelix piceo spatiatur [4] Averno,
Cui nihil in mundo, nisi vix fama arida restat.
Quamquam thermarum vulgus vada praeparet olli [5],
35 Hoc sine nec causa, nam omni maledicitur ore,
Blasphemumque dei ipsius sententia mundi
Ignibus aeternis [6] magnaeque addicit abysso.
Quam statuam vivo artifices si forte dederunt,
Credito, blanditos insano hac arte leoni,
40 Aut etiam, quod credo magis, miser ipse iubebat
Haec simulacra dari, quod saepe superbia dictat.
Infelix nam nullus erit, nisi desinit ipse
Scire quod est [7], audens sese quod credere non est.
Curribus atque in equis noris si stare superbos,
45 Non quod sedit equo [8], tecum miraberis umquam.

STRABUS.

Cernimus aerias simul adventare columbas [9],
Terque die exorta [10], media et vergente venire:
Talia non vanis addam spectacula rebus [11].

SCINTILLA.

Nonne vides humiles saevos quasi amare tyrannos [12]?
50 Non ex corde tamen, sed enim pro temporis huius
Pace, petunt pastum, non nidificando quiescunt [13].

STRABUS.

Cur dextra de parte [14] nolam gestare videtur?
Nudus ob hoc solum, puto, ut atra pelle fruatur.

---

31 Avarem *coni. Grimm* 32 Ut ... spatietur *coni. Grimm* 42 deserit *G*, desinit *corr. Ebert* 52 dextra deprome rotam *coni. Grimm*

1) *Cf. de hac Theodorici regis effigie Agnelli librum pontifical. ecclesiae Ravennat.* c. 94 *(SS. rer. Langobardic. p.* 338), *qui a.* 801 *Carolum regem hanc pulcherrimam imaginem Ravenna deportatam in suo palatio qui Aquisgranis vocatur firmasse refert.* 2) *Aen. II,* 556 quondam .... | Regnatorem Asiae; *Met. XV,* 9 Italicis .. in oris. 3) *Amor. III,* 7, 50 possedi dives avarus opes; *cf. Met. XIII,* 626. 4) *Georg. I,* 389 secum spatiatur harena. 5) *Cf. Gregor. Dialog. IV c.* 31. 6) *Fast. III,* 421 Ignibus aeternis. 7) *Boetii de consol. phil. II c.* 5 eadem *(sc. humana natura)* tamen infra bestias redigatur, si se nosse desierit. 8) *Agnellus l. l.* equus ex aere, auro fulvo perfusus, ascensorque eius Theodoricus rex scutum sinistro gerebat humero, dextro vero brachio erecto lanceam tenens; *Art. Am. III,* 778 resedit equo. 9) *Ex Ponto III,* 3, 19 aeriae .. columbae. 10) *Fast. II,* 330 orta dies. 11) *Cf. Georg. IV,* 3 levium spectacula rerum. 12) *Ibis* 367 saevi .. tyranni. 13) *Agnellus l. l.* Ex naribus vero equi patulis et ore volucres exibant in alvoque eius nidos haedificabant. 14) *Met. XII,* 272 dextràque a parte.

829

SCINTILLA.

Etsi non caneret, nequaquam pelle careret,
55 Quam semel induerat, sed erit quod dicere possis:
Flagitiosorum certe praeconia summis
Laudibus accelebrant[1] omnis virtutis egentes[2];
Verius ut dicam: dat nudo opprobria nudus.

STRABUS.

Si quid in his aliud, nobis edicito, nosti.

SCINTILLA.

60 Fulget avaritia exornatis aurea membris,
Spicula fert[3], quae saepe latus pulsare[4] pigrescens
Sufficiant solitisque accendant corda rapinis.
Aurea quod regnat stipata satellite nigro,
Non aliud portendit enim, quam quod, mala quantum
65 Luxuries quosdam sensu distendit avaro,
Tantum pauperies alios devastat adurens.
Quam subterlabuntur aquae[5], quia, teste poeta[6],
Semper avarus eget; quod desunt frena, notabis,
Quodque super lapides plumbumque et inane metallum[7]
70 Currit equo, signat se pectore belua duro[8],
Corde pigro sensuque cavo regnare superbiam.
O pestis sine fine nocens[9], non sufficit omnem
Pervolitasse[10] orbem bellis et caede potentum,
Quin etiam faciem praeclara palatia contra
75 Christicolasque greges videas posuisse nefandam.
Ante pedes ternos parentibus undique nervis
Ille tuus sonipes vacuum super aera nando[11]
Tollet et albentes monstrabitur inter olores[12],
Quam pia corda tuis macules, vis pessima, telis.
80 Iam tamen ipsa pedem vanis conatibus unum
Optima nequicquam contra consulta levasti,

---

57 accelerant *G*, accelebrant *corr. Canis.* 71 superbiam *G*, superbam *Can.* 75 uides *corr.* deas *G* 79 maculas *Can.* 80 conantibus *corr.* natibus *G* 81 nequaquam *G*

1) *Ex Ponto IV*, 8, 45 vestrarum ... praeconia laudum, 87 Unde tuas possim laudes celebrare recentes. 2) *Aen. XI*, 27 virtutis egentem. 3) *Cf. Prudent. Psychom.* 508 Cuspis Avaritiae; *Fast. V*, 542 spicula ferre deae; *Aen. V*, 307 Spicula .. ferre. 4) *Met. XI*, 529 pulsarunt .. latera. 5) *Ecl. X*, 4 fluctus subterlabere Sicanos. 6) *Hor. Ep. I*, 2, 56; *Hieronym. in ecclesiast.* 5, 9 (*Opp. ed. Vallarsius III*, 430) Qui diligit argentum, non implebitur argento, et qui diligit divitias, non fruetur eis. Avarus igitur describitur, quod numquam opibus expleatur, et quanto plus habuerit, tanto plus cupiat, Flacci quoque super hoc concordante sententia, qui ait: Semper avarus eget. 7) *Gregor. in Iob* (c. 19, 24) *l. XIV c.* 25 (*Opp. edd. Benedict. I*, 370) Recte quoque per plumbi laminam eos accipimus, quos avaritiae pondus gravat ... per plumbum namque, cuius natura gravis est ponderis, peccatum avaritiae specialiter designatur, quod mentem, quam infecerit, tam gravem reddit, ut ad petenda sublimia attolli nequaquam possit. 8) *Met. XIV*, 757 in duro .. pectore. 9) *Ov. Ep. XIX*, 35 sine fine nocebo. 10) *Aen. VIII*, 24 Omnia pervolitat; *Art. Am. III*, 4. 11) *Georg. III*, 109 Aera per vacuum ferri. 12) *Aen. XI*, 580 album .. olorem; *Ecl. IX*, 36 argutos inter ... olores.

Nam quotiens procerum tibimet coniungere quemquam 829
Es conata, tibi totiens aut obvia mortis
Ex insperato venere repagula nigrae [1],
85 Aut cautela patrum, quos arx sanctissima semper
Substituit, pestem monitis compescuit atris.
Deficiet quorum sceptrum de semine numquam [2],
Donec in ignivoma veniet rex nube coruscans [3].

STRABUS.

Dignum est [4], ut video, praemissis tristibus ergo
90 Debita principibus laudum persolvere vota [5].

SCINTILLA.

Novi equidem, sed felici numquam offuit ulli
Adversis firmare animum [6], neque contigit ullum
Ante bonum non esse malum: sic numina nerunt [7].
Aurea, quae prisci dixerunt saecula vates [8],
95 Tempore, magne, tuo, Caesar, venisse videmus.
Tu pietate reples quicquid minus esse putasti:
Thesauris alii, meritis tu comptior esto,
Tu bonitate places [9], aliique tyrannide gaudent.
Solus ad omnigenas transis, rex magne, triumphos:
100 Quem te namque vocem, nisi magnum in plebe Moysen,
Qui populos tenebris per lumen ducis [10] ademptis,
Qui morum nova templa struis [11], qui munera Christi,
Quae conlata tibi, cunctis communia praestas.
Ille umbram, tu corpus habes [12], heremo ille remota
105 Arte tabernaclum et serpentes finxit aenos,
De silice hausit aquam, sumens de manna pruinis [13]:
Tu vero in populis paradysi ad amoena vocatis
Templa regis fundata sacris, rex magne, lapillis [14],
Quorum pensa pater quondam tibi magnus adauxit:
110 Aurea cui ludunt summis simulacra columnis,
Cuius ad ingenium non confero dogma Platonis.
Lacte fluis et melle simul petraeque sequentis [15]
Largiris latices undis Pharaone necato.
Laudibus altithronum celebras per saecula patrem [16],

---

96 esse potestur *G*, putasti *corr. Grimm* 97 esto *G*, *an* exstas? 105 tabernaculum *corr.* naclum *G* 106 hauxit *corr.* sit *G* 110 cui lucent *coni. Grimm*

1) *Sedul. C. P. IV,* 93 nigrae mortis. 2) *Gen.* 49, 10 Non auferetur sceptrum de Iuda .. donec veniat qui mittendus est. 3) *Matth.* 24,30; *Iuvenc. praefat v.* 23 cum flammivoma descendet nube coruscans | Iudex. 4) *Georg. III,* 391. *Aen. VI,* 173 dignum est. 5) *Ov. Ep. VI,* 75 Vota ego persolvam? 6) *Aen. III,* 611, *Met. IX,* 745 animum firmas. 7) *Ex Ponto I,* 8, 64 Nerunt fatales ... deae. 8) *Ecl. IV,* 4—9 toto surget gens aurea mundo; *Aen. VI,* 793 Augustus caesar ... aurea condet | Saecula qui rursus Latio.; *cf. p.* 357 *v.* 16. 9) *Venanti Carm. V,* 9, 11, *IX,* 1, 23 bonitate placens. 10) *Fast. II,* 679 populum ... ducit. 11) *Aen. III,* 84 Templa dei .. structa. 12) *Cf. Col.* 2, 17. 13) *Exod.* 16, 14; 17, 6; *Fast. IV,* 314 fluminis hausit aquam. 14) *Cf. Apocal* 21, 14. 15) *Exod.* 33, 3 terram fluentem lacte et melle; 1 *Cor.* 10, 4 bibebant autem de spiritali consequente eos petra. 16) *Iuvenci H. euang. II,* 62 Per patris altithroni nomen.

829 115 Digna loco cui semper erunt spectacula amoeno.
Hinc magnum Salomonis opus, hinc templa supremis
Structuris aequanda micant, specularia subter
Dant insigne nemus viridique volantia prato [1]
Murmura rivorum; ludunt pecudesque feraeque [2],
120 Uri cum cervis, timidis cum caprea dammis [3].
Si quoque deinde velis, saltabunt rite leones,
Ursus, aper, panthera, lupus, linces, elephanti,
Rinoceros, tigres venient, domitique dracones,
Sortiti commune boumque oviumque virectum.
125 Omnia pacatis animalia litibus assunt,
Aeriae summo quercus de vertice [4] laetis
Conmodulantur aves rostris et suave susurrant.
Ast alia de parte [5] nitens fulgore corusco [6]
Auratus discurrit eques, comitante pedestri
130 Agmine, tintinnum quidam, quidam organa pulsant.
Dulce melos [7] tantum vanas deludere mentes [8]
Coepit, ut una suis decedens sensibus ipsam
Femina perdiderit vocum dulcedine [9] vitam.
Cedant magna tui, super est, figmenta colossi,
135 Roma: velit Caesar magnus [10], migrabit ad arces
Francorum, quodcumque miser conflaverit orbis.
En quîs praecipue iactabat Graecia sese,
Organa rex magnus non inter maxima ponit [11].
Quae tamen inceptos servent si intacta canores,
140 Deses erit, qui saepe suo quatit aera plectro.
Arte tamen spreta iactabit pelle lacernam
Et ferri rapta bachatus mole sonoros
Comminuet truncos et iniquas voce cicutas,
Nec frustra, quia nulla suo pro carmine dona
145 Emeruit, saltim ut fulvi pars extima nigros
Auri [12] conlatis meritis depingeret artus.
Interea magnis crepitant tabulata catervis,
Quae clarum sequitur pulcherrima turba [13] Moysen.
Obstupui, fateor, gemmis auroque decorum [14]
150 Et vidi et mecum volvens tum singula, volvi [15],

---

134 colosi *G* 135 arces *ad marg.* uel Romanas *G* 141 lacertos *coni. Grimm*

1) *Met. I,* 297, *XIII,* 924 viridi prato. 2) *Isai.* 11, 6 Habitabit lupus cum agno, et pardus cum hoedo accubabit; vitulus et leo et ovis simul morabuntur... 7 Vitulus et ursus pascentur *etc.;* 65, 25; *Georg. III,* 480 Et genus omne .. pecudum ... omne ferarum. 3) *Ecl. VIII,* 28 Cum canibus timidi venient ad pocula dammae. 4) *Aen. III,* 679 cum vertice celso | Aeriae quercus. 5) *Aen. IV,* 153 alia de parte. 6) *Georg. IV,* 98 fulgore coruscant. 7) *Theodulf. ad Carol. reg.* 145 (*I,* 487) Dulce melos canerem. 8) *Aen. X,* 642 deludunt somnia sensus. 9) *Met. I,* 709 vocisque .. dulcedine. 10) *Fast. IV,* 124 Magnus .. Caesar. 11) *Einhardi transl. S. Marcellini et Petri c.* 7 Hic est Georgius Veneticus, qui de patria sua ad imperatorem venit et in Aquensi palatio organum, quod graece hydraulica vocatur, mirifica arte composuit; *Einhardi ann.* 826; *cf. supra p.* 76 *Ermold. Nigell. l. IV,* 639—42. 12) *Met. X,* 648, *XIV,* 395 fulvo .. auro. 13) *Amor. I,* 7, 37 turba sequetur. 14) *Aen. I,* 655, 728 gravem gemmis auroque; *cf. Thegan. Vita Hludow. imp. c.* 19 Numquam aureo resplenduit vestimento, nisi tantum in summis festivitatibus. 15) *Aen. VIII,* 618 per singula volvit.

An Salomona pium an magnum Davida viderem,
Herodem non esse sciens, nec talis honoris [1]
Participem faciat caeli rex optimus illum.
Percepi tandem, postquam rigor ossa reliquit [2],
155 Ora sacri cornuta patris splendore corusco [3];
Hunc cui fulgorem divi consortia verbi
Ediderant [4], qui in terrigenis mitissimus extat [5].

(De Hlothario imperatore)

At latere e dextro sancti spes optima regni
Procedit Iosuae praesagi nominis heres [6],
160 Cui nil defuerit morum, virtutis, honoris,
Qui si sospes erit, postquam te regna polorum
Sustulerint visoque dei laetabere vultu,
Principe sub Christo terris caeloque canetur
Perficietque bonus primordia talia finis.

(De Hludowico rege)

165 Inde tuos, Ionathas, laeti, dulcissime, vultus [7]
Contemplamur, adest tibimet par gratia pacis,
Par morum probitas, semper victoria compar.
Digna equidem referes nomen [8] virtute paternum;
Quamquam cura minor [9], tamen est tibi gloria consors [10];
170 Nec doleas, quod gaza negat, concordia praestat [11].

(De Pippino rege)

Tertia gemma suos umquam non perdat honores,
De cuius meritis, quod non mihi visus inussit [12],
Haurio florigena laetae dulcedine famae [13].

(De Iudith imperatrice et Karolo Augustorum filio)

Occurrit trepidae pelagi vastissima prorae
175 Inluvies, via quam suadet modo coepta secandam [14],
Sed moles absterret aquae [15] atque volubilis obex.
Vidi equidem [16], cum pulchra Rachel solamen avorum
Beniamin dextro produceret ordine, cuius
Larga salus sanctam refovet per saecla senectam,
180 Quem pars quinta super, quam laetus percipit alter [17],

---

154 Percipi *corr.* cepi *G* 155 Ossa *corr.* Ora *G* 158 *huic versui antecedunt in G haec alia manu scripta*
Non circumdantis timeo me milia plebis: (*Psalm.* 3, 7)
Quem metuant fines terrarum funditus omnes, (*Ps.* 66, 8)
Gaudebunt mea, cum tibi decantauero, labra. (*Ps.* 70, 23)

1) *Aen. I,* 335 tali me dignor honore. 2) *Ib. III,* 308, *IX,* 475 calor ossa reliquit. 3) *Exod.* 34,30 Videntes autem Aaron et filii Israel cornutam Moysi faciem timuerunt prope accedere; *Venanti V. S. Martini III,* 57 splendore coruscans. 4) *Exod.* 29 quod cornuta esset facies sua ex consortio sermonis domini. 5) *Numer.* 12, 3 Erat enim Moyses vir mitissimus super omnes homines, qui morabantur in terra. 6) *Met. VI,* 239 aviti nominis heres; *XV,* 819. *Cf. de nomine Hlotharii Epitaph. Chlodarii v.* 29—30 (*I,* 72). 7) *Fast. IV,* 343 laeto celeberrima voltu. 8) *Aen. V,* 564 Nomen avi referens Priamus; *XII,* 225 paternae | Nomen erat virtutis. 9) *Baioariae regno tantum praeerat.* 10) *Sedul. C. P. I,* 18 gloria consors. 11) *Ib. IV,* 8 quidquid natura negat se iudice praestat. 12) *in regno Aquitaniae tunc morabatur.* 13) *Iuvenal. Sat. VII,* 39 dulcedine famae. 14) *Met. XIII,* 418 viam suadet; *Ep. VI,* 126 coeptas .. vias; *Aen. VI,* 900, *XII,* 368 viam secat. 15) *Art. Am. III,* 126 mole fugantur aquae. 16) *Georg. I,* 193 vidi equidem. 17) *Genes.* 48, 22 Do tibi partem unam extra fratres tuos, quam tuli de manu Amorrhaei.

829 Credo, manet[1], namque ipse suo splendebit honore,
Ipse tribumque genusque[2] pia virtute creabit,
In quo mater ovans, quamvis quid passa doleret,
Gaudia totius prompsit felicia mundi.
185 Gratia, quae teneram vestit miranda iuventam,
Maturos iam format honesto in pectore[3] sensus.
Felix progenies tali mansura nepote:
Nomine quem sequitur, factis, da Christe, sequatur,
Moribus, ingenio, vita, virtute, triumphis,
190 Pace, fide, pietate, animo, sermonibus, ausu,
Dogmate, consiliis, successu et prole fideli.
Et si perspicitis, non frustra nomine Iudith,
At Iudith virtute refert et relligione,
Assyrius cui praedo caput summisit acerbum[4]:
195 Illa gulam mortis fidei mucrone trucidans
Libertatis opem salvatis civibus auget[5].
Tympana raucisona pulsavit pelle Maria[6],
Organa dulcisono percurrit pectine Iudith[7].
O si Sapho loquax vel nos inviseret Holda[8],
200 Ludere iam pedibus vel ferre futura valeres.
Quicquid enim tibimet sexus subtraxit egestas,
Reddidit ingeniis culta atque exercita vita.
In qua multa simul nobis miranda videmus[9]:
Semine stat locuples, apparet dogmate dives,
205 Est ratione potens, est cum pietate pudica,
Dulcis amore, valens animo, sermone faceta:
Laeta cubans, sit laeta sedens, sit laeta resurgens,
Laeteturque poli felix in sede locata[10].

(De Hildwino archicappellano[11])

Protinus in magno magnus procedit Aaron
210 Ordine mirifico, vestis redimitus honore.
Punica tintinnis respondent mala sonoris[12]:
Mala fidem, tintinna sonant documenta salutis,
Quis utrisque pius vario pater ordine fulget
Et divina sacro celebrat celer orgia cultu.
215 Ante tibi contingit aquis, Thetis uda[13], carere,
Idola quam tantus coquat execranda sacerdos,
Idola, quae plebem stravere securibus almam[14];
Idola avarus habet, tu dicis, apostole Christi[15].

---

193 religione *corr.* relligione *G* 194 submisit *corr.* summisit *G* 200 fidibus *coni. Watt.*

1) *Alamanniae ducatus.* 2) *Aen. VII,* 708 et tribus et gens. 3) *Ib. XII,* 155 pectus ... honestum. 4) *Cf. Prudent. Psych.* 60; *Met. III,* 502 caput .. summisit in herba. 5) *Fast. II,* 630 per scelus auget opes. 6) *Exod.* 15, 20 Sumsit ergo Maria prophetissa ... tympanum in manu sua; *Fast. IV,* 213 tympana pulsant. 7) *Iudith.* 16, 1, 2; *Georg. I,* 294 percurrit pectine telas. 8) 4 *Reg.* 22, 14 Holdam prophetidem uxorem Sellum. 9) *Aen. I,* 494 Haec .. miranda videntur. 10) *Fast. III,* 615 hac nuper sede locatos; *Aen. II,* 525 in sede locavit. 11) *abbas sancti Dionysii et archicapellanus intra annos* 818 *et* 830, *de quo cf. Simson Ludwig der Fromme II,* 233. 12) *Exod.* 28, 33, 34. 13) *Met. XI,* 237 Theti nuda. 14) *Exod.* 32, 4, 28. 15) *Eph.* 5, 5 avarus, quod est idolorum servitus.

I decus, i mundi, melioribus utere fatis[1], 829
220 Vive deo felix, felici fine potire.

(De Einharto magno)

Nec minor est magni reverentia patris habenda
Beseleel, fabre[2] primum qui percipit omne
Artificum praecautus opus: sic denique summus
Ipse legens infirma deus, sic fortia temnit[3].
225 Magnorum quis enim maiora receperat umquam,
Quam radiare brevi nimium miramur homullo[4]?

(De Grimaldo magistro)

Quamvis subter agas regum[5] tabularia vitam,
Non te praetereo[6], specubusne latebis, Homere[7]?
Novi namque Sicana tibi spelea[8] placere,
230 Solus ubi Musis[9] Musarum et amore fruaris.
Saepe tamen magnis victoribus optima cudis
Carmina: tempus erit rutilo te sole calere[10].
Corporis at nostri si singula membra loquaces
In linguas vario rerum vertantur ab usu[11],
235 Argutae aut setis possint crevisse cicutae[12],
Omnibus impar ero magnorum promere laudes,
Ut dignum est, procerum; melius miranda tacemus,
Quam tam magnum humili pondus sermone levemus[13].
Cura mihi fuerat[14] tales cognoscere fasces
240 Rimabarque sagax tantarum munia rerum,
Dumque sitim iam pene sacro restinximus[15] haustu —
Et sitis est ingens tam fervida cura videndi —[16],
Quaeritur[17], unde essem et missu cuiatis adessem[18].
Obstupui et totam pavitans rem ex ordine pando[19]:
245 Sufficiat, vidisse semel[20], laudare perennis
Instat amor[21], divina manum clementia vestram
Omnibus in populis faciat retinere trophea
Felicemque patrum famam cum prole togata,
Et fieri in magno allectos per saecla senatu,

219 factis *G*, fatis *Canis.* 223 sit *coni. Iaffé* 224 levans .. qui fortia *coni. Iaffé* 226 brevi in *coni. Iaffé* 234 uertuntur *G* 248 togatam *G*

1) *Aen. VI,* 546 I decus, i nostrum; melioribus utere fatis. 2) *Exod.* 36, 1 Beseleel et Ooliab .. quibus dedit dominus ... intellectum, ut scirent fabre operari; 31, 4; 35, 33 quidquid fabre adinveniri potest; *Met. VIII,* 159 fabrae celeberrimus artis | Ponit opus. 3) 1 *Cor.* 1, 27 et infirma mundi elegit deus, ut confundat fortia. 4) *Cf. Walafridi prolog. ad vitam Karoli:* Praedictus itaque homuncio— nam statura despicabilis videbatur *etc.* 5) *fortasse iam in comitatu Hludowici iunioris fuit; Georg. II,* 502 populi tabularia vidit. 6) *Fast. V,* 729, *Amor. III,* 6, 45 Nec te praetereo. 7) *Grimaldus etiam ab Ermenrico Homerus appellatur, cf. epistolam eius a me editam p.* 46 *v.* 112. 8) *Cf. Ecl. X,* 52. 9) *Aen. VII,* 776 Solus ubi in silvis. 10) *Fast. III,* 531 Sole .. calent. 11) *Met. XIII,* 905 versis .. membris; *II,* 540 lingua .. loquaci. 12) *Ecl. VII,* 24 arguta .... fistula. 13) *Aen. VIII,* 309; *Met. IV,* 39 Utile opus manuum vario sermone levemus; *cf. supra p.* 352 *v.* 11. 14) *Arator ad Parthen.* 49 Cura mihi dudum fuerat. 15) *Ecl. V,* 45 sitim restinguere rivo. 16) *Met. XIV,* 835 si tibi cura videndi. 17) *scil. ab imperatore.* 18) *Prudent. Psychom.* 706 exquirens .. 708 Quem colat et missu cuiatis venerit. 19) *Aen. III,* 179 remque ordine pando. 20) *Ib. VI,* 487 Nec vidisse semel satis est; iuvat usque morari. 21) *Fast. II,* 805 Instat amans; *cf. p.* 361 *XV,* 6.

829

250 Utque timent vestros laetis in saltibus arcus
Ursus, aper, timidusque lepus, cervique fugaces[1],
Damma, lupus, immane boumque examen agrestum,
Sic Vulgar[2] Sarraque cenus malus hospes[3] Hiberis,
Brutus Britto, Danus versutus et horridus Afer
255 Subdat honorandis sua colla[4] exterrita dextris.
Nunc tandem crevit felix res publica, cum sat
Et reges sapiunt simul et regnant sapientes[5].
Tetrice stulte, vale; quia te suadente canebam,
Non mirum est[6] vitiis nostram sordere[7] camenam,
260 Nec mihi materiem[8] nec verba ostendere nosti:
Haec tibi si qua ferat ratio, tum, Musa, nitebis;
Hic calamum placuit, Vesper iam[9], figere, surgit.

Edidit haec Strabus, parvissima portio fratrum,
Augia quos vestris insula alit precibus[10].
Strabonem quamquam dicendum regula clamet,
Strabum me ipse volo dicere, Strabus ero.
5 Quod factor vitiavit opus, si dicere fas est[11],
Hoc vitiato edam nomine, parce deus.

XXIII a.
AD IUDITH IMPERATRICEM.

Omnia qui solus rerum secreta tuetur,
Praemia qui fidei devotis mentibus offert,
Illius arbitrio factum nutuque fatebor,
Ut, qui corde humili vobis fidissimus esse
5 Iam pridem statui, tandem quo nescio casu[12],
Servitio attraherer vestro prolisque beatae,
Quam vestris regnique simul profectibus huius
Alma dei pietas concessit surgere magni.
Vos vestrosque dei semper miserata potestas
10 Protegat, exaltet, firmet, regat, armet, adornet.

---

250 *an* latis? 253 sarraeque cynos *G* 254 affer *corr.* afer *G* 258 stute *corr.* stulte *G*
[XXIII a] *ex G p.* 163

1) *Georg. III,* 539 timidi dammae cervique fugaces. 2) *Contra Bulgares in limite ad Drauvam fluvium a.* 827—829 *bellum gerebatur, contra Brittones mense Aprili anni* 830 *Hludowicus imperator bellum suscipere voluit.* 3) *Ov. Ep. XIII,* 44 malus hospes eras. 4) *Venanti Carm. III,* 30, 7 Subdere colla decet. 5) *Boetii Philos. consol. I c.* 4; *Prudent. c. Symmach. I,* 30—32 Esset | Publica res, inquit, tunc fortunata satis, si | Vel reges saperent, vel regnarent sapientes. 6) *Met. XII,* 539 mirum est. 7) *Cf. supra p.* 333 *v.* 3 Non ignoro quidem vitiis sordere camenam; *Ecl. II,* 44 sordent tibi munera nostra. 8) *Trist. II,* 321 Nec mihi materiam; *Amor. I,* 1, 19 Nec mihi materia est. 9) *Cf. Ecl. VI,* 86 processit Vesper Olympo. 10) *Cf. supra p.* 296 *Passio S. Mammae XXVI,* 60 Augia quem felix Strabonem nomine nutrit. 11) *Ex Ponto IV,* 8, 55 si fas est dicere; 16, 45 Dicere si fas est. 12) *Trist. III,* 3, 8 nescio quo .. modo.

Augustae haec humilis mittit munuscula Strabus — 829
Pignora multorum domino transmissa sequestro.

Pacis amatrix[1], Lucis amica, Quae bona cuncta
Mente tueris, Haec mea clemens Percipe scripta[2].

XXIV.

AD EANDEM DE QUODAM SOMNIO.

Temporis infausta sub potestate dolendi
Dum fraudis commenta pios populumque patremque
Opprimerent, sanctamque fidem delere pararent
Proscriptam exiliis, odio, vi, carcere, ferro,
5 Tunc iacuere boni nebula meroris opaci,
Solaque per gremium regni nutantis ineptos
Perfidia exeruit fervore tyrannidis ausus.
Dum mihi sollicito et recti pro parte gementi
Saepius ingentes fluxere in pectora curae[3],
10 Nec requies[4] praesaga mihi per somnia, donec
Haud dubia virtute deus, prisci atra timoris
Nubila[5] decutiens, nitidum sperare serenum
Edocuit, tenebris dum nox includeret[6] altis
Pallida, quod terram et longum quod inane vocamus[7].
15 Dum sopor internis animalia fessa[8] medullis
Solvit, et angores longi curasque diei,
Munere divino, moderamine temperat aequo[9],
Visa libri series coram pulcherrima longi
Ante meos vultus, metricis qui versibus omnem
20 Rite superficiem gestabat in ordine plenam.
Dumque avidus rerum cautus per singula lector
Irem, animadverti seriem de casibus ipsam
Et regni et regis textu resonare pedestri.
Caesaris hic nomen quadam sub imagine versum,
25 Proque sacro semper Ludowici Equitatius illic
Nomine scriptus erat, neque me cognominis huius
Turbabat novitas, cum causa videlicet ipsa
Personam exprimeret, notis notissima gestis.
Namque legebatur geminae discessio fraudis[10],
30 Impietas, raptusque duplex, patientia victrix,
Rectoris rerumque decus reparabile[11] semper.

---

14 Hac *G*, haec *Canis.*
[XXIV] *ex G p.* 164 4 Proscripta *G* 7 Perfida *corr.* Perfidia *G*

1) *Rem.* 20 pacis amator. 2) *Versus de imagine Tetrici scriptos, qui in codice antecedunt, dicere videtur, cf. Bock* (*Jahrbücher des Vereins von Alterthumsfr. im Rheinl. V,* 4). 3) *Aen. V,* 701 ingentes ... pectore curas. 4) *Ib.* 458 nec requies. 5) *Ib. V,* 512 atra .. in nubila; *Met. XV,* 70 discussa nube. 6) *Met. XI,* 521 Caecaque nox premitur tenebris. 7) *Aen. XII,* 354 longum per inane secutus. 8) *Ib. VIII,* 26 animalia fessa .. | ... sopor altus habebat. 9) *Cf. p.* 357 *v.* 37; *I,* 372 *v.* 266. 10) *a.* 830 *et* 833. 11) *Met. I,* 379 damnum reparabile.

Cumque oculi, sensus, aures, atque intima cordis
Antra siti arderent relegendo sive legendo,
Frater ab aspectu librum, miracula cuius
35 Praebuit, eripiens memori superaddidit ore[1]:
'Tristior ex oculis humor, quam tota decebat
Pectora, non longae passuri damna ruinae'.
Evigilans, pariterque volens retinere quod hausi,
Vix versus in fine duos, et nomen adauctum
40 Mente recordabar, reliquorum oblivia passus.
Nominis auspicio pacis spem protinus auxi:
Veloces virtutis opes Equitatius ille
Portendebat, idemque sequens assertio firmat,
Tristari nimium tolerantem pondera dura
45 Non debere, citos facturum in laeta recursus.
Haec ego cum videam factis impleta, quid ultra
Occulerem? placuit vobis offere probanda,
Quae nobis longi nutribant gaudia voti.
Augustae pauper decies dat munera[2] quina
50 Strabo petens veniam, signat quam calculus idem.

XXV.
HLUDOWICO IMPERATORI.

Vilia pro meritis sunt haec munuscula[3] vestris,
Sed tamen ex pleno quae dat amore fides,
Quam vobis servare diu totumque per aevum[4]
Hanc animam veluti nitar ad usque obitum.
5 Quid mihi, quid possit consistere carius umquam,
Gloria quam domini continuata pii?
Hanc sacer adventus Christi virtute potenti[5]
Auxit in affectum laetitiamque novam.
Parvulus ille quidem carnis de parte vocatus
10 Grandia nominibus sex et opima tenet.
Fortis et ipse deus[6], mirabilis et pater aevi est
Alterius, pacis consiliique potens.
Ipse pio vires divinaque munera regi
Et clarum aeterno tempore det columen.
15 Pacem consilio faciat retinere salubri
Quem paci aeternae muneribusque parat.
Hic vos cum vestris repetitis saepius annis[7]
Haec ad festa deus provehat incolumes.

36 humeros *G*, humor *corr. Hanck.* 37 longe *G* 40 recordabor *G*
[XXV] *ex G p.* 167 *in margine codicis G annotatur* Hic scribendum Gloriam nato cecinere christo
18 incolomes *corr.* lumes *G*

1) *Aen. II,* 593 roseoque haec insuper addidit ore; *Art. Am. III,* 700, *Met. VI,* 508 memori ... ore.
2) *Ov. Ep. II,* 110 Munera .. dedi. 3) *hymnum de natale domini dicit.* 4) *Trist. I,* 8, 25 toto ... aevo.
5) *Arat. Act. II,* 78 virtute potens. 6) *Fast. III,* 759 Ridet et ipse deus. 7) *Met. VI,* 439 repetiti duxerat anni.

XXVa.

YMNUS DE NATALE DOMINI.

1. Gloriam nato cecinere Christo
angeli, famam retulere, clara
voce[1] pastores nova concrepabant
gaudia mundo.

2. Laus in excelsis, pia pax in arvis
dicitur magnis celebranda votis,
omnis adventu domini movetur
machina rerum[2].

3. Virgo concoeptu gravidatur almo,
coniugum mutae sterilesque fibrae
iam vigent donis uteri, prophetat
carcere vates.

4. Splendidam caeli faculam dedere,
movit ardorem sacra lux magorum,
territant saevam nova Iudaeorum
nuntia plebem.

5. Sera longaevus Symeon videndo
vota, tam longe prius expetitam
praedicat cunctis domini salutem
patris adesse.

6. Anna iam natu gravior[3] repente
lucis attactu penetrata sanctae,
quod diu traxit toleranter aevum
laeta peregit.

7. Martyrum flores ferus interemptor,
milibus multis avide cruorem
quaeritans Christi cruciat malignae
frigore mentis.

8. Ergo quam nostrae caput optionis
novimus lucem celebrare plenis
gaudiis, omni studeamus almae
pacis amore.

9. Editus sacro patris ore semper
virginis casta voluit sub alvo
arta naturae tolerare factor
munia nostrae.

10. Virgo portantem veneranda portat,
lactat altorem, vehit et parentem,
spiritu praegnans operantis in se
mater opusque.

11. Veritas terra pietasque nata est,
solvit et primae maledictionis
damna, pro spinis tribulisque fructum
terra ministrat.

12. Fructus hic terrae prius a propheta
valde sublimis fuit indicatus,
qui greges sanctos saturare vivo
pane valeret.

13. Hic sub humana specie coruscans,
vile praesepis voluit cubile[4]
ferre, quo sese dare nuntiaret
pascua pastor.

14. Gaudeat caeli chorus[5], ut creator
eius antiquum numerum novaret,
ipse descendit, simul et superbum
sterneret hostem.

15. Terra laetetur, radiata tanti
luminis tractu, genus et redemptum
vota gratanti voveat feratque
debita mente.

16. Christe regnorum dominator, auge
principi nostro decus et triumphos,
eius et prolem bene cum pudica
coniuge[6] salva.

17. Sponsa quo felix tua sub patronis
polleat tantis merito locoque
praeminens mundo maneatque longa
pace fidelis.

18. Christe, da nobis tua iussa vero
corde sectari, simul et beatis
actibus vitae nitidum mereri
stemma perennis.

19. Praestet haec nobis deitas beata
patris et nati pariterque sancti
spiritus summa pietate regnans
omne per aevum[7].

[XXVa] *G p.* 131, *sine titulo C f.* 23 3,1 conceptu *G* 5,1 simeon *G* 8,3 studii eamus *corr.* studeamus *C* 8,4 lucis *C* 10,3 pregnas *C* 11,4 ministrans *C* 14,1 Gaudeant *C* 17,3 longo *C*

1) *Sedul. C. P. V,* 79 clara . . voce. 2) *Prudent. Cath. IX,* 14 trina rerum machina. 3) *Iuvenci H. euang. I,* 216 Anna fuit natu gravior. 4) *Ib.* 157 duroque datur praesepe cubili. 5) *Sedul. Hymn. II,* 25 Gaudet chorus caelestium. 6) *Ex Ponto IV,* 11, 7 pudica | Coniuge. 7) *Aen. IX,* 609 Omne aevum.

XXVI.
IUDITH AUGUSTAE.

Multa quidem veniunt meritis non debita nostris,
Quae probitate sua nos hilarare queant.
Pauca sinisterius torquent tamen obvia flatum,
Quis aliquot vobis me reticente patent.
5 Non horum extremum est, quod nullis iussio memet
Vestra ligat causis, ni quod adesse datur.
Non faciem video [1], non haurio verba, sed inter
Spem dubito atque metum [2], displiceam an placeam.
Conscia corda tamen fidei votique fidelis
10 Non desperare me meliora docent.
Sufficiat praefixa fides, orabo, quod ipse
Hactenus orabam, quaeque petenda reor,
Vita, praesidio, pace et solamine Christi,
Vos vestrosque simul tempus in omne frui [3],
15 Proxima sanctorum quod nos per festa dierum
Plenius acturos credimus et volumus.

XXVII.
DE OSSE DAMMULAE, PER QUOD ARBUSCULA CREVIT AD IMPERATOREM HLUDOWICUM.

Arboris est altrix quondam vagina medullae,
Tibia germen habet, nempe bonum omen erit [4].
Quod cortex humore caret, quod durior ipso est
Robore [5] miramur, talis in osse vigor [6].
5 Nil, Caesar, tibi, magne, vacat: venabere dammas [7],
Ossibus ex quarum silva orietur [8], ave.

XXVIII.
AD KAROLUM FILIUM AUGUSTORUM.

Natus et egregie et cultu nutritus herili,
Disce quid auctori retribuas domino.
Iustitiae virtus primis adolescat ab annis [9],
Tecumque hoc sana mente [10] senescat opus.

[XXVI] *ex G p.* 168
[XXVII] *ex G p.* 170
[XXVIII] Ad Karolum iuuenem *G p.* 170, Ad Carolum filium Augustorum *C f.* 23 1 erili *C*

1) *Cf. supra p.* 360 *v.* 2. 2) *Aen. I,* 218 Spemque metumque inter dubii. 3) *Amor. III,* 2, 62 tempus in omne peti. 4) *Ex Ponto IV,* 9, 54 Detque bonum ... omen. 5) *Met. XII,* 331 duro ... robore. 6) *Fast. IV,* 542 Tantus .. ab ore vigor. 7) *Georg. III,* 410 canibus venabere dammas. 8) *Aen. IV,* 625 Exoriare ... nostris ex ossibus ultor. 9) *Cf. Georg. II,* 362 prima novis adolescit frondibus aetas; *Aen. II,* 87 primis .. ab annis. 10) *Met. VIII,* 35 sanae ... | Mentis.

5 De pietate patris potius, quam stemmate regni
Degenerare ulla conditione time.
Si recolamus avos atavosque[1] et magna priorum
Nomina[2], tum solum proderit haec series[3],
Si sacra nobilitas pulchro spectamine morum
10 Fulgeat exclusis inscitiae nebulis.
Gaudeat ergo sequax famulorum turba tuorum,
Quos tantae reficit indolis[4] auspicium.
Nam nihil est quod adhuc felicibus avocet annis[5],
Omnia quaeque geris, spem faciunt[6] animis.
15 Forma decore nitens, animusque capacior[7] aevo,
Et, quod praecipuum est, zelus amorque dei[8].
Incipe quod tandem maturior expleat aetas[9],
Quod primo imbiberint vasa diu sapiunt[10].
Maiestas tibi cuncta dei det prospera semper
20 Et vitae aeternae dulcia dona ferat[11].

XXIX.

HILTWINO SENIORI[12].

Si condire meos mellis dulcedine versus,
Sancte pater, possem vel decorare rosis,
Non haec pompa tamen condigna nitoribus esset,
Quos morum et sensus cum probitate geris,
5 Et tanto me vestra quidem clementia cultu
Suscepit, quantum promeruisse velim.
Nil servivi, nil merui, tamen ecce repente
Immerito assumptus pauper honore fruor.
Et fruar ac vestra iucunder pace per aevum
10 Et vita et meritis atque salute sacra.
Compensare tibi nulla pro parte[13] quod actum est
Sufficio, dominus sed retributor erit.
Cuius ob intuitum nec nos nec nostra videris
Despicere, affectu sed tolerare pio.
15 Sum quapropter eroque ex toto corde fidelis
Vobis et vestris tempus in omne[14] satis.
Obsecro, posco, precor, domini protectio vosmet
Ut tegat atque regat, firmet, inaltet, amet[15].

---

6 Degenerari *C* 12 auspitium *C*
[XXIX] *ex G p.* 171 8 Inmerito *corr.* Immerito *G* 9 iocunder *corr.* iucunder *G* 14 Dispicere *corr.* Despicere *G*

1) *Aen. VII,* 56 avis atavisque. 2) *Amor. I,* 3, 7 magna parentum | Nomina. 3) *Met. XIII,* 29 Nec tamen haec series in causam prosit. 4) *Aen. X,* 826 tanta dabit indole dignum. 5) *Ex Pont. IV,* 4, 18, *Fast. I,* 26 felix ... annus. 6) *Ov. Ep. XV,* 14 Spem facit. 7) *Met. VIII,* 243 animi.. capacis; *XV,* 5. 8) *Cf. supra p.* 355 *v.* 75. 9) *Aen. XII,* 438 Tu facito, mox cum matura adoleverit aetas. 10) *Hor. Ep. I,* 2, 69 Quo semel est imbuta recens servabit odorem | Testa diu. 11) *Aen. I,* 679, *XI,* 479 Dona ferens. 12) *De quo cf. supra p.* 376 *n.* 11. *Hilduinus obiit anno* 840. 13) *Met. XIV,* 398 nullaque in parte. 14) *Cf. supra p.* 382 *v.* 14. 15) *Cf. p.* 378 *v.* 10.

XXX.

HERIBALDO EPISCOPO IN PERSONA KAROLI.

Non minimas grates, non parva rependere tantis
 Praemia nos meritis[1] velle, Heribalde[2], putes,
Quod tremibundus adhuc nostro non segnis honori
 Litterulas pleno mittis amore litas.
5 Iam completa quidem testantis verba prophetae[3]
 Novimus, effectu sed repetita novo:
'Et venit ad dominum laudatio plena timoris,
 Aurum fert Aquilo frigore saepe rigens'[4].
Pectore quippe tuo flammas ardere[5] priores
10 Indicat igniculus, quem tua scripta gerunt.
Et quia scis nostrum iusto moderamine[6] morem
 Parcere subiectis et tolerare malos[7],
His tibi pro donis reddentur munera plura[8],
 Quam tibi perfidiae lucra tulisset amor.
15 Si quam dulcis inis, tam dulcis in extima tendes,
 Mi dulcedo tua dulcior usque manet.
Disce gradus stabilire tuos, ne pendula[9] rursus
 Semita saxosum in digrediatur iter[10].
Faustus in antiquo iam disce senescere nido[11],
20 Donec vile tegat candida pluma[12] caput.
Tum febres, tussimque gravem turpemque podagram
 Perpetiens laribus inmoriere tuis[13].
Haec optasse tibi signum est redamantis amici
 Vel mitis domini vel patientis heri.
25 Sis felix nostrisque scias[14] tua cordibus apte
 Seria permixtis complacuisse iocis.
Saepius hocce gerens animos perpende fideles
 Atque voluntatis mutua disce meae.
Indigeas quotiens, totiens per saecla valeto,
30 Sed numquam, nostri ni memor esse velis.

[XXX] *in versu* 3 *desinit p.* 172 *codicis G, in cuius margine inferiore verba adscripta sunt* cuius potentissimus 18 in *add. Ebert* digradiatur *corr.* grediatur *G* 27 prepande *corr.* perpende *G*

1) *Iuvenci H. euang. I,* 96 Magnificas laudes animus gratesque rependit; *IV,* 303 meritis sua praemia reddet. 2) *episcopus Autissiodorensis* (829—857), *ab ineunte aetate in palatio educatus.* 3) *Iob* 37, 22 Ab aquilone aurum venit, et ad deum formidolosa laudatio. 4) *Ex Ponto II,* 7, 72 Frigore perpetuo ... riget. 5) *Aen. II,* 172 arsere coruscae | ... flammae. 6) *Iuvenci Prol.* 14 iusto moderamine. 7) *Aen. VI,* 854 Parcere subiectis et debellare superbos. 8) *Ex Ponto IV,* 8, 35 pro magnis munera reddi. 9) *Venanti C. XI,* 25, 2 Instabilique gradu pendula vita meat. 10) *Heribaldus a.* 834 *Hlotharium imperatorem sede sua relicta in Italiam secutus, postea cum Hludowico in gratiam rediit* (*Flodoardi Hist. Rem. eccl. II c.* 20, *SS. XIII,* 442) *cf. Notitiam de monasterio S. Carilephi a.* 838 *factam, cui Heribaldus etiam subscripsit* (*Baluzii Miscellanea III,* 136). *Carolo regi post patris excessum et carus et intimus fuit* (*Gesta episcop. Autissiodor. c.* 36, *SS. XIII,* 397). 11) *scil. Autissiodori (Auxerre).* 12) *Ov. Ep. XVI,* 46 pluma tectus. 13) *Ex Ponto III,* 7, 40 Euxinis immoriemur aquis. 14) *Aen. I,* 330 Sis felix nostrumque leves.

XXXI.
AD LIUTGERUM CLERICUM.

Dulcibus officiis et amica mente colendo
Liutgero Strabus paucula verba dedit [1].
Parva licet fuerit nostrae dilectio partis,
Credo tamen memorem te satis esse mei [2].
5 Quicquid habes dextrum gaudens volo; porro sinistrum
Si quid adest, doleo cordis in oppidulo.
Unicus ut matri, terris ut lumina Phoebi,
Ut ros graminibus, piscibus unda freti [3],
Aer uti oscinibus, rivorum ut murmura [4] pratis,
10 Sic tua, pusiole, cara mihi facies.
Si fieri possit, fieri quod posse putamus,
Ingere te nostris visibus, oro, celer.
Nam quia te propius didici consistere nobis,
Non requiesco, nisi videro te citius.
15 Excedat numeros astrorum, roris, harenae [5]
Gloria, vita, salus atque valere tuum.

XXXII.
ITEM AD IPSUM.

Care venis subito [6], subito quoque, care recedis [7]:
Audio, non video, video tamen intus et intus
Amplector fugientem et corpore, non pietate.
Certus enim [8] ut fueram, sum semper eroque foveri
5 Corde tuo me, corde meo te. Nec mihi tempus
Suadeat ullum aliud [9], tibi nec persuadeat ullum.
Visere si poteris, sat erit [10], si videro gratum.
Sin alias, rescribe aliquid, tua tristia novi
Atque dolens recolo, dolor est possessio mundi,
10 Quaeque serena putas, magis haec in nubila tristes [11]
Et tenebras fugiunt; volucri qui pendet in orbe,
Nunc scandit, nunc descendit, rota sic trahit orbis.

XXXIII.
AD HLUDOWICUM CLERICUM.

Cui, Hludowice [12], tui donasti munus amoris,
Haec tibi dat Strabo verba salutis, ave!

[XXXI] *ex G p.* 175 || [XXXII] *ex G p.* 176 12 orbis *G*, orbem *corr. Hanck*
[XXXIII] *ex G p.* 177

1) *Rem.* 95 Verba dat. 2) *Ex Ponto I,* 3, 36 immemores non sinit esse sui. 3) *Fast. III,* 568 verberat unda freti. 4) *Rem.* 177 iucundo murmure rivos. 5) *Art. Am. I,* 254 numero cedet harena meo. 6) *Art. Am. III,* 245 subito .. venisse. 7) *Met. XIV,* 390 subito .. accedere. 8) *Hor. C. I,* 7, 28 Certus enim. 9) *Met. VII,* 20 Mens aliud suadet. 10) *Aen. III,* 602 Hoc sat erit. 11) *Met. VI,* 690 tristia nubila. 12) *Filius fortasse Hrotrudis, Caroli M. filiae, qui postea intra annos* 842 *et* 866 *cancellarii*

Vestra licet vilem fecit promissio memet
  Versibus audere vos monuisse meis.
5 Nam quamvis magnos mundi teneatis honores[1],
  Non vos credo tamen spernere nos minimos.
Divitias non dico hominum, dum spesque fidesque
  Aruerint, solus tum superabit amor[2].
Non vestis, non ulla fero tibi dona[3] metalli:
10 Solo servire quaero in amore tibi.
Totus enim sensu, verbo, factisque studebo
  Promissum tibimet reddere amoris opus[4].
Esto memor memoris[5], dominoque favente valeto,
  Tot bona percipiens, quot meruisse sat est.

XXXIV.
AD BODONEM YPPODIACONUM.

Haec tibi dat Strabo, carissime pusio Bodo[6],
  Paucula parva licet verba legenda tuus.
Quem fervore pari dudum defiximus arvis,
  Surculus ad superos prodeat ille Nothos.
5 Pura per assiduos surgat dilectio motus[7],
  Donec firma polos astraque adire queat.
Sis memor in precibus, reddis dum vota tonanti[8],
  Strabonis, memor est semper et ipse tui.
Quod domino, sectare, placet, quod iussit, amato,
10 Quod spondet, speres, quod probibet, fugias.
Dilige virtutes, vitiis procul omnibus esto:
  Praemia certa bonis, poena datur miseris.
Ad meliora tuos ducat deus omnia sensus
  Et tibi perpetuo munera magna ferat[9].
15 Candide, care vale, carissime semper ubique
  Pusio candidule, candide pusiole.

XXXV.
AD GOTABERTUM ITALICUM.

Non magis est nato laetata Verona Catullo,
  Mantua[10] nec tantum ipsa Marone suo.

[XXXIV] *ex G p.* 178   2 uerbà *corr.* parua *G*
[XXXV] *ex G p.* 179

munere apud Carolum Calvum functus abbas S. Dionysii Parisiensis a. 867 *obiit (cf. Lupi opp. ed. Baluzius p.* 356, *Hincmari Rem. ann.* 867, *Necr. S. Germani Prat. V. Id. Ian.).*

1) *Aen. V,* 229 partum ... honorem | Ni teneant. 2) 1 *Cor.* 13, 13. 3) *Georg. III,* 22 Dona feram. 4) *Cf. supra p.* 361 *XVI,* 6. 5) *Met. XIII,* 380, *XIV,* 730 Este mei memores. 6) *De quo diacono palatino, Alamannica gente progenito, qui anno* 838 *Iudaeum se professus est, cf. Simson Ludwig der Fr. II,* 252. 7) *Met. XV,* 179 assiduo ... motu. 8) *Ecl. V,* 74 vota | Reddemus nymphis. 9) *Art. Am. II,* 275 munera magna petuntur. 10) *Amor. III,* 15, 7 Mantua Vergilio gaudet, Verona Catullo,

Laetior aut Hellas magnum fundebat Homerum[1],
Corduba vel Senecas[2] misit et ipsa duos,
5 Quam te, si valeas, crescet doctore Ticinum,
Fortunate puer, Tullius alter eris[3].
Sis quicumque vale, vel sis quicumque futurus,
Noster eris[4], valeas, poscimus in domino.

XXXVI.
AD THOMAM PRAECEPTOREM PALATII[5].

Culmen apostolici coepisti nominis heres[6]
Actibus et verbis promeruisse tibi:
Qui bis sena suo praelegit pectora dono,
Novit Strabonem te retinere animo.
5 Gaudeo non tantum mundi quod prospera rident,
Quantum quod cunctis pro bonitate places[7].
Hoc commune malis fieri quia saepe videmus,
Illud habent soli, qui placuere deo.
Non dat honor meritum, meritis sed redditur ipse,
10 Nec peritura ligant pectora plena deo.
Ut sale, rore, ducum facie caro, gramina, bella,
Non sine labe carent[8], sic ego te, alme pater.
In domino sine fine vale, nostrique memento
Unius siquidem membra sumus capitis.

XXXVII.
AD CHONRADUM COMITEM[9].

Ex quo percipiens vestrae praeconia famae[10]
Et crebra et vera, hanc ratione bibi,
Obscurus licet ingenio natalibus atque,
Congaudere animo laudibus his studui.
5 Egimus hoc, agimus nunc hoc, hoc semper agemus,
Dum vitalis alet pectora nostra calor.
Quicquid enim possum facto, prece, corde fideque,
Hoc totum vestro mancipo servitio.
Et si non fuerit vacuum, praesentia quo me
10 Vestra hilaret, mente vos tamen intueor.

---

3 helles *G*, Hellas *corr. Can.*
[XXXVII] *ex G p.* 180 5 nunc hoc semper *G*

1) *Rem.* 365, *Trist. II,* 379 magni ... Homeri. 2) *Cf. Riese Anthol.* 668, 1. 3) *Ecl. V,* 49 Fortunate puer, tu nunc eris alter ab illo. 4) *Aen. II,* 149 Noster eris. 5) *Cf. t. I,* 581. 6) *Venanti C. VIII,* 3, 141 Culmen apostolicum; *Met. XV,* 819 qui nominis heres. 7) *Cf. p.* 373 *v.* 98. 8) *Ex Ponto IV,* 8, 20 labe carent. 9) *fratrem Iudithae imperatricis, filium Welfi comitis, de quo cf. Heiricum de mirac. S. Germani Autissiodor. II c.* 2 Chonradus princeps famosissimus, collega regum et inter primates aulicos apprime inclytus; *cf. p.* 369 31, 2. 10) *Ov. Ep. XVI,* 207 volucris praeconia famae.

Vilibus experiar dictis, liceatne volenti
Hinc mihi plura sacris credere dicta volis.
Nam data si fuerit tandem fiducia fandi[1],
Vos penes haud apto tempore mutus ero[2].
15 Nobilitatis apex, hominum pater[3] unus et una
Pauperibus proceres conditione ligans,
Virtutem, vitam, pacemque in saecula vestram
Amplificet, firmet, multiplicet, foveat.

834

XXXVIII.

AD RUADBERNUM LAICUM[4].

Ex quo fama tui celebrem mihi nominis auram[5]
Attulit, et fidei robur[6], rerumque tuarum
Cognovi seriem[7], magno te pronus amore
Amplectens, iugi mecum venerabar honore.
5 Et quia quaesitum merui cognoscere tandem,
Crevit amor[8], quanto propius pia notio crevit.
Quis numerabit enim, quantos persaepe labores
Sustuleris[9]? quantisque tuam, Rodberne, periclis
Credideris vitam? Dominorum damna gemendo[10],
10 Dum fraus saeva pium premeret sibi noxia regem
Reginamque humilem Ligurum clausisset in urbe[11],
In manibus posuisti animam[12], nec grande putabas
Exitium casusque tui discrimina[13], si quem
Moliri posses iuris pro parte vigorem.
15 Quando horum cauta mecum sub mente recordor,
Miror et in lacrimas commoto pectore solvor[14],
Et quantum accipio, domini solatia vires
Has tribuisse tibi, certo pro munere credo.
Heu quibus insidiis artissima septa viarum[15]
20 Alpibus in mediis sollers custodia[16] cinxit?

---

18 Amplicet *G*
[XXXVIII] *ex G p.* 181   11 urbe *ad marg.* Derdona *G*

1) *Aen. I,* 520, *XI,* 248 et coram data copia fandi. 2) *Rem.* 132 non apto tempore; *cf. p.* 356 *v.* 28. 3) *Fast. II,* 132 hominum tu pater.. 4) *eundem fortasse, quem Audradus* (*Revelat. libri c.* 9, *Du Chesne SS. II,* 392) *a.* 853 Rothbernum quendam cubicularium regis *(Caroli Calvi) nominat.* 5) *Cf. p.* 387 *XXXVII,* 1; *Met. III,* 512 Adtulerat famam; *Aen. VII,* 646 tenuis famae perlabitur aura. 6) *Iuvenci H. e. III,* 119 fidei .. robur. 7) *Aen. I,* 641 series .. rerum. 8) *Fast. I,* 195 Tempore crevit amor. 9) *Aen. XII,* 33 quantos .. patiare labores; 635 tantos .. te ferre labores. 10) *Fast. II,* 835 communia damna gementes. 11) *Cf. Simson Ludwig der Fr. II,* 53, 99; *Met. II,* 370 Ligurum ... urbes. 12) *Iudic.* 12, 3 posui animam meam in manibus meis; *Fast. I,* 383 animam cum ponat in aris. 13) *Aen. I,* 204 casus .. discrimina. 14) *Met. VII,* 28 mea pectora movit; *Luc. Phars. VIII,* 106 lumina solvit | In lacrimas. 15) *Iuvenci H. euang. III,* 756 publica septa viarum. 16) *Georg. IV,* 327 custodia sollers.

Quanta per ingentes fluviorum angustia cursus [1] 834
Terruit, et quotiens trepidum tenuere latebrae [2],
Pauperies pressit, praesens metus, omnia dura!
Nullum tempus erat securo munere plenum [3],
25 Nox obscura [4] diem, noctem lux ipsa timebat,
Nulla domo campove quies, timor undique pulsans [5].
Sola fides [6] rectique sibi mens conscia [7] tantum
Suasit opus, docuitque aliquam sperare salutem [8].
Caetera sed nimio terrore [9] pericla furenti
30 Saevitiae cessere hominum; qua saepe coactus
Commutasti habitum famulique vice apta per artem
Servitia explesti supplex, et mille gerebas
Ingeniis quod praecipua virtute nequires.
Sed mens plena fide, nullo defessa labore [10],
35 Non ante assumptum quavis formidine munus
Deseruit, requiemve habuit, quam prima potentum
Corda per Hesperiam scriptis verboque coegit [11]
Sacrilegum gemuisse nefas [12]; his deinde peractum est
Consiliis, ut fessa diu et compressa malorum
40 Ponderibus [13] regina, feris educta tenebris
Non sine honore foret; tandemque occultus, et arte
Usus [14] adumbrata, venisti et dulcia coram
Suscipiens mandata pio celer ipse libensque
Caesari, et adiunctis portasti primus amicis.
45 Nec minus illud iter recidivo horrore molestum
Insidiisque dolisque tibi fuit undique plenum,
Cumanum quando arta lacum custodia nisa est
Praeclusisse tibi; domini sed dextra secundos
Immittens ventos [15] inimico a litore vexit.
50 Rursus in aeriis nivium vis Alpibus [16] altas
Fecit habere moras [17], requiei inamabile tempus [18];
Has quoque decutiens studiis iniuncta benignis
Nuntia sollicito retulisti ex ordine regi.
His tibi pro causis et tam felicibus, inquam,
55 Ausibus ille redux rex et regina soluta
Et cuncti pariter plena pietate [19] fideles,
Altius asscribent laudes et nomen [20] honestum.

---

1) *Sedul. C. Pasch. III,* 174 Quattuor ingentes procedere cursibus amnes. 2) *Iuvenci H. e. II,* 238 tenuere latebras. 3) *Sedul. C. P. V,* 4 munere plenam. 4) *Aen. IV,* 461 nox ... obscura. 5) *Met. XII,* 48 Nulla quies intus; *Georg. III,* 106 Corda pavor pulsans. 6) *Met. X,* 395 solam ... fidem. 7) *Fast. IV,* 311, *Aen. I,* 604 Et mens sibi conscia recti. 8) *Aen. II,* 354, *Trist. III,* 5, 43 nullam sperare salutem. 9) *Ex Ponto III,* 2, 15 nimio terrore. 10) *Aen. II,* 284 post varios ... labores | Defessi; *Met. V,* 446, 618, *VI,* 340 longo dea fessa labore. 11) *Aen. VII,* 43 totamque .. coactam | Hesperiam. 12) *Martial. Epigr. IX,* 70, 2 Sacrilegum ... nefas; *Amor. III,* 6, 49 gemens patruique nefas. 13) *Iuvenci H. e. IV,* 506 sub pondere pressus. 14) *Fast. V,* 338 utitur arte. 15) *Ov. Ep. XV,* 23 ventosque secundos. 16) *Georg. III,* 474 aerias Alpes. 17) *Sedul. C. Pasch. II,* 140 Novit habere moras. 18) *Alcuin. ad Aethelhard.* 23 (*I,* 263) hoc inamabile tempus. 19) *Sedul. C. Pasch. II,* 260 plena pietate redundans. 20) *Ecl. V,* 78 nomenque tuum laudesque.

834

Insuper omnipotens, statuit qui iura fidemque [1],
Qui dominos famulosque una radice creatos
60 Non aequa ditione facit, sed amore et honore
Concordare sibi, reddet tibi praemia vera [2]
Haud dubiae fidei [3], quae non cum laude volantis
Temporis intereant, sed in omnia saecla redundent.
Haec aetate quidem invalida, dum tempora nondum
65 Pube sua teneris florerent tincta sub annis [4],
Aemula pauperies dum grandia facta vetaret
Inprobitate sua, temet potuisse volentem
Miramur, quae posse dedit deus ordine certo [5].
Ergo quis in reliquum de te dubitare sinetur,
70 Quantum pro dominis, quantum pro iure fideque [6],
Si locus affuerit melior maiorque facultas,
Desudare velis? qui prima incommoda forti
Sustinuisti animo, rebus non victus amaris,
Spemque metumque inter dubio [7] discrimine pendens
75 Ante oculos duro versabas pondere mortem.
Ergo age [8], fer domino grates, et munera laudum
Iustitiamque simul dominorum attende, merentum
Tristia deserere, et rursus in laeta redire.
Nam quid erat maesto tam desperabile regno,
80 Quam sua depositis iterato posse venire
Sceptra, statumque illos adipisci posse priorem?
Sed deus, occulti iudex atque arbiter aequus,
Hos illosque sua iuvit virtute fideles.
Laetare, exulta mecum! Nam gaudeo tecum,
85 Hoc quia compleri et completum parte videmus,
Ipse quod optavi, saltimque audire cupivi,
Quodque per ingentem quaesisti rite laborem.
Felix participem qui se cognoscit honesti
Et consortem operis! Quantum sibi conscius ille
90 Perfidiae confusa globis per pectora tabet,
Tantum, vel potius multo magis, omnia secum
Laetitiae fomenta habeant, qui fida reservant
Corda suis dominis, casusque invicta per omnes [9].
Iam videor nimium fortasse loquacibus usus
95 Exametris, dum magna meos extendit amores
Materies, breviterque pudet dixisse, quod alto
Sit dignum ingenio, dignumque poemate longo.
Dat decies denos vilis tibi denique versus
Strabo, rogans solito ut tecum mediteris amore
100 Iussa dei, valeasque simul per saecula cuncta.

---

83 illisque *corr.* illosque *G*

1) *Aen. II,* 541 iura fidemque. 2) *Iuvenci H. euang. IV,* 303 meritis sua praemia reddet. 3) *Ov. Ep. XVIII,* 200 non dubia .. fide. 4) *Ib. IV,* 25 a teneris .. annis. 5) *Luc. Phars. VII,* 216 ordine certo. 6) *Cf. supra v.* 58. 7) *Cf. p.* 382 *v.* 8. 8) *Georg. I,* 63 Ergo age. 9) *Aen. XI,* 244 casus superavimus omnes.

XXXIX.
AD ADALHEIDAM[1].

Si quod mille sonat relationum
Assertoribus estque veritatis
Ubertate ratum tacere nitar,
Fortasse invidiae notam subibo.
5 Non hoc ergo meae placere menti
Contingat, potius velim benigne
Audire et sine fraude publicare.
Quicquid nam bene de bonis refertur,
De vestra fateor probitate, tantus
10 Nosmet rumor alit[2] rapitque mentes,
Ut si dissimulem favere laudi,
Contra, quod gero, conscientiam sit.
Miramur conscientiae decorem,
Quo vos praecipue nitere notum est,
15 Miramur meritum, probosque mores,
Quîs vos non dubium est placere cunctis.
Qui vos laudat, honore se coronat,
Qui vos laudat, amat colitque verum,
Qui vos laudat, habebitur benignus,
20 Qui vos laudat, agit quod est agendum.
Non isthaec adulantis ore promo,
Nec desidero complacere falsis,
Sed veris potius viam loquendi
Verbis institui parare rectam.
25 Nam si comperero licere nobis,
Et si cunctipotens hoc annuendo
Clementer dederit, legetis exin
Nostri pectoris indices figuras.
Nunc et semper et hic et in futuro
30 Salvete in domino, valete, avete.
Vos sanctus pater et patris beata
Proles, spiritus et iuvet per aevum.

XL.
FABULA ADMONITORIA AD QUENDAM.

Cogito quid faciam: nuper mihi contigit uno
Iam cecidisse loco, canibus lacerabar[3] ibidem,
Calcibus hic populi caeno demersus in imo.
Si mihi consilium dederis, vitabo per aevum
5 Hanc calcare viam, probra quae mihi tanta ministrat,
Nam vereor, ne forte freti me subruat aestus,
Cuius ab incursu vix in tellure receptus
Effugi patulas furibundi gurgitis iras.

[XXXIX] *ex G p.* 188 21 *ad marg.* vitium *G* *in versu* 22 *desinit p.* 188 *codicis G, in cuius margine inferiore haec adscripta sunt:*

Quicquid adulandi gens prudentissima laudat

25 lucere *G,* licere *corr. Canis.*

[XL] admonitotoria to *eraso G p.* 189 1 quod *corr.* quid *G* 3 dimersus *corr.* de *G* 6 aestas *corr.* tus *G*

1) *filiam fortasse Hugonis comitis Turonensis et uxorem Chonradi fratris Iudithae imperatricis, de qua haec apud Heiricum (Mirac. S. Germani Autissiodor. II c.* 2, *SS. XIII,* 401) *leguntur:* Coniunx illi *(scil. Chonrado)* erat Adheleid nomine, primorum et ipsa natalium perinde titulis gloriosa, quippe quae avita antiquorum procerum oriunda propagine splendorem generis augustissimae aequiperabat stemmate dignitatis. 2) *Cf. supra p.* 357 *v.* 18. 3) *Ecl. VI,* 78 canibus lacerasse.

XLI.
SIMILITUDO IMPOSSIBILIUM.

Albentes capiat corvos, cignosque [1] nigrantes [2],
Limaces quoque multiloquos mutasque cicadas,
Cornutos adquirat equos, mutilosque iuvencos,
Pisces nare vetet, constanter avesque volare,
5 Fontes stare citos faciat, tum currere montes,
Ferri cogat aquas sursum, flammasque deorsum,
Limus ad humorem, cera ut durescat ad ignem,
Ossaque sanguinibus tumeant, nervique medullis,
Lumbrici saliant, reptentque in pulvere cervi,
10 Gallinae fundant haedos atque ova capellae.

XLII.
[EPITAFION] WERDONIS [3].

Postquam primo homini saevae sententia mortis [4]
Iuste ulciscentis venit ab ore dei,
Fama licet quosdam lato celebraverit orbe [5]
Nominis atque auram [6] ferret ad usque polos:
5 Iustitia censente tamen moribunda statutum est
Membra [7] sepulturis posse capi brevibus.
Haec magni tam parva viri tenet area corpus,
Cuius in aetheria spiritus arce [8] manet.
Huius namque loci fuerat patronus et abba,
10 Nomine Werdo, dei plenus amore sui.
Egregius sensu, nitidi sermonis abundans,
Dogmata commendans moribus eximiis;
Sedulitate placens, cunctis affabilis, atque
Devota dominum relligione colens.
15 Hunc rexisse gregem pie per quinquennia septem
Scitur, et omnigenis accumulasse bonis.
Martius Apriles ter deno sole Kalendas
Dum visit, Werdo mortem obit, astra subit.
Huius pro requie titulum quicumque recenses,
Pectore de placido funde preces domino [9].

[XLI] *ex G p.* 190   7 caera *G*
[XLII] *sine titulo G S,* Werdonis *C*   4 aurum *C*   14 religione *C*

1) *Cf. supra p.* 372 *v.* 78. 2) *Iuvenal. Sat. VI,* 165 nigroque simillima cycno. 3) *abbas sancti Galli, qui obiit a.* 812 *III. Kal. Aprilis* (*Iaffé Mon. Mogunt. p.* 703, *Necr. Augiense, Boehmer Fontes IV,* 140, 141). 4) *Cf. I,* 229 *Alcuin. ad Higbald. v.* 1; *Trist. I,* 4, 27 saevae ... morti. 5) *Met. V,* 481 latum vulgata per orbem; *Art. Am. II,* 499 fama celebrata per orbem. 6) *Cf. supra p.* 388 *v.* 1. 7) *Aen. VI,* 732 moribundaque membra. 8) *Trist. IV,* 3, 5 Aetheriamque . . arcem. 9) *Aen. I,* 521 placido sic pectore; *VI,* 55 funditque preces rex pectore ab imo.

XLIII.

I. IN ECCLESIA MONASTERII, QUOD RURA VOCATUR.

Hoc templum Stephani celebratur honore dicatum[1]
Cum Iacobo nostri fratre simul domini,
Quorum sub precibus Christi pietate receptis
Summi adipiscamur munera larga[2] boni.
5 Hildigrim struxit, Hadabaldus episcopus[3] archi
Sanctificavit: honor certus utrumque manet.

II. SUPER UNUM ALTARE EIUSDEM ECCLESIAE.

Istam Lantbertus retinet Martinus et aram,
Quorum nos precibus, Christe, tuere piis.

III. SUPER ALIUD.

Hic matri domini sociaris, sancte Gregori,
Cum qua pro nobis poscito sceptra dei.

XLIV.

IN WIZUNBURG.

I.

Hanc sancti sub honore Petri renovavit et auxit
Abbas Grimaldus[4] lucis amore domum.
Hic ex corde petens divino munere sumet
Quod cupit et votis congrua dona suis.

II.

Hoc quoque, virgo dei genitrix[5] veneranda, sacellum
Grimaldus humilis compsit honore tuo.
Ipsi mercedem cunctisque precantibus istic,
Quod pie praesumunt dedere posce deum.

XLV.

[AD PROBUM PRESBYTERUM.]

Versibus atque metris par est donare poetam,
Ut mercatori carius est quod amat.

[XLIV] *verba* in wizunburg *ad marginem adscripta sunt* || [II] 1 genetrix *corr.* genitrix *G*
[XLV] *sine titulo G p.* 193

1) *Fast. I,* 706 templa dicata deis; *II,* 639 celebretur honore. 2) *Aldhelm. de laud. virg.* 1592 munera larga. 3) *Hildigrimus I episcopatui Halberstadensi a.* 814—827 *praefuisse dicitur (Simson Ludwig d. Fr. II,* 286), *Hadebaldus ecclesiam Coloniensem a.* 818—842 *administravit (Ann. Colon. SS. I,* 97, *XVI,* 730). 4) *Cf. Martyrolog. Weissenburg. (Archiv des histor. Vereins für Unterfranken XIII,* 3, 58) Id. Iun. obiit Grimoldus abbas. Qui aecclesiasticae utilitati studiosus intendens monasterium sancti Petri post incendium maiore aedificio restauravit; *Thegani Vita Hludow. c.* 47 (*SS. II,* 600); *St. Galler Mittheilungen XIX,* 92. 5) *Venanti C. VIII,* 3, 25 Inde dei genetrix pia virgo.

Bellica sordenti si portes arma colono,
Dispicit et munus grande[1] ligonis habet.
5 Miles item fortis[2], capiat si vomeris usquam
Dona, magis lituos deligit atque sparum.
Sic quod quisque colit, quaerit magis; hinc tibi paucos
Cudere versiculos, alme pater, volui.
Quantum delectet tua me dilectio, nedum
10 Enarrare queam, vix scio et ipse satis.
Disciplina tibi nativum et tristior usus
Abrasit Scottum substituitque Probum[3].
Esto, iocum reputas quod dixi, sed mihi Chronmal
More abiens vestro[4] tradidit ista loqui.
15 En Fortunati[5] oratus tibi mitto libellos
Mensoremque orbis[6]: perlege, scribe, reduc.
Sum tuus[7], esto meus, quod uterque habet alterius sit,
Sic ego tu sim alter, tuque mihi alter ego.
Per nasum coniuro tuum, mî care, valeto,
20 Et dominum pro me, quaeso, precare libens.

XLVI.

DE YMNO TRIUM PUERORUM.

Dan. 3,61.	1. Omnipotentem et benedicant	semper adorent omne per aevum[8]:
62—63.	2. Astra polorum solque sororque,	cuncta chorique, lumina caeli omnipotentem.
60. 64. 65.	3. Sic quoque lymphae ros pluviaeque,	quaeque supernae, spiritus omnis omnipotentem.
66—69.	4. Ignis et aestas, frigus et ardor	cauma geluque, atque pruinae omnipotentem.

11 tristitior *G*
[XLVI] *ex G p.* 194

1) ***Ex Ponto I,*** 3, 93 munus .. grande. 2) *Amor. I,* 9, 5 in milite forti; *Met. XV,* 592. 3) ***Mabillon*** (*Acta SS. saec. IV,* 2, 59) ***hunc Probum eundem presbyterum esse existimavit, cuius doctrinam Lupus Ferrariensis tanti ducit, ut de eo dicat:*** Probum autem non tam aliquid edidisse admiror, quam non omnibus iam scribendi materiam abstulisse (*Lupi opp. ed. Baluzius p.* 42, 72). ***Magontiae a.*** 859 ***VII Kal. Iulii diem obiit. Ruodolfus Fuldensis eum, cuius*** casta conversatio et doctrinae sanctae studium ***Mogontinam illustravit ecclesiam, his versiculis laudat*** (*SS. I,* 373):

Quam prudens, humilis, patiens castusque fuisset,
Littera vel lingua nulla referre potest.

4) ***id de innata Scottis peregrinandi libidine explicandum est. MAB.*** 5) ***Venantii.*** 6) ***fortasse Dicuili Scotti librum de mensura orbis terrae anno*** 825 ***editum.*** 7) *Ex Ponto IV,* 15, 19 tuus en ego sum. 8) *Cf. supra p.* 381 19,4.

5. Nix, glaciesque, noxque diesque[1], *Dan.* 70—73.
lux tenebraeque fulgura, nubes
omnipotentem.

6. Arida, montes, germina, colles, 74—78.
flumina, fontes, pontus et undae
omnipotentem.

7. Omnia viva, quae vehit aequor, 79—81.
quae vehit aer, terraque nutrit,
omnipotentem.

8. Cuncta hominum gens Israhel ipse 82—83.
omnipotentem.

XLVII.

I. VERSUS IN QUODAM MANTILI.

Pinxit imaginibus rerum studiosa coruscis
Hanc ill. pallam arte manuque[2] sagax.
Si tam multa unam fabre finxere figuram,
Quam pulchre binos colligit unus amor[3].
5 Orbe voluta suo nitidae petulantia carnis
Vento flante perit, stat tamen aptus amor.

II. VERSUS AD WERDRICHUM MONACHUM[4].

Nulla fides[5] tecum, retinent mendatia totum,
Vulpibus assimilis esse videris enim.

III. VERSUS IN BACULO.

Si mihi pes lapset, relevans vice tu pedis assta.

IV. VERSUS IN FLAGELLO.

Postquam nulla meis creverunt germina ramis,
Ferre minas[6] Cereri fructumque refundere coepi.

V. IN CAPULO CULTELLI.

Per ferrum efficio, per me quod non facit ullus,
Sic tibi sit ferrum utile[7], me retine.

VI. ITEM IN ALIO.

Quid natura mihi simulata, quid indat imago,
Dic prudens uno nomine, si sapiens.

[XLVII. I] Versus — mantili *G p.* 195 *S p.* 130, *titulum om. C f.* 28 5 nitide *S* || [II] Versus *om. S, hoc carmen deest in C* || [III] In baculo *C*, Versus VI in baculo *G S* || [IV] Versus *om. C* 2 cepi *C* || [VI] Item — alio *G S*, Item alii *C*

1) *Art. Am. II*, 348 noxque diesque. 2) *Fast. I*, 406 arte manuque. 3) *Aen. XII*, 282 amor unus; *Amor. III*, 4, 20 unus .. amor. 4) *Fuldensem fortasse, quem Einhardus, propinquus eius, Otgario archiepiscopo commendavit, ut iussu eius diaconus ordinaretur* (*Einharti ep.* 36, *Mon. Carol. ed. Iaffé p.* 465). Werdarih, *Fuldensis monachus obiit* 859 (*SS. XIII*, 178). 5) *Art. Amat. III*, 377 Nulla fides. 6) *Aen. VI*, 113 minas ... ferebat. 7) *Ib. II*, 510 inutile ferrum.

VII. VERSUS IN MANICIS.

Ecce sumus geminae socia paritate sorores[1],
Sic tamen una vicem vitet ut alterius.

VIII.

Dic, cate, quid faciat, quod nil perfecerat umquam,
Vel quem dent liquido muta labella sonum[2].

IX. VERSUS IN TABULA.

Pando quod ignoro, nec contradico petenti.

X. VERSUS IN CEREO.

Huius, Christe, manus factrices dirige cerei.

XI. VERSUS IN CONVIVIO.

Sal, panis, porrum, pisces, vinum, cibus adsunt:
Delicias regum nolo videre modo.

XLVIII.
INCIPIT PSALMUS.

Psalm. 132, 1—3.

Quam bonum ecce simul fratres concorditer omnes
Est habitare pios, capitis ceu vertice[3] quondam
Limpida fomenti fundunt velamina pepli,
Udaque roriflui veluti cacumina collis
5 Aermon et Sion humescunt roscida rura,
Illic perpetuo pollebunt munera patris,
Vitaque fine tenus durat per saecula sospes.

XLIX.
ORATIO DOMINICA.

Matth. 6, 9—13.

Omnipotens auctor, caeli regnator in aula,
Sanctificetur honore tuum laudabile nomen,
Longe repulso hoste, qui nos livore fatigat,
In terrisque fiat nostris tua clara voluntas[4],
5 Sic veneranda poli qualis in culmine constat.
Summe pater, nobis panem concede diurnum[5],
Donec nostra fides meritum succrescat in almum.
Plurima quae facimus nobis delicta remitte[6],

[VII] Versus *om. G C* 2 uice *G S* || [VIII] *hos versus cum antecedentibus coniungunt G S C* || [IX] Versus *om. G C* || [X] Versus *om. G C* || [XI] Versus *om. G C* 1 assunt *G S* 2 Dilicias *C*
[XLVIII] *ex G p.* 255 3 perfundunt *corr.* fundunt *G* 6 pollebant *corr.* bunt *G*
[XLIX] *ex G p.* 256 8 Plura *G*, Plurima *corr. Watt.*

1) *Met. III,* 713 Io geminae .. adeste sorores; *IV,* 774. 2) *Ib. XI,* 735 Ora dedere sonum; *Aen.* X, 640. 3) *Fast. III,* 841 de capitis ... | Vertice. 4) *Iuvenci H. euang. I,* 595 Sic caelo ut terris tua fiat clara voluntas. 5) *Sedul. C. Pasch. II,* 263 pane diurno. 6) *Iuvenci H. e. I,* 602 delicta remittet.

Ut veniam dantes laxemus debita[1] fratrum.
10 Naturam nostram mala non temptatio frangat,
Nos super et laqueos ne inducas hostis iniqui.
Ergo mali magnis tu nos defende periclis[2],
Ut mereamur inire tui alta ad praemia regni.
Ista quidem, lector, qui sim cognosce loquela.

L.

1. *ΔΙΣΤΙΧΟΙ ΠΡΟΣ ΤΟΝ ΑΡΧΟΝ ΤΩΝ ΑΓΑΘΩΝ*[3].

Patri dilecto virtutum flore sereno
  Mathytes fidus optat ubique decus.
Si mihi millenis fluerent modulamina bombys,
  Non possent tanti digna sonare tibi.
5 Quem tamen ut potero devoto pectore[4] laudo,
  Laudandum merito vociferante sono.
Te cum symphoniis modulentur lymmata[5] ternis,
  Armoniaeque decus consonet omne[6] tibi.
Thessara cum modulis conflentur in organa trinis,
10 Nunc tibi dyplasium, nunc diapente sonet.
Te per grandisonas laudet moderator hydraulas,
  Colchica formetur ex adamante tibi[7].
Laudent concordes sueto te more sorores,
  Est quorum numerus bis quater atque semel[8],
15 Quae, testante mytho, volitantes alite multo[9]
  Auricomo comites intonuere polis[10].
Usibus una meis tantum restabat in arvis,
  Quam vexit cygnus tardus ad istud opus[11],
Quae mecum luteas inter versando paludes
20 Edocet in laude evigilare tua.
Denique veridicus varios felixque misellus
  Amnes astrivagi prodiderat numeri,
Quorum iam reliquis quadam de parte remotis
  Extima nos duri afficit unda vadi,

[L] *ex G p.* 258

1) *Sedul. C. Pasch. II,* 269 Debita laxari qui nobis cuncta rogamus, | Nos quoque laxemus. 2) *Met. VIII,* 269 magnis ... periclis. 3) *W. Grimm* (*Gesch. des Reims p.* 657) ***propter versus leoninos frequenter in hoc carmine adhibitos, dubitavit, utrum Walahfrido an potius poetae posteriori tribuendum sit. A grato discipulo ad Walahfridum magistrum missum esse veri simile mihi videtur.*** 4) ***Iuvenci H. euang. I,*** 610 devoti pectoris. 5) ***Martiani Capell. de nupt. Phil. et Merc. I c.*** 11 licet intervenirent limmata. 6) *Aen. VIII,* 305 consonat omne nemus; *Martiani Cap. I c.* 11 ita fiebat, ut nemus illud harmoniam totam .. personaret. 7) *Ib. II c.* 110 Colchica etiam in centum voces continuata fiducia adamantini cacuminis inpressione signatur. 8) *i. e. Musae novem.* 9) ***Sedul. C. Pasch. III,*** 210 alite multo. 10) *Aen. I,* 90 Intonuere poli; *Martiani Capellae I c.* 26 scandente Phoebo Musarum pedisecus adhaerensque comitatus candenti canoraque alite vehebatur; *c.* 12 illic Phoebus et hic vocitetur Auricomus. 11) *Ib.* 28 Sola vera quod vector eius cygnus impatiens oneris atque etiam subvolandi alumna stagna petierat Thalia derelicta in ipso florentis campi ubere residebat.

25 Gurgite quo geminis tantum circumdata cignis
Nostra Thalia sedet, frigoribusque riget[1].
Denique candidulas nigro sub gurgite pennas
Obsordére dolet, cum color alter abest.
His usura foret cum flumen lactis adesset,
30 Hinc alios comites postulat hîcce sibi.
Cornicem alpinam si quis transmittat ad illam
Strimoniamve gruem[2], munera grata dabit[3].
Illi cum crotalis tinnitibus atque lyrarum
Treicium[4] superans, clangeret ipsa vacans.
35 Artibus omnigenis rutilans, ó nomine dulcis,
Hoc opere ut tibimet obsecro, care, vacet.
Nomen namque tuum recolit plus omnibus unum
Perdia quod memorat, nocteque connumerat.
Attamen indubitans istaec ut tu mihi credas,
40 Aspice quae scripsit ipsa magistra tibi.

II. VERSUS THALIAE AD EUNDEM.

Compar amande vale, nostri decus[5], inclyte salve,
Quem nobis aptum facit experientia rerum,
Artibus in nostris qui non aequandus haberis.
Namque tuum nomen mihi semper amabile lumen,
5 Noctes atque dies mecum versabitur omnes.
Quod stringens numeris caelestis ad instar honoris,
Compono certis manifestans cognita rithmis,
Cuius frons quinis, deciesque recognita quinis,
Dat lateri[6] triadem decadem ter denaque signa.
10 Denique bis binis ipso de nomine sumptis
Litterulis quadrum signo per clymata mundum.
Mox totidem reliquis ductis exinde elementis,
Quattuor in mundum spargentes dogmata latum
Signantur proceres[7], Christi documenta notantes.
15 At tu si cautus haec bina quadrangula cernis,
Bis centum numeros adiectis quinque notabis,
Quos per septenos sollers si dividis orbes:
Sunt duo quae restant geminam signantia pacem,
Eptas nam totidem designat dona superna[8],
20 Sed si pentagonum cernis per grammata primum,
Quodam cum pthongo resonat ceu nuntius alti,
Ternae litterulae restant de nominis arce,
Quas fidei sanctae ternarius offerat ipse.
Aspice nunc clarum, frater, nomenque[9] serenum,
25 Gaudens cum domino felix, nostrique memento.

---

33 *an* Illic? || [II] 8 frons binis *coni. W. Grimm*

1) *Cf. supra p.* 384 *v.* 8. 2) *Georg. I,* 120, *Aen. X,* 265, *XI,* 580 Strymoniamque gruem. 3) *Amor. II,* 15, 3 Munus ... gratum; *Aen. V,* 354 quae munera Niso | Digna dabis? 4) *Ib. VI,* 645 Threicius ... sacerdos; *Martiani Cap. II c.* 133 magno tympani crepitu crotalorumque tinnitu. 5) *Aen. VI,* 546 decus, i, nostrum. 6) *Amor. II,* 10, 25 Et lateri dabit. 7) *Sedulii C. Pasch. I,* 343 Quatuor hi proceres una te voce canentes. 8) *Martiani Cap. II c.* 108 qui numerus *(sc. heptadis)* rationis superae perfectio est. 9) *Ex Ponto I,* 9, 39 clarum nomen.

LI.

Inter convivas[1] residens dulcesque catervas
Audivi cupidus prisci convivia coetus,
Qui, pascente deo meruit saturarier ipso,
Panibus ex quinis, tum piscibus ordine binis[2].
5 Quae cum rê facta pandunt mysteria[3] certa,
Assunt et nobis per suavia dona creantis
Panes, pisciculi, blandi quoque copia musti,
Semper ubique suis quia dat solatia servis,
Omnia qui condens renovat pereuntia clemens.
10 Interea dulcis fertur mihi normula piscis,
Askonis calidi sequitur vas denique musti
Optatum et calidum largo de principe missum,
Abbas quod .... transmisit laude colendus.
Quem quam laudarem, si tantum tempus haberem[4]!
15 Quod mox ut coepi, subierunt organa signi,
Quod Christo solitum monuit persolvere votum[5].
Quem dum tempus erit[6], gaudens mea Musa sonabit,
Centuplicatque modos, spatii quod deserit exsors.
Interea valeat, felixque per omnia surgat,
20 Laetus et in terris superis laetetur in oris[7].

LII.
[DE BEATA MARIA VIRGINE.]

Sit dominus tecum, semper tua gratia mecum[8]
Pacis et indicium, porrige daque manum[9].
Ad te clamantes lacrimis et voce precantes[10]
Auxilio tutos undique redde tuos.
5 Exhilara tristes, solare piissime flentes,
Nostraque turbata tergito pace tua.

[LI] *ex G p.* 126; *hoc carmen ab illo* de morte Wettini (*supra p.* 334) *separandum esse Scherrer* (*Verzeichniss der Stiftsbibl. von St. Gallen p.* 300) *recte observavit, cf. supra p.* 263   1 ducesque *G*, dulcesque *corr. Canis.*   2 conuia *G*   13 *nomen erasum est*, Grimald *coni. Mabillon*

[LII] *hi versus in G p.* 142 *in fine quaternionis* VIII. *manu poster. additi sunt, titulus in margine positus est recentissimus*

1) *Ex Ponto I,* 2, 132 Inter convivas. *W. Grimm* (*Geschichte des Reims p.* 657), *qui hoc carmen apud Canisium cum illo de morte Wettini coniunctum legit, haec de eo dicit: es besteht aus* 61 *hexametern, die bis zum* 41. *wie gewöhnlich den reim selten zeigen, von da an aber ist er bis zum schluss mit genauem gleichlaute fast ganz durchgeführt.*   2) *Ioh.* 6, 9.   3) *Aldhelm. laud. virg.* 631, 1630 pandens mysteria rerum.   4) *Amor. II,* 3, 18 tempus habes; *Ep. XV,* 299 Non habuit tempus.   5) *Ov. Ep. VI,* 75 Vota ego persolvam?   6) *Ecl. IV,* 48 aderit iam tempus.   7) *Met. X,* 26 supera .. in ora.   8) *Cf. supra p.* 356 *v.* 39 Sit dominus tecum, semper tua gratia mecum. *W. Grimm* (*Gesch. des Reims p.* 657) *hoc carmen propter versus leoninos poetae posteriori assignare maluit.*   9) *Ov. Ep. XVII,* 16 porriget illa manum.   10) *Met. XI,* 387 precatur | Et lacrimis; *Ex Ponto II,* 6, 17 voce precari.

LIII.

[DE SANCTO GALLO[1].]

Vepribus offensus 'Requies', ait, 'haec mea' sanctus,
Dum levita studens vellet sustollere lapsum.

Mox cruce defixa sanctum cecinere poema
Auxilioque sibi quaerunt solatia Christi.

5 En ursus Gallo famulatur pane recepto,
Dum simulat somnum levita cubando per arvum.

Sancti ductorem pisces captare[2] volentem
Feminea in specie terrebant daemonis irae.

LIV.

AD EPISCOPUM FERENDARIUM[3].

Apparat ecce novum regali stemmate donum
Urbs, persona, locus, regio, tribus, insula, mundus,
Undique congestis numero sine lanceque lucris
Conciliare tuum, voto certante, favorem:
5 India mittit ebur, croceos dat Tmolus odores[4],
Aurum turbidulus solito plus egerit Hermus[5],
Te propter gemmis fraudatur opima Canopus,
Pontus et ostriferi fauces vacuantur Abydi[6].
Engaddi lacrimam fundit[7] tibi cortice laetam,
10 Docta nimis sibi visa Tyros incusat hebentes
Muricis haud dignos se iudice fassa rubores[8].
Epirus palmas[9] simul atque Mosella novellas
Ceu pennatorum certant tibi gignere equorum[10].
ΑΡΓΙΡΙΟΥ albentes depromit Suevia montes,
15 Crisea te vivente diu fore saecula spondens.
Haec inter gemmam nec tuta valle repertam[11],

[LIII] *hi versus p.* 155 *post carmen de libro Machabeorum priore conditum manu (supra p.* 369) *poster. additi sunt, titulus a recentiore ad marginem positus est, sequitur in G*
Heinrico[12] regi sit praesto gratia Christi,
Quae fuget omne malum, iungat et omne bonum.

[LIV] FEREND̄ *G p.* 197 10 minus *G*

1) *Poeta his versibus fortasse picturas de vita sancti Galli compositas illustrare voluit.* 2) *Met. VIII,* 217 dum captat arundine pisces. 3) *Verendarium Curiensem a.* 833—844, *qui propter fidem Hludowico imperatori a.* 833 *conservatam ab adversariis eius honoribus propriis privatus exilioque trusus ab illo restitutus est cf. Simson Ludwig d. Fr. II,* 51, 80. 4) *Georg. I,* 56 croceos ut Tmolus odores, | India mittit ebur. 5) *Ib. II,* 137 auro turbidus Hermus. 6) *Georg. I,* 207 Pontus et ostriferi fauces temptantur Abydi. 7) *Aen. III,* 348 lacrimas ... fundit; *cf. Art. Am. I,* 286. 8) *Ecl. II,* 27 Iudice te; *IV,* 43 rubenti | Murice; *Aen. IV,* 262 Tyrioque .. murice. 9) *Georg. I,* 59 palmas Epiros. 10) *Plinii H. nat. VIII,* 21 pennati equi, quos pegasos vocant. 11) *Ecl. II,* 40 nec tuta mihi valle reperti. 12) *I* (919—936).

Gemmam lucidulam, raram, caram, preciosam
Transmittit proprius prompto tibi pectore dulus,
Ooliab sculpsit quam Beseleelque notavit[1],
20 Voce quidem Graeca gemmam testante probatam,
Quippe agathes agathos, bonus est lapis: ipse fateris[2].
Bactrica non ebeni radiat sic forma nigelli[3],
Nec sic augustum decorant ametistina collum,
Vel iaspis fulvo cum clausus fulgurat auro[4].
25 Istic si Davidis resideret vertice regis,
Omnigenas proprio superasset lumine[5] flammas.
Denique si vatis Moysi sub pectore fratris,
Cogeret undenas sibi ius concedere gemmas[6].
Hic tibi si gratus fuerit, licet ore nigratus,
30 Suevia fors ullum si profert amne lapillum,
Lacteolum, niveum[7], Parium[8] seu scilicet album,
Hunc tibi larga tui praebebit dextera servi,
Nec parcum dices, dum fert Alemannia cautes,
Nec tibi Saxonia satius dat saxea dona.
35 Sed vice, tu, nostra obsequio, lapis acriter insta,
Dum veniens praesto valeam supplere quod opto.

LV.

I.

Eheu moerentem renuit dictatio mentem,
Aufugiens tristis confusa cubilia cordis[9].

II.

Cuncticreans genitor, mihimet succurre misello,
Filius atque pius, qui saecula cuncta gubernas,
Spiritus alme, veni, confer tu verba precanti,
Sancta dei genitrix, nostri miseresce, rogamus.

LVI.

[AD O . . . . EPISCOPUM.]

Asmata digna viro sunt nunc dicenda sereno,
Nomine Ou . . . . o[10], perspicuo domino.
Germine virtutum polles et dogmate fulges,
Doctiloquosque sophos arte tua superas.

---

19 qua *G* 29 Hęc *G*, Hic *corr. Watt.* 34 dant *G*
[LV] *sine titulo G p.* 198—199
[LVI] *sine titulo G p.* 199 2 *nomen erasum est, an* Oudalrico?

1) *Cf. Exod.* 36, 1; 31, 2—6. 2) *Ecl. III,* 24 Ipse fatebatur. 3) *Georg. II,* 116 India nigrum | Fert ebenum. 4) *Aen. IV,* 261 iaspide fulva | Ensis erat; *XI,* 776 fulvo ... auro; *Stat. Theb. IV,* 191 iam fulgurat auro. 5) *Venanti C. VI,* 1, 102 superasti lumine. 6) *Exod.* 28, 17—21. 7) *Met. XV,* 41 niveis .. lapillis. 8) *Aen. I,* 593 Pariusve lapis. 9) *Aen. VI,* 185, 383 Corde .. tristi. 10) *Odelrico fortasse, Basiliensi episcopo* 823—835, *cf. SS. XIII,* 374.

5 Vos laudant omnes, quos Francia gignit amoena,
  Norica regna simul vos decorare student.
Suevia fida parens iam comptis exilit odis,
  Gaudia magna[1] canens et super astra sonans.
Exultant iuvenes laetantes ac seniores
10 Pontificem egregium, Suevia quem genuit.
Regis honor, populis solacia larga ministrans,
  Cunctis es mitis, dapsilis et miseris.
Si mihi centenas linguas natura pararet,
  Oribus et totidem mille soni fierent[2],
15 Carmina laude tui non possem dicere digna[3],
  Nec sonitus vocis prendere cuncta valet.
Nobilitas generis[4] cognoscitur omnibus horis,
  Progenies clara[5] vos generavit ovans.
Corpore sat pulcher, mentis virtutibus altus,
20 Omnibus in rebus comptus es atque bonus.
Tu clarus constas, tu lucidus optimus archos,
  Nobilis in verbis, nobilior meritis.
Tu Phoebum superas, errantia sydera septem,
  Hesperus ac pulcher te superare nequit.
25 Moribus ornatus, fidei firmissimus auctor[6],
  Tu speciosus enim totus ad usque pedes.
Tu refoves inopes, quoque das bonus optima quaeque,
  Accipiasque simul gaudia perpetua.
Nunc precor, ut valeas felix per climata mundi
30 Ac memor esse mei ne dubites famuli.

LVII.

Si decus argenti, precium mihi seu foret auri,
Aut etiam pulchros habuissem forte lapillos,
Haec tibi tanta, pater, tribuissem dona[7] libenter:
Haec quia non habeo, quae possum largior ultro.

LVIII.

Ut gaudere solet fessus iam nauta labore[8],
  Desiderata diu litora nota videns[9],
Haud aliter scriptor optato fine libelli
  Exultat viso, lassus et ipse quidem.

---

7 Suęuia *G* 10 suęuia *G* 29 mundi *superscr.* uel cosmi *G*
[LVII] *sine titulo G p.* 200
[LVIII] *sine titulo G p.* 201; *hoc carmen saepissime editum est: Aretin Beyträge* VII, 534 *ex cod. lat. Monac.* 6294, *Iaffé et Wattenbach Coloniens. eccl. codd. p.* 15 *ex cod. Colon.* 47, *Peiper Boetii Consol. phil. libri p.* XIV *ex cod. Rehdigeriano, St. Génois Catal. des mss. de Gand p.* 316

1) *Am. II,* 9, 44 gaudia magna. 2) *Georg. II,* 43, *Aen. VI,* 625 Non mihi si linguae centum sint, oraque centum. 3) *Cf. p.* 370 *v.* 11. 4) *Aen. XI,* 340 genus .. | Nobilitas dabat. 5) *Ib. V,* 564 tua clara, Polite | Progenies. 6) *Met. VIII,* 101 iustissimus auctor. 7) *Ib. IX,* 402 Dona tributuram. 8) *Cf. p.* 389 *v.* 34. 9) *Aen. I,* 668, *II,* 256 Litora nota petens, *III,* 657.

LIX.
AD AMICUM.

Cum splendor lunae fulgescat ab aethere purae,
Tu sta sub divo cernens speculamine miro[1],
Qualiter ex luna splendescat lampade pura
Et splendore suo caros amplectitur uno
5 Corpore divisos, sed mentis amore ligatos.
Si facies faciem spectare nequivit amantem,
Hoc saltim nobis lumen sit pignus amoris[2].
Hos tibi versiculos fidus transmisit amicus,
Si de parte tua fidei stat fixa catena[3],
10 Nunc precor, ut valeas felix per saecula cuncta.

LX.
[AD HARTPERTUM.]

Hartperto superi septo diademate regni,
Virtutum vitam gradibus qui scandis honestam,
Servitio domini numquam marcescis in omni,
Pectore sub fido[4] devotus nuntiat N.
5 Omnia quae fieri possunt famulaminis ulli,
Cum precibus fidis simul omina tota salutis.
Responsum vestri iamiam venisse cupivi
Tale, quod ex vobis referat solamina nobis.
Vos ego, vos vere dubito qui velle replere,
10 Auribus ut vestri dixere notamina nostri,
Vel melius fari, vel prorsus posco negari,
Cordis ut ambigui cito possint vincula solvi[5].
Sicut gaudet avis laetanter garrula ramis,
Corpore sic vestro gratulabor sospite viso,
15 Haec, rogo, verus amor[6] iungat, non dividat error.

LXI.
AD PRUDENTIUM MAGISTRUM[7].

Nominis alma tui capiat clementer origo
Barbaria emissum vile salutis opus.

[LIX] *ex G p.* 201 amicam *Canis. haud recte* 10 faelix *G*
[LX] *sine titulo G p.* 257 4 .N. *ad marg.* noth̊ *G, an* Strabo?
[LXI] *ex C f.* 20'

1) *Hor. C. II,* 3, 23 sub divo; *Prudent. Apoth.* 20 speculamine glauco. 2) *Cf. p.* 326 *v.* 708. 3) *Aen. VII,* 291 stetit acri fixa dolore. 4) *Met. IX,* 248, *Trist. III,* 3, 48 pectora fida. 5) *Ov. Ep. XVII,* 11 vincula prorae | Solveret. 6) *Art. Am. I,* 618 Fiet amor verus. 7) *Hispanum, qui etiam Galindo vocabatur* (*cf. I,* 579). *In epistola eius, quam, ad episcopatum Trecensem iam evectus, ad amicum quendam, Walahfridum fortasse, dedit, haec verba occurrunt:* cum repente vix tandem a palatinis excubiis, quibus diu inservire coactus fueram absolutus *etc.* (*Rozière Recueil des formules* 1000).

Haec Strabo ille tuus mittit vel Strabus alumnus
  Indignus, quem tu corde vel ore feras[1].
5 Agnus uti nutrice sua vitulusve tenellus,
  Sic te, sic careo, care magister ave.
Piscis uti fluvios, sicut salamandra calorem,
  Sic te quaero miser[2], care magister ave.
Utque oculus sine luce perit, sine pulsibus auris,
10 Sic te absente gemo, care magister ave.
Quod stipes claudo, quod ductor denique caeco,
  Hoc mihi fecisti, care magister ave.
Reddo igitur grates, si tantas possidet orbis,
  Quantis dignus ades, care magister ave.
15 Non lapsu lassantur aquae, non flabra volatu,
  Non ego amore tuo: mutua redde, precor.
Dum geminis innixa viget structura columnis[3],
  Dum pulmone trahit aera, semper amo.
Et dum certa duos tandem mors[4] clauserit orbes,
20 Hausero si caelum, tunc redamabo magis.
Accipe, mitto tibi Modoini carmina magni[5],
  In quibus invenies quod ferias, quod ames[6].
Mitte politorem Lucani vel mihi magni
  Carmina Virgilii mitte minora, precor.
25 Mitte tui monimenta salis[7]; describe, quid obstet,
  Quidve tibi laetis rideat exitibus.
Crede deo sub teste mihi, te diligo totus,
  Praesentem cupiens semper habere, vale.
Hunc gerulum commendo tibi mihi denique carum,
30 Ut solita foveas sedulitate, vale.
Terra, polus quodcumque tenent, te, care, salutet:
  Dico, ubicumque moror, sis ubicumque, vale.
Gratia summa dei temet comitetur in aevum,
  Ducat et in requiem perpetuam oro, vale[8].

LXII.

Iustum erat adventum dominorum munere cunctos
  Glorificare novo laudibus et variis,
Carmina totque animo pariter recitare[9] benigno,
  Corda quot ingeniis optima quaque vigent.

[LXII] *exstat bis in C f.* 21', 43'

1) *Met. XI,* 272 Ore ferens. 2) *Cf. supra p.* 385 *ad Liutgerum cleric. v.* 7—10. 3) *Ex Ponto III,* 2, 49 vastis innixa columnis. 4) *Aen. II,* 62, *Met. V,* 29 certae .. morti. 5) *Augustodunensis cf. p.* 355. *Cf. supra p.* 394 *v.* 15—16; *Art. Am. III,* 532 mittamus carmina tantum. 6) *Art. Am. I,* 91 Illic invenies quod ames. 7) *Ex Ponto III,* 5, 35 nec rara tui monimenta laboris. 8) *Prudentii epistola, quam modo* (*p.* 403 *n.* 6) *laudavi, in hoc versu desinit:*

Quot voces oculis, lingua, audituque manuque
  Hausisti, totidem laetificere bonis.

9) *Trist. III,* 14, 39 recitem si carmina.

5 Sed quia dona magis pollent quam dicta scientum,
Illeque plus recipit, plus dare qui poterit,
Versibus his volui mentem perdiscere vestram,
Si sine muneribus vos monuisse queam.
Non fulvi nitidive tibi fero dona [1] metalli,
10 Serica nec gemmas, dicta sed exigua.
Pondera divitibus locupletes terrea dedant;
Nos levibus levia reddere cogit amor [2].
Mundanus mundana petat, divina volenti
Sunt divina magis restituenda animo.
15 Non dubitans vosmet precioso dogmate plenos
Agnosci a vobis, vos quoque nosse volo,
Si ratione aliqua tanti documenta magistri
Arida nostra rigent amne manentis aquae [3],
Et vel gutta mihi tali suscepta fluento
20 Insidens fructum seminis eliciat.
Haec tibi dat Strabo, praesul Witgere [4], pusillus,
In domino poscens, semper uti valeas.
Audacem, stultum, tenuem, pater optime, pastor,
Corripe, sustenta, suscipe, tunde, fove.
25 Scrutatu si digna tuo decreveris ista,
Plura dabo [5], vitam si deus annuerit [6].
Omnipotens pacem tibi saecla per omnia donet,
Et secum faciat regna tenere poli [7].

LXIII.

IN ADVENTU HLOTHARII IMPERATORIS. 830—840

1. Innovatur nostra laetos
terra flores proferens;
ver novum [8] praesentat aestas,
dum datur te cernere.
Imperator magne, vivas
semper et feliciter.

2. Gaudeat totum tuorum
agmen hic fidelium,
omnis aetas, omnis ordo
corde dicens intimo: Imperator etc.

3. Extet adventus beatae
nunc tuae praesentiae,
gaudio plenus sereno
et favore simplici. Imperator etc.

4. Iuste, felix et benigne,
mitis et piissime,
pande mentis hic nitorem
nostra complens gaudia. Imperator etc.

---

8 quaeam *corr.* queam *C* 10 gemmans *corr.* mas *C* 1 15 pręcioso *C* 1 docmate *C* 1
21 pussillus *corr.* pusillus *C* 1

[LXIII] *S p.* 127—129, *sine titulo C f.* 22

1) *Met. V,* 655 Dona fero Cereris. 2) *Ib. IX,* 515 Coget amor. 3) *Fast. V,* 210 fonte rigatur aquae. 4) *Witgarium, episcopum Augustanum, dicere vix potest, cum hic non ante annum* 860 *electus esse videatur, cf. Dümmler Gesch. des Ostfränk. Reiches I,* 873. 5) *Ex Ponto I,* 7, 64 Ut des.. plura. 6) *Cf. supra p.* 358 *IX,* 1, 2. 7) *Ov. Ep. I,* 106 regna tenere potest. 8) *Ecl. X,* 74 vere novo.

830—840

5. Quod minus digne valemus
servitute debita,
hoc tui donet favoris
laeta nobis gratia. Imperator

6. Sancta, Lothari, Maria
virgo te cum fratribus
et simul cum patre magno
servet, armet, protegat. Imperator

7. Et Valens iunctus beatis
hoc precetur omnibus[1],
vestra pax ut pace cunctos
firmet apta subditos. Imperator

8. Intus, extra, longe, iuxta
fulgeat concordia;
Britto cedat atque Bulgar[2],
omnis ardor hostium. Imperator

9. Vita, virtus et potestas,
robur et victoria,
fama felix te sequatur
atque vitae praemia. Imperator

10. Summa summae trinitati
sit per aevum gloria,
quae gubernet et coronet
te per omne saeculum. amen. Imperator.

LXIV.

IN ADVENTU CAROLI FILII AUGUSTORUM.

1. Ecce votis apta vestris
venit hora, psallite,
gaudium cordis patescat
claritate carminum:
Salve regum sancta proles,
care Christo Carole[3].

2. Nullus ordo, nulla rerum
nunc silescat vastitas,
mens et lingua, cor, voluntas
laudem dando personet: Salve etc.

3. Credimus superna votis
angelorum milia
nostris congaudere digne,
ut dicamus cernui: Salve etc.

4. Anna vatem, Sarra risum
non fudit libentius,
quam te toto nunc tenellum
corde mulcet Augia. Salve etc.

5. In te terra nostra patrem
suscipit cum fratribus,
cum quibus tibi decora
pars honoris permanet. Salve .

6. Ferte nabla tibiasque,
organum cum cymbalis,
flatu quicquid, ore, pulsu
arte constat musica. Salve

7. Dicat omne plebis agmen,
clerus ipse primitus,
dives, pauper, sospes, aeger
consonent in laudibus. Salve

8. Te Maria sancta virgo
cum subiectis omnibus
in salutem christianam
protegat feliciter. Salve

9. Turba quod simul piorum,
qui deo sunt proximi,
actitet penes supernam
poscimus clementiam. Salve

10. Gloriam dignam triformi
pangimus potentiae,
quae te sanum vexit istuc
Francorum per regmina. Salve etc.

7,3 cuntos *S* 10,4 finit *add. S*
[LXIV] *C f.* 28', Karoli *S p.* 127 6,2 cimbalis *S* 9,3 accitet *C*

1) *Ann. Augiens.* (*Jaffé Mon. Mogunt.* 703) 830 Pretiosa corpora sancti Valentini et sancti Senesii in Augiam insulam venerunt *V.* Idus Aprilis; *Ann. Alamann. contin. Augiens.* 830, *Herimanni Aug. Chronic.* 830 (*SS. I,* 49, *V,* 103), *Mirac. S. Marci c.* 4—6 (*Mone Quellensammlung I,* 63). 2) *Cf. supra p.* 378 *v.* 253—254. 3) *Carolo filio tunc sexenni Hludowicus Pius a.* 829 *Augusto mense Alamanniam cum Alsatia, Raetiae et Burgundiae parte tradidit* (*Simson Ludwig der Fr. I,* 327).

LXV.

I.

Presbiter ista tuo, Dionisi, Otfridus honori
 Optulit ex voto munera[1], sancte pater.
Namque palatina dudum famulatus in aula,
 Hiltwini patris[2] deditus obsequio,
5 Fraudibus occultis quodam rapiente volumen,
 Quod Comitis fertur nomine[3], perdiderat.
Mentis inops[4] partes dum se versaret in omnes[5],
 Clementis domini rite petebat opem[6],
Cum subito illius mestos pro tempore sensus
10 Nescio quae docuit vis, ubi furta forent,
Quodque domus medio, quae cappae ex nomine dicta est[7],
 Pertenui codex esset opertus humo.
Dum facti auctorem vigili perquireret astu,
 Fur specie orantis depositum rapuit.
15 Ille metu et dubio confusus corda pudore
 Personam erubuit damnaque perdoluit[8].
Tandem animo talis trepido sententia sedit[9],
 Secreto ut furem criminis argueret.
Solus et ipsius penetralia nota revisens
20 Accessit, namque clericus ille fuit.
Conscia corda mali blando sermone revolvens
 Ex vano rabidas audiit ore notas.
Nam facie exsangui pallens[10] se morte minatur
 Ulturum inpacti criminis esse scelus.
25 Quid multa, abscedit secum conquestus iniqui
 Eventus causas insidiasque mali[11],
Rursus et in solo noctis secreta cubili
 Cum lacrimis pernox transigit et precibus.
Nunc domini implorans contrito pectore numen,
30 Nunc tibi vota, pater, quae dedit ecce iterans:
Scilicet ut similem proprio conamine librum,
 Hoc prius invento, redderet ipse tibi.
Nec mora[12], mox sonitum super ardua tecta[13] cadentis
 Audiit et plausum codicis exhibiti.
35 Et propere egressus, sub divo, ubi plurimus imber[14]
 Defluit e tectis, munera sicca legit.

[LXV] *ex C f.* 25'

1) *Amor. III,* 7, 46 Muneris oblati. 2) *abbatis Sancti Dionysii, cf. p.* 376. 3) *i. e. lectionarius* 4) *Met. II,* 200, *VI,* 37 Mentis inops. 5) *Aen. IV,* 286, *VIII,* 21 In partesque rapit varias perque omnia versat. 6) *Rem.* 436 turba petetis opem. 7) *Cf. Walahfrid. de exord. et increm. rerum ecclesiast.* (*Bibl. patr. Lugdun. XV,* 198) *c.* 31 Dicti sunt autem primitus capellani a cappa b. Martini, quam reges Francorum ob adiutorium victoriae in praeliis solebant habere secum, quam ferentes et custodientes cum caeteris reliquiis clerici capellani coeperunt vocari; *Met. XIII,* 648 dicta suo de nomine tellus. 8) *Trist. IV,* 3, 35 damna dole. 9) *Aen. XI,* 551 sententia sedit. 10) *Trist. III,* 1,55 exangui ... pallere colore. 11) *Aen. VI,* 93 Causa mali tanti. 12) *Aen. XII,* 553 Nec mora. 13) *Aen. VII,* 512 Ardua tecta. 14) *Ecl. VII,* 60 plurimus imbri.

Sanctorum meritis nova per miracula nullis
  Inlitus est maculis in medio imbre liber,
Quamvis ingenti descenderet impetu apertus:
40 Nam cunctas raptor abstulit inde seras.
Horum, sancte, memor votum exhibet, auxiliator,
  Pro facto grates, munera seque vovens.
Hunc apud altithronum precibus meritisque iuvato,
  Ut compos voti fiat[1] ubique boni.

II.

Hanc seriem divinorum summamque librorum
  Otfridus summi scripsit amore dei,
Sancte, tua fultus, Dionisi, pace patrisque
  Hiltwini et domini dulcia iussa sequens[2].
5 Illi, Christe, tuae praesta mercedis honorem,
  Post mundana metat dona perenne bonum.

III.

Hac zona cinctum[3] fac, Christe, pio ordine dignum,
Sit memor Otfredi quisque hoc decus induat exin.

LXVI.

I. ANTE ECCLESIAM SANCTAE MARIAE IN INSULA.

Qui sacra templa petis, votis accitus honestis,
Si tibi pro foribus magni residere sacelli
Contingat, mentem studiis incende beatis.
Frivola vanarum linquens molimina rerum,
5 Iussa dei legesque simul meditare paternas.
Hic venerans matrem domini Paulumque Petrumque
Cum reliquis sanctis subies templi bene pyrgos.

II. IN INTERIORI VESTIBULO ANTE PORTAM.

Limina magnifici properas qui scandere templi[4],
Iram, odium, invidiamque tuo de corde revelle,
Frange supercilium[5] nigraeque libidinis aestum.
Fer pacem sanctumque in corde benignus amorem,
5 Et quicquid vitii est, lacrimarum flumine[6] purga:
Sic tibi perpetuae reseratur ianua[7] lucis.

III. ANTE INGRESSUM MAIORIS ECCLESIAE.

Christus, ut intremus, foris est perpessus, in aulam:
Qui te noris ibi, huc devotus adito, redemptum.
Pacifici Salomonis opus veneranter adisti,

[LXVI] *ex C f.* 27 [II] 2 reuellem *corr.* reuelle *C*

1) ***Art. Am. I,*** 486 voti postmodo compos eris. 2) ***Aen. IV,*** 538 Iussa sequar. 3) ***Ov. Ep. II,*** 116 zona recincta. 4) ***Fast. VI,*** 481 a limine templi. 5) ***Sedul. Prol.*** 3 Pone supercilium. 6) ***Venanti C. VI,*** 5, 123, ***VIII,*** 3, 255, ***Aldhelm. de laud. virg.*** 865 lacrimarum flumina. 7) ***Fast. II,*** 455 reserata . . | . . ianua laxa; ***Ep. IV,*** 141 reseranda mariti | Ianua.

Exhilara mentem, Christo simul hospite gaude.
5 Cernuus hoc solum cordis pietate preceris,
Quod tibi perpetuam noris conferre salutem [1].
Non gazas luxumque petas, neque mortem inimici,
Prospera non mundi, sed quod iubet ipse, rogato,
Sicque habiturus eris verae pia munera [2] vitae,
10 Sanctorum precibus dominum visurus in aevum.

LXVII.
IN FENESTRA SUPER LECTUM.

Percepi numquam quod cunctis sumo diebus;
  Est absens, cernis quem recubare hominem.
Qui dormire nequit, summus per saecula rector,
  Me vigilare deo donet ubique meo.

SUPER LECTUM IPSIUS STRABI.

Pervigil aeterna mundum pietate gubernans [3],
  Trine deus, serva hic qui recubat hominem.
Astet et angelicae custodia sancta phalangis,
  Ne sit demonicis huc via aperta choris.
5 Sancta dei genetrix, martyr, confessor et omnis,
  Virgoque apud dominum me, oro, iuvet precibus.

LXVIII.
IN ECCLESIA SANCTI MARTIANI .... CHRISTI.

Martianus praesul Terdona primus in urbe
  Moribus et meritis inclitus emicuit.
Dogmate praeclarus, sancto sermone suavis
  Et custos domini legis ubique fuit.
5 Ignaros studuit populos errore reciso
  Factoris gregibus adsociare sui.
Sed Satanas non tanta ferens sibi damna parari,
  Invidiae facibus concitus arma levat.
Caesaris Adriani late dum iura virerent,
10 Sapricium ultorem misit ab urbe suum:
Qui massis ferri praecordia sancta perurens
  Corporis e solio fecit abire animam.
Huius in obsequium sancti comes infimus Alpger [4]
  Hanc aedem extruxi auxiliante deo,
15 Laudibus ut domini societur palma patroni,
  Illius ut meritis dona superna metam [5].

[LXVII] *ex C f.* 27' || [LXVIII] martiani . . l . . g . . . xp . . *C f.* 27'

1) *Sedul. C. P. II,* 231 celerem . . conferre salutem. 2) *Iuvenci H. e. III,* 611 pia munera. 3) *Aldhelm. laud. virg.* 1 mundum ditione gubernans. 4) *Hlotharius imperator a.* 842 fideli cuidam Alpcario *mansos nonnullos in pago Moslinse sitos donavit* (*Beyer Mittelrhein. Urkundenb. I,* 76) *cf. Ann. Einhardi* 817. 5) *Cf. p.* 408 *II,* 6.

LXIX.
IN ECCLESIA.

Condidit Erlbaldi abbatis sub tempore[1] templum
  Hoc Einmuot vilis presbiter et monachus[2],
Paupertas dum magna foret, dum tempus egenum,
  Dumque fames illinc, morbus et hinc premeret.
5 Hunc quicumque pio perpendat corde laborem,
  Propitium Einmuato flagitet esse deum.

LXX.
EPITAFION WOLFHARTI ABBATIS DE OFLITA[3].

Hic, lector, subsiste parum[4], lege verba sepulti,
  Ut tua praecautus fata videre queas[5].
Es quod eram; quod sum liquido es, mihi crede, futurus[6];
  Ast parte ex animae cognitor est dominus.
5 Abbas ipse fui, Wolfhart cognomine dictus[7],
  Pro quo funde preces tu, precor, ad dominum[8].

LXXI.
AD HLUDOWICUM REGEM[9] IN PERSONA CUIUSDAM PRESBITERI.

Rex pie, rex clemens, almae virtutis amator[10],
Suscipe quae prono vobis fert pectore[11] Paldman[12].
Grates pro vestra summas pietate rependam[13]
Aeterno patri, qui vos regnare potenter
5 Et mores sanctos servare salubriter egit,
Prospera multigenis concedens cuncta triumphis.
Et vos ergo, pater, curam, sanctissime, sanctam
Sumite, reddentes domini pro munere grates
Multiplici, quo vos istam servavit in horam
10 Atque dedit semper felici pace potiri[14].

[LXIX] *ex C f.* 28'
[LXX] 2 quaeas *corr.* queas *C f.* 40
[LXXI] *S p.* 126, hlodouuicum *C f.* 40'

1) *a.* 822—838. 2) *Augiensis. Inter monachos sub Erlebaldo abbate militantes reperitur* Einmuat presbyter; *Necrol. Aug. XVII* Kal. Iun. Einmout presbiter. 3) *Hunc abbatem frustra quaesivi.* 4) *Cf. Alcuini epitaph.* 1 (*I,* 350) Hic, rogo, pauxillum veniens subsiste, viator. 5) *Ib.* 3 Ut tua deque meis agnoscas fata figuris. 6) *Ib.* 5 Quod nunc es, fueram .. 6 Et quod nunc ego sum tuque futurus eris. 7) *Aen. III,* 702 fluvii cognomine dicta. 8) *Alc. epit.* 24 Pro quo funde preces mente legens titulum. 9) *Franciae orientalis, Hludowici Pii filium.* 10) *Sedul. C. Pasch. II,* 283 virtutis amator. 11) *Met. IX,* 44 pectore pronus. 12) Paldman presbiter *exstat in necrologio Augiensi VIII Kal. Sept.* (*Gerbert. Monum. veteris liturgiae p.* 489) *et VII Id. Octobris* (*Mittheil. der Züricher antiq. Gesellsch. VI,* 64). *Cf. etiam Catalogum librorum sub Erlebaldo abbate scriptorum* (*Neugart Episcopat. Constantiens. I,* 545): Boldman presbiter attulit librum quaestionum sancti Augustini veteris ac novi testamenti. 13) *Iuvenci H. euang. I,* 96 gratesque rependit. 14) *Aldhelm. de princ. vit.* 228 secura pace potitur.

Non vos ex vobis disponere tanta potestis,
Sed summi est per saecla dei mirabile donum[1].
Si placitum hoc fuerit, faciam tibi multa per illum[2]
Carmina conscribi supplex, qui scripserat ista.
15 Vos pater atque yos, sanctus quoque spiritus omni
Tempore concedat domino praestante valere.

LXXII.
YMNUS DE SANCTO GALLO CONFESSORE CHRISTI.

1. Vita sanctorum, via, spes, salusque,
Christe largitor probitatis atque
conditor pacis, tibi voce, sensu
pangimus ymnum.

2. Cuius est virtus manifesta, totum
quod pii possunt, quod habent, quod ore,
corde vel factis cupiunt, amoris
igne flagrantes[3].

3. Qui tua sanctum pietate Gallum
indicem lucis superae dedisti,
eius ut docti monitis tenebras
mente fugemus[4].

4. Hic ad exemplum volucris canorae[5]
actibus sese prius excitavit,
ut quod ingessit vigor instruentis
vita probaret.

5. Qui potens verbo, venerandus actu,
semper aeternis inhians lucellis
multa virtutis meruit supernae
dona patenter.

6. Quaesumus, mundi sator et redemptor[6],
ut sacris eius precibus tueri
hanc velis plebem, tribuens quod optat
corde benigno.

7. Temporum pacem, fidei tenorem
languidis curam veniamque lapsis,
omnibus praestans pariter beatae
praemia[7] vitae.

8. Ne quibus tanti dederas patroni
prima provisor documenta[8] clemens,
illius sacram patiaris umquam
defore curam.

9. Cuius obtentu liquet actitari,
iste ne laudem tibi, summe rerum
rector, acceptam locus expedire
cesset in aevum.

10. Hoc patris proles, pater hoc benigne,
spiritus praesens hoc utrique compar,
nunc et aeterno facias perennis
tempore saecli. amen.

LXXIII.

Munus in officii sacris altaribus apti[9]
Hoc insigne genus sacro sub nomine vestis
Instituit patrum sollertia sancta priorum.
Cingitur hoc collum[10], quo vox procedit, ut omne
5 Quod bona vox monstrat, servet constantior actus;
Nam docuisse bene miserum est et vivere prave.

12 sumadest *S* 15 atque uos *S*

[LXXII] Ymnus — gallo *C f.* 41, confessore *add. Par.*, Item Ymnus Walahfridi (Waltfridi *Ga*) de sancto gallo confessore christi *Ga Lo* 5,3 supermae *C* 5,4 signa *Pa Ga Lo ed. Metzleri* patrare *Metzler* 7,3 praesta *Pa Ga Lo Metzler* 8 *et* 9 *om. Daniel* 9,1 Huius *Ga Me* optentu *Lo* 9,3—4 rector—cesset *om. Pa* 10,2 uterque *Metzler* 10,3 perennis s *eraso Lo*, perenni *Pa Me*

[LXXIII] *ex C f.* 41'

1) *Aen. I,*652 Ledae mirabile donum. 2) *Walahfridum.* 3) *Fast. VI,* 439 Flagrabant ignibus ... ignes. 4) *Met. II,* 144 tenebris . . fugatis. 5) *Fast. III,* 17 volucresque canorae. 6) *Cf. supra p.* 365 *XX,* 1. 7) *Met. VIII,* 105 Nec praestare ..... sibi praemia vidit. 8) *Ib. III,* 579 documenta dature. 9) *Arator Act. Ap. I,* 552 sacris altaribus apti. 10) *Art. Am. II,* 457 cingantur colla.

LXXIV.
METRUM ANACREONTIUM.

Properate, quaeso, cari
Socii, probate carmen:
Cano bella[1] fortis astu
Cito sillabae peracta.
5 Tribus ergo fulta membris
Digitisque firma septem
Tenebris adivit atris
Aditu domum ferino.
Ibi cernit ecce duro
10 Sale caseum peresum.
Valido secat foratu
Peragens opus hoc ingens[2].
Gladio peremit haud hunc,
Sed enim silens acuto
15 Mage dente vulneravit,
Nece facta tale victrix.
Posui meam fabellam:
Aliquis, precor, solutam
Mihi reddat hanc et illis,
20 Quibus est amor sciendi.
Tria verba proferantur[3],
Apices require docte
Ita sillabae ter unum:
Refer haec et invenitur.

LXXV.
METRUM SAPHICUM.

1. Musa, nostrum, plange, soror, dolorem,
pande de nostro miserum recessum[4]
heu solo, quem continuo pudenda
pressit egestas.

2. Nam miser pectus sapiens habere
quaero; quam ob causam patriam relinquo[5],
et malis tactus variis, perosus
plango colonus.

3. Nulla solatur pietas docentum,
nec bonus quisquam refovet magister:
sola sustentant alimenta corpus
vile ciborum[6].

4. Frigus invadit grave nuditatem,
non calent palmae, pedibus retracta
stat cutis, vultus hiemem pavescit
valde severam.

5. In domo frigus patior[7] nivale,
non iuvat cerni gelidum cubile,
nec foris lectove calens repertam
prendo quietem.

6. Si tamen nostram veneranda mentem
possidens prudentia contineret
parte vel parva: ingenii calore
tutior essem.

7. Heu pater[8], si solus adesse posses,
quem sequens terrae petii remota[9],
credo nil laesisse tui misellum
pectus alumni.

8. Ecce prorumpunt lacrimae, recordor,
quam bona dudum fruerer quiete,
cum daret felix mihimet pusillum
Augia tectum[10].

9. Sancta sis semper nimiumque cara
mater, ex sanctis cuneis dicata,
laude, profectu, meritis, honore,
insula felix.

10. Nunc item sanctam liceat vocare,
qua dei matris colitur patenter
cultus, ut laeti merito sonemus:
insula felix.

[LXXIV] *ex C f.* 42 22 doctę *C*
[LXXV] *ex C f.* 42' 8,3 pussillum *corr.* pusillum *C* 10,1 Nunc te *coni. Ebert*

1) *Met. V,* 319 Bella canit; *Trist. II,* 360 fera bella canunt. 2) *Amor. I,* 4, 48, *Art. Am. II,* 480 dulce peregit opus. 3) *Fast. I,* 47 tria verba silentur. 4) *Ebert* (*Berichte der Sächs. Gesellschaft a.* 1878 *p.* 109) *Walahfridum in cella monasterii Fuldensis inter montes sita versantem hoc carmen composuisse probabiliter opinatus est.* 5) *Ov. Ep. VII,* 115 patriamque relinquo. 6) *Iuvenci H. euang. III,* 207 alimenta ciborum. 7) *Amor. II,* 19, 22 frigora nocte pati. 8) *Hrabanum abbatem Fuldensem alloquitur, cf. supra p.* 358. 9) *Trist. I,* 1, 128 terra remota. 10) *Art. Am. II,* 622 tecta ... dabat.

11. Tu licet cingaris aquis profundis,
es tamen firmissima caritate,
quae sacra in cunctos documenta spargis,
insula felix.

12. Te quidem semper cupiens videre,
per dies noctesque tui recordor,
cuncta quae nobis bona ferre gestis,
insula felix.

13. Nunc valens crescas, valeas vigendo,
ut voluntatem domini sequendo
cum tuis natis pariter voceris
Augia felix [1].

14. Donet hoc Christi pietas tonantis,
ut locis gaudere tuis reductus
ordiar, dicens: vale, gloriosa
mater, in aevum.

15. Christe, rex regum, dominus potentum,
qui patris prudentia nominaris,
nostra digneris refovere corda
dogmate vitae.

16. Da, precor, vitae spatium, redemptor,
donec optatos patriae regressus
in sinus, Christi celebrare laudis
munera possim.

17. Gratias summo canimus parenti,
prole coniuncta patulo favore,
spiritu virtute pari regente
tempora saecli. amen.

LXXVI.

[AD HLOTHARIUM IMPERATOREM.]

841

Otia longa [2] tuis cupiens dissolvere tandem
Laudibus, o Caesar [3], cunctis, auguste, diebus,
Et linguam veteri pressam rubigine [4] vestris
Post hiemes iam saepe graves nitidare triumphis,
5 Semina pestis adhuc patior contraria priscae
Et tristes nebulas et amica silentia maestis [5].
Sed non tanta meos conturbant tristia sensus,
Exhilarant [6] me quanta tuis de laudibus [7]: hoc est
Quod ferit adversos, quod amicis gaudia confert,
10 Quod magni sub amore dei simul atque timore
Omnia constituis, cuius patientia mentem
Perdocuit tolerando magis superare superbos
Fastibus et tumidos humilem transcendere vanis.
Hic tibi mos proprius, hoc est insigne paternum [8],
15 Spes in te patriae [9], spes in te maxima regni [10].
Spe sequimur, fortuna vetat [11], ne desine coeptis
Insudare piis: pugnabunt omnia pro te,
Quem dedit omnipotens cunctis augescere gratum.
Quis poterit vacuare tuas quas consona regni
20 Gloria concordis primo dedit ordine laudes?

17,2 pictulo *C*, patulo *corr. Ebert*
[LXXVI] *sine titulo C f.* 44' 7 tatura *corr.* tanta *C*

1) *Cf. supra p.* 296 *v.* 60 Augia . . felix. 2) *Cf. supra p.* 278 *v.* 18. 3) *Hlotharium alloquitur.* 4) *Cf. Trist. V,* 12, 21 ingenium longa rubigine laesum. 5) *Boetii Phil. consol. I c.* 3 tristitiae nebulis; *Aen. II,* 255 per amica silentia lunae. 6) *Riese Anthol.* 683, 14 Exhilarans variis tristia corda modis. 7) *Cf. supra p.* 387 *v.* 5—6. 8) *Aen. VII,* 657 insigne paternum. 9) *Cf. supra p.* 297 *v.* 22. 10) *Cf. supra p.* 375 *v.* 158; *Sedul. C. P. II,* 97 spes maxima vitae est. 11) *Ov. Ep. XVI,* 140 Spemque sequi; *Fast. VI,* 617 vetat . . Fortuna.

841 Tantum vota tuo placeant tua cunctipotenti,
Nec te firma fides, nec te dilectio linquat,
Quodque decet regem, verus tibi sermo perennet.
Fallere nam levium est, verum retinere bonorum.
25 Excessisse modum [1] videor, sed corde fideli
Eligo culpari nimii pro caumate zeli,
Pectore quam duplici crimen subiisse tacentis.
Hinc repetam cognata meis discrimina [2] fatis;
Quae licet emerui genuini sorde veterni [3],
30 Non tamen ante tuli, patris quam munere vestri
Paupere de fovea protractus [4], ad impia veni
Iurgia turbati vario certamine mundi [5].
In quo multa quidem perpessus inepta sub uno [6]
Fasce rui, cum sancta tui decessio patris [7]
35 Linqueret orbati nutantia pondera [8] regni.
O mors illa gravis [9], mors o lugenda! Quid ista
Morte supervixi, quae quamvis tempore venit
Immatura [10] tuis, venit tamen atque tuorum
Auspiciis medioque viae nos tramite liquit.
40 Experti iam quippe sumus, qua sorte parentum
Funera plangamus [11], domini quam clade beati
Afficiar vel paene cadam, mihi temporis huius
Fert aerumna fidem [12], propriis quia finibus exul [13]
Ut vagus atque fugax aliorum tecta peragro [14];
45 Importuna mei quibus atque molesta laboris
Iam tolerata diu nonnumquam sordet egestas.
Spira, mihi ante alias quondam dispectior urbes,
Et quam noluerim civili nomine pridem
Compellare, meis nunc fessis unica rebus
50 Adiutrix, gremio profugum collegit aperto.
Spira, mihi ante alias praedulces dulcior urbes,
Romuleae dicenda meo iam carmine [15] sedi
Aequalis, non iure loci, sed amore iuvandi.
Nunc oblita mihi iam sunt Alamannica rura [16],
55 Eligo planiciem Francorum, desero terras [17]
Hostibus obsessas, video quas fraude diremptas
Partibus imperii. Quarum moderamina rursus

---

1) *Luc. Phars. II,* 142 Excessit medicina modum. 2) *Trist. I,* 1, 23 repetet mea crimina. 3) *Prudent. Cath. XI,* 63 sordidum | .. veternum. 4) *Cf. supra p.* 383 *v.* 8 pauper honore fruor. 5) *Aen. III,* 128, *Ov. Ep. XV,* 359 vario certamine vici. 6) *Met. VII,* 5 Multaque perpessi claro sub Iasone. 7) *Hludowici Pii XII Kal. Iul. a.* 840. 8) *Art. Am. II,* 263 pondere nutant. 9) *Amor. III,* 9, 38 Mors gravis. 10) *Aen. XI,* 166 inmatura manebat | Mors. 11) *Stati Theb. XII,* 383 mea funera plangis. 12) *Ov. Ep. VII,* 8 fidemque ferent. 13) *Ecl. I,* 62 finibus exsul; *Stati Theb. XII,* 394 vagus exul. 14) *Cf. Aen. I,* 384 Ipse ignotus, egens, Libyae deserta peragro. 15) *Georg. II,* 95 carmine dicam. 16) *hieme anno* 840 *a Hludowico, rege Baioariae, invasa, cf. Ratperti casus S. Galli c.* 18 Nec minus interea Hludowicus Alamanniam penetrans singula loca suae suorumque dicioni subiecit; indeque abbatem in nostro monasterio constituit Engilbertum monachum nostrum. Qua re contigit, ut sicut regna, ita et monasteria diversis erroribus atque laboribus quaterentur. 17) *Ex Ponto IV,* 6, 16 terras deseruitque.

Ni redeant servanda manu, mihi crede[1], sub una. 841
Corporis interitum membrorum demptio gignet.
60 Est veluti proprium et cunctis civile poetis,
Extera regna pati[2], tormentaque mentis amarae
Carmine solari vario. Sub frigore Naso
Congemuit Scythiae[3], Musarum ubi munere tantum
Excoluit, quantum Romanae moenibus urbis[4]
65 Non faceret patriae praedulci nomine captus[5].
Quid memorem[6] magnum pro parvo rure Maronem
Perplexo dulci longo torrente profundo
Ac velut in tabula pinxisse[7] poemate mundi
Totius effigiem, Neptuni et regmina Ditis.
70 Porphyrius propriis longe est depulsus ab oris[8],
Fugit Anaxagoras, Socratem stravere venena[9].
Quid mihi paganos templis inducere sacris?
Ipse pius salvator ait[10], non esse prophetam
Indecorem[11], nisi gente sua patriaque domoque[12].
75 Porrige, sancte, manum, Caesar, tua iura[13] secutis,
Qui sua spreverunt pro te, tua munera tantis
Experiantur, uti sibi nil periisse querantur.
Paupertas, maeror, luctus, angustia, terror,
Me fecere gravem versu depromere Musam.
80 Si laeto fortuna mihi subriserit ore[14],
Tristia deponam dulcesque ciebo Camenas,
Laudibus atque tuis longas impertiar horas.
Tot versus tibi, magne, dedi, devota quot annos
Cultibus explevit venerabilis Anna sacratis[15].

LXXVII.
[DE SANCTO IANUARIO MARTYRE.]

1. Festa, quae magno colimus[16] novoque gaudio, martyr Ianuarius[17] mox fautor invisit dominoque laudum munera perfert.

2. Additur tanto penitus favori Caesar inlustris, cumulatque vota nomini trino tua pacis auctrix pompa, Lothari.

60 poętis *C* 67 *an* Perplexum? *Watt.* 69 neptunique que *deleto C* 77 quaerantura *deleto C*
[LXXVII] *sine titulo C f.* 46 1,2 ianurius *C* 2,2 uot . . *C*

1) *Am. II,* 2, 9 mihi crede. 2) *Aen. IV,* 350 extera quaerere regna. 3) *Ex Ponto I,* 3, 37 Scythico quid frigore peius? 4) *Georg. IV,* 193, *Aen. XII,* 116 sub moenibus urbis; *Met.XIV,* 849, *Fast. III,* 24 Romanae conditor urbis. 5) *Ex Ponto II,* 8, 27 Per patriae nomen; *III,* 2, 81 patriae . . nomine. 6) *Aen. VI,* 123, 601 Quid memorem. 7) *Met. X,* 516 tabula pinguntur. 8) *Publilius Optatianus Porfyrius a Constantino M. imperatore in exilium actus; Fast. I,* 489 Tyriis qui quondam pulsus ab oris. 9) *Boetii Philos. consol. I c.* 3 nec Anaxagorae fugam nec Socratis venenum . . ., quoniam sunt peregrina, novisti; *Luc. Phars. IV,* 320 stravit . . veneno. 10) *Matth.* 13, 57 Non est propheta sine honore nisi in patria sua et in domo sua. 11) *Aen. VII,* 231 Non erimus regno indecores. 12) *Ov. Ep. V,* 117, *XII,* 161 regno patriaque domoque. 13) *Amor. I,* 2, 20 Porrigimus victas ad tua iura manus. 14) *Met. IX,* 242 laeto Saturnius ore. 15) *Luc.* 2, 37 Et haec vidua usque ad annos octoginta quatuor. 16) *Fast. III,* 170, *VI,* 179 festa colebant. 17) *Ianuarium anno demum 871 ex Campania a*

3. Gratias summo ferimus parenti,
qui diem tanti voluit tropei
regis in nostri redimire magno
lumine votum.

4. Concrepat tellus Latium per omne [1];
tota miratur via Transpadani
limitis, quidnam nova gaudiorum
nuntia signent.

5. Alta Penninus iuga flectit [2] horror,
solvit et cautes, retrahit fluenta,
murmurant silvae, silices feraeque,
terra stupescit.

6. Inde Ticini superator amnis
misticis gaudens pariter camenis,
vera respondet stupidasque mentes
erigit orsis.

7. Urbe de magna [3] numeri perennis
unus advenit, iuvet ut beatum
Caesaris nostri populique proni
semper honorem.

8. Hinc viri, matres, iuvenes, senesque [4],
divites, sani, tenues et aegri,
quique quod possunt genus amministrant
laudis honestae.

9. Ipse pugnaces docet et phalanges
instar agnorum reboare laudes
pacis, oblitas odii nocentis,
induperator.

10. Purpuram, sceptrum, diadema, fasces,
militum turmas, decus et paternum
temnit, ut Christi melius honorem
comprobet in se.

11. Nam pedes multis medius catervis [5]
vadit, et sacro scapulas feretro
ossa gesturus preciosa subdit
martyris almi.

12. Clerus orditur sequiturque clerus
gesta mirandae sacra passionis,
militis Christi referens triumphum
vocibus istis:

13. 'Floridam mundi speciem, beate
martyr, ut luti maculas putasti,
respuens omnes vitiantis aevi
pectore noxas.

14. Omne tormentum gladiosque saevos
corde risisti solido, supernam
intuens palmam, genus omne leti [6]
lene putando.

15. Tu pios inter speciale fratres [7]
munus invictae fidei secutus
spiritus inter superos mereris
esse cohaeres.

16. Te sacerdotum veneratur ordo [8],
hostiam temet quia victimamque
vividam Christo sacra proferendo
dona litasti.

17. Tota te plebis populique passim
turba [9] conlaudat dominumque pro te,
quos tui saevam faciunt agones
tempnere mortem [10].

18. Ergo gratanter capito pieque
dona, quae magnus parat [11] imperator,
iam subi sedes tibi praeparatas
munere largo.

19. Illius regnum spatiumque vitae,
coniugem [12], prolem, populum fidelem
semper oratu meritisque, martyr
alme, iuvato'.

9,1 *ad marg. sup.* anime *C* 10,2 patenum *C* 17,4 morter *C* 19,1 uite *C*

milite quodam Alamannico Augiam translatum esse posteri falso tradiderunt (*cf. Mone Quellensammlung zur Bad. Landesgesch. I,* 232).

1) *Aen. VIII,* 4 omne . . | . . Latium. 2) *Ib. VI,* 805 iuga flectit (*cf. Luc. Phars. I,* 304). 3) *Trist. I,* 1, 59 magnam . . in urbem. 4) *Met. VIII,* 525 iuvenesque senesque | Vulgusque proceresque. 5) *Sedul. C. P. III,* 121 mediis . . catervis. 6) *Met. III,* 350 letique genus. 7) *Trist. IV,* 5, 30 pius . . frater. 8) *Cf. supra p.* 314 *v.* 320. 9) *Met. XV,* 729 Huc omnes populi passim . . . . | Obvia turba ruit. 10) *Trist. I,* 4, 27 saevae . . . morti. 11) *Ecl. VI,* 79 quae dona pararit. 12) *Irmingardam, quae a.* 821 *Octobri mense Hlothario nupsit.*

LXXVIII.

O pater, o patris proles[1], o spiritus alme[2],
Une et trine deus nos miserate rege.
Me tua iussa ligant, tua me promissa gubernent,
Luceat in dictis lux tua, quaeso, meis.
5 In te, Galle, deum, in domino te, Galle, fatebor,
Tu pro me sacras funde preces domino,
Ut veniam noxis, dictis moderamina praestet,
Quod nocet evellat, quod iuvat amplificet.

LXXIX.

Hoc opus exiguum[3] Walafridus pauper hebesque[4]
Collegit patrum dogmata lata sequens.
Sed non sponte sua tam magnos venit in ausus[5]:
Dura Reginberti[6] iussio adegit eum.
5 Si quid in hoc, lector, placet, assignare memento
Id domino, quicquid displicet, hocce mihi.

LXXX.

I.

Sic homo consistit, sic corporis illius artus[7]
Expositos Mauro Strabus monstrante tenebo.

II.

Hunc librum exposuit Hrabanus iure sophista
Strabus et imposuit frivolus hos titulos[8].

Accipe nunc demum scripturam, care magister,
Ex alio ceptam, sed de me forte peractam.
Accipe litterulas deformi scemate factas,
Sitque labor gratus, quem fert devota voluntas.

[LXXVIII] *ex codd. S. Galli* 560 *p.* 19, *Monac.* 14720 *f.* 92, *Bernensi* 168 3 *an* ligent? 6 pręces *G* 8 uellat *B*

[LXXIX] *ex cod. S. Galli* 446 *p.* 213, *exstat etiam in cod. Vindobon.* 914 *f.* 36

[LXXX. I] *ex cod. Monac.* 14754 *f.* 80' 1 artes *corr.* artus *Mon.* 2 *post hunc versum secuntur* Homo ab humo dictus est *etc.*, *cf. Goldast Alamannicar. rer. SS.* II, 66 || [II] *ex cod. S. Galli* 283 *p.* 289, 684 *ed. Hattemer Denkmahle* I *p.* 315, *cf. p.* 449, *ubi haec leguntur* Sequentis libri id est leuitici breuissimam adnotationem ego Strabus tradente domno Hrabano abbate, uiro in multis scientiae diuinae eloquiis spectabiliter adornato, quantum tenuitas ingenioli mei permittebat adbreuiare curaui, ut qui memoriae tenacitatem in me non cognosco, saltim ad pittatia glosularum recurrens aliquam eorum, quae mihi tradita sunt, partem recognoscam *etc.*, *cf. Scherrer Verzeichniss p.* 107 1 de...... *G*

1) *Trist. II,* 574 O pater, o patriae cura. 2) *Arat. Act. Ap. I,* 221 spiritus almus. 3) *Libellum de exordiis et incrementis quarundam in observationibus ecclesiasticis rerum; Ex Ponto III,* 4, 5 Est opus exiguum. 4) *Cf. cap.* 15 (*Bibl. patr. Lugdun. XV,* 188) Nos pro modulo tarditatis et ignaviae nostrae commemorasse sufficit. 5) *Met. II,* 328 magnis . . ausis. 6) *magistri.* 7) *Iuvenci H. euang. I,* 621 corporis artus. 8) *Cf. Aretin Beyträge zur ält. Literatur VII,* 519.

LXXXI.
DE EMINENTIA UNITATIS.

Una fides, unum baptisma, unus deus omnium,
Unus item pater est, ex quo omnia et omnia per quem [1],
In quo cuncta manent quaecunque manere probantur.
Non minus ecclesiam per mundum credimus unam,
5 Una etiam cunctos iungit communio sanctos.

LXXXII.
VERSUS DE LAETITIA.

Ecce superno
munere laeti [2]
rebus in uno
stamus amicis.

5 Contulit auctor
sobria dona,
nos ut amemus
more decenti.

Ebrietatis
10 damna vetavit
Christus, ut omne
cor sua norit.

Sic hominum nam
usibus ipsa
15 sunt elementa
praestita rectis.

Ut tamen omne
crimen in illis
aedificare
20 gens pia vitet.

Laetificare
corda rogamus,
munera Christo
reddere laudum [3].
amen.

LXXXIII.
[HYMNUS DE SANCTO SERGIO ET BACHO.]

1. Pangite caeli, reboemus odas,
alma promamus domini trophea,
praecluem sanctis celebremus ymnum
cordis ab imo.

2. Martyres sancti, meritis micantes,
Sergius, Bachus sotii corona
carnis a claustro pariter migrando
sydera supra.

3. Athletae fausti domini superni,
morte devicta [4] superastis arma
hostis antiqui trucis atque cosmi
carnis agone.

4. Nunc coronati fidei favore
vos decus, virtus sequiturque stema,
esse caelestis meruistis agni
sanguine loti.

[LXXXI] *ex S p.* 57
[LXXXII] *ex S p.* 114 9 Ębrietatis *S*
[LXXXIII] *sine titulo S p.* 135 1,3 cęlebremus *S* 4,3 calestis *S*

1) *Eph.* 4, 5 Unus dominus, una fides, unum baptisma. 6 Unus deus et pater omnium, qui est super omnes et per omnia et in omnibus nobis. 2) *Met. XII,* 208 Munere laetus. 3) *Cf. supra p.* 413 *v.* 16, 3. 4) *Iuvenci H. euang. IV,* 758 devicta morte.

5. Qui pius mundi deus ac redemptor
martyr et miles radians herilis
rore robustus roseo [1] salutis
scemate servi.

6. Quem vocat votis polus [2], unda, tellus,
quemque collaudat chorus angelorum,
tacma caelestis Solimae supernae
consona cantu.

7. Quem timens atrox Herebi vorago
daemonum princeps metuit rebellis
zabolus teter sceleris repertor,
mortis origo.

8. Inde vos saecli precium sequentes,
quaesumus, nobis meritis favete,
nosos ut vestris nequeat nocere
civibus istis.

9. Hic topus vester vocitatur alba
civitas sacris decorata gazis,
quem sacrosancti cineres adornant,
somata sancta.

10. Sospitas aegris, iatria lassis,
vosque caelestis veniaque nostris
fertur omissis, timor atque meror
tollitur omnis.

11. Ymniger psallit chorus hicque vobis
concinens nablo sonitu sonoro
cantibus sancti Trophimi videmur
pangere melos.

12. Vos crucis Christi socios rogate,
qui dei patris comitantur agnum,
intra caelorum mereamur urbis
septa subire.

13. Doxa sit patri genitoque Iesu,
pneumati sancto simul ac potestas,
sit tibi trino deitate soli
compar in aevum. amen.

LXXXIV.

Altithronus [3] dominus, qui regnat in arce polorum,
Det vobis requiem vitam donetque perennem [4],
Ac faciat magnum vos scandere limen Olimphi [5],
Livida mortiferaque procul tunc Tartara [6] pellat.
5 Grandis enim vobis mercesque futura manebit,
Mundanis quoniam magnam [7] meruistis in arvis:
Semper enim rectum exercendo vocaberis insons.
Omnipotens deus indigno concedito servo
Dona mihi, quae posco quidem, qui es conditor orbis [8].
10 Auge salutiferamque supra dicto sanitatem,
Nec illum tangat, Christo duce, morbus iniquus,
Dumque caduca manet vita [9], dum flatus anelat.
Aeternam concede domum, qui regnas ubique.

[LXXXIV] *ex cod. S. Galli* 550 *p.* 143 *ed. Rozière Recueil p.* 1062 1 dominus *addidi* in arte *R* 3 Ast *R* 4 Liuido *R* 6 In oleis *R*, Mundanis *correxi* 7 exercente *R* 9 quod posco *R* 10 Augi *R* 11 tangit *R* 12 anelet *R*

1) *Cf. Aen. XII,* 339 rores | Sanguineos. 2) *Hor. C. I,* 2, 25 Quem vocet divum populus. 3) *Hi versus epistolae additi sunt, quam a Walahfrido tunc monacho ad Hrabanum abbatem datam esse veri non dissimile mihi videtur.* 4) *Iuvenci H. euang. II,* 228 vitae .. perenni. 5) *Fast. III,* 415 clivosum scandit Olympum. 6) *Prudent. Ham.* 824 liventia Tartara. 7) *Amor. I,* 1, 35 Magna datur merces. 8) *Prudent. Cath. XII,* 154 orbis conditor. 9) *Aen. X,* 629 vita maneret.

LXXXV.

Praemia[1] perpetui sumpturi maxima regni,
Est qui vita suis, . . dominum colite.
Me precor et vestris precibus mandate tonanti
Vobiscum ut pariter regna poli capiam.

LXXXVI.

Ergo salutetur vestro Prudentius[2] ore
Antistes, nostrae pars preciosa animae[3].
Felices illae, quibus est haec gratia, plebes,
Ut tantos habeant lucis in arce duces[4]!
5 State simul fortes, pugnate viriliter[5], ut cum
Regnetis semper, quos alitis, gregibus.
Este mei memores, sum vestri; debeo vobis
Et voveo totum quicquid amore queo.

LXXXVII.
EPITAPHIUM BERNALDI.

840 Quamvis magna piis meritorum praemia restent,
Parva tamen functis sunt loca corporibus.
Mole sub hac terrae Bernaldi praesulis[6] almi
Membra iacent tumulis[7] insinuata suis.
5 Saxo quidem genere[8] et gremio nutritus in Auuae
Aulica mutato gesta labore adiit.

[LXXXV] *ex eod. codice ed. Rozière Recueil p.* 1035; 2 *an* hunc? 4 partem *R. Indiculo ad abbatem eiusdem sylloges antecedit hoc distichon* (*ib. p.* 1037)

Mella geris tecum firmato gluttine septa;
Dulcia[9] quae dederis quis cupis, ast mihi non.

[LXXXVI] *ex cod. S. Galli* 550 *p.* 139 *ed. Rozière Recueil p.* 1053 3 ille *R* 5 dum *R*, cum *correxi* 7 Esto *R* 8 queo *supplet Man.* Indiculum ad abbatem *eiusdem codicis his verbis clauditur* (*ib. p.* 1048) Hoc vulgare proverbium secundum huius rusticitatis linguam accipias et scias:

Sit salus atque decus tecum pietate paterna,
Sit tibi pacificum tempus et omne bonum.

[LXXXVII] *ex codice Einsidlensi* 326 *f.* 97' 4 Membris *E*, *corr. Mommsen*

1) *Hi versus claudunt epistolam a monacho quodam ad abbatem, ut videtur Augiensem, datam.* 2) *episcopus Trecensis cf. supra p.* 403. *Cf. de his versibus, qui ad formulas Murbacenses pertinent, Carolum Zeumer* (*Neues Archiv VIII,* 480, 497); *Met. VI,* 508 memori rogat ore salutent. 3) *Ex Ponto III,* 4, 69 Magnaque pars animae; *I,* 8, 2 pars animae magna, Severe, meae; *Met. VIII,* 406. 4) *i. e. archiepiscopum, ad quem haec epistola data est, et Prudentium episcopum.* 5) 1 *Cor.* 16, 13 state in fide, viriliter agite. 6) *Argentoratensis, cf. supra p.* 84, *Necrol. Augiense XV.* Kal. Mai. Pernnoltus episcopus (*Boehmer Fontes IV,* 140, 142); *Erchenbaldi Catal. epp. Argentin. v.* 29 (*SS. XIII,* 322) Instituit populum Bernolt bene providus istum; *cf. Chroniken der Oberrhein. Städte, Strassburg p.* 1053. *Inter nomina fratrum defunctorum monasterii Augiensis occurrit* Pernolt episcopus. 7) *Cf. Epitaph. Geroldi v.* 1 Mole sub hac . . servantur membra; *Trist. IV,* 3, 45 cinis in tumulo positus iacuisset. 8) *Cf. supra p.* 84 *Ermoldi elegia v.* 149 Saxona hic equidem veniens de gente sagaci. 9) *Georg. IV,* 101 Dulcia mella.

Hinc honor exhibitus, hinc digna potentia crevit,
Nobileque ornavit vita modesta genus.
Plena viro fuerat geminae prudentia partis
10 . . . .

LXXXVIII.

[REX VENERANDE MEOS VERSUS ADVERTE LIBENTER.]

Rex vivat, valeat iugiter per saecula noste**R**
Egregius forma[1], specie clarusque parent**E**
Xriste potens, terris caelestis perveniat pa**X**
Ut meritis valeat venerando crescere vult**U**
5 **E**sse etiam possit cuncto praeclarus in orb**E**
Namque fides crescat populorum crescat et agme**N**
Ecclesiae, regnat quae quadro cardine terra**E**
Rege tuente cato. Rex, nunc mea dicta libente**R**
Accipe corde pio[2], sic perlege mente seren**A**
10 **N**amque caducus honor volitans et inutile nome**N**
Deficit et tempus rapidum dum cernimus illu**D**
Esse, nihil poterunt transactae gaudia vita**E**
Mille modis[3] fragilem vexat sors aspera mundu**M**
Est fumo similis florescens gloria terra**E**
15 **O**mnia depereunt, turbatus deficit ord**O**
Sic luctu, senio, leto quoque volvitur aeta**S**
Ultima iam quoniam monstrantur tempora laps**U**
Et properat finis tandem inrevocabilis[4] ora**E**
Rex pie, te cupimus meritis augescere sempe**R**
20 **S**emper ut in sacro moderamine[5] sceptra guberne**S**
Ut proceres, medios, minimos discernere sens**U**
Sub pietate queas, quia regum iusta potesta**S**
Aeterna cum rege pio dominatur in aul**A**
Dogmata prudentum procerum seu tempore quicqui**D**
25 **V**enit ab antiquo claro pandente senat**U**
Egregia pro lege stude iam condere cord**E**
Rerum sic poteris causas cognoscere[6] recto**R**
Tales saepe viri sceptris domino placueru**nT**
Et meritis super astra micant in culminis arc**E**
30 **L**aetificum meruere poli stacione tribuna**L**
In Christo valeas, optamus, magne Lothar**I**
Bellipotens David, Salomon aut victor Ioha**B**
Et quicumque deo placuit laudatus in orb**E**

---

9 germine *E*, geminae *coni. M*

[LXXXVIII] *ex D p.* 406 5 cuncta *D* 7 regnat que *D* 19 augescere meritis *D* 24 tempora *D* 27 Re cum *D* reator *D* 30 merueri *D* 32 ioba B *D*

1) ***Met. V,*** 49 egregius forma; *Aen. VI,* 862, *XII,* 275 Egregium forma iuvenem. 2) ***Aen. III,*** 250 Accipite ergo animis atque haec mea figite dicta. 3) *Art. Amat. I,* 756 mille modis. 4) ***Venanti C. IV,*** 12, 1 inreparabilis horae. 5) *Ib. IX,* 9, 7 sacro moderamine; *Aldhelm. laud. virg.* 1173 sceptra gubernat. 6) ***Georg. II,*** 490 rerum cognoscere causas; *Trist. V,* 4, 7 causam . . cognoscere.

Nunc super astra[1] tuum tollat per saecula nome**N**
35 **T**empora sint dicione tua tranquilla, patesca**T**
E caelo veniens nobis pax aurea terra**E**
Recte regas populos[2] generosos atque potente**R**

LXXXIX.

I. DE IIII DIVISIONIBUS ZODIACI VERSUS STRABI.

Bissenis, Aprilis, habes vernale Kalendis
 Par spatium noctis et pariter diei.
Solstitium fervens duodenis aeque Kalendis
 Iulius aestivum fertque refertque[3] tibi.
5 Noveris Octimbrem ternis denisque Kalendis
 Noctis et aurorae aequa tenere loca.
Ianus in australi dinoscitur axe quaternis
 Cursibus et denis figere solstitium.

II. ITEM DE INITIIS IIII VICISSITUDINUM VERSUS EIUSDEM.

Idibus intrat hiems septenis dura Novembris,
Quattuor et ternas Februi ver optinet Idus,
Quinque duasque Idus aestas capit optima Maii,
Augustus septem autumno dat fervidus Idus.

III. ITEM DE CIRCULO DECENNOVENNALI.

Ergo decennovennali sic ordine cyclus
 Tempora dat paribus disparibusve modis.
Primus in his modulis gaudet communibus annus,
 Alter ab hoc aeque munere non rapitur.
5 Sumit et augmentum diffusis tertius horis,
 Quartus item brevior dicitur in numero.
Quintus par quarto cursu non gaudet adaucto,
 Sed sextum voluit prorsus habere moras[4].
Septimus ad longos sese non ducit honores,
10 Tenditur octavus callidus inde magis.
Nam nonum placuit brevioribus indere summis,
 Qui decimum sibimet assimilare queat.
Undecimus potuit longis distendier horis,
 Ille duodecimus sed minuit numerum.
15 Tertius hinc decimus non est aetate profusus,
 Sed quarto decimo longa dedit spatia.

---

37 Regite *D* Expliciunt uersus *add. D*
[LXXXIX. I] De — strabi *M, sine titulo G* 4 feretque *corr.* fertque *M* 7 qua terris *M* || [II] Item — eiusdem *sequitur in M tertio loco, sine tit. G* 2 Quatuor *M* 3 mai *M* || [III] circolo *corr.* circulo *M* 1 decentenouennalis *corr.* decennouennali *M*, decem ille *G* cyclis *M* 5 tecius *superscr.* r *M* 8 abere *superscr.* h *M* 16 spacio *corr.* cia *M*

1) *Aen. VII*, 98, 271 nostrum | Nomen in astra ferant; *Ecl. V*, 51 tollemus ad astra. 2) *Ib. VI*, 852 regere inperio populos. 3) *Ib. IV*, 438. *XII*, 866 Fertque refertque. 4) *Cf. supra p.* 389 *v.* 51.

Inferior decimus numero stat denique quintus,
  Iam sextum decimum adsimilando sibi.
Rursus habet decimus plura agmina septimus ille,
20 Octavum decimum viribus exsuperans.
Ultimus ille iacet, saltu minuatur adempto,
  Maiorum est unus, respicit atque caput.

IV. VERSUS EIUSDEM DE TERMINIS QUADRAGESIMALIBUS.

Octonas Martis coepit lex quinque librorum,
Ast Idus Februi ternas deus unus honorat.
Nonarum senas secum sex vasa tulerunt,
Undenas capiunt Martis duo iussa Kalendas.
5 Idibus in senis alacres stant quinque puellae.
Terna Kalendarum tria munera signa reportant.
Quattuor et denae sex excrevere diebus.
Martius in Nonis bis bina elementa creavit.
Sexta Kalendarum septem fert norma lucernas.
10 Idibus in Februi sociatur trina potestas [1].
Nonarum speciale gerit baptisma quaternas.
Bis bina cursus capimus virtute novenos.
Quartanas Idus septem coluere ministri.
Sensibus ex quinis Martis scrutare Kalendas.
15 Una fides potuit duodenas ferre Kalendas.
Septem Idus ornant paradisi quattuor amnes.
Testamenta duo quartas dant ire Kalendas.
Quindenas capiunt stolidae vix quinque sorores.
Pridie Nonarum posuit tria tempora saecli.

APPENDIX AD WALAHFRIDI CARMINA.

I.
EPITAPHIUM WALFREDI ABBATI.

Dum moreris, quem hic claudit humus, dilecte Walafrid, 849
  Maxima lux nobis interit atque decus.
Deseris ah rapide caros, carus super omnes,
  Moribus ac dulcis, doctus et aptus homo.
5 Lustra tui fuerant non plus quam temporis octo,
  Quando inmatura mors [2] animam expulerat.
Dum Ligeris bibulas transcendis missus harenas [3],
  Hic corpus linquens spiritu ad astra volas [4].

---

18 assimilando *G* 20 exuberans *G* 21 salta *corr.* tu *M* adepto *M* ‖ [IV] 6 signi rep ... *F* 7 Quatuor *M* 9 Sexto *F* feret *corr.* fert *M* 10 sociatar *corr.* tur *M* 11 geret *F* babtisme *M* 14 scruta *M* 15 putuit *M* 18 stolidae capiunt *M* 19 posui *M*
[I] *ex cod. Bodleianae Canonici SS. eccles.* 222 *f.* 111'

1) *Arat. Act. Ap. I,* 205 trina potestas. 2) *Aen. XI,* 166 inmatura .. | Mors. 3) *Georg. I,* 114 bibula deducit harena; *Ov. Ep. XVIII,* 201 bibulis ... harenis. 4) *Trist. III,* 3,61 volat altus in aura | Spiritus.

849 Quindenis raperis Septembris, care, Kalendis,
10 Destituens proprium, pastor, ovile tuum.
Huc tua membra tui referunt tumuloque repostum
Mandant hic corpus terrae[1], animam domino.
Te nunc Auua gemit, sed iam revocare nequibit,
Hinc restat misere fine dolere sine.

II.

ITEM ALIUD.

Huc veniens petiturus, oro, subsiste viator[2],
Pulveris exaudi verba magis quam hominis,
Perpendens ex me tua fata: Quod es, fueram iam[3],
Et tu, quod sum nunc[4], incipis esse cito.
5 Serva animam[5], moneo, rebus nec subde nocivis,
Ut cum mors aderit, vita tibi incipiat.
Sis memor atque mei, quem iam nunc terra resumpsit,
Culpis de propriis dum rogaturus adis. Finit.

III.

Magno in honore dei domini genitricis et almae
Sanctorum quoque multorum, quibus Auua fovetur,
Condidit hoc corpus[6] permissu adiuta priorum
Cura Reginberti scriptoris, in usibus optans
5 Hoc fratrum durare diu salvumque manere.
Et ne forte labor pereat confectus ab ipso
Adiurat cunctos domini per amabile nomen,
Hoc ut nullus opus cuiquam concesserit extra.
Ni prius ille fidem dederit vel denique pignus,
10 Donec ad has aedes quae accepit salva remittat.
Dulcis amice, gravem scribendi attende laborem,
Tolle, aperi, recita, ne laedas, claude, repone[7].

14 dolore *cod.*
[II] *ex cod. Bodleianae Canonici SS. eccles.* 222 *f.* 111' 7 sumpsit *cod.*
[III] *ex Ioannis Egonis libro de viris illustribus Augiae* (*B. Pez Thesaur. anecdot.* I, 3, 655).

1) *Aen. XI,* 22 inhumataque corpora terrae | Mandemus. 2) *Alcuini epit.* 1 (*I,* 350) Hic ... veniens subsiste, viator. 3) *Ib.* 3 tua fata; 5 Quod nunc es fueram. 4) *Ib.* 6 Et quod nunc ego sum tuque. 5) *Met. XIII,* 76 Servavique animam. 6) *Ib. VIII,* 234 corpusque .. | Condidit. 7) *Cf. aliam eiusdem inscriptionem, quam Jaffé edidit* (*Mon. Mogunt.* 425 *n.* 2) In nomine dei patris et filii et spiritus sancti A et O. Hunc libellum ego Reginbertus scriptor, servorum dei servus, cum permissu et voluntate seniorum ad servitium dei et sanctae Mariae ceterorumque sanctorum, quibus in Auua servitur, meo studio ac labore confeci; eumque usibus fratrum inibidem famulantium aptari et conservari deposco; perque deum optestor, ut nulli a quoquam extra monasterium donetur aut prestetur, nisi qui ibi fidem et pignus dederit, donec eum sanum et salvum suo loco restituat. *Codex Augiensis* 109, *qui vitam S. Ianuarii continet, hanc subscriptionem habet* (*Mone Quellensammlung I,* 232): Hunc codicem ego Reginbertus scriptor servorum dei servus cum permissu et voluntate seniorum ad servitium dei et sanctae Mariae ceterorumque sanctorum, quibus in Auua servitur, meo studio ac labore confeci.

IV.

Praestantissimo et ineffabili dilectione nominando Reginberto praeceptori Grimaltus Tattoque supremi auditorum vestrorum discipuli . . . .

Salve flos iuvenum, forma speciosus amoena [1],
Optatam retinendo viam [2] vitamque salubrem.
Ecce tui humiles famuli tibi munera mittunt [3],
Quae animus dudum vester optavit habere.
5 Omnipotens genitor [4], cunctum qui continet orbem,
Te regat et servet semper ubique sanum.

V.

I. VERSUS AD BASILICAM SCRIBENDUS.

Quisquis ad haec sacri concurris culmina tecti [5],
Atque sub ingenti lustras dum singula templo [6],
Sint lacrimae rerum et mentem mortalia tangant [7].
Hic graviter gemitus imo de pectore ducens [8]
5 Irrita non referam, verbis nec frivola fingam,
Lectorem facio certum remque ordine pandam [9]:
Moenia quae cernis quandoque elevata labore,
Olim convulsa agnoscuntur et undique lapsa,
Nudatosque trabes paries vacuatus habebat [10],
10 At nunc aula potens divino plena sereno [11].
Quae disiecta solo rursus fundavit ab imo [12]
Haito [13], completus divino nutu sacerdos,
Fecitque, ut libeat cunctos huc currere cives.
Cuius abundantem venerat Germania sensum [14],
15 Consilio sapiens, animo pius, ore serenus [15],
Dogmata corde tenens plenus ut arca libellos [16]:
Praemia succedant operanti longa salutis [17].

[IV] *ex cod. S. Galli* 914 *p.* 203

[V] *Titulos Augienses, qui secuntur, Fr. Mone ex Collectaneorum Augiensium tomo IV. a Iohanne Egone priore* († 1643) *paratorum primus edidit* (*Quellensammlung für badische Landesgesch.* III, 133—135). *Codicem ipsum, qui nunc in tabulario Caroliruhensi asservatur, liber baro Roth de Schreckenstein, qui eidem praeest, benigna mente usui nostro contulit.* || [I] Versus ad basalam scribendus *Egon,* basilicam *corr. Mone* 3 lacrymae *Eg.* 8 gnoscuntur *Eg.* 14 Germaniae *Eg.* 16 Dogmate *Eg.* tenens *addidi,* pio *suppl. Mone* libellis *Eg.*

1) *Sedulii C. Pasch. II,* 51 forma speciosus amoena. 2) *Ib.* 91 Optatam tenuere viam. 3) *Amor. III,* 1, 57 munus .. mittis. 4) *Aen. X,* 668 Omnipotens genitor. 5) *Venanti C. I,* 2, 1 Quisquis ad haec sancti concurris limina templi; *Aen. II,* 695 culmina tecti. 6) *Aen. I,* 453 Namque sub ingenti lustrat dum singula templo. 7) *Ib.* 462 Sunt lacrimae rerum et mentem mortalia tangunt. 8) *Ib. II,* 288 Sed graviter gemitus imo de pectore ducens. 9) *Ib. III,* 179 Anchisen facio certum remque ordine pando. 10) *Venanti C. I,* 13,5 Nudatosque trabes paries vacuatus habebat 11) *Ib. I,* 9, 19 Emicat aula potens divino plena sereno. 12) *Ib. I,* 10, 11 Deiectamque solo rursus fundavit ab imo. 13) *Herimann. Aug.* 816 Augiae basilica sanctae Mariae a Heitone abbate et episcopo constructa et episcopo constructa et dedicata est. 14) *Venanti C. IV,* 16, 9 Cuius abundantem venerata est Gallia sensum. 15) *Ib. v.* 15 Consilio sapiens, animo pius, ore serenus. 16) *Ib. v.* 13 Dogmata corde tenens plenus velut arca libellos. 17) *Ib. I,* 8, 17 Praemia succedant operanti longa salutis.

823

II. VERSUS AD BASILICAM IN CIBORIO.

Ter trinis Hludovich Francis dum imperat annis,
Obtulit haec in honore Mariae summo tonanti
Munera, conlata hic quae fulgent, Haito sacerdos,
Arcibus in superis optans sua cuncta recondi.

III. PROSA RYTHMICA AD ALTARE SANCTAE MARIAE.

Hanc quique devoti convenitis ad aulam,
Poplitibusque flexis propiatis ad aram,
Cernite conspicuum sacris aedibus altar,
Geroltus [1] quod condidit lamina nitenti
5 Virgineo, quod condecet, almo podori,
Subque voto Mariae intulit in aulam.
Hic agni cruor caroque propinatur ex ara,
Cuius tactu huius sacrantur laminae axis.
Huc quicumque cum prece penetratis ad aram,
10 Dicite, rogo: 'Alme, miserere Gerolto,
Titulo qui tali ornat virginis templum,
Aetheria fruatur felix sede [2] in aevum'.

IV. PROSA RYTHMICA DE ALTARI SANCTI PETRI.

Oves ovilis Christi currite prece supplici,
Mensa adest domini, mentes huc vertite cuncti [3],
Reficite debilia lassae mentis viscera,
Carnes agni edite simul hausto et sanguine.
5 Virus serpentis callidi pellite mente humili,
Ne potata indigne sacra vomatur patera.
Auctorem dati thesauri ne transeat prex humilis,
Odilleoz [4] vocabulo suo hoc auxit voto.

[II] basalam *Eg.*, basilicam *corr. Mone* || [III] Prosa — Mariae *Egon, qui haec addit:* scilicet in Augia sub Waldone erectum, *sine titulo A (cod. Augiensis* 112 *bibl. Caroliruh. saec.* VIII. *exeunt. folio ult.), ediderunt Frid. Mone (Zeitschr. für die Gesch. des Oberrheins* III, 392 a. 1852) *et Eugène de Rozière (Recueil des form. p.* 1143 *n.* 897), *cf. Carolum Zeumer (Neues Archiv* VIII, 481) 1 quicunque *Egon* 4 nitent *A* 5 Virgines *Eg.* aluo pudoris *Eg.* 6 quique *Eg.* 8 lamina A 9 ad arcem *A* 11 ornauit *Eg.* 12 aetherio *A*, aetherea *Eg.*

1) *De Gerolto comite a.* 799 *mortuo cf. supra p.* 274 *n.* 1. 2) *Met. XV,* 448 fruentur | Aetheriae sedes. 3) *Sedul. C. P. I,* 21 mentes huc vertite cuncti. 4) *Heitonis episcopi germanus, matricularius S. Martini Turonensis, de quo Gallus Oheim (Chronik von Reichenau p.* 44 *ed. Barack) haec refert:* hat denocht umb das end sines lebens durch sinen brůder Nunonem in dises closter Owe ainen grossen und sweren knollen silbers gesant, darus Waldo den altar und andre gezierd, darzů dienende, berait und uffrust; *ab Alcuino etiam* fidelis frater Odilleoz *commemoratur (Mon. Alcuin. ed. Jaffé p.* 340 *n.* 75).

Nec minoris gloriae structor dignus habebitur
10 Waldo praesul[1] coenobii suo hoc complens opere.
Petro sacratam aedem tali dotantes munere,
Utriusque sed una manet merces futura polorum.

---

v. VERSUS ANTE IANUAM TEMPLI.

Quisquis sacra ad delubra cupit protendere gressum[2],
Ante fores templi[3] huius pellat corde venenum
Irae, et potius iustae concordia vitae
Ei placeat, cui dux iteris dignatur adesse
5 Christus, quem constat cordis mundi antra cupire.
Nunc iterum loquitur mea cartula omnibus dicens:
'Vota vovete deo reddentes debita pacta[4]',
Luminum amborum salsam profundite undam,
Quaerite largifluis lacrimarum fontibus almam
10 Ianuam, hoc est porta dei, quam quondam electus
Vates praedixit[5] iustis iam perviam esse
His, quibus arcta via est ductrix, ut ad atria vitae
Apte quis iusto moderamine scandere possit[6].

---

vi. VERSUS AD CAPITULUM.

Dulcia quos dudum iungebant foedera[7] legis
Divinae gemina, in quibus sunt iussa salutis,
Auribus percipere[8] studeant et mente devota,
Garrula quam mea nunc quoque prodat litera vocem.
5 Ecce quam, ut psalmista canit[9], bonum esse in unum
Fratres, quos sacri baptismatis unda lotavit,
Quosque salutiferi Christi coronavit oliva.
Hic iugiter propinat Benedictus pocula vitae,
Ardua astriferi hortans per scandere caeli
10 Limina[10] et mundi damnatas linquere gazas[11].
Cui orbis tot quadrati[12] oracula patrum
Uno concentu simul addunt dare salutem
His, quos cura vocavit ad aurea praemia vitae[13].

---

[v] 4 Et *Eg.*, Ei *correxi* 9 lacrymarum *Eg.* || [vi] 2 perdunt iussa *Eg.* 13 domauit *Eg.*

1) *abbas Augiensis a.* 786—806. 2) *Iuvenci H. euang. I,* 241 pertendere gressum. 3) *Met. IX,* 783 templi .. fores. 4) *Aldhelm. laud. virg.* 2106 Vota vovete deo reddentes debita pacta. 5) *Psalm.* 117,20 Haec porta domini, iusti intrabunt in eam. 6) *Matth.* 7,14 Quam angusta porta et arcta via est, quae ducit ad vitam; *Iuvenci H. e. II,* 581 iusto moderamine. 7) *Aen. VIII,* 641 iungebant foedera. 8) *Trist. IV,* 2,68 Auribus ... percipiendus erit. 9) *Psal.* 132,1 Ecce quam bonum et quam iucundum habitare fratres in unum. 10) *Trist. V,* 11,25 caeli .. limina. 11) *Aldhelm. laud. virg.* 761 mundi linquere gazas. 12) *Sedul. C. P. V,* 190 quadrati .. orbis. 13) *Ib. I,* 325 Aurea ... praemia vitae; *Am. III,* 4,26 Cura vocat.

VII. ITEM VERSUS AD CAPITULUM.

Hic adhibete pias monitis caelestibus[1] aures,
Corda rigant iuvenum patrum syntagmata sancta.
Hic fiet idcirco iugiter conventio fratrum
Et pia mellifluis satiant hic pectora[2] verbis.
5 Dulcia, mi nati, fugite non verbera pacis,
Carmen apostolicum vestrae praeponite menti.
Ars solet esse suis praeceptis arcta et amara,
Sed fructus pacis dulcissima mella[3] ministrat.

VIII. VERSICULUS ANTE REFECTORIUM.

Unica quae quondam vino mutaverat undas
Proles supremi et genitoris summa voluntas,
Distribuens populis cumulati et munera farris,
Et mensis a quo est imposita aquatica praeda:
5 Omnes hic satiat diversis lancibus apte
Et duplicata adhibet semper subsidia vitae.
Importuna refraenans his discrimina famis
Ardoremque sitis, cruciat quos saeva cupido,
Ex incantato claris concentibus hymno
10 Corde patris genito, cui una patrique potestas
Semper adest, cuique spiritus sine tempore almus
Et nunc et semper sine fine manebit adauctus.

VI.

[VITA SANCTI GALLI CONFESSORIS.]

Promissi memor ecce mei, Gotzberte[4], quod olim
  Devovi ad praesens solvere, care, volo.
Pulmentum, quod agreste lebes pro tempore prosae
  Apposuit, metricis condiet en salibus[5].
5 Non ignoro aliquos memet culpare morarum,
  Qui quamvis sero debita solvo[6] tamen,
Cum promissa sciant patribus meruisse nepotes,
  Post multosque dies[7] semina iacta[8] meti.

---

1) *Met. I,* 396, *XIV,* 293 monitisque .. caelestibus. 2) *Ib. VI,* 281, *Trist. III,* 11, 35 satia tua pectora. 3) *Georg. IV,* 101 Dulcia mella. 4) *Gozpertum diaconum, Gozperti abbatis nepotem, alloquitur poeta, cf. Ermenrici epist. p.* 34: a devotissimo Gozperto, ne dicas calvo, sed pilis zephali aure tenus nudo, omni tamen sancta benivolentia pleno, felicissimi abbatis Gozperti nepote, cum quadam vi inpulsus sum, ut quod magister devotus non implevit, ego cliens adsecla compleam illum secutus. 5) *Cf. Walahfridi prologum* (*Goldast SS. rer. Alamann. I,* 147) Si dominus permiserit, huius operis agreste pulmentum postmodum aliquibus metrorum condimentis infundam. 6) *Fast. V,* 596 debita solvit. 7) *Met. XIV,* 214, *Trist. V,* 13, 5 Perque dies multos. 8) *Met. V,* 485 Semina iacta.

Iam, ni fallor, enim messes rediere bis octo,
10 Ex quo actus Galli scripsimus egregii.
Tunc Caesar Hludowicus erat nudatus honore[1]:
Nunc heres eius nominis[2] alter adest[3].
Ordior ergo heremo degens, operator in ipsa,
Quam pater incoluit Gallus amatque fovens.
15 Scripturae faciens epigrammata certa prioris
Tritae calle viae[4] gressibus ibo novis;
Quoque magis celsis tanto brevioribus utar,
Iungens contiguis compita multa locis[5].
Suscipe, suscipiant quis cordi est: quod placet alto
20 Auctori tribuant, quod secus hocce michi.

Sol, qui multifluo distinguit lumine mundum, (Vita b. Galli confessoris c. I.)
Cum soleat rubeo nobis oriente renasci,
Alter ab occidua radius tamen ortus[6] Hierne
Transiit ad flavos Alamannica in arva Suebos[7]:
5 Gallum dico patrem, genitum doctore Columba,
Aucta Columbanum signat quem sillaba nobis.
Sub quo vir domini primis edoctus ab annis[8]
Cuncta per ecclesiae crevisse stipendia fertur,
Donec ad emeritos antistitis iret honores[9];
10 Presbiter effectus meritorum munere tanto
Fulsit, ut a cunctis magno coleretur amore[10].
Cumque Columba volens perfecto tramite vitae (c. II.)
Iussa redemptoris complere, ut linqueret omne,
Quod ligat in terris vacuas per lubrica mentes[11],
15 Iret inops mundi peregre, comes impiger illi[12]
Gallus adest. Francos adeunt, perstare rogantur[13],
Exoptant vastis secreta habitacula silvis[14],
Quo solo servire deo cessante tumultu
Libertas secura queat; dat regia pulchrum
20 Silvicolis censura locum[15], fit maxima fructus (c. III.)
Fertilitas sancti. Sed, quae male depulit Adam
Sedibus antiquis, nativo infecta veneno[16],
Femina praeclaros pellit de sede colonos,
Brunni—secunda mali Zezabel cognominis—hilda,
25 Cuius ad omne malum[17] rumor per saecula durat.

[VI] 9 fallor *corr.* fallar *G* (*cod. S. Galli* 587, *de quo cf. supra p.* 266) 11 ludouuicus *G* 19 corde *corr.* cordi *G* || 1 . . ol *G* 10 Prespiter *G* 24 hild *G*

1) *a.* 833 *vel* 834. 2) *Met. XV,* 819 qui nominis haeres. 3) *Hludowicus, Franciae orientalis rex; Ov. Ep. XIX,* 136 forsitan alter adest. 4) *Art. Am. I,* 52 terenda via est. 5) *Amor. III,* 1, 18 in multas compita secta vias. 6) *Met. XI,* 594 radiis oriens. 7) *Lucan. Phars. II,* 51 flavos . . Suebos. 8) *Aen. II,* 87 primis huc misit ab annis; *Ex Ponto II,* 5, 43 primis iunctus ab annis. 9) *Met. XIII,* 594 meritos ut poscat honores. 10) *Venanti C. VII,* 10, 22 cordis amore colo. 11) *Iuvenci H. euang. III,* 375 per lubrica; *Rem.* 150 vacuae menti. 12) *Aen. VIII,* 466 illi comes ibat Achates. 13) *a Sigiberto rege.* 14) *Luc. Phars. III,* 268 vastisque . . silvis. 15) *V. b. Galli* qui vulgo Luxovium vocabatur, *cf. infra v.* 1240 *sqq; Aen. VII,* 676 dat euntibus ingens | Silva locum. 16) *Aen. VII,* 341 Gorgoneis . . infecta venenis. 17) *Ib. VI,* 736 Non tamen omne malum.

Hac faciente simul regisque[1] tyrannide pulsi
Merentes abeunt; nostrae confinia terrae[2]
Ingressi mox regem[3] adeunt, cui tertia cessit
Pars regni[4], memorantque suae commenta repulsae,
30 Rursus et exposcunt tuta statione[5] quietem.

c. IV. Regius assensum praebet favor atque legendi
Optio cessa loci: Tucconia prima paratur
Hospitio, iuxta locus opportunior[6] Alpes,
Cespite quam melior cultore. Hic sancta piorum
35 Turba sedens docet indigenas venerarier unum
Condigna pietate deum, contempnere vana
Idola, amare fidem sanctis cum moribus almam[7].
Gallus ab igne dei succensus fana perussit[8],
Quaeque oblata forent divis sepellivit in undis.
40 Hoc facto, commota novo plebs saeva furore[9],
Daemonibus devota suis, occidere Gallum
Atque Columbanum duris macerare flagellis
Durat, sicque pios simul eiectare colonos.
Haec pater addiscens, illis ventura prophetae
45 More sciens, meritas verbis exaggerat iras[10]:
'Fiat in hac', aiens, 'nostri trux ultio gente,
Transeat ad natos vastatrix poena parentum,
Delyros senium inveniat semperque potentum
Duris imperiis generatio tota prematur'[11].
50 Paret adhuc duratque ingens anathematis huius
Portio, ut electos praegrandia posse sciamus.

c. V. Infecunda videns[12] capiendae corda salutis,
Non poenae mortisve metu[13], sed spe melioris
Lucri tractus abit sociis comitantibus[14] inde.
55 Applicat Arbonam dictum quod nomine castrum,
Quodque Brigantini medium lacus aequoris austro
Subiectum servat, quidam quo forte sacerdos
Willimarus erat, sanctos qui mente benigna[15]
Suscipiens refovere studet, septemque diebus
60 Detinet, ac pastum procurans carnis eisdem
Vitali mentis meruit pinguescere victu.
Colloquio in medio quaerens venerabilis abbas,

---

31 ascensum *G* 38 uana] i. e. templa *G* 39 undis sepellivit indys] i. e. ydolis *G, corr. Man.* 52 . . nfecunda *G* 56 Quotque] sc. castrum *G* 58 Wilimarus *G*

1) *Theodorici, Sigiberti nepotis, qui eo tempore Burgundionibus regnabat.* 2) *Met. XIV*, 7 Siculaeque tenet confinia terrae. 3) *Theodebertum, Austrasiorum regem; Aen. X*, 148 castris ingressus Etruscis, | Regem adit, et regi memorat nomenque. 4) *Ib. III*, 333 regnorum reddita cessit | Pars Heleno; *Fast. V*, 618 Parsque . . terrae tertia. 5) *Ov. Ep. VII*, 89 tuta statione recepi. 6) *Aen. IX*, 531 Opportuna loco. 7) *Venanti C. IX*, 1, 2 alma fides. 8) *V. Galli* fana, in quibus daemoniis sacrificabant, igni succendit. 9) *Aen. V*, 670 Quis furor iste novus? 10) *Ib. IV*, 197, *XI*, 342 dictis atque aggerat iras. 11) *Ib. I*, 54 Inperio premit; *Georg. II*, 369 dura | Exerce inperia. 12) *Georg. II*, 48 Infecunda quidem. 13) *Ex Ponto I*, 2, 127 Multa metu poenae. 14) *Met. XIII*, 631 sociis comitantibus. 15) *Aen. I*, 304 mentemque benignam.

Essetne adiunctis intra locus ullus harenis,
Quo fieri cellam ratio permitteret apta,
65 Audiit: 'In capite ipsius iacet aequoris illud,
Unde Brigantini venere vocabula, castrum,
Vera lacus[1]; ibi structurae vestigia magna
Cernimus antiquae[2], montes terra ipsa lacusque
Inter abundantes laeta pinguedine fructus
70 Reddit et instantem non fallit larga colonum'.
Laude loci pater attractus desiderat ipsum — c. VI.
Visere; mox opera perducitur hospitis illuc.
Nec mora[3], navigio provectus ut attigit oram
Littoris[4] optati, placuit patrique suisque
75 Hospitium; ecclesiam, cursu quae proxima parvo,
Oratum veniunt, veteri quae nomine[5] pridem
Virginis Aureliae sacrata, hoc tempore vili
Ydolio sordebat, ibi simulachra deorum[6]
Parietibus duo fixa[7]: malis erroribus[8] illa
80 Plebs venerabatur supplex tum vota ferendo[9]:
'Hi sunt quippe dei, quibus haec custodibus', inquit,
'Terra viget nostrique locum tenuere parentes'[10].
Cumque resignaret festivum anni orbita tempus,
Confluxit numerosa cohors solempniter, ut non
85 Festa modo coleret[11], verum ut peregrina videret
Corpora sanctorum, quos adfore fama canebat[12].
Tum iussu cogente patris laudabile Gallus
Dogma serit turbis suadens, ut semper adorent
Verbigenam[13] cum prole patrem sanctumque secuti
90 Spiritum ab antiqua Sathane mox peste recedant.
Dixit et templi deportans ydola e septo
Comminuit lacuique dedit sorbenda propinquo.
His ita patratis alii sua crimina fassi[14]
Iussa hylares hausere dei; pars altera[15] priscis
95 In tenebris remanere volens sua pertulit aegre[16]
Auferri simulachra sibi; tum deinde Columba
Basilicae dignum reparans decus erigit aram.
Omnibus officiis cum religione peractis[17]
In sua gaudentes permisit abire catervas.
100 Interea coniuncta parant habitacula templo,

---

66 Inde *G* 67 locus *corr.* lacus *G* 92 Comminuitque que *deleto G* 96 simul simulachra *G*

1) *Cf. Walahfridi prologum* In qua etiam Retia .. Brigantium oppidum iam vestustate collapsum lacui, qui Rheno interfluente efficitur, nomen dedit. 2) *Luc. Phars. IV,* 659 En veteris cernis vestigia valli. 3) *Georg. III,* 110 Nec mora. 4) *Aen. III,* 396 hanc litoris oram; *Aldhelm. de octo princip. vitiis* 361 Attigit optatum lassus de gurgite litus. 5) *Trist. III,* 9, 5 vetus .. nomen. 6) *Met. X,* 694, *Ov. Ep. X,* 95 simulacra deorum; *Luc. Phars. III,* 412. 7) *V. Galli* tres imagines aereas deauratas parieti affixas. 8) *Ecl. VIII,* 41, *Trist. II,* 109 malus ... error. 9) *Aen. XII,* 220 Suppliciter venerans; *Trist. I,* 2, 18 votaque nostra ferunt. 10) *Met. XIII,* 649 locumque ... tenentem. 11) *Fast. VI,* 179 festa colebant. 12) *Luc. Phars. II,* 672 fama canit. 13) *Prudent. Cath. III,* 2 verbigena. 14) *Amor. III,* 10, 24 Fassuram Cererem crimina. 15) *Georg. III,* 286 pars altera. 16) *Met. VIII,* 592 aegre tulit. 17) *Karol. M. et Leo* 522 (*I,* 379) Ex hinc officiis divinis rite peractis.

Instat et arboribus quorundam cura serendis.
Ast alii virides aptant pro viribus hortos,
Retia sed Gallus texens subtilia fratrum
Usibus assiduam piscoso ex aequore praedam
105 Praebuit, ipse etiam populum solamine donans[1]
c. VII. Interdum. Quodam vero dum tempore noctu
Lina daret pelago[2] pecori insidiatus aquoso,
Audiit e summo vicini vertice montis[3]
Vocem terribili quandam clamore vocantem[4]:
110 'Consurgamus', ait, 'pariter, pellamus ut hostes
Hinc adventicios, nam turpe est, advena nudus
Truserit indigenas propriis ut sedibus[5] umquam.
Ipsi equidem simulachra mihi conficta nephandis
Ausibus arcentes templo pepulere meo me,
115 Quodque magis doleo, populo sum exclusus adempto'.
Alter ab aequoreo veluti responsa profundo
Reddidit[6]: 'Heu nota est, quae tete iniuria pressat,
Adversis quam disco meis, namque agminis huius
Unus adest, qui nos devastat et omnia nostra,
120 Qui vel quidquid habet nostro inpenetrabile telo est[7],
Cuncta crucis quoniam vallat munimine sanctae,
Nominis hunc domini praemissa vocatio semper
Tutatur[8], nichilumque putat molimina nostra'.
Per nomen his grande[9] dei discedere mandans
125 Litus adit[10] festinus et abbati omne retexens
Quidquid erat factum dictumque ex ordine pandit[11].
His pater auditis fratres concurrere fecit,
Et, prius inciperent domino quam solvere grates[12],
Montibus in summis[13] confusos daemoniorum
130 Audivere sonos[14] velut hac de sede meantum;
Laudibus insistunt dominique iuvamina poscunt.
c. VIII. Nonnulli interea cives documenta perosi
Sanctorum abiciunt odiisque procacibus instant[15].
Hac ratione ducem illorum pulsare locorum[16]
135 Aggressi dicunt: 'Venatio publica propter
Hos adventicios turbatur tota peritque'.
Hos motus dux ire iubet[17], de sedibus illis

---

110 bellamus] id est expellamus *G* 121 fallat] i. e. circumdat *G* 123 deputat *corr.* putat *G* 130 meantium] id est discedentium *G* 133 abiiciunt *G* 137 Hos] i. e. nuntios *G*

1) *V. Galli* quin etiam adventantes peregrinos huiusmodi iuvit solatio et de eodem labore assiduas populo benedictiones exhibuit. 2) *Georg. I,* 142 pelagoque . . trahit humida lina. 3) *Aen. II,* 682, *IV,* 168, *XI,* 526 summoque in vertice montis. 4) *Ib. XII,* 638 me voce vocantem; *Met. IX,* 294 clamore vocabam. 5) *Aen. III,* 167 propriae sedes. 6) *Georg. III,* 491 responsa . . reddere. 7) *Cf. Aen. X,* 481 nostrum penetrabile telum; *Prudent. Psych.* 516 nostro foret inpenetrabilis auro. 8) *V. Galli* quia invocatio divini nominis de ore eius numquam recedit. 9) *Trist. II,* 118 Grande . . nomen. 10) *Met. XIV,* 598 Litus adit Laurens. 11) *Aen. VI,* 723 atque ordine singula pandit. 12) *Ib. I,* 600 grates persolvere. 13) *Ib. X,* 766, *II,* 626 summis . . in montibus. 14) *Ib. XII,* 619 Confusae sonus urbis; *Art. Am. II,* 156 Audiat optatos . . . sonos. 15) *Aen. X,* 692 odiisque . . instant. 16) *V. Galli* ducem nomine Gunzonem. 17) *Aen. VII,* 154 Ire iubet.

Qui sanctos abigant, quin fraudibus insuper auctis
Civibus ab nequam sanctorum bucula furto
140 Abstrahitur. Quam dum fratres indagine quaerunt
Sollicita, accensi solita feritate latrones
Obtruncant spoliantque pios; aliique sequentes
Caesos inveniunt cellaeque perempta reportant
Corpora: tunc omni vallati ex parte dolore
145 Ancipitique malo caris de sedibus aegre
Cedentes statuunt Italos pede tangere fines[1].
Tristatos pater ipse sacri solamine verbi
Mox relevans: 'Fratres, his vas in partibus aureum[2]
Reperimus saevis plenum serpentibus', inquit,
150 'Cedat tristitiae nimis exitiabile pondus,
Noster enim dominus Latias nos mittet in oras[3],
Inveniemus ubi sedes cum pace quietas'[4].
Cumque dies abitum sanctis provisa pararet[5], c. IX.
Protinus invasit Gallum subitanea febris,
155 Unde patris pedibus procumbens[6]: 'Aegrio', dixit,
'Acriter atque ideo non possum pergere tecum'.
Cui pater eximius respondit talibus orsis[7],
Mente sub ancipiti languorem febris anhelae[8]
Convolvens, nichil esse putans quod voce fideli
160 Asseruit comes indubius sanctusque sacerdos:
'Nunc onerosa tibi quoniam mea iussa videntur,
Et remanere cupis potius quam iungere gressum,
En, dum sole fruar[9] patiens ergastula carnis,
Haud tibi missarum liceat celebrare tenorem,
165 Linquere me quoniam gestis fratrumque catervam:
His monitis parere velis[10], dulcissime fili'.
Haec fuerant postquam, properavit abire[11] Columba,
Vir domino carus, nulli pietate secundus[12].
Sanxerat idcirco Christi praesaga voluntas
170 Lite sub almigera sociam disiungere vitam,
Quorum non fuerat dispar sed spiritus unus,
Una fides, eadem purae dilectio mentis,
Auctior ut messis amplis consurgeret agris.
Sedibus en variis potiuntur rite coloni,
175 Tempore quo valeant extremo offerre maniplos
Multiplices largitori qui cuncta gubernat.
O nimium felix[13] talis dissensio patris,

---

138 auctis (*gl.* id est augmentatis) *superscr.* ortis *G* 145 carum *corr.* caris *G* 155 e̊gi] i. e. infirmor *G*

1) *Aen. III*, 440 fines Italos mittere. 2) *Sedul. C. P. Prol.* 14 aurea vasa. 3) *V. Galli* ad Agilolfum Langobardorum regem; *cf. Rem.* 797 Libycis .. missus ab oris. 4) *Ib. I*, 205 Tendimus in Latium, sedes ubi fata quietas | Ostendunt. 5) *Ib. VIII*, 213 cum iam . . . | . . abitumque pararet. 6) *Fast. II*, 720 procubuisse pede. 7) *Met. IV*, 54 Talibus orsa modis. 8) *Sedul. C. Pasch. III*, 34 Febris anhela; *Ex Ponto I*, 10, 5 febribus uror anhelis. 9) *Prud. Cath. Praef.* 3 fruimur sole. 10) *Met. II*, 126 Si potes his saltem monitis parere paternis; *Fast. III*, 760. 11) *Aen. IV*, 310 properas .. ire. 12) *Anthol. ed. Riese I*, 1, 2 Vir . . . nulli pietate secundus. 13) *Aen. IV*, 657 heu nimium felix.

Gratia quam domini multis prodesse volebat,
Ut iubar hoc geminum gemina sub luce[1] micaret,
180 Ne torpere seges raro cultore valeret,
Neu culmos inter fallax succresceret herba[2],
Herba veneniferae violat quae pectora sectae,
Quin potius dignam caperet mercede coronam[3]
Iudicis adventu districti terribilisque.
185 Utere, sancte pater, caelestibus utere donis[4],
Quae largitor opum[5] concedit moribus almis.
Ergo ubi progreditur domini dilecta columba,
Ut solet infirmis medicus conferre salutem[6],
Qui tantum iussu clades morbosque refrenat,
190 Contulit hic Gallo peregrinis munus in arvis.
Presbiter hunc quidam[7] propriis commendat alumpnis[8].
Obsequio quorum, domino miserante, recepit
Corporis amissas vires et robur ademptum.
Caelitus auxilium meruit, qui ferrea corda[9]
195 Vomere facundo excoluit, sulcavit[10], aravit.
Fare pias domino grates, Germania tota,
Errorem qui te per Gallum spernere iussit,
Finibus ex aliis doctorem dando peritum.

c. X. Hinc pater aufugiens hominum consortia solus
200 Desertis habitare locis[11] desiderat, ac mox
Famine mellifluo levitae fatur in aurem[12],
Hilti — cuius erat nomen baptismate — boldus,
Qui solitus fuerat piscosam saepe catervam
Retibus inmissis ad litus ducere apricum,
205 Venatu accipitrum pariter qui lustra viarum
Omnia nota habuit, gressus simul atque regressus,
Taliter hunc rogitat meritis confessor opimis:
'O levita, mihi dulci sociatus amore[13],
Propter amicitiam mentis tibi dindima pando.
210 Est animo fixum semotam ducere vitam[14],
Si deus annuerit, cui solo disco placere.
Usibus his qui sit locus oportunus amico
Pectore demonstra: tua nam vestigia sector'.
Ille sub haec humili respondit voce[15] minister:
215 'Imperiis parere[16] tuis libet, o pater alme,

---

191 Prespiter *G* 199 .. inc *G* 205 ancipitrum *corr.* accip. *G* 209 dindima] haimliche fuersatz *G* 214 magister *corr.* minister *G*

1) *Met. XIV,* 725 geminaque .. luce. 2) *Ecl. IV,* 24 et fallax herba veneni. 3) *Fast. II,* 105 Capit ille coronam. 4) *Met. XI,* 102 usurus donis; *Georg. IV,* 1, *Met. XIII,* 289 caelestia dona. 5) *Prudent. Contra Symm. II,* 435 Tutor opum, . . ., largitor honorum. 6) *Sedul. C. Pasch. II,* 231 cupiens conferre salutem. 7) *Willimarus, cf. v.* 58. 8) *V. G.* duobus clericis suis Magnoaldo et Theodoro. 9) *Aldhelm. de octo princip. vit.* 93 ferrea corda. 10) *Luc. Phars. I,* 168 duro sulcata Camilli | Vomere. 11) *Aen. II,* 28 Desertosque videre locos. 12) *Aen. V,* 547 sic fatur ad aurem. 13) *Fast. V,* 653 dulci tanguntur amore. 14) *Aen. IV,* 15 animo fixum; 340 ducere vitam. 15) *Sedul. C. Pasch. III,* 248 Vox humilis. 16) *Art. Am. II,* 221 Paruit imperio.

Omnibus in rebus, sed nunc quod poscis abhorret.
Sunt quoniam diris animantibus avia plena[1],
Haec peragrant ursi et collectio saeva luporum,
Est tellus montosa nimis praeruptaque saxis[2].
220 Idcirco vereor, ne, si tu veneris illuc,
Talibus a monstris patiaris scandala plura'.
Gallus ad haec loquitur stabili sub corde beatus:
'Oris apostolici talis sententia fertur[3]:
Nil nocet adversi quos protegit ardua virtus[4],
225 Vincimus in domino contraria cuncta saluti,
Constat enim quaecumque bonis contingere possunt,
Omnia prosperitate frui successibus almis.
Daemonis haud formido minas, quia diligo Christum.
Pergamus pariter, quo nos divina voluntas
230 Ire iubet[5], sit nobiscum benedictio patris
Altithroni[6], quem cuncta tremunt archana polorum'.
Iunxerat his dictis optantia verba minister:
'Sume tibi sumptus et parvum rete, magister,
Cras compos recte voti efficiare[7] benigni,
235 Inveniens sedes quaesitas; perfice coepta:
Angelus, eduxit qui te tellure paterna,
Dirigat ille tuum gressum[8] virtute potenti,
Annuat atque operis laeto iam fine potiri'.
Tunc pater egregius grates laudesque frequentans[9] c. XI.
240 Ceperat ire viam[10] socio ducente ministro.
Cumque dies solito nonam contingeret horam,
Conpellat Gallum praecursor dictus et infit:
'Corporis ut vires recreemus, tempus adhaeret'.
Cui domini famulus: 'Tu fac quodcumque necesse est[11],
245 Ast ego nullius capiam ientacula victus,
Ante michi quam cara deus habitacula monstret'.
Ille sub haec: 'Socius non ponderis esse recuso[12],
Qui consors cupio solaminis esse futuri'.
His ita concordi ieiunia lege diurna
250 Pertulerant, itiner peragentes passibus aequis[13].
Vergit ad occasum solis[14] iam linia suetum
Tempore, quo veniunt ad Steinaha nomine rivum.
Offendunt illic pisces in gurgite nantes[15]

---

235 coepta *corr.* cepta *G* 243 adheret] i. e. adest *G* 245 iantacula *G* 248 esse cupio esse *eraso G*

1) *Met. I,* 72 Neu regio foret ulla suis animantibus orba. 2) *Rem.* 179 praeruptaque saxa. 3) *Rom.* 8, 28 Scimus autem, quoniam diligentibus deum omnia cooperantur in bonum, iis, qui secundum propositum vocati sunt sancti ... 31 Si deus pro nobis, quis contra nos? 4) *Art. Am. II,* 537, *Luc. Phars. IV,* 576 ardua virtus. 5) *Cf. supra p.* 137. 6) *Iuvenci H. euang. II,* 62 patris altithroni. 7) *Art. Am. I,* 486 et voti postmodo compos eris. 8) *Aen. V,* 162 huc dirige gressum. 9) *Iuvenci H. euang. I,* 117 laudes gratesque frequentent; *Aldhelm. de laudib. virgin.* 920 grates laudesque frequentat. 10) *Aen. IV,* 468 Ire viam. 11) *Cf. Aen. III,* 478, *IV,* 613, *VI,* 514. 12) *Ib. II,* 704 nec, nate, tibi comes ire recuso. 13) *Ib.* 724 non passibus aequis; *Ex Ponto I,* 4, 32 peregit iter. 14) *Georg. II,* 298 ad solem vergant .. cadentem; *Ex Ponto I,* 4, 30 Solis ad occasus. 15) *Aen. I,* 118 nantes in gurgite vasto.

Quam plures, quos apprensos assare studebant,
255 Ignibus accensis, Cereris quis munera[1] iungunt.
Haec quoque dum fierent, oratum Gallus abivit
Ad loca, quae fuerant vepribus inculta nocivis.
Corruit his irretitus vernaculus almus:
Quem cum sustentare studet levita beatus,
260 Gallus ad haec: 'Sine me', dixit, 'dulcissime fili,
Iste quidem casus sublimia dona ministrat[2],
Hic requies michi certa datur mercesque laboris'[3].
Finitis precibus[4] signum crucis erigit, in quo
Depositum retinens sanctorum[5] capsa pependit.
265 Qua coram dominum peterent cum more sueto
Vir supplex humilisque, pius sanctusque viator,
Vix tenui victu praemissa laude fruuntur.
Post haec ad iussum famulatur belua[6] sancti,
Congeriem ligni ferventibus ignibus addens[7].
270 Aestimat hoc comitem quod gessit posse latere,
Sed non occulitur modio praeclara lucerna[8],
Quin potius manifestatur per culmina sanctae
Ecclesiae cunctis pandens exempla probata.
Conditor ut mundi iussit sua facta tacere[9],
275 Quando suos caros in montem duxit alumpnos:
Haud aliter vetuit levitam Gallus amicum,
Prodere ne vellet quae viderat acta stupenda.
c. XII. Interea lucis radios conspergere Phebus
Incipit, atque suo iam terminat ore quietem
280 Nocturnam solito Tytan splendore coruscans[10].
Tunc levita pio alloquitur sermone patronum:
'Dic, hodie quid facturi sumus, oro, magister.'
'Ne graviter toleres quod suadeo, postulo, frater:
Haud decet, ut vacui nostram redeamus ad aulam,
285 Presbitero quaequae potius sed dona feramus[11],
Gaudeat ut nostro venatu antistes amatus.'
Reddidit his verbis contraria verba minister:[12]
'Est adeo gratum quod praecipis, optime doctor,
Nec labor est[13], pariter iam nunc gradiamur ad amnem,
290 Subsidium nobis forte praebebit benignus
Conditor, eximiis opibus qui ditat egentes'[14].
Iverat his dictis ad ripam fluminis[15], ecce

---

262 michi requies *G* 269 fruentibus *G* 273 Exclesie *corr.* Ecclesie *G* 285 Prespitero q̄ *G*

1) *Met. XII,* 12 accensis .. ignibus; *V,* 343 Cereris .. munus. 2) *Aen. VIII,* 181 Dona ... ministrant; *Iuvenci H. euang. III,* 600 sublimia dona reservat. 3) *Aen. III,* 393, *VIII,* 46 Hic locus urbis erit, requies ea certa laborum. 4) *Met. I,* 548 prece finita. 5) b. dei genitricis Mariae et sanctorum martyrum Mauricii et Desiderii. 6) descendens ursus de monte. 7) *Met. IX,* 234 avidis comprenditur ignibus agger, | Congeriem silvae. 8) *Matth.* 5,15 Neque accendunt lucernam et ponunt eam sub modio. 9) *Cf. Matth.* 17,9. 10) *Venanti V. Martini III,* 57 splendore coruscans. 11) *Aen. II,* 49; *VIII,* 284 Dona ferunt. 12) *Iuvenci H. euang. I,* 395 Reddidit his Christus dictis contraria dicta; *Met. XIV,* 301 Verbaque dicuntur dictis contraria verbis. 13) *Ov. Ep. IV,* 137 Nec labor est. 14) *Iuvenci H. euang. I,* 102 Largifluis humiles opibus ditavit egentes. 15) *Met. II,* 637 Fluminis in .. ripis.

Femineos habitus stantes in littore nudos
Conspicit, actutum hoc viso levita reversus
295 Atque dei famulo per singula cuncta retexit,
Daemonis instinctu quae viderat audieratque.
Nec mora [1] confestim solitis bellator in armis
Caelitus auxilium, divino numine fretus,
Submissis precibus confisus postulat aiens:
300 'Tu deus omnitenens, cui servit regia caeli [2],
Suscipe, quaeso, meos miserato corde precatus,
Quatinus iste locus mundetur sorde maligna
Spirituum nequam, quos iussio sancta tuorum
Hinc procul expellat servorum deiciatque
305 Atque in honore tui benedictus nominis extet.
Hic tibi solvantur laudum praeconia [3] semper,
Hic tibi reddantur iustorum vota [4] virorum,
Hic maculae peccatorum tergantur avitae'.
Vix ea fatus erat [5], gemitus cum murmure [6] saevo
310 Daemones incipiunt iamiam discedere velle.
Quos ille increpitans denuntiat atque minatus,
Amplius ut numquam deserta habitacula quaerant.
His lemures fugiunt compulsi talibus orsis [7].
Post haec cum traherent e gurgite lina beati,
315 Culmine de montis muliebri voce gementes
Auditu capiunt larvas et talia fantes [8]:
'Heu nobis, quae spes et quae fiducia restat [9],
Sedibus e cunctis propellimur atque fugamur,
Non iuga, non montes, non devia lustra ferarum [10],
320 Non latices habitare vacat, non denique rura.
Hic peregrinus amat nostras evertere fraudes,
Artibus atque suis molimina nostra retundit,
Exploratque vias, per quas nos sternere possit'.
Saepius hos audit gemitus [11] levita deinde
325 In saltu quodam, cui mons vicinus adhaeret,
Mons, qui Caelestis vocitatur more latino [12].
Talia cum fierent, abeunt fantasmata dira, c. XIII.
Copia serpentum post haec in vallibus illis
Ingens horrebat, quos depulit inde beatus
330 Imperio forti, domini robustus amore.
Vipereae fraudes merito cedunt pietati,
Per quam religio divini nominis orbi
Innotuit, fidei postquam fundamina crescunt.

---

304 deiiciatque *G* 305 Ac in *G* 309 gemmitus *G* 310 Demonas *corr.* nes *G* 327 dyra *G*

1) *Cf. supra v.* 73. 2) *Iuvenci H. euang. I,* 483 thronus est cui regia caeli; *Met. II,* 298 regia caeli. 3) *Ex Ponto IV,* 8, 45 peragunt praeconia laudum. 4) *Amor. I,* 7, 36 votaque redde; *Rem.* 813. 5) *Aen. I,* 586, *II,* 692 Vix ea fatus erat. 6) *Ib. I,* 55 magno cum murmure. 7) *Cf. supra v.* 157. 8) *Aen. I,* 131 talia fatur. 9) *Ib. II,* 75 quae sit fiducia; *I,* 556 nec spes iam restat. 10) *Georg. II,* 471 saltus ac lustra ferarum; *Iuvenci H. euang. I,* 365 umbrosos montes et lustra ferarum. 11) *Ov. Ep. XIV,* 35, *Met. IX,* 297 meos audit gemitus. 12) *V. Galli* de quodam monte, qui Himilenberg dicitur.

Non pars esse potest infido et valde fideli[1],
335 Daemonici cunei[2] pellit sociamina Gallus
Errorisque locum in sanctum mutavit asilum.

c. XIV. Hinc remeant, ubi vexillum crucis[3] ante locabat,
Et levita: 'Pater, castrum repetamus', et ille
'Ut libet, o fili, proprias invisito sedes[4],
340 Ast ego post triduum, domino duce, te sequar exin'.
Reddidit his verbis contraria dicta minister[5]:
'Te sine, virtutum doctor pariterque operator,
Ante oculos veniam nequaquam patris amati
Presbiteri, quoniam non audeo solus abire,
345 Obiciat ne forte mihi: 'Cur, quaeso, patronum
Solivagum linquens ad me properare volebas,
I citus et[6] propere Gallum revocare studeto'.
Sanctus ad haec: 'Fili dulcissime, calle citato[7]
Accelera gressum, post te velocius ibo'.
350 Haec postquam fuerant veraci dicta tenore,
Levita redeunte domum[8], sine teste remansit
Illic per triduum sanctus ieiunus et absque
Omni corporei victus solamine nudus.
Hic tantum, ut certum est, divinis pascitur escis,
355 Angelicis dapibus saturat quem larga potestas[9].
Quattuor exactis consueto more diebus
Ad cellam sancti Gallus remeavit amatus
Presbiteri, quem mox humili sub corde salutans
Omnimodas grates solvit laudesque rependit[10],
360 Quod duce levita nil est perpessus acerbi.
Haec dum perciperet laetanti pectore[11] vates,
Apposuit mensam[12], simul et post verba sacrata
Prandere incipiunt, domini praeconia fantes.
Nuntius interea venit[13], qui talia narrat
365 Presbitero collaudanti miracula Galli:
'Transiit e mundo praesul Gaudentius urbis
Constanti- meritis et felix actibus -ensis'.
Hoc ubi suggessit, qui nuntia tristia gestat,
Presbiter et Gallus toto conamine mentis
370 Insistunt precibus dignis lacrimisque[14] benignis
Pontifici veniam rogitantes voce sub una[15]:
'Da requiem famulo solventi debita carnis,
Vivorum rector defunctorumque redemptor.

337.. inc *G* 344. 358 Prespiteri *G* 345 Obiiciat *G*

1) 2 *Cor.* 6, 15 Aut quae pars fideli cum infideli? 2) *Sedul. C. Pasch. IV,* 145 Daemonico cuneata globo. 3) *Ib. I,* 321 crucis vexilla coruscant. 4) *V. G.* Tu, inquit, fili, ut placet ad propria revertere; *cf. v.* 112. 5) *Cf. supra v.* 287. 6) *Arat. Act. Ap. I,* 480 I citus et. 7) *Ib. I,* 54 calle citato. 8) *Met. X,* 442 domum rediit. 9) *Sedul. C. Pasch. I,* 133 Angelicos .. cibos; *III,* 15 tunc larga potestas. 10) *Iuvenci H. euang. I,* 96 Magnificas laudes animus gratesque rependit. 11) *Ib. II,* 342 laetanti .. pectore. 12) *Ov. Ep. XVI,* 75 adposita .. mensa. 13) *Fast. VI,* 674 nuntius ore venit. 14) *Ov. Ep. IV,* 175 Addimus his precibus lacrimas quoque. 15) *Met. XV,* 607 vox .. una; *Aen. V,* 616.

Destinat interea vati mandamina princeps, c. XV.
375 Cui nomen Gunzo clarum posuere parentes[1],
Actibus illustris et nobilitate decorus.
Ille sacerdotem poscit, petit, orat, ut ad se
Caelicolam Gallum celeri sub tramite ducat[2],
Eius ut effuso mereatur sospite nata[3]
380 Oratu mentis mestos amittere luctus[4].
Sola fuit certe genitori haec filia tantum,
Cuius erat facies splendens in ymagine Phebi[5],
Quam valido vexat cruciatu daemon iniquus[6].
His miserabilibus morbis substrata iacebat[7],
385 Esurie marcet, potum somnumque refutat,
Angitur interius diro compressa dolore[8],
Ceu sine mente[9] volutatur per sordida cena;
Inguina crudeli percussus acinace verres:
Haud aliter spumas iaciens[10] insana puella
390 Aestuat atque dolet, meret, tristatur, abhorret.
Spreverat haec etiam missos a rege[11] nefandos
Pontifices, quibus inproperans commissa reatus
Insanae mentis bachatur turbine saevo[12].
Ardentes oculi[13] signant, quod spiritus atrox
395 Possidet interius praecordia[14] pectoris atri.
Presbiter interea Gallum compellat et inquit:
'Principis an nosti mandatum, care magister,
Imperat, absque mora ut pariter veniamus ad illum.'
'Hoc itiner, fili, tu perfice, quid mihi, quaeso,
400 Est cum divitibus mundi primoribus atque?
Ad loca nunc redeam, quae sunt habitacula sola'.
Haec aiens Gallus, respondit talia vates:
'Noli, sancte pater, noli mihi dicere contra,
Ne tibi vim faciat rabida dux percitus ira[15],
405 Lictores mittens, qui te violenter ad illum
Usque locum rapiant, quo nosmet iusserat ire.
Haud ita: quin potius pariter tendamus ovantes
Perficere imperium devoti principis exin'.
Vir domino plenus respondit talia Gallus:
410 'Crede mihi[16], frater dulcissime, vates amate,
Ibo prius cellam fratresque revisere nostros[17],

---

380 ammittere *G* 388 s *ante* uerres *deletum est G* 408 exim *G* 411 fratres querereuisere *G*

1) *Fast. II,* 479 regi nomen posuere Quirites; 733 clarum .. nomen. 2) ad Iburningas villam. 3) *Frideburga; Aen. XI,* 56 sospite . | . nato; *Met. VII,* 425 laetatur sospite nato; *Sedul. C. Pasch. III,* 248 sospite nata. 4) *Aen. XI,* 38 maestoque ... luctu. 5) *Met. IV,* 349 referitur imagine Phoebus. 6) *Sedul. C. Pasch. III,* 73 quos non mala daemone pauco, | Sed legio vexabat atrox. 7) *Iuvenci H. euang. IV,* 292 morbisve iacenti. 8) *Ib. I,* 411 tristi compressit corda dolore. 9) *Aen. X,* 640 sine mente. 10) *Met. VII,* 282 spumas eiecit. 11) *Sigiberto, Theodorici filio.* 12) *Amor. II,* 9, 28 miserae turbine mentis agor. 13) *Georg. III,* 505 ardentes oculi. 14) *Aen. VII,* 347 praecordia ad intima. 15) *Met. VII,* 413 rabida qui concitus ira. 16) *Ov. Ep. XIII,* 155 Crede mihi. 17) *Iuvenci H. euang. IV,* 509 sociosque revisere vestros.

Qualiter erga illos maneat miseratio Christi[1],
Quam teneant vitae communi tramite normam'.
Dixerat haec domini miles, quia noluit ire,
415 Ut dux presbitero mandaverat ante beato.
Confestim Gallus dilectam venit ad aulam,
Atque valefaciens illis, quos reperit illic,
Fratribus Italiam se finxerat ire duobus
Assumptis, itiner sed per iuga Retia flectens[2]
420 Venerat usque locum, vicino monte relicto,
Sennia qui gentis vocitatur more vetusto[3].
Indeque digressi veloci tramite vicum
Ad quendam veniunt[4], in quo tunc forte manentes
Offendunt illic hominem rumoris honesti
425 Nomine Iohannem iustum sanctumque benignum,
Levitam castum, placidum, dominumque timentem.
Hic Gallum comitesque suos confovit amicis
Obsequiis, grates domino laudesque repensans[5],
Hospitio meruit proprio quod cernere sanctae
430 Religionis amatores cultusque venusti.
Iste quidem solitus fuerat levita Iohannes
Pauperibus Christi gratis solamina ferre
Atque iuvare inopes et sustentare misellos.
Vir domini Gallus simulat se mente serena
435 Confecisse itiner prolixum tempore parvo[6].
Tunc inibi septem pariter mansere diebus
In precibus pernoctantes ymnisque sacratis.
Triverat in vacuum numquam sua tempora[7] Gallus,
Sed meditabatur semper caelestia iussa,
440 Perpetuam quibus ad requiem pertingere posset.
Felix Galle, vale per tempora cuncta beatus!

c. XVI. Presbiter interea, de quo iam diximus ante,
Audito abscessu Galli conscendere scalmum
Protinus accelerat, quae sunt et gesta retexit
445 Gunzoni, quem dux confestim calle citato[8]
Imperat, ut redeat velox Gallumque reducat,
Quatinus eripiat possessam a daemone saevo
Temporibus multis natam; mox addit et inquit:
'Si Galli meritis laetabor sospite nata[9]
450 Praesulis ad culmen meme pertinget agente,
Insuper eximiis opibus ditabo[10] patronum
Pervigilem, cautum, nescit qui fallere quemquam[11].

---

413 tenet uite cōm *G* 442 .. biter *G* 443 scalmum] id est nauim. Nota quod scalmus est linthea nauis, que uiscoso bitumine linitur, ne aqua subintret, etiam a verbo linio — is quaere *G*

1) ***Iuvenci H. euang. I,*** 463 Illum nam domini miseratio larga manebit. 2) ***Aen. VII,*** 35 Flectere iter; ***Art. II,*** 428 Flecte iter. 3) ***Aen. XI,*** 142, ***Fast. VI,*** 309 de more vetusto. 4) ***V. G.*** venerunt in heremum, quae Sennia nominatur, indeque ad proximum vicum qui dicitur Quaradaves digressi. 5) ***Cf. supra*** *v.* 359. 6) ***Ov. Ep. III,*** 24 parvo tempore; ***Met. II,*** 668. 7) ***Ov. Ep. VII,*** 142 Et teris .. tempora longa; ***Luc. Phars. III,*** 26 nullum .. vacuum sit tempus. 8) ***Cf. supra v.*** 348. 9) ***Cf. supra*** *v.* 379. 10) ***Cf. supra v.*** 291. 11) ***Georg. II,*** 467 et nescia fallere vita.

Haec postquam princeps, festinat abire sacerdos.
Eius ut obsequium valeat complere. Deinde
455 Pontifices veniunt Sigiberti dona ferentes [1],
Regis honorifici, quos miserat inclytus heros,
Ut sibi sponsatam sanarent rite puellam,
Pestibus infestis quam vis inimica fatigat [2].
Cumque preces illi fudissent [3] summa precantes
460 Atque simul praesentarent regalia dona,
Inchoat haec cernens, nimio languore peresa [4],
Daemonis horrendi impulsu virguncula bachans
Excutere e vinclis diris manibusque tenentum [5],
Insequiturque sacerdotes mucrone retecto [6],
465 Sed non praevaluit, voluit quod spiritus ater [7],
Obloquiturque per os vesanae atque exprobrat uni
Ex illis dirum frendens male pestifer anguis:
'Si me sede cupis prisca exstirpare, profane,
Cur tecum non duxisti, turpissime, natam,
470 De te quam genuit sublato nonna pudore?
Haud secus egrediar, nisi venerit illa'; deinde
Taliter inproperat socio commissa nephanda:
'Tu tribus extiteras corruptor virginitatis
Atque pudicitiae scelerata mente [8] puellis;
475 Propter adulterium vobis parere recuso,
Vos ob tale scelus non formidare valebo.
Novi quem timeo, timui quem quemque timebo,
Est vir apud dominum virtutis nomine Gallus
Egregiae [9], meritis felix et dignus opimis,
480 Expulit audacter qui me de sede cupita,
Cuius ad imperium, si venerit, ocius ibo [10].
Audeo contra illum nullo subsistere passu,
Saepe meas, ubicumque fui, destruxerat artes:
Compulit et quia dux illum loca linquere cara,
485 Quae prius incoluit meditans habitare seorsum,
Principis idcirco natam nunc valde fatigo,
A qua non, nisi per Gallum, removebor in aevum'.
Talia cumque furens vesanis frenderet orsis,
Unus pontificum maxillam percutit atque
490 Bachanti iratus denuntiat ore puellae:
'Obmutesce [11], sile, retice, falsissime daemon,
Mendax, crudelis, verique relictor honoris,
Humani generis deceptor, lubricus anguis [12],
Oppilato fores, per quas inimica venena
495 Prima tulit mulier, quae assensum praebet iniquo

---

455 sigiberto *G* 463 dyris *G* 472 nephando *corr. in* da *G* 487 non *addidi*

1) *Cf. supra v.* 285. 2) *Aen. XII,* 150 vis inimica propinquat. 3) *Aen. VI,* 55 funditque preces. 4) *Iuvenci H. euang. I,* 441 languoris tabe peresos. 5) *Fast. II,* 650 manibus .. tenet. 6) *Arator. II,* 423 gladii mucrone retecto. 7) *Iuvenci H. e. II,* 45 spiritus ater. 8) *Trist. I,* 2, 100 mens .. scelerata. 9) *Aen. VII,* 257 virtute futuram | Egregiam. 10) *Ib. VIII,* 555 Ocius ire. 11) *Cf. Marc.* 1,25 Obmutesce et exi de homine. 12) *Aen. V,* 84 lubricus anguis.

Suasori, cum qua cecidit generosa propago,
Quam potiore statu reparat divina potestas'.
Aestimat haec narrans praesul, quod diceret illa
Alite de gallo, qui nuntius esse diei
500 Creditur[1] et lucis quem novimus esse ministrum.
His ita transactis vates remeare parantes
Ad sua confusi redeunt regique reportant
Singula quae fuerant et gesta ex ordine pandunt[2].
Illius exemplum supplex imitatur et almus
505 Vir domini Gallus fugiens per opaca locorum[3],
Funditus ut posset vacuum vitare favorem,
Quem plebs cuncta sibi regem poscebat[4], at ille
Declinans homines et per deserta moratus[5]
Omnibus insinuans[6] humanam spernere laudem.
510 O quam mira dei maiestas atque potestas,
Cui nil esse potest abstrusum nilque latere!
Quamlibet occultis felix tegeretur in arvis,
Omnia qui cernit praesentia sive futura
Athletae Gallo tantum servavit honorem[7],
515 Eius ut in precibus claresceret ardua virtus[8].

c. XVII. Haec post verba quidem studuit repedare sacerdos
Atque dei famulum perquirere calle sagaci,
Hunc sicubi posset forsan reperire[9] latentem.
Collibus investigatis et montibus aspris
520 Tunc demum . . . in spelunca reperit illum,
Pane salutifero pascentem cordis acumen.
Ad quem prostratis genibus sic fatur[10] et inquit:
'Obsecro te, venerande pater[11], carissime Galle,
Pergere ne mecum titubes ad principis aulam,
525 A quo larga tibi parantur dona[12], magister,
Tantum si natam sanaris peste remota,
Quam nimis infestat daemon crudelis et horrens.
Te dux accersit, te quaerit teque precatur,
Quo per te incolumem mereatur cernere natam[13].
530 Exceptis aliis, quae vult tibi tradere, donis[14]
Pontificis faciet sublimi sede[15] potiri'.
Talibus de rebus fierent cum verba vicissim,
Ecce repente supervenit levita Iohannes,

---

497 statura parat *G* 499 que *corr.* qui *G* 501 parentes *corr.* rantes *G* 504 imitator *corr.* tur *G* 507 ab *corr.* at *G* 510 magestas *G* 516 .. ec *G* 520 solum *fortasse supplendum est* 531 faciat *corr.* et *G* 532 e rebus *G*

1) *Prudent. Cathemer. I,* 1 Ales diei nuntius | lucem propinquam praecinit. 2) *Cf. supra v.* 126. 3) *Aen. II,* 725 Ferimur per opaca locorum. 4) *Ioh.* 6, 15 Iesus ergo, cum cognovisset, quia venturi essent, ut raperent eum et facerent eum regem, fugit iterum in montem ipse solus. 5) *Aen. XI,* 514 Per deserta .. adventat. 6) *Ib. II,* 228 cunctis | Insinuat. 7) *Ib. V,* 601 patrium servavit honorem. 8) *Cf. supra v.* 224. 9) *Aen. V,* 807 nec reperire viam ... posset. 10) *Cf. supra v.* 201. 11) *Aen. IX,* 276 venerande puer. 12) *Ecl. VI,* 79 quae dona pararit. 13) *Sedul. C. Pasch. V,* 237 meruerunt cernere vultum. 14) *Met. VII,* 754 Dona .. traderet. 15) *Iuvenci H. euang. IV,* 53 sublimi sede.

Dona ferens[1] famulo solito potusque cibique.
535 Quem cum vir domini Gallus cognosset adesse,
Multimodas egit grates[2] pro munere tanto
Virtutum domino, tribuit qui commoda solus.
Discubuere simul convivae valde fideles[3]
Presbiter et Gallus fidissimus atque Iohannes.
540 Inter et has epulas rimantur[4] iura polorum.
Famine tunc humili Gallus compellat amicum[5]
Presbiterum: 'Obstantem nobiscum ducito noctem[6],
Cras miserante deo tecum proficiscar'. At ille
Annuit his precibus[7] consensum valde libenter.
545 Audito Gallum discedere velle Iohannes,
Speluncae fieri custos deposcit et optat
Omnibus atque modis cellam servare magistri.
Sanctus ad haec: 'Fili, bene te dixisse memento,
Tramite praepropero mihi nunc loca visere nostra
550 Est cordi[8], post haec castrum ad remeabo citato'.
Antistes iurat Gallum, contraria dictis[9]
Ne faceret, complens potius pia famina factis,
Ne reus existat voti[10], quod voverat ipse.
Presbiter hinc certus solitam repedavit ad urbem.
555 Cumque dei famulus directo calle veniret
Ocius ad cellam indulgens sua membra sopori[11],
Unam cum sociis noctem transegerat illic.
Mane iterum vincto fratrum duplicamine caro
Venerat ad castrum, quo postulat ire sacerdos.
560 Repperit ecce inibi legatum principis almus,
Illos qui summo nisu properare coegit.
Indicat hic etiam: 'Triduo iam perqueseverat
Absque cibo dira frendens sub clade puella'.
Quo audito sancta sub religione manentes[12]
565 Presbiter et Gallus conscensis navibus[13] ultro
Undas per vitreas remis sulcantibus aequor[14]
Principis usque domum veniunt sub nocte sequenti[15].
Talia iure quidem sancti metabula carpunt,
Quos divina salus refovet, veneratur, honorat.
570 Actibus egregiis clarescit gratia Christi,
Quae e celsis humiles, e parvis efficit altos,
Elatos spernit, contempnit valde superbos,
Respicit atque inopes, subiectos ditat egenos:

---

534 famulos *G* 544 conssum *G* 558 iuncto *corr.* vincto] i. e. assumpto *G* 560 almus] scil. sanctus Gallus *G* 568 *gl.* metabule dicuntur prospere nauigaciones

1) *Cf. supra v.* 285. 2) *Met. X*, 682 grates immemor egit. 3) *Ib. VIII*, 565 Discubuere toris Theseus comitesque. 4) *Aen. VI*, 599 rimaturque epulis. 5) *Ib. II*, 372 verbis compellat amicis. 6) *Georg. III*, 379 noctem ludo ducunt. 7) *Met. VIII*, 352 precibus deus annuit. 8) *Aen. XI*, 369 regia cordi est. 9) *Met. XIV*, 301 dictis contraria verbis. 10) *Aen. V*, 237 voti reus. 11) *Iuvenci H. e. IV*, 205 membra sopore | Solvuntur. 12) *Aen. III*, 409 Hac casti maneant in religione. 13) *Ib. I*, 381 conscendi navibus aequor. 14) *Iuvenci H. euang. I*, 355 vitreas .. undas; *Ex Ponto I*, 4, 35 vastum sulcavimus aequor. 15) *Fast. III*, 63 Saepe domum veniunt; *II*, 245 oriuntur nocte sequenti.

Haec dignata fuit Gallo servare decorem[1]
575 Virtutis tantae, quem noverat esse ministrum
Iustitiae, ut captam sanaret mente[2] puellam,
Daemone quae graviter doluit possessa superbo.
c. XVIII. Ergo age[3], nunc sancti virtus patefacta nitescat,
Qui vir apostolicus Germanis constat in aevum.
580 Iusserat interea princeps intrare cubile
Conspicua domini famulos virtute serenos,
In quo nata iacet flatu lassata maligno.
Una non solum, varia sed peste[4] laborans
In gremio matris ceu mortua strata videtur,
585 Nil valet obtutu, penitus nil sentit et aure,
Officio manuum fraudatur, lingua tepescit,
Funditus olfactu proprio gustuque carebat,
Intus et exterius cuncto spoliatur honore.
Quid loquar[5] horrisonas clades, ad cetera pergam.
590 Talis pestifero fetor fumavit ab ore,
Qualem nec sulphur calefactum reddere suevit[6],
Omnia namque dolet, quoniam persuasor iniquus
Facturam domini spiritu nudavit ab omni.
Presbiter et Gallus, veluti dux imperat, intrant,
595 Ingressique domum[7] confestim sanctus ad alta
Sustollit mentem, corpus prostravit[8] ad arva,
Tales atque preces humili de pectore manant:
'Tu dee celsipotens, solus qui condis abyssum,
Aequora cui parent, cui caeli obtemperat ordo,
600 Sumere qui carnem voluisti ex virgine sacra,
Sanguine qui proprio solvisti debita mortis,
Cuius in aeternum nos passio sancta redemit,
Quique prius fuimus mersi caligine caeca[9],
Per te nunc fidei lucem gaudemus habere,
605 Tu qui cuncta potes, merito qui solus ab aevo
Diceris omnipotens, te postulo, deprecor, oro
Submissis precibus[10] vilis supplexque minister,
Quatinus impurum iubeas exire latronem,
Gaudeat et mulier ferali mente relicta
610 Atque tibi valeat condignas reddere laudes,
Neve tui iuris famuletur plasma tyranno'.
His ita libatis surrexit Gallus et illam
Protinus erexit, quam repperit ante iacentem,
Atque invasorem tali sub lege cohercet[11]:
615 'Per patris et nati nomen flatusque benigni
Impero, praecipio, contestor, iuro fidelis,

577 *in hoc versu desinunt glossae* possessa] i. e. detenta *G* 587 proprioque que *eraso G*

1) *Met. XIII,* 480 decus servare. 2) *Ib. IV,* 62 captis . . mentibus. 3) *Georg. I,* 63, *Aen. II,* 707 Ergo age. 4) *Georg. I,* 181 variae inludant pestes. 5) *Ecl. VI,* 74, *Trist. II,* 399 Quid loquar. 6) *Art. Am. I,* 256 quae de calido sulpure fumat, aquam. 7) *Met. VII,* 724 Ingrediorque domum. 8) *Trist. III,* 5, 33 Corpora . . . prostrasse 9) *Aen. III,* 203 caeca caligine; *VI,* 267 caligine mersas. 10) *Cf. supra v.* 299. 11) *Venanti Carm. VI,* 1, 96 reliquos bene lege coercet.

Ut linquas hoc plasma dei[1], infandissime daemon'.
Haec cum sanctifico depromeret ore[2] beatus
Intentis oculis Gallum prospexit[3] et exin
620 Spiritus inmundus crudeli perstrepit ore:
'Tune es Gallus', ait, 'qui me confundis ubique,
Sedibus eque meis longe lateque repellis?
Quid tibi conmerui peccaminis atque reatus?
Te propter sociosque tuos hanc principis huius
625 Invasi natam, quam me nunc linquere cogis.
Quo nunc ire iubes[4], haec si loca desero, Galle'?
Spiritui nequam respondit talia sanctus:
'Est tibi supplicium per saecula multa paratum,
Cuius finis erit nullus, nec terminus ullus,
630 In quo perpetuo cruciabere tempore, daemon,
Illuc vade miser, ubi sunt incendia plura,
Est ubi nulla quies, gemitus, fragor, horror et ingens[5],
Illuc perge, Sathan, lugens sine fine dierum,
Portio nulla tibi domini cum plasmate iam sit
635 Ulterius, crudelis, atrox, perverse, rebellis'.
His dictis cunctis cernentibus ore puellae
Exit avis veluti fuligine tetrior omni
Spiritus horribilis, austerus, turpis et impos.
Haec avis emissam praecessit forte columbam,
640 Plantator vitis quam destinat ut revolaret,
Foedere quae rupto[6] non est conversa retrorsum,
Inmundis dapibus sed pascitur arte nociva.
Haud mora, continuo[7] surrexit femina sospes,
Sospes et incolumis gaudenti est reddita matri.
645 O pietas veneranda dei, quae talia confert
Humano generi famulos per valde fideles!
Filia sanatur, laetantur iure parentes,
Cernentes domini laudant magnalia[8] summi:
Gloria trina deo, qui condidit omnia solus.

650 Dux igitur Gallum natae persuasus amore — c. XIX.
Muneribus ditat[9] variis opibusque benignis,
Insuper et supplex sincera mente poposcit,
Quatinus ad culmen dignetur scandere summi
Praesulis et pondus renuat non tale subire.
655 His dictis Gallus contraria dicta rependit[10]:
'Visibili pater egregius dum sole fruetur[11],
Et dum vitali vescetur flamine[12] carus
Iure Columbanus pietatis ydoneus auctor[13]

---

619 exim *G* — **624** socioque *G* — **632** et *addidi* — **636** Nisi *corr.* Hiis *G* — **650** . . ux *G*

1) *Prudent. Cath. III,* 185 plasma dei. 2) *Cf. supra p.* 279 *V. S. Mammae IV,* 7. 3) *Met. XIII,* 573 prospiciens oculis. 4) *Aen. III,* 88 quove ire iubes? 5) *Ib. VIII,* 527 fragor . . ingens. 6) *Georg. IV,* 492 rupta tyranni | Foedera. 7) *Ib. IV,* 548 Haud mora, continuo. 8) *Sedul. Hymn. I,* 59 cernunt magnalia caeci. 9) *Iuvenci H. euang. II,* 322 ditabunt munera frugis. 10) *Cf. supra v.* 341. 11) *Cf. supra v.* 163. 12) *Cf. Aen. I,* 546, *III,* 339. 13) *Fast. II,* 543 Aeneas, pietatis idoneus auctor.

Presbiteri officium vetitus sum tangere sanctum.
660 Audeo quocirca numquam pia iussa magistri
Fraudibus illicitis perrumpere, ne michi forte
Ceu transgressori contingat passio poenae.
Corporis ergo prius leto me dedere cordi est[1],
Quam violare patris mandatum mente rebelli.
665 Sed tamen ut faciam, princeps, quaecumque suades,
Ante per indiculum dulci insinuabo magistro
Quod cupis et quod vis fieri quod suggeris atque,
Et si permissum sancti intellexero patris,
Tunc curae pastoralis non sperno cathedram'.
670 Dux ait ad Gallum: 'Bene tu dixisse videris,
Ergo, pater felix, fiat tua verba secundum,
Sit tibi vita comes[2], domino moderante superno,
Pacis honore pio[3] per saecula cuncta fruaris'.
Tunc donis secum sumptis venerabilis exul —
675 Exul erat certe, sicut sermone docemur
Psalmigraphi, cuius talis sententia fertur[4]:
'Incola sum peregrinus' et hic velut ante fuerunt
Antiqui patres, quorum de stirpe venimus —[5]
Certatim accelerat summo conamine nitens[6],
680 Quo vada salsa[7] queat celeri superare faselo[8].
Aequoreos fluctus[9] dum verrit corbita levis,
Non cessat sanctum Gallus cantare celeuma[10].
Imperat interea princeps, ut menia cellae
Pleniter instaurarentur conamine sancto
685 Iuxta dispositum sancti doctique patroni.
Cercyrus[11] ut patitur remis agitantibus aestum[12],
Ad litus donec veniat quod gestit amatum:
Haud aliter potuit Gallus requiescere, donec
Ad certum finem pertingeret hora precatus.
690 Aequora transvectus castrum, quod nomine avito[13]
Arbonam vocitant Galli, subit, intrat et illic
Pauperibus Christi, caecis reliquisque misellis,
Pupillis, viduis, mancis et compede pressis,
Carcere detentis, manicis pedicisque ligatis[14],
695 Omnibus his tribuens solamina grata beatus
Usus in proprios nil quaerit habere repostum.
Munificis manibus fluxerunt dona cupita,
Funditus expendit caeli possessor in arvis,

670 Duxit ad *G* 677 uelud *G* 683 inter.. *G* 687 gessit *G*

1) *Cf. supra v.* 550. 2) *Aldhelm. Aen. I,* 16, 3 Cum mihi vita comes fuerit. 3) *Fast. V,* 49 in honore pio. 4) *Cf. v.* 223; *Ps.* 118, 19 Incola ego sum in terra. 5) *Aen. I,* 626 ortum antiqua Teucrorum ab stirpe. 6) *Cf. supra v.* 369. 7) *Aen. V,* 158 vada salsa. 8) *Prudent. Perist. V,* 497 concito | pontum phaselo scindere. 9) *Met. XV,* 604 fluctus | Aequorei. 10) *id est carmen navale, cf. celeusma illud Columbani, quod edidi in annalibus nostris VI,* 191; *Venanti Carm. VIII,* 19, 6 quando celeuma canit. 11) *Ov. Halieut.* 102 Cercyrusque ferox scopulorum fine moratus. 12) *Met. XIII,* 728 remis aestuque. 13) *Met. III,* 538 per aequora vecti; *VI,* 239, *IX,* 708 nomenque inponit avitum. 14) *Venanti C. II,* 16, 77 Compedibus validis alter manicisque ligatus.

Quae princeps terrenus ei conferre valebat,
700 Ut sibi divitias mercetur in arce polorum,
Quas nullus dare quit, nisi conditor unus et ipse.
Discipulus quidam Magno-cum cerneret -aldus,
E cunctis opibus nil conservasse magistrum,
Illum adiit tacito et memorat[1] se velle tenere
705 Vas quoddam pretiosum argentei valde metalli
Caelatum variis sculpturis undique fabre:
Inde queunt fieri calices et pocula[2] sancta,
Pocula sancta quidem sacris altaribus apta[3].
Gallus ad haec: 'Fili, semper memor esse studeto
710 Infirmo cuidam loquitur quod claviger aulae
Aethereae summus duodeni Petrus honoris[4]:
'Aurea dona mihi non sunt, argentea desunt'.
Quapropter miserere inopis, miserere tuimet[5],
Et quod nunc restat laetus largire libenter.
715 Nonne Columbanus, praeceptor valde peritus,
Munera sancta litans in vasis libat aenis,
Crederis ac specie confixus, Christe, metalli'[6].
. . . .
Insuper et gemmas auri argentique[7] probati — c. XXI.
Almigero libras curavit[8] mittere Gallo,
720 Quo memor esse sui[9] dignetur semper in aevum,
Seque suos domino committens mente fideli.
His ita decursis devoto pectore[10] Gunzo
Omnibus in rebus confert solamina sancto,
Usibus ut propriis habitacula digna pararet.
725 Ecce dei in famulo completur sermo prophetae
Dicentis[11]: 'Dominum metuunt qui corde sereno,
Illis deficiet numquam quodcumque necesse est'.

Exin transactis aliquantis forte diebus — c. XXII.
Edicto celebri cunctos praecepit adesse
730 Primates, proceres, comites vatumque senatum,
Consilio quorum regalia frena gubernat
Imperii[12] rector, Sigibertus nobilis heros,
Ut sub famosa sociaret lege puellam
Regali thalamo[13], quam sponsam diximus ante.
735 Foedera taedarum solempni more parantur[14],

---

713 inopi *G* 716 bibat enis *G* 717 *Librarii neglegentia hic omissa sunt, quae Walahfridus capite* XX *et maiore ex parte quae capite* XXI *memoriae prodidit* 725 Exce *corr. in* Ecce *G* 726 qui *post* dominum *deletum est G* in *ante* corde *deletum est G* 728 . xin *G* 732 herus *G*

1) *Cf. supra v.* 28. 2) *Ecl. III,* 36 pocula ponam | Fagina, caelatum divini opus Alcimedontis. 3) *Arator. Act. Ap. I,* 552 sacris altaribus apti. 4) *Act.* 3, 6 Petrus autem dixit: Argentum et aurum non est mihi. 5) *Aen. XI,* 365 Miserere tuorum. 6) *V. Galli* fertur et salvator noster clavis aeneis cruci confixus. 7) *Aen. I,* 359 argenti pondus et auri; *Met. XIII,* 704 auro gemmisque. 8) *Sigibertus rex.* 9) *Ex Ponto I,* 3, 36 inmemores non sinit esse sui. 10) *Iuvenci H. euang. I,* 610 devoti pectoris. 11) *Ps.* 33,10 Timete dominum omnes sancti eius, quoniam non est inopia timentibus eum. 12) *Fast. I,* 532 imperii frena tenere. 13) *Aen. IX,* 594 Germanam nuper thalamo sociatus habebat; *Iuvenci H. e. III,* 742 Regales thalamos. 14) *Met. I,* 658 taedasque parabam.

Diversis opibus cenacula tota replentur,
Atria collucent vario decoramine fulta [1],
Vestibus ornatur pretiosis [2] aulica plebes,
Porticuum splendent laquearia pariete miro.
740 Aedibus in cunctis epulae celebrantur et ymnis.
Cantibus assiduis laetatur turma virorum,
Verruntur camerae, florum collectio [3] vernat,
Pulvinar struitur iucundo valde tapeti [4].
Stant circum [5] iuvenes, pueri, innuptaeque puellae [6]
745 Laude sub excelsa alternantes festa thororum.
Copia magna virum concentu personat alto
Regiis conubiis exoptans voce secunda.
Est illic sonitus vario cum carmine pulcher:
Hinc cytharae dulci resonant modulamine plures,
750 Organa [7] concrepitant [8] altrinsecus et lyra garrit.
Omnia lingua nequit percurrere [9] festa iocorum,
Illic quae fuerant moderato gesta tenore.
Magnificis opibus [10] regem magnoque paratu [11]
Agmina constipant procerum cum milite multo [12].
755 Solus in orbe micat veluti sol luce diurna [13]
Syderibus pulsis, noctem quae clara [14] serenant:
Haud aliter proceres inter Sigibertus opimis
Moribus effulget virtutibus atque coruscat,
Delectos heroas transcendit gestibus altis.
760 Ut micat exterius princeps vibrantibus armis,
Interius rutilat sic mens edocta perite.
Talis enim decuit praedictum gloria regem,
Undique qui victor substrato gaudet iniquo.
Subiugat imperium, nequam superatque rebelles,
765 Tutatur miseros, clemens defendit egenos.
Has inter species, tali decoramine fretus
Progreditur princeps pulcherrimus optimus atque.
Talia cum fierent obsonia, rector honorus
Famine blandiloquo sponsam compellat et inquit:
770 'O generosa patris pariter matrisque propago,
Dulcior et cunctis natabus virgo venusta,
Pignore legitimo iungamur coniugiorum,
Sit nobis sociale decus castumque cubile [15],
Iura pudicitiae teneant commercia nostra,

---

743 vicundo *G* 766 inter . ss. *G* 772 legittimo *G*

1) *Venanti Carm. IX,* 9, 25 Templa .. specioso fulta decore. 2) *Met. X,* 263 ornat quoque vestibus artus; *Luc. Phars. II,* 385 pretiosaque vestis. 3) *Met. V,* 399 Collecti flores; *XIII,* 928 collectos .. flores. 4) *Aen. IX,* 325 tapetibus altis | Exstructus. 5) *Aen. II,* 767 Stant circum. 6) *Georg. IV,* 476; *Aen. II,* 238, *VI,* 307 pueri innuptaeque puellae. 7) *Venanti Carm. IV,* 7, 13 Organa .. cecinit modulamine dulci. 8) *Karol. M. et Leo* 180 Cornua concrepitant. 9) *Aen. VI,* 627 Omnia poenarum percurrere. 10) *Fast. IV,* 400 magnificas ... opes. 11) *Met. VI,* 451 magno ... paratu. 12) *Luc. Phars. IV,* 254 spoliatus milite multo. 13) *Prudent. Apoth.* 629 nocte diurna. 14) *Ov. Ep. XVIII,* 34 pulso sidera clara die; *Ex Ponto II,* 2, 10 Clara .. sidera. 15) *Aen. VIII,* 412 castum ut servare cubile | Coniugis; *Ex Ponto III,* 1, 73 socialis amor foedusque maritum.

775 Gaudeat et proles sanctorum stirpe parentum
Progenita exultet, laetetur tempore cuncto.
Illa sub haec: 'Audi, princeps karissime, quaeso,
Non mihi sunt vires, tabescunt corporis artus[1],
Passio dira mihi membrorum subtrahit usum,
780 Idcirco nequeo praeceptum foedus inire[2].
Annuat omnipotens dominus mihi robur ademptum[3],
Vestris o utinam post haec conspectibus utar.'
Hos rex suscipiens grata cum mente[4] precatus
Una cum sociis remeavit laetus ad aulam.
785 Solibus inde quidem septenis rite peractis,
Octavae noctis cum iam prope tempus abiret[5],
Basilicam ingreditur Stephani devota puella,
Martyris illustris Stephani sanctique patroni,
Ut matutinos domino persolveret ymnos.
790 Illic deponens regalis vestis[6] honores
Propositi actutum melioris sumpsit amictum,
Quo se virgineum signaret velle pudorem
Conservare, frui dum posset flatibus aurae[7].
Caelesti nupsit sancta sub dote marito,
795 Coniugium quae terreni contempsit amici.
Virgo sacrata fuit postquam velamine sumpto,
Pectoris e fundo voces emiserat istas[8]:
'O martyr preciose dei, qui primus honoris
Iure coronatus, proprio qui sanguine Christo
800 Testamen verax dispungis, sancte minister,
Suscipe, quaeso[9], meos clementi corde precatus,
Quos in honore tui, martyr levita beate,
Mentibus haud dubiis et simplo pectore fundo,
Regis honorifici motes cor quatinus a me,
805 Velamen capitis non auferat omne per aevum[10],
Quo sum iuncta deo, mundano ablata marito[11].'
Nec mora, fama volat[12] velox et principis auri
Insinuat, quod virgo dei clam gesserit, exin
Rector honorificus summates iussit adesse,
810 Pontificesque suos nonnullos atque ministros,
Consultu quorum regni pia sceptra regebat.
Talibus atque illos dictis compellat et inquit[13]:
'Quid super hac sit re censendum promite, quaeso.'
Tunc Arelatensis Ciprianus praesul, amicus
815 Iustitiae, audacter respondit talia regi:
'Constat enim hoc voto se constrinxisse puellam,
Tempneret ut mundi illecebras luxumque caducum,
Atque deo protectori serviret in aevum,

779 dyra *G* 791 acutum *G* 802 martir *G* 808 exim *G*

1) *Iuvenci H. euang. I*, 621 splendebunt corporis artus. 2) *Met. III*, 294 foedus initis. 3) *Cf. v.* 193. 4) *Ex Ponto IV*, 1, 7 mens .. grata. 5) *Amor. I*, 6, 40 Tempora noctis eunt. 6) *Ep. XVIII*, 43 deponere vestes. 7) *Fast. I*, 428 flatus . . . aura. 8) *Met. XV*, 657 Et placido tales emittere pectore voces. 9) *Venanti Carm. I*, 17, 1 suscipe quaeso libenter. 10) *Arator. I*, 1067. 11) *Fast. I*, 451 coniunx abducta marito. 12) *Cf. supra v.* 73; *Aen. III*, 121 Fama volat. 13) *Cf. v.* 769.

Eius si donis truculentum evaderet hostem.
820 Ob quam rem tibi, rex, vitandum est atque cavendum,
Illam ne repetat daemon qui fugerit ater[1],
Umquam si fuerit vestro sociata cubili,
Perficiat potius votum pro munere tanto'.
Comprobat hoc dictum[2] rector pariterque senatus
825 Omnibus atque modis placuit sententia talis.
Ecclesiam post haec magna comitante caterva[3]
Rex pius ingreditur splendens ornamine multo.
Iusserat et vestes afferri valde nitentes,
Stamine quas molli subtemen[4] iungit opimum,
830 Talibus ut sanctam decoraret rite puellam.
His ita dispositis accersere praecipit illam,
Quae nimium renuens altaris cornibus haesit[5],
Virgineum metuens felix maculare pudorem[6],
Regis ad aspectum[7] si forte adducta fuisset.
835 Quae cum blandiloquo solamine suasa veniret,
Vestibus ornatur variis, dyademate pulchro[8];
Haud tamen absque suo incessit velamine sacro.
Haec dum nam fierent sublimis rector honorus
Illam conspiciens verbis ita fatur amicis[9]:
840 'O nimium dilecta mihi, dulcissima sponsa,
Meque meos thalamos et foedera spernito cepta,
Perpetuo posthac domino sis iuncta marito.
Huius in amplexu fovearis[10] cuncta per aeva,
Auctorem nostrae quem credimus esse salutis'.
845 Haec dicens cunctis coram patefecit amorem
Occultum, lacrimas haud cessans fundere[11] puras.
His ita finitis Sigibertus nobilis heros,
Iustitiae custos et servantissimus aequi[12],
Rettulit inde pedem[13] circumdatus agmine multo,
850 Atque sua residens aula laetatur abunde,
Considet in solio[14]; remeans simul alma puella,
Quam rex illustris donis ditaverat amplis,
Insuper et cetum famularum christicolarum
Illius haud dubitans manibus committere sanctis,
855 Quas sine lite gubernavit, sine fraude refecit.
Omnibus exemplum tribuens castissima virgo,
Pervigil in precibus, nocturnis pervigil ymnis,
Semper in obsequio Christi consistere gaudet,

---

831 accersire *G* 841 cepte *G*.

1) *Iuvenci H. euang. II,* 440 daemonis atri. 2) *Trist. V,* 14, 46 comprobat acta. 3) *Aen. II,* 40, 370 magna comitante caterva; *V,* 76. 4) *Ib. III,* 483 Fert picturatas auri subtemine vestes. 5) *Met. XII,* 269 cornibus haeret. 6) *Cf. supra v.* 792. 7) *Venanti V. Martini II,* 293 Cuius ad aspectum. 8) *Ib.* 289 vacuo diademate pulcher; *cf. v.* 738. 9) *Aen. II,* 147 dictisque ita fatur amicis, 372 verbis compellat amicis. 10) *Ib. VIII,* 388 amplexu molli fovet. 11) *Ib. III,* 348 Et multum lacrimas.. fundit. 12) *Luc. Phars. II,* 389 Iustitiae custos, rigidi servator honesti; *Aen. II,* 427 et servantissimus aequi. 13) *Art. Am. I,* 716 referque pedem; *Met. II,* 439 Unde pedem referens; *XV,* 586 Rettulit ille pedem. 14) *Aen. VII,* 169 solio medius consedit; *Fast. III,* 359.

Omne quod est nequam devoto pectore vitat,
860 Moribus omne bonum pariter complectitur almis,
Grata fuit domino domini dilectaque servis.
Haec in Mettensi quae diximus urbe geruntur,
In qua plura nitent famulae miracula sanctae.
Omnibus in gestis sequitur pia iussa patroni[1],
865 Eximii Galli almigera sub lege puella,
Illam qui domini meruit virtute potenti[2]
Solvere ab hoste malo turpique a daemonis ictu.
O pater insignis, meritorum Galle piorum,
Possideas palmas operum sine fine dierum,
870 Continuas et funde preces pro plebe redempta[3],
Quo tecum valeat clara mercede potiri.
O pia virgo dei, per tempora cuncta valeto,
Omnimodas grates tibi reddimus[4] omnipotenti,
Cui famulatur honor, caeli terraeque potestas.

875 Nunc ad propositum redeundum est calle citato[5]. c. XXIII.
Mansit apud Gallum felix levita Iohannes,
Praeceptor carum coluit quia carus alumnum,
Dogmata sanctarum cupiens peragrare viarum,
Quatinus ad fidei culmen pertingere posset,
880 Sermonum et sanctorum operum scrutator opimus,
Iustitiae assertor, virtutum cultor et actor,
Difficiles nexus dissolvit mente serena,
Eloquii clari quod et actibus est imitatus
Instanti rimans caelestia pectore iura,
885 Non solam sanctam scripturam iustus amavit,
Omnia verum etiam memori sub corde retentat,
Quae celer auditu, visu perceperat, inquam.
Discipulum talem talis sibi iure magister
Delegit sancti studio succensus amoris[6].
890 Ambo piis operum nituntur callibus, ambo
Caelestes intrare fores[7], ubi menia constant
Diversis meritis, Christo tribuente, locata;
Est ubi rex caeli solus terraeque repertor[8],
Arbiter aeterna sanctos qui pace gubernat,
895 Caelicolas summis gaudentes arcibus[9] atque
Munere percepto laetantes cuncta per aeva[10].
Annue, possessor caeli terraeque marisque
Quo requiem capiant cuncti baptismate loti[11]
Illic, qua non praevaleat dirissimus anguis
900 Ulli hominum ulterius prisca sub fraude[12] nocere.

---

863 nitant *G* 873 omnipotens *G* 875 .. unc *G* 899 non ualeat *G*

1) *Aen. IV*, 538 ultima Teucrum | Iussa sequar. 2) *Cf. v.* 237. 3) *Cf. v.* 459. 4) *Prudent. Cath. IV*, 74, *Psych.* 888 Reddimus aeternas, indulgentissime doctor, | grates. 5) *Cf. v.* 348. 6) *Aen. VII*, 496 eximiae laudis succensus amore. 7) *Met. IX*, 309 intrat saepe | Fores. 8) *Iuvenci H. euang. I*, 35 dominus caeli terraeque repertor. 9) *Aen. XII*, 698 summas deserit arces. 10) *Cf. v.* 843. 11) *Arator. Act. I*, 864 baptismate lotis. 12) *Ecl. IV*, 31 priscae vestigia fraudis.

Da, pater[1] altitonans, quae poscimus atque precamur,
Grandia qui nosti[2] miracula pandere gratis
Mentibus humanis, miserator iustus et aequus,
Sit tibi laudis honor summus sine fine dierum,
905 O dee celsipotens, mundi reparator et auctor[3].

c. XXIV. Tempore non alio[4] dictus iam nobilis heros
Compellit precibus multis varioque precatu
Magnificum Gallum, custodem foederis almi,
Ut sub festino nitatur tramite castrum[5]
910 Indugredi, quo tunc cetus convenerat ingens,
Undique collectus[6] devoti principis actu.
Illic pontificalis apex[7] praefulserat altus,
Ordo sacerdotum[8] pariter non defuit illic,
Levitae steterant habitus candore venusti.
915 Quid loquar[9]: omnibus e gradibus confluxerat illuc
Copula magna satis, per quos regitantur in orbe
Iura ministerii sacris altaribus apta[10].
Ipse etiam princeps magno comitante senatu[11]
Primorum his inter gaudet conventibus esse.
920 Haec postquam didicit felix syncellita Gallus,
Almigeram synodum confestim nisus adire,
Consilio iuris divini plenus et auctus,
Assumptis secum levitis forte duobus,
Quos pater eximius prae cunctis fovit, amavit.
925 Horum si lector gestis vocitamina nosse:
Iohannes prior est dictus, Magnaldus et alter.
Conciliique locum Gallo subeunte beato,
Tales effudit sincera mente precatus[12]
Nobilis ingenio princeps, devotus et ore:
930 'Tu pie rectipotens, iusti moderator honoris,
Cuius ab intuitu rerum natura virescit[13],
Subsistit, regitur, struitur, pariterque docetur,
Cuius et inmensum provisio continet orbem[14],
A quo cuncta suo procedunt ordine saecla,
935 Te deus, ecclesiae totum qui corpus opimis
Augmentas opibus virtutibus atque gubernas,
Per meritum sanctae nunc virginis oro Mariae,
Cuius honore sacer digno locus iste refulget,
Nos super ut sanctum digneris mittere flatum,
940 Cordibus in puris qui semper degere gestit,

---

904 atque *deletum est ante* summus *G* **906**.. empore *G* **914** Illic leuite *G* **916** uegitantur *G* **920** syncelita *G*

1) *Aen. III,* 89, *XI,* 789 Da pater. 2) *Sedul. C. P. I,* 333 tu dare grandia nosti. 3) *Cf. v.* 598. 4) *Georg. III,* 245 Tempore non alio. 5) *Constantiam oppidum.* 6) *Venanti Carm. VIII,* 3, 175 Undique collectos. 7) *Ib. I,* 15, 33, *IV,* 8, 8 pontificalis apex. 8) *Ib. IX,* 1, 1 Ordo sacerdotum. 9) *Cf. supra v.* 589. 10) *Cf. v.* 708. 11) *Ex Ponto IV,* 4, 41 toto comitante senatu. 12) *Met. IX,* 370 tales effundit in aera questus. 13) *Ib. XV,* 6 rerum natura requirit. 14) *Amor. II,* 9, 17 inmensum .. in orbem; *Met. III,* 77; *Pont. II,* 1, 23; *Phars. I,* 110 totum quae continet orbem.

Quatinus huic plebi inveniatur moribus almis[1]
Praeditus et pariter divino dogmate praesul,
Qui sibi commissum valeat praecedere ovile
Omnibus in rebus regere et moderarier aptum,
945 Qui pastorali tutela cautus ubique
Obvius ora queat confringere saeva luporum[2],
Gratia quem domini per tempora cuncta gubernet,
Augeat, amplificet, foveat, sublimet ametque.'
Finitis precibus[3] synodum compellat et orat,
950 Quo sibi provideant rectorem iura secundum
Maiorum, quorum decreta salubria norunt,
Qui bene sufficiat subiectam pascere plebem
Pane salutifero verbi caelestis et haustu
Egregii calicis, quem psaltes laudat et inquit[4]:
955 'Pocula divini potus clarissima constant.'
Ergo age[5], nunc omnes communi voce petamus
Altithronum regem, qui verus pastor habetur,
Annuat ut votis effectum corde sereno,
Error ne valeat quisnam nos calvere[6] nequam.'
960 His monitis cuncti clamant et talia fantur[7]:
'Christe pater hominum, nobis concede rogatus
Pontificem castum, iustum dignumque, peritum.'
Ceperat interea collectio sancta viritim
Eloquium et meritum Galli laudare beati,
965 Talia promentes praeconia voce sub una[8]:
'Omnibus est notus Gallus, qui digna requirunt,
Famine mellifluo et morum pietate venustus,
Iustitiae custos[9], simul integritatis amator,
Mansuetus, humilis, castus patiensque, benignus,
970 Sobrius et parcus, miseris pia commoda praestans.
Quid plura? in cunctis alacer virtutibus extat,
Convenit idcirco talem tantumque patronum
Pontificem populis decerni mente sub una[10].'
Astruit ista quidem postquam sententia cetus,
975 More sibi solito[11] princeps haec talia Gallo:
'O venerande pater[12], meritis sanctissime Galle,
Nonne tuas quatiunt aures haec famina vulgi,
De te quae recitant, firmant, testantur aperte?'
Sanctus ad haec: 'Utinam quae sunt hi vera loquantur,
980 Nec aliud de me quaerant, nisi certa probentur.
Talia tractantes[13] ignorant ordine sacri
Concilii esse interdictum, ne quisque locorum
Desertor propriae telluris promoveatur

958 affectum *corr.* effectum *G* 979 ūt que *G* 980 Nec ª. de *G* quesunt *G*

1) *Cf. supra v.* 860. 2) *Cf. supra v.* 218; *Met. IV,* 716 saeva .. ora. 3) *Cf. v.* 263. 4) *Ps.* 74, 9 calix in manu domini vini meri plenus misto. 5) *Cf. supra v.* 578. 6) *i. e. decipere; Serv. ad Aen. I,* 720 calviat id est fallat atque eludat. 7) *Cf. Aen. V,* 16, 79 ac talia fatur. 8) *Cf. v.* 371. 9) *Cf. supra v.* 848. 10) *Ov. Ep. XVII,* 126 Unaque mens. 11) *Ex Ponto III,* 1, 165 solito tibi more. 12) *Cf. v.* 523. 13) *Iuvenci H. e. I,* 137 Talia tractanti.

Ad clerum leviter, fuerit nisi causa probata,
985 Inque locis aliis collatum sumat honorem.
Haec igitur consulta patrum, ne scandala crescant
Messibus ecclesiae puris, vitasse videntur.
Est mecum felix quidam levita Iohannes,
Hic patria tellure satus[1], vir valde fidelis,
990 Intus et exterius meritorum laude beatus.
Eligat hunc vobis patrem divina voluntas,
Credo, placet domino cunctisque placebit honestis,
Hic fieri antistes vobis sine lite valebit.'

c. XXV. Cumque pater Gallus tali sub laude Iohannem
995 Efferret, cunctis placuit quae dixerat almus,
Irrita non credunt sancti documenta patroni,
Quem sectatorem veri per singula cernunt.
Evocat in medium levitam forte Iohannem
Sincerus princeps, quem talia consulit aiens:
1000 'Unde genus ducis[2] vel quo sub nomine vivis?'
'Iohannes vocitor', respondit sanctus ad ista,
'Est mihi natalis[3] non infima valde propago.'
Dux iterum percontatur cum voce benigna:
'Praesulis anne vales sublimi sede potiri?[4]'
1005 Tunc pro discipulo se respondere magister
Pollicitus fuerat, subtili dogmate plenus.
Haec dum verborum fierent obsonia, felix
Quaerit adire fugam[5], quo evadere possit honorem.
Turba sacerdotum sequitur cum plebe fideli,
1010 Ut nusquam sanctus posset levita latere,
Quin potius coram splenderet more lucernae,
Quae non sub modio, sed quae super ardua lucet[6].
Nititur ad celsum quisquis pertingere culmen
Mundani iuris, merito cadit ille retrorsum;
1015 Qui vero comitante deo compulsus honorem
Suscipit, hunc fulcit moderatrix gratia[7] Christi.
Quid referam?[8] capitur lacrimis perfusus amaris[9]
Primatum, procerum, vulgi plebisque petentis,
Absque mora ut fieret praesul levita Iohannes.
1020 Invitus trahitur post haec et valde coactus,
Viribus et totis[10] renuens, ne tale subiret
Pondus honorificum, superat sed praescia virtus[11],
Singula quae novit discernere luce nitente.
Consilium domini nullus disscindere quibit,
1025 Quod validum forti munimine constat in aevum.

---

984 nisi cā *G* 986 crescent *G* 994 . . umque *G* 1003 cum *addidi* 1011 populo *ante* coram *erasum est* 1016 fulsit *G* 1017 amatis *G*

1) *Trist. I,* 5, 83 patria tellure. 2) *Aen. V,* 801 Unde genus ducis? 3) *Ecl. III,* 76 meus est natalis. 4) *Cf. supra v.* 531. 5) *Ov. Ep. VI,* 158 quaerat in orbe fugam. 6) *Cf. supra v.* 271. 7) *Prudent. Perist. X,* 978 lingua moderatrix. 8) *Georg. II,* 118, *Ep. XII,* 129 Quid referam. 9) *Fast. V,* 407 lacrimis perfusus Achilles. 10) *Aen. XII,* 528 totis . . viribus; *Met. X,* 658 viribus . . totis. 11) *Iuvenci H. euang. I,* 191 praescia rerum | Virtus.

Ducitur interea praesul venturus ad aram
Pontificum manibus consueto more sacrandus,
Conclamante pio cetu: 'Dignissime pastor,
Ordine solempni successibus utere sanctis,
1030 Te deus excelsis gradibus sustollat ad alta
Culmina virtutum, tu praesul et inclyte custos,
Defensor populi, sanctorum lator honorum,
Sancte pater, salve, felix sine fine dierum.'
Tota per hanc vocem cum concio redderet amen,
1035 Laudibus extollunt venerandum rite Iohannem,
Pontificem domino carum meritisque benignum.
Omnibus his ceptis solempniter atque peractis
Dulcia depromsit populis oracula Gallus [1],
Per quae larga dei pietas manifesta pateret,
1040 Auribus astantis plebis cunctique senatus.
Incipiens naturarum contexere causas [2],
Quas deus inmensus summa bonitate creavit,
Hinc primogeniti delictum contigit Adae,
Exilium pro quo patitur humana propago [3].
1045 Tempora post patriarcharum collegit et actus,
Inde quidem memorat domini miracula plura,
Quae gerit in populis linquentibus arva Canopi,
Qualiter educti fuerant vel qualiter alti.
Attigit hinc breviter regum sublimia facta [4],
1050 Digna prophetarum pandens oracula posthac
Explicat adventum domini baptismaque sanctum,
Quo pia plebs merito discernitur a grege nequam.
Omnibus his vere summa ratione relatis,
Qui circumsteterant lacrimas fudere benignas [5],
1055 Taliter inque vicem suppressa voce loquuntur [6]:
'Laus super astra deo, qui condidit arva polumque,
Spiritui semper parilis sit gloria sancto,
Istius ore viri, quem credimus esse profatum.'
Denique virtutum Gallus sectator et altor
1060 Iudicii usque diem verbi protraxit acumen.
Omnibus his sancta cum religione peractis
Ad sua quisque redit gaudens et valde triumphans.
Inter multa quidem Galli pia dicta beati
Hoc monuit sanctum iucunda pace Iohannem,
1065 Quem deus elegit, nullum contempnere fas sit [7],
Sed cunctis placeat, tanto qui dignus honore est.
Sanctarum largitor opum, venerabilis heros [8]
Praesulis accepto sancti munimine signi

1048 Qualiter *addidi*

1) *Hunc S. Galli sermonem Constantiae habitum edidit Canisius* (*Lect. ant. V,* 896—910). 2) *Iuvenci H. euang. IV,* 544 fictasque .. contexere caussas. 3) *Arator. Act. Ap. I,* 373 humana propago. 4) *Iuvenci Praef.* 6 sublimia facta. 5) *Cf. supra v.* 846. 6) *Iuvenci H. euang. I,* 95 Suppressae vocis; *Ex Ponto IV,* 6, 10 supplice voce loqui. 7) *Iuvenc. II,* 673 mihi talia temnere fas est. 8) *Cf. supra v.* 186; *Prudent. Cath. X,* 70 venerabilis heros.

Ad cellam repedat deserti Gallus amator.
1070 O quam clara nitet dilectio mira duorum,
Quos sociat divinus amor, quos copulat ardor
Invictae fidei, iuris caelestis et almi.
Dividat hos quanquam terrarum tractus, uterque
Foedus amicitiae[1] retinet puraeque fidelis,
1075 Nulla valet tellus animos seiungere castos,
Quos eadem sociat Christi dilectio munda
Dogmate praecipuo, monitis precibusque benignis.
Mathiten carum didasculus ...... amatus[2]
Custodit, refovet, nutrit munitque, gubernat,
1080 Discipulus praeceptorem nichilominus aptum
Sublevat auxiliis praebens quodcumque necesse est[3].
Ergo piis crevit successibus atque secundis
Iunctio sanctorum, semper quam gratia Christi
Auget, multiplicat, cumulat ditatque repletque.
1085 Sit tibi pro meritis nunc gloria, Galle, perhennis,
Confessor sacer et dignus per saecla magister.
Salve perpetuo, felix Iohannes, honore,
Tempora dum volvunt, mundi dum labitur aetas[4].
Gressibus hinc properis[5] narranda ad cetera pergam.
1090 O utinam nostrum conamen dirigat ille,
Quo sine habet nullus quicquam nec praevalet esse,
Altithrono regi sit gloria summa per aevum. amen.

c. XXVI. Construit interea virtutum cultor opimus
Basilicam Gallus, summae bonitatis amator,
1095 Per gyrum statuens habitacula fratribus apta,
In quis sufficerent socialem ducere vitam[6],
Aeterna per quam possent mercede potiri.
Contigit ergo die quadam cum Phebus ab alto
Luce sua[7] terras solet illustrare parumper
1100 Undique paulatim tenebris cessantibus atris,
Quando sopor fessos artus requiescere[8] cogit —
Est aliud requies, aliud sors nempe quietis —
Vir domini carum Gallus compellit alumpnum:
'O Magno — levita sacer dilectus et — alde,
1105 Instrue, quaeso, mihi celeri sub tramite currens[9]
Missarum ut valeam tandem celebrare tenorem.
Posco ministerium festina rite parare.'
Sanctus ad haec mirans haec talia dicta minister
Reddidit[10]: 'Oro, pater, ne spernas, quaeso, rogantem,
1110 Num libare cupis solempnia vota, magister,

1074 pureque *G* 1078 mquit amatus *G* 1093 .. onstruit *G*

1) *Trist. III,* 6, 1 Foedus amicitiae. 2) *Cf. v.* 878. 3) *Trist. I,* 3, 102 auxilio sublevet usque suo; *cf. v.* 727. 4) *Aen. I,* 234 volventibus annis; *Art. Am. III,* 65 cito pede labitur aetas. 5) *Iuvenci H. euang. III,* 291 properis .. cursibus. 6) *Met. XI,* 702, *Aen. II,* 641 voluissent ducere vitam. 7) *Fast. III,* 785 Luce sua. 8) *Georg. IV,* 190 fessosque sopor suus occupat artus. 9) *Aen. V,* 610 cito decurrit tramite virgo. 10) *Ib. X,* 530 Aeneas contra cui talia reddit.

More sacerdotum sacris altaribus apta?'[1]
Retulit econtra caro praeceptor alumpno:
'Est mihi per visum praesenti nocte peracta
Ostensum, patrem sanctum dominumque Columbam
1115 Ad caeli sedem laeto transisse meatu.
Eius pro requie nunc debeo vota salutis
Vero offerre deo[2], vivo pariterque potenti'.
His ita praedictis signum pulsavit et omnes
Iussit ad ecclesiam fratres velociter ire,
1120 Ut pro defunctis missas celebrare studerent,
Proque salute pii patris doctoris et almi.
Haud secus ac moniti complent mandata magistri[3],
Invigilant ymnis, missis, psalmis precibusque,
Gaudentes domini famulum tantumque patronum
1125 Casibus e mundi caeli penetrasse[4] cacumen.
Ordine missarum solempni more patrato
Taliter affatur levitam Gallus et inquit:
'Non tibi, quaeso, gravis mea sit sententia, nate,
Sed patris indulge precibus parendo libenter.
1130 Carpe viam[5], properis et gressibus ire studeto
Ad Latium. Cum transieris Saturnia regna[6],
Quaere monasterium, Bobium quod dicitur; illic
Oramatis nostri invenies certissima signa[7].
Omnibus investigatis pariterque repertis
1135 Ad nos veloci cursu celer[8] inde redito,
Passibus atque tuis morulas procul, oro, fugato.'
Talibus auditis confestim carus alumpnus
Ad praeceptoris cecidit vestigia sancta,
Deplorans non nosse itiner, quod duceret illuc,
1140 Quo iubet ire[9] patris venerabilis alma voluntas.
Quem vir magnificus verbis solatur amicis[10]:
'Pone metum'[11], dicens, 'et desine, quaeso, timere.
Te, quocumque ieris, custodiet unica virtus,
Diriget atque tuos solito moderamine gressus[12].
1145 Sit tibi larga comes regnantis gratia Christi.'
Blandiloquis postquam verbis animatur amatus
Doctoris felix mathites indolis almae,
Protinus accelerat disquirere calle citato[13]
Partibus Hesperiae, quae dicitur esse medulla
1150 Telluris, variis opibus quae constat onusta[14],
Utrum vera foret benedicti visio patris.

1130 propriis *G* (*cf. v.* 1089) 1139 nosce *G* 1146 amatis *corr.* tus *G* 1148 Prothinus *G* disquerere *G*

1) *Cf. v.* 708. 2) *Iuvenci H. euang. I,* 511 Offer grata deo .. dona. 3) *Aen. III,* 236 Haud secus ac iussi faciunt; *Iuvenci H. e. II,* 531 mandata magistro. 4) *Venanti Carm. III,* 3, 12 Ut penetres caelos. 5) *Aen. VI,* 629, *Met. XI,* 139 Carpe viam. 6) *Ecl. VI,* 41 Saturnia regna. 6) *V. Galli* utrum visio mea veritatis fulciatur effectu; *Georg. I,* 439 certissima signa. 8) *Met. III,* 199 celerem cursu. 9) *Aen. III,* 88 quove ire iubes. 10) *Ib. V,* 770 Quos .. dictis solatur amicis. 11) *Met. V,* 226 Pone metum. 12) *Aen. I,* 401 dirige gressum. 13) *Cf. v.* 444, 517. 14) *Cf. Aen. I,* 530 Est locus, Hesperiam Graii cognomine dicunt, | Terra antiqua, potens armis atque ubere glaebae.

Repperit haud aliter nisi dictis consona facta:
Tunc multas domino laudes gratesque rependit [1]
Scrutator sanctis per singula moribus utens.
1155 Laetus et indubius Galli repedavit ad aulam,
Allato indiculo, quem miserat alma caterva,
In quo multa patent venerandi signa patroni,
Qui simul eiusdem mortem designat et horam
Atque diem, qua cessavit venerabilis exul
1160 Ad patriam rediens praesenti luce potiri.
Usibus hic etiam cambotam detulit almi
Scotigenae Galli ceu iusserat ante magister,
Quam metas obiens praesentis linqueret aurae,
Ut tali indicio se crederet esse solutum
1165 Auderetque per hoc pignus celebrare sacratum
Rite ministerium vetitum sibi tempore multo.
Lectis litterulis et tanto munere viso
Eximii patris migrantis ad aethera clarum,
Inmodicas fudit lacrimas [2] e pectore puro [3]
1170 Gallus amore Columbani compunctus amati.
Fratribus exin collectis manifestat et inquit:
'Scite meum patrem superata morte secunda
Sedibus aethereis [4] domino miserante receptum:
Sanctum dico Columbanum dulcemque magistrum.
1175 Discessu, rogo, nunc pro cuius mente serena
Ad caeli possessorem transmittite vota,
Vota salutiferi cantus optate frequentes
Et precibus missis psalmis libamine et almo,
Ordinat ut qui cuncta creat pariterque gubernat,
1180 Det requiem famulo caelestia semper amanti.'
His ita praemissis fratrum collectio sancta
Una cum Gallo complens instantia iusta
Vivificatorem communi laude frequentant [5],
Laudant atque colunt, celebrant, venerantur, adorant [6],
1185 Cuius in aeternum per saecula gloria pollet.
c. XXVII. Plurima virtutum gessit miracula Gallus,
Aequanimus doctor, fama suffultus opima,
E quibus est unum quod veris explico dictis.
Accidit ergo die quadam, cum forte beatus
1190 Instauraret opus templi cum fratribus atque
Artificum manibus [7], tabulae quod quatuor, inquam,
Palmorum brevior cuiusdam meta pateret,
Quam reliquae, sunt quae iungendae in pariete eodem.
Machina dispescens dum spernitur ac reprobatur
1195 A cunctis operis factoribus atque magistris,
Et merito quoniam spacio maiore carebat,

1171 exim *G* 1175 Disscessu *G* 1191 que *G* 1193 lugende *G* 1194 dispenscens *corr.* dispescens *G*

1) *Cf. supra v.* 359. 2) *Met. XIII,* 490 lacrimas .. fundit. 3) *Aldhelm. de laudib. virg.* 141 in pectore puro. 4) *Art. Am. III,* 550 Sedibus aetheriis; *Met. XV,* 839. 5) *Cf. supra v.* 239. 6) *Sedul. C. Pasch. V,* 431 venerantur, adorant. 7) *Met. XV,* 218 Artifices .. manus.

Vir domini virtute potens, sublimis et actu,
Non sibi diffidens Christi munimen adesse,
De nichilo qui cuncta creat, regit atque gubernat,
1200 Iusserat artifices modicum requiescere, donec
Perceptis dapibus vires recreare valerent
Pondere deposito moliminis atque laboris.
Artifices, postquam convivia grata frequentant [1],
Ad ceptum remeant peragendum pectore laeto.
1205 Inveniunt mirum factu mirumque relatu,
Longior est aliis tabulae mensura, prius quam
Aedificatores spernunt propter brevitatem
Unius atque pedis medii; stupet inscia plebes [2],
Qualiter hoc lignum profecerit arte superna.
1210 Sed virtus divina sui patefecit honorem
Caelicolae Galli, quem noverat esse fidelem.
Panditur in Christi miranda potentia servis,
Absque deo qui nulla volunt et nulla operantur,
Est quibus una fides, spes integra, pectus et unum,
1215 In quibus est ardens eadem dilectio casta,
Qui terrena nichil dicunt, caelestia quaerunt [3],
Qui victore deo superant contraria cuncta,
Cantica laetitiae domino super astra canentes.
Sic satis hinc tabulam conpingunt rite magistri,
1220 Quae mirabiliter reliquas transcenderat omnes,
Aptantes aliis directo valde tenore,
Ut meritum cunctis cernentibus esset apertum
Felicis Galli, devoti iure patroni.
Noverit hoc etiam lignum praestare medelam
1225 Illis, qui nimia dentum vexantur ab ira.
Effectu capiunt infirmi vota cupita,
Scotigenae Galli iussa precibusque celebrant.
Hic renovata nitent veteris miracula sancti:
Floruit ut quondam virgultum tempore Moysi,
1230 Quando sacerdotum summus sacratur Aaron,
Creverat haud aliter siccati machina ligni
Naturam contra domini virtute patrante.
O felix arbor, tanto quae munere polles,
Per te maiestas locuples per tempora cuncta [4]
1235 Laudatur, colitur sublimia dona ministrans [5]
Egregii e famulis, quos ditat honore perhenni.
Omnia sit nomen domini per saecula sanctum.
O benedicte pater, salve sine fine dierum [6],
Pro dictore pios effundens, oro, precatus.

1200 requiescere modicum *G* 1225 Hiis *corr.* Illis *G* 1234 magestas *G*

1) ***Iuvenci H. euang. III,*** 739 convivia laeta frequentent. 2) ***Aen. II,*** 307 stupet inscius alto . . . | . . pastor; *Karol. M. et Leo* 421 stupet inscia tellus. 3) ***Iuvenci H. euang. I,*** 652 caelestia quaerite regna. 4) *Ex Ponto III,* 1, 14 Cuncta . . . tempora. 5) ***Cf. supra v.*** 261. 6) *Cf. v.* 1033.

c. XXVIII.

1240 Haec ita dum fierent, Eustasius inclitus abbas
Corporeis vinclis felici morte solutus [1],
Laetus et exultans caelorum regna petivit [2].
Moribus hunc almis ditavit rite Columba
Cum reliquis condiscipulis, quos dogmate miro
1245 Sanctorum in numerum sublimat, honorat, opimat.
Hunc etiam successorem sibi forte reliquit
Praeceptor clarus carissimus atque magister,
Tradidit atque locum moderata lege regendum,
Quod nunc Luxovium merito vocitamine fertur,
1250 Est quoniam lumen conventus ordinis atque.
Huius enim postquam superas migravit ad auras [3]
Spiritus alta petens [4] et corpus ad yma fatiscit [5],
Eustasii refero, paulo quem diximus ante,
Continuo fratres Gallum revocare volentes
1255 Consilium capiunt communi corde benignum,
Ut mittant fratres haec talia nuntia fantes:
'Sancte pater, salve [6] per tempora plurima, Galle,
Te petit, ut venias, collectio Luxoviensis,
Te cupit atque rogat, te gestit habere patronum,
1260 Imperiis parere tuis [7] per singula nitens.
Nunc tibi non aliter videatur, care magister.'
Legati cum pervenissent calle citato [8]
Ad Galli cellam, ducuntur more sueto [9]
Oratum primo, post haec sua dicta ferentes [10]
1265 Praesentant, sanctum et submissa voce [11] salutant.
Quae cum vir iustus pernosset cuncta legendo,
Dixerat: 'O fratres, sectari verba prophetae
Omnimodis cupio dicentis voce salubri [12]:
'Fratribus efficior, cognatis atque propinquis
1270 Exter, quo domino valeam famularier uni' [13],
Liberius propter quod nunc secreta petivi [14]
Contemptis opibus choicis nimiumque caducis [15].
Oblato renuens extolli pauper honore
Delicias fragiles secura mente refuto,
1275 Illum dum veneror, dum diligo, dumque celebro,
Qui valet aeternae concedere praemia vitae,
Qui super astra tenet solium sine fine perhenne,
Angelicas acies proprio qui iure gubernat,
Humanos actus qui temperat, ordinat, aptat,

1240 . . ec ita *G* 1245 munerum' *G*, in *addidi* 1266 pernoscet *G*, *corr. Watt.* 1269 congnatis *G* 1270 Extunc *G* 1277 perhenni *G*

1) *Ov. Ep. X,* 78 morte soluta fides; *XVII,* 11 vincula . . | Solveret. 2) *Ib. XV,* 322 mea regna petas; *Amor. III,* 8, 35 regna . . . caeli. 3) *Georg. IV,* 486 superas veniebat ad auras. 4) *Ib. I,* 142 Alta petens. 5) *Prudent. Cath. VI,* 149 Corpus licet fatiscens. 6) *Aen. V,* 80 Salve, sancte parens. 7) *Cf. v.* 215. 8) *Cf. supra v.* 348. 9) *Cf. supra v.* 356. 10) *Aen. XI,* 330 dicta ferant. 11) *Met. VII,* 90 summissa voce rogavit; *Sedul. C. Pasch. II,* 195 submissa voce. 12) *Ps.* 68, 9 Extraneus factus sum fratribus meis et peregrinus filiis matris meae, 10 quoniam zelus domus tuae comedit me. 13) *Sedul. C. Pasch. II,* 197 et soli *(sc. domino)* famularier uni. 14) *Aen. VI,* 10 secreta Sibyllae | . . petit; *VIII,* 463 secreta petebat. 15) *Cf. infra v.* 1535.

1280 Omnibus electis qui munera grata [1] rependit,
Horum quo merito iungar, tua, Christe, potestas
Concedat, clemens, faciat iubeatque velitque.
Est nunc consilium, fratres, dulcissima corda,
Ut semel ereptus laqueis innectar [2] amaris.
1285 En ego qui sprevi, quae mundus diligit iste,
Quomodo nunc repetam vomui quae sordida cena [3],
Mentibus, oro, meis fugiant haec talia sensa.
Me gradibus solidis firmet protectio summa,
Vos etenim nostis, patres superique benigni,
1290 Me quaesisse humilem vitam, quam semper amabo.
At nunc qua ratione queam vestigia tanti
Ponderis indignus vilisque subire minister!
Credite, quaeso, michi [4] promenti famina vera,
Hoc modo consilium, retinet quod pectora vestra,
1295 Effectu rerum fraudabitur omne per aevum.
Ad partes alias vestras, rogo, flectite mentes [5]:
Quod semel infixum est cordi manet atque manebit [6].
Provideat vobis pastorem conditor orbis.'
His verbis omnem fratrum spem funditus aufert,
1300 Illorumque animos blando sedaverat ore [7].
Venerat interea quidam de fratribus almi
Imperio patris accitus [8], cui taliter infit:
'Dic, rogo, quid solito capiamus tempore [9] victus?'
Talia scitanti responsum est talibus orsis:
1305 'Est nobis tantum farris sextarius unus
Concussi, videas caute, karissime pastor,
Utrumnam valeat modicum vel sumere quisquis,
Unde parum constat.' Quo dicto Gallus ad ista
Respondit: 'Fili, potis est super ardua virtus [10]
1310 In vastis heremi symphosya ferre benigna,
Haud inopes dominus linquit sua iussa sequentes [11],
Dapsilis est quoniam, cunctis miseratur egenis [12].
Ergo agite, fratres, aptae ut herbaeque parentur [13],
Cetera nunc celeri et cursu properate, clientes:
1315 Nulla mora obsistat [14] vestris conatibus, oro.
Usibus ipse cibus monachorum competit exin'.
Vir domini Gallus piscatum pergit ad amnem,
Insidias secum gestans, quis squamea turba [15]
Undique stipatur, capitur trahiturque, ligatur.
1320 Gurgitis ad ripam sanctus cum forte veniret,

1294 pectora aura *G* 1313 apto(e?) yt *G, an* opto ut? 1316 expedit *corr. in* compedit *G*

1) *Amor. II,* 15, 3 Munus eas gratum. 2) *Met. XI,* 252 laqueis... innecte. 3) *Prov.* 26, 11 sicut canis qui revertitur ad vomitum suum. 4) *Met. XV,* 254 mihi credite. 5) *Ib. IX,* 609 Flectere non poterant .. mentem. 6) *Aen. IV,* 15 Si mihi non animo fixum inmotumque sederet. 7) *Met. XIII,* 555 blando .. ore; *Trist. V,* 1, 17. 8) *Aen. XI,* 235 Inperio accitos. 9) *Fast. I,* 394 solito tempore. 10) *Cf. supra v.* 224. 11) *Cf. supra v.* 864. 12) *Karol. M. et Leo p.* 65 miserator egenum. 13) *V. Galli* cum fecisset olera colligi. 14) *Aen. XII,* 11 Nulla mora in Turno. 15) *Arat. Act. Ap. I,* 71 Squamea turba.

Repperit ecce duos veloci tramite nantes [1]
Inmanem lutros cupiunt qui prendere piscem,
Quem domini famulus confestim retibus actis
Traxerat ad litus gaudens gratesque frequentans [2]
1325 Olli, qui gratis concedit munia larga.
Post haec vir humilis praedam collegit aquosam
Haud minimam, quam vis domini produxerat alta;
Hanc partim sumpsit, partim proiecit in aequor [3].
His ita perfectis oritur contentio sancta:
1330 Ob meritum fratrum Gallus haec dona dedisse [4]
Munificum dominum testatur corde benigno,
Illi alacres contra suscensent patris amati
Viribus eximiis, factis meritisque probatis.
. . . . parvo miracula tanta stupentes
1335 Ad cellam remeant Gallo praebente ducatum [5].
Esuries numquam domini superabit amicos,
Quin potius convicta iacet [6], tremit atque fatiscit:
Insperata solet convivia ferre beatis,
Est inopum qui sola salus [7], solamen et unum [8].
1340 Fratribus ingressis posthac habitacula cellae
Obvius in porta quidam vir stare videtur,
Fertque dei famulo supplex Cereremque Lyeum.
Diximus ut supra [9], iustus non deficit umquam,
Corporis atque animae [10] domino solamen agente.
1345 Quod cum sumpsisset Gallus, pro munere tanto
Ordine consueto domini magnalia laudat,
Tunc ymnis pariter dictis convivia sancta
Felices ineunt [11] fratres cum patre modesto.
Quid morer? [12] expletis cunctis quae continet ordo,
1350 Sincerae pacis fraterni pectoris atque
Exoptant Gallo pia vota [13] salutis alumpni,
Atque salutifero patris sermone levati [14]
Ad sua gaudentes remeant et cantica laudum
Persolvunt domino, qui prospera cuncta ministrat.

c. XXIX. 1355 Nunc obitus Galli texatur carmine cepto,
Quo caelum petiit [15] terrestria cuncta relinquens,
Civibus angelicis sociatus sede beata.
O felix tanto Germania tota patrono,
Scandere qui meruit superas [16] et visere partes.
1360 Destinat et nobis semper solatia grata.

1325 gratis *corr.* larga *G* 1334 Itamine pa^vo *G*, *an* Isto amne in parvo? 1345 et gallus *G* 1346 domini *addidi*

1) *Cf. supra v.* 253. 2) *Cf. v.* 239. 3) *Ex Ponto II*, 7, 57 proiectus in aequor. 4) *Met. IX*, 157 Dona det, 420 dare dona. 5) *V. Galli* Illi econtra meritis ipsius quod factum fuerat imputantes, eo alacriter praeeunte domum redierunt. 6) *Met. I*, 149 Victa iacet pietas. 7) *Aen. IX*, 257 cui sola salus. 8) *Luc. Phars. VII*, 180 mentibus unum | Hoc solamen erat. 9) *Cf. v.* 726. 10) *Arator. Act. II*, 496 Corporis atque animae. 11) *Fast. IV*, 353, *Met. IV*, 764 ineunt convivia regis. 12) *Ib. XIII*, 531 Quid moror. 13) *Rem.* 813 pia vota poetae. 14) *Met. IV*, 39 vario sermone levemus. 15) *Amor. III*, 8, 50 Cur.. caelum .. petis? 16) *Fast. I*, 298 domus superas scandere.

Illic cum Christo regnat sine fine beatus,
Attamen in terris eius miracula clarent.
Gaude, sancte pater, opibus ditatus opimis,
Utere felici clarorum sorte [1] virorum,
1365 Continuas et funde preces pro plebe redempta [2].
Cum deus omnipotens, cunctorum lator honorum,
E mundi tenebris decresset tollere laetum
Belligeratorem invictum emeritumque, probatum,
Praemia quo caperet [3] virtutum dote perhenni,
1370 Presbiter adveniens vocitamine Willimar atque
Intentis precibus summissa et voce precatur [4],
Postulat, exoptat, rogitat, petit, orat et inquit:
'Quaeso, pater, noli mea nunc contempnere vota,
Qui mihi suavis eras monitor, quem semper amavi,
1375 Cuius ab ore pio [5] dulcissima famina sumpsi,
Omne bonum [6] cuius sensi vestigia sectans,
Deprecor ad castrum properemus passibus aequis [7],
Audiat ut populus spectans documenta salutis
Atque viam fidei per te dinoscere possit [8].'
1380 Talibus athletam precibus dum presbiter implet,
Praebuit assensum, communi tramite pergunt,
Ad castrum veniunt; ibi copia magna virorum [9]
Adventum Galli poscens meditamine cordis.
Hanc domini famulus turbam cum cerneret, exin
1385 Dogmate nectareo cunctos recreare studebat [10].
Quid loquar [11]! insigni virtutum fonte cohortem
Astantem reficit, potat, solidat, recreatque.
Munere divino [12] postquam ditaverat omnes,
Ad sua gaudentes redeunt laudesque frequentant [13];
1390 Plurima de Gallo fantes praeconia sancto
Clara viri extollunt nimium documenta beati.
His ita perfectis ibidem bis sole reducto [14]
Permansit Gallus caelestia iura revelans.
Tertia lux aderat [15]: virtutum cultor opimus
1395 Febribus inmensis quatitur, tribulatur et ardet.
Taliter, en, lector, numerum perpende dierum,
In quibus afflictus diros toleraverat ignes:
Quam rimam signat post sextam litera quarta,
A prima fuerit si quartum gramma iugatum,
1400 Per totidem soles [16] Gallus, pietatis amator,

1375 Eius *G* 1381 ascensum *G* 1384 exim *G* 1399 gramina *G*

1) *Aen. XII,* 932 Utere sorte tua. 2) *Cf. v.* 870. 3) *Met. II,* 694 cape praemia; *Fast. I,* 678. 4) *Cf. supra v.* 1055, 1265. 5) *Met. VII,* 172 ore pio; *Fast. III,* 326. 6) *Venanti Carm. IV,* 17, 1 Omne bonum. 7) *Cf. supra v.* 250. 8) *Met. XIII,* 835 ut dignoscere possis. 9) *Cf. supra v.* 746. 10) *V. Galli* in die sollemni scilicet sancti Michaelis; *Venanti Carm. VII,* 9, 14 Nectarei fontis me recreavit aquis. 11) *Cf. supra v.* 589, 915. 12) *Iuvenci H. euang. II,* 188 divino munere. 13) *Cf. v.* 1353. 14) *Aen. X,* 807 sole reducto. 15) *Amor. II,* 6, 45 Septima lux aderat; *Aen. III,* 117, *XI,* 210 Tertia lux. 16) *V. Galli* Cumque hac infirmitate per dies quatuordecim laborasset ..

Perpetitur febrim patienter valde ferendo,
Atque deo grates positus sub limine leti
Assiduis precibus non cessat ferre beatus.
Annis ter denis et sexaginta peractis
1405 Insuper adiectis quinis aetatis et aevi
Scanderat astra poli meritis suffultus opimis,
Corpus humo[1] reddens anima gaudente perhenni
Sanctorum requie domino moderante superno.
Vita fuit Galli felix, doctrina salubris
1410 Actibus inque suis semet tractaverat apte
Atque deo soli studuit per cuncta placere,
Qui fragilis mundi pompam contempsit iniquam.
Nunc te, Galle pater, caelesti sede[2] fruentem
Fletibus assiduis deposcimus atque precamur,
1415 Ut pro plebe pia digneris more sueto
Aures altithroni precibus pulsare supinis[3].
Omnibus ablatis hominum de corde nocivis
Criminibus faciat conscendere regna polorum[4],
Sanguine quos proprio austera de morte redemit.
1420 O dee miripotens, formator temporis omnis,
Dictori veniam meritis concede patroni[5],
Scottigenae Galli, superis qui gaudet in astris,
Inter christicolas quos possidet aula curulis,
Aula dei, rebus quae pulchrior omnibus extat,
1425 Cernere quam nullus, nisi quem pia facta[6] coronant,
Praevalet. O pastor, salve, dulcissime Galle,
Vive, vale, gaude feliciter omne per aevum[7].

c. XXX. Haec ita dum fierent Iohannes praesul honorus
Constanti — ecclesiae dilectis moribus — ensis
1430 Venerat Arbonam sanctum refovere magistrum,
Diversi generis secum solamina gestans
In potu atque cibo, quae congrua credidit esse
Aegris visceribus pestem tolerantibus artam.
Cumque propinquaret domui, qua forte beatum
1435 Aegrotare putat, luctus gemitusque dolores
Audiri[8] incipiunt celebrantum funera sancta.
Qui mox admirans ploratus murmura tanti
Inquirit sanctum mundi liquisse tenebras
Atque poli merito susceptum menibus altis[9].
1440 Tunc demum ingreditur, ubi sanctum forte cadaver
Absque anima iacuit lotum solitoque paratum.

1414 depossimus *G* 1423 curules *G* 1424 pulcrior *G* 1427 *ad marg.* finit obitus sancti galli 1428 . . Ec ita *G*

1) *Art. Am. II,* 524 ponere corpus humo. 2) *Met. IV,* 447 caelesti sede; *Ex Ponto III,* 5, 53 caelesti sede receptum. 3) *Aldhelm laud. virg.* 31 precibus pulsare tonantem. 4) *Ib. v.* 755 conquirens regna polorum; *Iuvenci H. euang. II,* 186 ad excelsum . . conscendere regnum. 5) *Cf. supra v.* 1239. 6) *Fast. II,* 117 pia facta; *Ex Ponto II,* 11, 26. 7) *Cf. supra v.* 1295. 8) *Trist. I,* 3, 21 luctus gemitusque sonabant; *Aen. III,* 555 et gemitum . . | Audimus. 9) *Ib. IX,* 805 Teucrorum moenibus altis.

Hoc cum vidisset suspiria longa trahebat[1],
Mixta quidem lacrimis[2] et vix haec famina promit:
'Eheu, sancte pater, monitor pie, doctor amate,
1445 Ad caeli patriam tendens sine fine beatus,
A te quid nunc me singillat sancta voluntas?
. . . . . quippe tuum semper mihi valde placebat,
Cur non me comitem dignaris sumere[3], Galle,
Quem prius elegit tua iussio sancta ministrum?
1450 Quid mihi consilii[4], quid rerum restet agendum?
Haec tua mors nobis solamina grata rependit.
Quamlibet ad tempus doleamus pectore tristi[5],
Tempore perpetuo de te laetabimur omnes,
Quos vitae exemplis solidasti, care magister.'
1455 His dictis tali conclusit voce querelam:
'Te pia suscipiat requies, tibi ianua felix
Pandatur, nullus te terreat horror in aevum.
Dextra dei potius te colligat atque beatis
Agminibus societ laetum celebrantibus ymnum.
1460 Esto memor nostri precibus, rogitamus, opimis.
Utere, sancte pater, felicibus utere donis[6].'
Admonet interea fraterno corde Iohannem
Presbiter, ut surgat lacrimas effundere[7] cessans,
Proque salute patris sincera mente precentur.
1465 Paruit his dictis[8] confestim praesul honorus,
Ecclesiam festini adeunt cum plebe virorum
Plangentum funus[9] iusti carique patroni.
Illic exequias peragentes more sueto
Eximias laudes communi voce resultant.
1470 Contigit interea clarum et memorabile signum[10], c. XXXIII.
Quod nunc summatim contexere mentibus instat[11],
Est quoniam multis brevitas sermonis amica.
Funeris obsequio tali merore peracto
En subito apparet tumulus cernentibus, in quem
1475 Condere disponunt sanctissima membra beati.
Acceptis crucibus nituntur ducere corpus
Usque locum fossae, quam iam praemisimus ante,
Ut venerabiliter tegeretur cespite digno.
Illorum sed nil valuit conatus inanis.
1480 Arcam, quae retinet preciosum valde cadaver,
Sandapilae inponunt tumulandum sorte beata.
Cumque piis humeris vellent deferre feretrum,
Nulla . . . queunt quoquam ratione movere,

1444 Heu *G* 1445 patria *G* 1446 diuersa *corr.* sancta *G* 1447 *ante* quippe *spatium vacuum relictum est,* Foedus *fortasse supplendum est* 1477 Utque *G* quam *corr.* ut *G* predicimus *corr.* premisimus *G* 1483 *an* quiverunt? *vel* Ecce, queunt nulla *Man.*

1) *Met. II,* 753 traxit suspiria motu. 2) *Trist. V,* 3, 50 lacrimis pocula mixta suis. 3) *Fast. V,* 537 comitem sibi .. sumpsit. 4) *Ep. XIV,* 65 Quid mihi cum ferro? 5) *Stati Theb. VII,* 148 tristi .. pectore. 6) *Cf. v.* 185. 7) *Aen. III,* 312 *X,* 465 lacrimasque effundit. 8) *Aen. I,* 689 Paret Amor dictis. 9) *Cf. supra p.* 414 *v.* 41. 10) *Aen. IV,* 94 magnum et memorabile numen. 11) *Arator. Act. I,* 147 Mentibus instat amor.

Sed fixum steterat ceu Caucasus Ossaque Olimpus [1].
1485 Haec dum nam vulgus miracula tanta stuperet [2],
Affatur plebem tali sermone Iohannes,
Praesul et eximio virtutum comptus honore:
'Est mihi compertum certum pariterque probatum,
Nolle suum corpus sepeliri sedibus istis,
1490 Qui sibimet potius placitum delegerat antrum.'
Fecerat adduci confestim praesul honorus
Indomitae feritatis equorum corpora [3] bina,
Qui necdum dederant duris sua colla lupatis [4],
Sessoris neque vim tolerantes calle petulco,
1495 Ut libitum fuerat spaciantur lata per arva [5].
Qui capti in cursum nimio sudore trahuntur.
Desuper inposito consueta tegmine lege.
Corpus ad egregii Galli pastoris et almi,
Tunc veneranda cohors una cum praesule tales
1500 Effudit gaudens sincera mente precatus:
'O dee miripotens, terrarum factor et orbis [6],
Qui cunctis formam naturis effigiasti [7],
Qui clandestinos iustorum perspicis actus,
Qui tua cuncta regis, sine quo nec esse valebunt,
1505 Per quem iustitiae merito sublimis et ore,
Ductus amore tuo Gallus pariterque timore
Dulcia deseruit terreni commoda iuris,
Exul ut in mundo, fieret possessor Olimpi [8],
Te nunc te petimus, te poscimus atque rogamus,
1510 Ut nostris precibus flectaris [9] more benigno,
Atque vehi iubeas defuncti corpus amati
Hos per cornipedes quo vult tua iussio sancta.'
His ita prolatis populus responderat amen.
Haec postquam fuerant obsonia rite peracta [10],
1515 Talibus et signis splendesceret ardua virtus [11]
Eximii Galli, venerandi valde patroni,
Pontificalis apex [12] meritis suffultus opimis,
Quem semper colimus vocitatus nempe Iohannes,
Gratia larga dei quem sustulit atque probavit,
1520 Is cum presbitero feretrum per inane levando
Alipedum dorsis commendat munia sancta,
Iusserat et frenos demi cervice soluta,
Gressibus ut licitis pergant, quocumque ferentur
Arbitrio domini, qui cuncta creata gubernat.

1489 sepeliri suum corpus *G* 1499 unam *G*

1) ***Fast.*** ***I,*** 307 ut ferat Ossan Olympus; ***III,*** 441 Ossa | Arsit et in solida fixus Olympus humo; ***Met.*** ***II,*** 224 Caucasus ardet, | Ossaque cum Pindo maiorque ambobus Olympus. 2) *Cf. v.* 1334. 3) ***Trist.*** *V*, 4, 16 indomiti.. equi; ***Georg.*** ***III,*** 250 equorum | Corpora. 4) ***Georg.*** ***III,*** 208 duris parere lupatis. 5) ***Ep.*** ***XII,*** 46, ***Amor.*** ***I,*** 7, 8, ***Fast.*** ***II,*** 210 lata per arva. 6) *Cf. v.* 598, 1420. 7) ***Prudent.*** ***Cath.*** ***X,*** 4 hominem pater effigiasti. 8) ***Venanti Carm.*** ***II,*** 16, 9 factus possessor Olympi; 5 Exilium tibi mundus erat. 9) ***Aen.*** ***II,*** 689 precibus si flecteris ullis. 10) *Cf. v.* 768, 1007. 11) ***Iuvenci H. euang.*** ***II,*** 184 splendescere virtus; *cf. supra v.* 224. 12) *Cf. supra v.* 912, 1406.

1525 His ita compositis synaxis magna virorum
Permixti sexus gaudet, laetatur et orat,
Quo manifestetur cunctis divina potestas,
Quae solet inmeritis solamina grata referre.
Inchoat econtra cum praesule cetus honorus
1530 Vocibus almificis feretrum sectarier almum.
Sunt ibi psalmorum sonitus, sunt cantica laeta,
Luminis ornatu laquearia tota coruscant,
Ut solet ignicomis caelum splendescere stellis [1]:
Haud aliter rutilat tanta stipante caterva [2],
1535 Despectis opibus terrenis atque caducis
Omnimodis cupiens mansuram carpere vitam,
Vir domini Gallus summo delatus honore.
Haec postquam domini fuerant virtute peracta,
Cornipedes itiner directo tramite [3] pergunt
1540 Ac propero cursu festinant visere cellam,
Quam pius incoluit Gallus, dum vita manebat [4],
Qua meruit felix aeternum sumere sceptrum [5].
Quo cum perveniunt miti sub calle iugales
Deponunt feretrum, quod continet ossa beati
1545 Abbatis Galli, quem sustulit ardua virtus, [6]
Laetantes alacri nimium sub corde lyturgi
Atque sepulchrali committunt valde decori:
Corpus humo celant, sed spiritus astra volavit [7].
O nimium felix [8] feliciter atque beatus,
1550 Qui mercatus erat paradysum cespite vili,
Tellea contempnens, caelestia dona [9] capessens,
Qui palma accepta laetus sine fine cluebit
Atque deum victor miles stipabit in aevum,
Glorificans regem gestantem clara tropaea,
1555 Sanguine qui proprio vicit dominamina saeva.
Austerum mundi pariter deiecit et hostem,
Qui singillabit nocuos a sorte piorum,
Ut solet a paleis discernere grana probata,
Quando suum purgat frumentum rite magister [10],
1560 Migmata [11] proiciens, condens et farrea dona [12],
Horrea perpetuae quoniam summaeque quietis
Dragmata non capiunt nisi puro semine lata,
In quibus est tranquilla quies, concordia summa,
Imperium felix et laurea vita [13] per aevum.
1565 Mors ibi non regnat, dirae non mortis amator [14],

1539 tramitte *G* 1540 uestinant *G* 1542 summere *G*

1) *Iuvenci H. euang. IV,* 151 Ignicomaeque ruent stellae. 2) *Aen. I,* 497, *IV,* 136 magna stipante caterva. 3) *Aldhelm. laud. virg.* 645 directo tramite. 4) *Aen. V,* 724, *VI,* 608, 661 dum vita manebat. 5) *Amor. II,* 18, 13 Sceptra tamen sumpsi. 6) *Cf. supra v.* 1515. 7) *Amor. III,* 11, 10, *Art. Am. II,* 524 ponere corpus humo. *Cf. supra p.* 1423 *app. I,* 8. 8) *Cf. supra v.*177. 9) *Georg. IV,* 1, *Met. XIII,* 289 caelestia dona. 10) *Cf. Matth.* 3, 12, *Luc.* 3, 17. 11) *Cf. Isai.* 30, 24. 12) *Ep. XI,* 98 condam dona. 13) *Trist. IV,* 2, 56 laurea vota. 14) *Sedul. C. P. IV,* 93 nigrae mortis amator.

Organa laetitiae resonant cum voce canora[1],
Hinc fugiunt gemitus pestis cladisque dolorque,
Assunt iocundi cantus et salpica clara.
Quid loquar[2], o lector, nimium est quod promere conor,
1570 Excellit quoniam cunctarum famina vocum,
Castra dei sanctus quondam quae vidit Iacob
Praedictis opibus summa pietate fruuntur.
Est quibus adiunctus felix sacer atque sacerdos
Eximii meriti Gallus doctusque beatus.
1575 Horum militiae societ nos alma potestas,
Ut mereamur eis iungi sine fine dierum.
Cum quibus altipotens regnat, quos atque beavit,
Quo caeli possessores per saecla manerent.
Hoc pater, hoc natus velit, hoc et spiritus almus.
1580 Gloria summa deo patri genitoque perenni,
Spiritui sancto virtus eademque potestas.
Inclite Galle, vale, gaude, laetare per aevum,
Esto memor nostri precibus, rogitamus, opimis[3],
Qui super astra tenes mercedem valde beatam,
1585 Conspicis atque tuum factorem nocte dieque[4],
Quem natura timet caeli terraeque marisque[5],
Qui nos ad superas dignetur ducere sedes[6],
Oblita cum fuerint viciorum sordida cena[7],
Quae tantum valet ille deus dimittere solus,
1590 Qui sine peccato mortalem sumpsit amictum,
Ut genus humanum eriperet de morte secunda.
Est nunc iam tempus modicum compescere linguam,
Ne nimium meditans laqueos incurrat amaros[8].
Praedicat en Salomon perfusus dogmate miro[9]:
1595 'Ardua quae cernis noli rimarier', inquit,
'Mentibus ac rigidis[10] ne quaeras fortia quaeque,
Ne sub fasce ruas[11] quem sustentare nequibis.'
Ad quaecumque manum mittis, moderatio tecum
Invigilet, maneat, degat per singula facta.
1600 Sit satis hinc dictum, ceptum redeamus ad actum.
Ergo modum statuam, ne sit prolixa camena
Ac ne desidiam generet lectoribus ollis,
Qui e paucis cupiunt peditemptim plurima nosse.
Ad calcem iam nunc propero sub calle citato[12],
1605 Sed libet ante quidem virtutum munia terna
Texere munifici Galli carique patroni,
Quae meritis famuli dignatur pandere Christus.
Cunctis his notis et quae non scripta videntur,
Eius credantur miracula multa fuisse.

1574 doctusque felix *G* 1603 pedidemptim *G*

1) *Art. Am. III,* 311 voce canora. 2) *Cf. supra v.* 589. 3) *Cf. supra v.* 1460. 4) *Met. II,* 343 Nocte dieque. 5) *Aen. I,* 598 terraeque marisque. 6) *Fast. III,* 324 superis sedibus. 7) *Cf. v.* 1286. 8) *Cf. supra v.* 1284. 9) *Eccli.* 3, 22 Altiora te ne quaesieris, et fortiora te ne scrutatus fueris. 10) *Ep. III,* 96 rigida mente. 11) *Cf. p.* 414 *v.* 33. 12) *Cf. supra v.* 1262.

1610 Iam nunc incipiam[1]: praesto mihi spiritus esto,
Qui dator es largus verissimus atque probator.

Cumque pii funus celebrarent agmina plebis, c. XXXI.
Constitit ecce illic quidam mendicus et artes
Membrorum penitus contractus perdidit omnes.
1615 Hic quamquam pressus vario languore fuisset,
Aegris in pedibus maiorem pertulit iram
In tantum miser hac misera sub clade laborans,
Ut propriis nequeat saltem subsistere plantis,
Pergere nec quoquam valeat: sudore retentus
1620 Pestiferi morbi languet, dolet atque fatiscit.
Est hic consimilis clodo, quem sanat Ihesus.
O felix exul, paradysi cultor et heres,
Qui infirmis meruit subitam praestare medelam
Ac dominum meditatus erat, quem semper amabat.
1625 Quid loquar[2]! insignis virtus patefacta nitescit.
Indumenta pii dum presbiter erogat almus
Pauperibus turbis conventibus atque misellis,
Accipit exuvias, quis ultima membra teguntur,
Aegrotus, squalens, vilis, miserandus et impos.
1630 His cum tegminibus plantas circumdaret aegras,
Corporis et pariter cuperet vestire columpnas,
Sospes et incolumis Galli virtute medelam
Artubus infirmis[3] meruit sentire venustam.
Impiger in pedibus morulas non fecerat ullas,
1635 Insilit actutum laudes gratesque rependens[4]
Vocibus inmensis caelum terramque regenti,
Ceperat et meritum Galli super astra levare,
Quo sanus gaudet, qui languidus ante iacebat.
Creverat haec postquam miracula vulgus, ad alta
1640 Sustollit palmas[5] et tali voce triumphat:
'Te monitore pio, praesul venerande Iohannes,
Omnis honor summumque decus clarumque trophaeum
Sit tibi principio rerum finique dierum,
Talibus indiciis proprios ostendere servos
1645 Qui dignare pius, clemens miserator et auctor.
En hodierna tui fulgescit gloria servi,
Qua tecum regnat, vivit, valet atque vigebit.'
Imponunt post haec olli gestare lucernam
Exequias intra sacri summique patroni,
1650 A quo explosa pedum clades morbusque nephandus.
Recta tenet sanus vestigia[6] sospite gressu,
Iniunctum sibi servitium non segniter egit,
Tramite sed celeri reliqua cum plebe cucurrit,
Testificans populis domini magnalia cunctis.

1612.. unque *G* 1614 Menbrorum *G* 1619 quo sudore *G*

1) *Georg. I,* 5 Hinc canere incipiam. 2) *Cf. v.* 589, 1569. 3) *Met. VI,* 27 infirmos ... artus.
4) *Cf. v.* 1153. 5) *Aen. II,* 153 Sustulit .. ad sidera palmas; *IX,* 16. 6) *Met. V,* 198 tenuit vestigia.

1655 Contigit hoc virtutis opus[1], karissime lector,
Aethereas primum postquam migravit ad arces[2]
Vir per cuncta placens Christo cunctisque beatis.
c. XXXII. Hinc aliud pateat signum pastoris amati,
Quo meruit cunctis coram praeclarus haberi,
1660 Numine divino quod gestum constat aperte.
Ergo dei pietas, quae cuncta creata gubernat,
Corpoream molem postquam mors debita solvit,
Quid sancti valeant caelesti in sede locati[3],
Pluribus indiciis iustis declarat et atris:
1665 Illis, ut studeant nancisci praemia caeli,
Ne torpore gravi[4] per sompnia vana[5] fatiscant:
Istis, ut redeant vitiorum tabe relicta,
Dum cernunt hominum censorem singula nosse,
Quae mens aut tractat, cordis vel praeco susurrat[6],
1670 Aut quae facta manus disponit, conficit, aptat.
Hic deus est, quem nulla potest natura latere,
Agmina caelorum quem laudant atque verentur,
Qui pedibus siccis salsas superambulat undas[7],
Aequoreos latices vini qui mutat in haustum[8],
1675 Milia qui saturat quino sub pane virorum[9],
Quinque quidem pariter geminis et piscibus auctis[10],
Squalida membra cutis qui verbo sanat ubique,
Qui clodis gressum mancis largitur et actum,
Horrida quem fugiunt morfomata daemonis atri[11],
1680 Ante queam numerum stellarum pandere versu,
Eius quam possim miracula cuncta referre[12],
Quae nimis exuperant cunctarum famina vocum[13],
Quorum nec minimum vilis perpendo poeta.
Cur dixi minimum, cum singula maxima constent?
1685 Idcirco quoniam nullum depromere possum,
Ut decet, ut dignum est, ut fulget, lucet, ut ardet,
Te miserante, deus, precibus nunc posco supinis[14],
Ut michi concedas purgatae mentis acumen,
Ptysmate sanasti qui nati lumina caeci
1690 Sit tibi laus, virtus, sit gloria, Christe redemptor!
Ad ceptum redeatur opus[15]: rogo, Galle, precare
Altithronum regem, quo carmina nostra gubernet.
Cumque vir almificus metas transcenderet istas,

1656 artes *G* 1660 Num ne *G* 1665 ut melius studeant *G* 1666 Ne segnes torpore *G* 1680 quem *G*

1) ***Aen. X,*** 469 Hoc virtutis opus. 2) ***Met. XV,*** 858, ***Trist. V,*** 3, 19 Ipse quoque aetherias .. invectus es arces. 3) *Cf. v.* 1413; ***Fast. III,*** 615 sede locatos. 4) ***Georg. I,*** 124 Nec torpere gravi .. veterno. 5) ***Met. XI,*** 614 Somnia vana iacent. 6) ***Prudent. Contra Symm. II,*** 920 vel fama susurrat. 7) ***Sedul. C. Pasch. III,*** 226 calcatas dominus superambulat undas; ***Met. XIV,*** 50 pedibus super aequora siccis; ***Aen. V,*** 182 salsos .. fluctus. 8) ***Sedul. C. Pasch. III,*** 4 In vinum convertit aquas, amittere gaudent | Pallorem latices, mutavit .. 9) ***Ib.*** 212 modo panibus amplum | Quinque dedit victum per millia quinque virorum. 10) ***Ib.*** 211 geminis modo piscibus auxit. 11) ***Cf. supra v.*** 821. 12) ***Ex Ponto IV,*** 16, 37 cuncta referre | Nomina. 13) *Cf. v.* 1570. 14) ***Cf. supra v.*** 1416. 15) ***Fast. IV,*** 16 Coeptum perfice .. opus.

Ad superos scandens laetatus sorte perhenni,
1695 Defuncti corpus cari lavere clientes,
Ac venerabiliter circumdant more sueto[1].
Est ibi plangentum populorum magna caterva[2],
Taliter en resonat permixti concio sexus[3]:
'O monitor felix, pastor doctorque benigne,
1700 Orbatos tanto cur nos solamine linquis,
Dogmate mirifico qui munia larga dedisti,
Cunctos instituens nosmet pia quaerere regna[4]
Actibus eximiis et pectore valde fideli.
In te tota fuit nostri fiducia voti,
1705 Sed quia nunc gestis summo conamine, sancte,
Civibus angelicis sociari perpete vita[5],
Esto memor nostri precibus, rogitamus, opimis[6],
Ut mereamur eo fungi sine fine dierum,
Per quem cuncta vigent, quae mundi climata iungunt.'
1710 Interea Galli dum tractant membra beati
Discipuli, inveniunt capsellam de cute factam,
Undique conseptam vigili munimine claustri,
Cuius apud sanctum clavis sine teste manebat,
Vitales donec sospes decerpserat auras[7].
1715 Haec etiam Galli ex humeris pendere[8] solebat,
In qua thesaurus latuit felix testamen et aptum,
Quo domat ancillam, viduam solatur et angit
Carnales motus, animae compendia sectans.
Consilium capiunt thecam reserare repertam:
1720 Id dum nam facerent alacri scrutamine laeti,
Offendunt sacrum vili sub ymagine sutum,
Quod iuxta iacuit roseo conspersa kathena
Sanguine[9], quam . . . . aeris formaverat arti.
O veneranda nimis, cunctis pretiosa supellex!
1725 Talibus inventis dubitant, quidnam sibi vellent
Officii vel quid forsan gestare valerent,
Sed pius omnipotens, hominum qui novit operta,
Temporibus certis[10] declarat facta proborum
Singula decretis horis pariterque diebus
1730 Ostendit, pandit, manifestat, detegit, indit.
His ita conpertis, veluti praediximus ante,
Incipiunt circumstantes lustrare fideles
Membra patris visu attonito[11] per cuncta clientes.
Perpendunt tandem carnem sulcasse kathenam,
1735 Quae Christi bellatorem circumdare suevit.
Hanc clandestinam sanctus gestare solebat,

1702 instruens *G*, *corr. Watt.* 1721 *an* vili sub tegmine? 1722 Quem iuxta *G* 1723 .ss. acris *G*, *an* quam species? *an* arte? 1733 Menbra *G*

1) *Cf. supra v.* 356, 1263. 2) *Aen. I*, 497, *II*, 40, 370 magna .. caterva. 3) *Cf. v.* 1526. 4) *Aen. IV*, 350 extera quaerere regna. 5) *Cf. v.* 1357; *Iuvenci H. euang. II*, 513 perpete vita. 6) *Cf. supra v.* 1460, 1584. 7) *Aen. I*, 387 auras | Vitales carpis. 8) *Met. VIII*, 320, *Trist. III*, 13, 14 Pendeat ex humeris. 9) *V. Galli* et invenerunt in ea cilicium modicum et cathenam aeream sanguine aspersam. 10) *Rem.* 189, 191 Temporibus certis. 11) *Aen. III*, 172 Talibus attonitus visis.

Acrius ut vitam fragilem perduceret istam,
Quandoque mansuram capiens sine fine coronam.
Conspiciunt iterum volventes mente sagaci[1],
1740 Unde cruor tegetem setosam tinguere[2] posset:
Quatuor en vasto apparent sinuamine fossae,
E quibus effluxit sanguis, quo perlita vestis
Omnibus indicium praestat virtute potentis,
Theosebis proprias qua mortificaverat artus,
1745 Quo sibi conciliet dilearchon tempore cuncto.

c. XXXIV. Ergo age[3] nunc pateat, sequitur quae tertia virtus.
Dum pia membra patris sancta tellure locanda
Laudibus eximiis, ymnis precibusque supinis
Summissis humeris gestat collectio sancta,
1750 Splendenti rutilat comitatu clerus et ingens,
Consona fit populi cuncti vox talia fantis:
'O merito felix felicia regna capessens[4],
Regia te caeli per tempora cuncta tenebit[5],
Te memorem nostri semper sentire queamus
1755 Cetibus in claris compingi sorte beata.'
En coram feretro portantur lumina bina,
Fertur et incensum suavi nidore redundans
Undique nectarei mellis quae lumina stipant[6]
Relliquiae, quas sudor apum componere novit
1760 Arte sub egregia, solus quam conditor aptat.
Telluri commendatur dum corpus amati,
Ad caput adque pedes candelae rite locantur,
Quas prius in castro vivax accenderat ignis[7],
Ut sub honore pio peragantur funera sancta,
1765 Quae mirum dictu spatio triginta dierum
Usibus indefectivis ardere videntur,
Deliquium lucis spernunt nec cera fatiscit.
Creditur hoc factum divinitus esse patratum.
Unde sibi capiunt solamina grata[8] medelae,
1770 Quos dolor ophthalmon vel dentum pestis acerba
Inficit, auditus vel quos conturbat inanis.
Talia qui tolerant incommoda mente piata[9],
Credula si fuerint praecordia puraque sancta,
Effusis precibus, Gallo rogitante beato,
1775 Optatae capiunt gaudentes dona salutis.
Nunc te, Galle, precor, caelestis dogmatis index[10],
Ut mihi . . . poscas veniam concedere dicti
Seu facti, seu mens quidquid suggesserit atri,
Cunctorum regem, cuius non scinditur unquam

1759 quod *G* 1763 Qua *G* 1770 ophthalmon *graecis literis scriptum est* 1775 Opta *G* 1777 *an* mihimet *vel* mihi deposcas? *Watt.*

1) ***Arator Act. I,*** 404 mente sagaci. 2) ***Met. XIV,*** 237 tinxit | Ora cruore suo. 3) ***Cf. supra v.*** 578. 4) ***Cf. supra v.*** 1551. 5) ***Met. II,*** 298 regia caeli; ***cf. supra v.*** 1234. 6) ***Georg. IV,*** 163 purissima mella | Stipant et liquido distendunt nectare cellas. 7) ***Ov. Ep. XII,*** 138 accenso .. igne. 8) ***Cf. v.*** 1451, 1528. 9) ***Prudent. Perist. V,*** 361 mentem piatam sanguine. 10) ***Cf. v.*** 1413.

1780 Imperium, sed fine caret[1] ditione beatum,
Debita qui laxat, quem lex et norma cohercet,
Quem formidat humus, caelum cui servit et aequor,
Quem nunc indignus prostrato somate vili
Fletibus assiduis, precibus lacrimisque[2] misellis
1785 Oro, precor, rogito, peto, postulo, posco,
Sensibus a nostris ut pellat cuncta nociva,
Crimina dimittens et sanans vulnera[3] dira,
Et ne nos laqueis iterum convolvat amaris[4]
Hostis Tartareus fuligine nigrior omni[5],
1790 Muniat, obsistat solita virtute potenter.
Annue cunctorum nobis largitor honorum[6],
Pondera peccati nequeant quo surgere mersa,
Neu facinus quod delevit confessio sancta
Audeat ulterius quemquam deludere nostrum,
1795 Sanguine quos proprio devicta morte[7] coronas,
Sed potius cuncto scelerum cessante tumultu[8]
Te donante frui mereamur perpete vita[9].
Hoc pater, hoc natus, hoc spiritus annuat almus[10],
In quibus una manet virtus eademque potestas.
1800 Nunc iterum atque iterum supplex pauperculus oro[11],
Ut me tuta fides[12] confirmet, Christe redemptor,
Turpia quo fugiam factis melioribus utens[13],
Ne me flamma vorax[14] crudeli sumat hyatu
In chaos inmensum demergens pondere vasto[15],
1805 Quin tua per meritum Galli me gratia lata
Inter oves numeret, quis pascua servat amena[16],
Quas et pastor alit summis in sedibus orti
Et nemoris, quas ipse deus custodiat. amen.

1780 propria dicione beatum *G* 1783 somate *graecis literis scriptum est* 1785 *versus mancus* 1787 dyra *G* 1793 Heu *G* (*cf. Ov. Ep.* XV, 213 Heu facinus) 1795 Sangwino *G* 1796 thumultu *G* 1806 quos *G*

1) *Ex Ponto I*, 2, 29 Fine carent, *III*, 7, 2; *Aen. I*, 279 Imperium sine fine. 2) *Cf. v.* 1414; *Ep. IV*, 175 precibus lacrimas quoque. 3) *Met. XIV*, 23 sanesque haec vulnera; *Ex Ponto I*, 3, 22. 4) *Cf. supra v.* 1593. 5) *Ecl. VII*, 50 fuligine nigri, *cf. v.* 637. 6) *Prudentii Contra Symmach. II*, 435 largitor honorum; *cf. v.* 186. 7) *Iuvenci H. e. IV*, 758 devicta morte. 8) *Cf. supra v.* 18. 9) *Cf. supra v.* 1706. 10) *Cf. v.* 1579. 11) *Art. Am. II*, 127 iterumque iterumque rogabat; *Met. VII*, 853 supplex oro. 12) *Aen. IV*, 373 tuta fides. 13) *Aen. VI*, 546 melioribus utere fatis. 14) *Iudic.* 20, 48 vorax flamma. 15) *Ov. Ep. IX*, 88 vasto pondere. 16) *Karol. M. et Leo v.* 145 amoenaque pascua.

CARMINA SANGALLENSIA.

Carmina quae secuntur saeculo nono vel ineunte vel medio composita ex codicibus Sangallensibus deprompsi, qui his numeris insigniuntur:

73 saec. IX. incip. p. 261 Tres iuuenes fratres. *Auctor ipse hoc aenigma locis compluribus correxit eoque lectu difficile reddidit. Primus edidi in Zeitschrift für Deutsches Alterthum XIX, 387.*

286 saec. IX. p. 1 Wicharius iunior concors *(cf. Hattemer Denkmahle I, 419).*

553 saec. IX. in. p. 166 Cum mundus per inania, *prologus metricus ad vitam sancti Galli vetustiorem pertinens, quem edidit Ildefonsus ab Arx, SS. II, 33—34, iterumque Meyer de Knonau, St. Gallische Geschichtsquellen I p. X. Idem carmen tradit codex quondam Heilsbronnensis, nunc bibliothecae Erlangensis 237 saec. XII. (E) f. 95, ex quo E. Steinmeyer V. Cl. benigno animo illud descripsit.*

187 saec. IX. p. 305 Grates ac votum potis est. *Hoc carmen acrostichum hucusque ineditum literis uncialibus partim nigris partim rubris conscriptum est.*

De his codicibus, quibus accedunt 20 et 98, conferas Scherrer, Verzeichniss der Handschr. der Stiftsbibliothek von St. Gallen p. 8, 31, 38, 66, 107, 172, 649; Irmischer Beschreibung p. 424, tom. I, 2, 88, 358.

Turicensis C. 78 (quondam S. Galli) f. 48' Versus de euangelio ad picturam, *quem iam Canisius adhibuit (Lect. ant. VI, 514—517). De quo cf. huius sylloges t. I, 358.*

I.

Tres iuvenes fratres, uno de patre creati, [1]
Ut fertur, fuerant, nec multum divite rebus.
Qui moriens unum natis relliquerat hircum,
Unum quem solum potuit vix pauper habere,
5 Dum miser advixit: non illi nempe bidentum
Stipatae fuerant caulae nec pascua tauri
Iuncea [2] carpebant pingues haedique petulci [3]
Cornibus obversis [4] viridem cursare per herbam [5]
Consueti fuerant; solo spes omnis [6] in hirco,
10 Totae diliciae, cibus his communis et ipse.

[I] 8 luctare *corr.* cursare *G*

1) *Met. VII,* 3 iuvenesque Aquilone creati. 2) *Ecl. I,* 49 obducat pascua iunco. 3) *Georg. IV,* 10 haedique petulci. 4) *Aen. III,* 549 Cornua .. obvertimus. 5) *Ecl. VI,* 59 herba captum viridi; *Met. II,* 864 viridique exultat in herba. 6) *Aen. II,* 162 Omnis spes Danaum.

Hunc hircum fratres patris de morte potiti
Inter se statuunt, fieri quid oporteat ex hoc.
Nempe parem genere et parilis sors quemque manebat[1],
Et quisque ex ternis repetit sibi partibus unam.
15 Maximus at fratrum consultans omnibus illis:
'Non', ait, 'hoc prodest talem partirier hircum,
Qui multum pulcher, multum generosus et extat.
Ad spem servandae subolis magis utile constat,
Si pactum facimus, de nobis quemlibet unum,
20 Ingenio reliquis quinam prudentior assit,
Hunc hircum incolumem salva ratione tenere.'
Tunc placuit cunctis, quod frater suaserat illis,
Et legem inter se statuunt, ut quisquis eorum
Hircum maiorem reliquis optare valeret,
25 Quo maior nullus dici potuisset ab illis,
In huius partem totus mox cederet[2] hircus.
Tum primus talem depromit pectore vocem[3].
'O utinam tantum dominus mihi nunc daret hircum,
Ut si per totum caeli sub climate[4] mundum
30 Aequatae celsis valles cum montibus[5] essent,
Scilicet atque super cumuli salis undique starent,
Nec solum carnes sallirier unius armi
Ex hoc quivissent vel parca aspergine tangi
Huic reliquo toto praestanti corpore[6] membro.'
35 Quo frater dicto respondit deinde secundus:
'Praesta, Christe, mihi tam magni corporis hircum,
Omnia quae fuerint saeclorum ex ordine neta
Fila[7] in directum si ducat copula nexa,
Ungula nec posset strictim parvissima circum
40 Ducier inde pedis, corpus praecellat et omne.'
Tum grave suspirans minimus mox talia profert:
'O si nunc talem, domino tribuente, tenerem,
Ut tantum spacii bina inter cornua ferret,
. . . . peret quo primo tempore[8] nidum,
45 . . . . . ex . . . . celeri remeare volatu[9]
Ante . . . . pennis privetur amaro,
Alterius cornu quam posset prendere summum.'
Haec illi inter se certantes dicta ferebant[10].
At quicumque sibi sapiens quicumque videtur,
50 Decernat horum quis victor iure putetur
Et teneat hircum felici munere pulchrum.

---

13 et *addidi* 14 unum *G* 15 infit *corr.* illis *G* 18 seruandus *corr.* seruandę *G* dignus *corr.* magis *G* 25 alius dici non posset *corr.* nullus dici potuisset *G* 31 cumulo *corr.* li *G* 35 Huic *corr.* Quo *G* 42 nunc *dubium* 44 *an* inciperet? 45 B (?) . . . *G* 46 Ante a . . . *G*

1) ***Aen.* X,** 39 haec intemptata manebat | Sors. 2) ***Art. Am. II,*** 470 Inque suas partes cessit. 3) ***Iuvenci H. euang. IV,*** 349 Christus item sancto depromit pectore vocem. 4) ***Aldhelm. princ. vit.*** 296 climate caeli. 5) ***Aen. XI,*** 320 celsi . . montis. 6) *Ib. I,* 71, *VII,* 783 praestanti corpore. 7) ***Ex Ponto I,*** 8, 64 Nerunt . . . fila deae. 8) ***Fast. III,*** 440 primo tempore. 9) ***Met. IV,*** 718 celer . . per inane volatu. 10) *Aen. XI,* 330 qui dicta ferant.

II.[1]

Wicharius iunior concors et Wikeli maior
Invitent coetum cantando plebis ad ymnum.
Nomine signati, lectores, rite parati,
Sensim passionum, decet ut, depromite textum.
5 Persistet nonus merito pater ipse decanus,
Cantores primi strictim procedite bini.
Voce pari[2] Christo carmen cantate[3] benigno:
Condecet his festis pellamus noxia fellis.
Quae damnant animas purgamus corpore culpas,
10 Possimus sanctis casti ut servire tonantis.
Velle bonum nichil est, sociis aliis nisi prodest,
Commoda sint nobis pro quo communia cunctis.
Quicquid erit vicii studeamus pellere nisi,
Quo placeant nostri servimina cuncta valenti,
15 Celi participes mereamur et esse perhennes,
Gaudia facturi sumus istec tunc fruituri.
Quod prestet nobis trinus deus et tamen unus,
Qui vivit rector, per saecula sanctificator,
Cuius et imperium stabilitur nunc et in evum.
20 Ordine legali prefulgent festa diei[4],
Istius templi et populo sanctisque dicati[5]
Precavet officium sibimet concordia iunctum.
Hinc nemo damnum confratrum sentiat ullum,
Lecturi seriem conservent themate talem.

III.

Cum mundus per inania[6] vertatur volitando,
Oceanus ut gyrat haec terrestria regna,
Zelo humano erectis super astra poetis,
Bellis Laurentum prout Virgilius faleratus
5 Eximii vatis meruit per saecla triumphum,
Ratus et Argolicum rimans figmentum Homerus,
Tali ut captasset regnum aethrale labore:
Omissis fictis et cautum stilum habendo
Patronos veros cur non debeo venerari,
10 Actu qui iusto freti superare malignum
Tartareasque minas calcarunt recta operando,
Rebus dispecti, meritis sed magnificati?

[II] *ex cod. S. Galli* 286, *quem Grimoldus abbas monasterio donaverat, cf. Weidmann Gesch. der Stiftsbibl. p.* 399   10 ut *addidi*

1) *Cf. de his versibus, qui ad processionem monachorum sancti Galli spectant, von Arx Berichtigungen u. Zusätze zu den Gesch. des Kantons St. Gallen p.* 40.   2) *Trist. I,* 8, 26 parili.. voce.   3) *Met. XIV,* 369 cantato .. carmine.   4) *Amor. I,* 8, 10 fulget in orbe dies, *III,* 10, 47 Festa dies.   5) *Fast. I,* 610 Templa .. dicata, 706 templa dicata deis   6) *Met. II,* 506 raptos per inania; *IV,* 718 celer .. per inane volatu.

Inter quos sanctus Gallus, mundo venerandus,
Vera sub ipso principio vitae capiebat,
15 Vertendo multos exemplo ad moenia vitae.
Exin praeclaris signis effulsit in orbe [1]
Tantis mirandis, quanta vix lingua proferre
Tota per arva valet aut sensus mente tenere [2].
Innumerae populi versae sunt rite catervae [3]
20 Nanctis miris signis Christo rege donante.
Unca manus [4] nervos plenos protendere gaudet,
Sanctorum regem populo laudante canoro
Vere et contractorum prosiliente caterva.
Exiles gressus temptantur ceu puerorum,
25 Reor, et ut nequeam stilo transscribere umquam,
Buccis in quantis ibi lingua nova renovatur
Ac membris in cunctis quae miracula aguntur.
Sed peto te, quicumque cupis haec figere menti
Acta, prout creduntur Christo rege tonante,
30 Largifluis precibus dominum mecum ut depreceris,
Vasto in mundo [5] terrigenis qui talia dedit,
Tetro ut procul pulso a me crimine nigro
In laude Christi exhilarato iubare cordis
Sancti acta stilo merear recitare volante.

IV.

Psalterium hoc [6] domino semper sancire curavi
Wolfcoz [7], sic supplex nomine qui vocitor.
Obtestor modo praesentes omnesque futuros:
Hoc minime hinc tollant, sed stabile hic maneat.
5 Pro me funde preces [8], lector, deposce tonantem,
Ut mihi det vitam, sic tibi, perpetuam.

---

13 Iter *E* 15 uitte *E* 17 profess *corr.* ferre *E* 19 In munere *E* 22 laudanto *E* 25 stilo *om. E* 33 xhilarato *E*

[IV] *ex codice S. Galli* 20 *saec.* IX. *in. p.* 327 *ediderunt Neugart Episcop. Constant.* I, 1, 106, *Scherrer Verzeichniss der Hss. von St. Gallen p.* 8

1) *Venanti Carm. IV,* 20, 2 fulsit in orbe potens; *Amor. I,* 8, 10 fulget in orbe dies. 2) *Aen. III,* 388 mente teneto. 3) *Sedul. C. Pasch. I,* 132 innumeras ... catervas. 4) *Aen. III,* 217 uncaeque manus. 5) *Met. XIII,* 110, *Fast. I,* 119 vasti .. mundi. 6) *Exstat in codice S. Galli* 20 *p.* 3—327. 7) *Cf. Necrol. S. Galli VII.* Id. Aug. Obitus ... Wolfcozi diaconi (*St. Galler Mitteil. IX,* 49, 101) *et quae adnotavit Wartmann Urkundenb. der Abtei St. Gallen I,* 221. 8) *Aen. VI,* 55 funditque preces.

V.

Grates ac votum potis est captare serenum,
Carmina circuiens insignia nomine suavi,
Galle, dei cultor; nam te decus intulit arvo
Lux lucens isti data, portans gaudia nobis.
5 Florea spes pacis defers huc vota salutis,
Qui patriae sedes et sanae laudis honores
Hic veluti animo liquisti nomine pro Seth,
Tu decus omne piis [1] fulges in parte polorum.
Nunc tutus regno terras miserare fovendo,
10 Iam celsus festis in terra aptare coactis
Ac requiem caeli da scandere, terrea quali
Floreus in templo tu carpis pacta superno.
Orbis de occasu pergens placitureque Eoo,
Abba, in silvicola fulges, carissime, turba,
15 Flore catus niveo, pellis qui flumine noto [2]
Plenas fraude lues ac ponis gaudia fontes.
Peste dein vacuas emundans famine terras
Omnia re pariter pacasti ad te, bone rector,
Atque creatori das dignam flore catervam.
20 Hanc primum cellam sub noto numine factam
Totis iam votis cumulabas fretus ab altis,
Mole dein natos non passe perire novellos
Rem bene iam dignam rexisti, maxime doctor.
Hinc erimus festis acciti denique rectis
25 Atque beatorum mens parturit acta deorum,
Cum nostris votis intersit gratia fontis,
Quo turbae regni tantae mittuntur honori
Atque bono caeli gaudent in sorte nitenti.
O nunc vim toto miseratus in aethere mundo
30 Da, pastor, pater ac noster, qua luce perenni
Fulgeat et speret defendi ex visibus agni
Ac primum vigetes tutor miserare fideles,
Qui temet comunt, norunt et in arte superna.
Tu mea dicta legens aeterno promis in arvo,
35 Quaeso, da veniam scelerato [3] a peste suprema.

[IV] *Haec est acrostichorum interpretatio*

Galle, tuos famulos magna pietate reserva.
Qui retines regnum da nos captare polorum.
O bone rector, huncque iuvato munere noto.
Accipe mitis carmina vatis mente serena.

16 *an* fontis? 22 passi *G, corr. Watt.* 32 uEgetes *G* 35 Quęso *G*

1) *Ecl. V,* 34 Tu decus omne tuis. 2) *Aen. XI,* 495 flumine noto. 3) *Ex Ponto IV,* 2, 23 Da veniam fasso.

GRATES**A**CVOTU**M**POTISESTC**A**PTARE**S**ERENU**M**
C**A**RMINA**C**IRCUI**E**NSINSIG**N**IANOM**I**NESUA**V**I
GA**L**LEDEI**C**ULTOR**N**AMTED**E**CUSIN**T**ULITA**R**VO
LUX**L**UCENS**I**STIDA**T**APO**R**TANSG**A**UDIAN**O**BIS
FLOR**E**ASPES**P**ACISD**E**F**E**RSHUC**V**OTASA**L**UTIS
QUIPA**T**RIAES**E**DESET**S**ANAEL**A**UDISH**O**NORES
HICVEL**U**TIANI**M**OLIQUISTI**N**OMINE**P**ROSET**H**
T**U**DECUS**O**MNEPI**I**SFULGES**I**NPART**E**POLOR**U**M
NU**N**CTUTU**S**REGNO**T**ERRAS**M**ISERA**R**EFOVE**N**DO
IAM**C**ELSUS**F**ESTIS**I**NTE**R**RAAPT**A**RECOA**C**TIS
ACRE**Q**UIEMC**A**ELIDA**S**C**A**NDERE**T**ERREA**Q**UALI
FLORE**U**SINTE**M**PLOTU**C**ARPIS**P**ACTAS**U**PERNO
ORBISD**E**OCCAS**U**PERGENSPL**A**CITUR**E**QUEEO**O**
A**B**BAINS**I**LVICO**L**AFULGES**C**ARISS**I**METUR**B**A
FL**O**RECAT**U**SNIVE**O**PELLI**S**QUIFL**U**MINEN**O**TO
PLE**N**ASFRA**U**DELUE**S**ACP**O**NISGA**U**DIAFO**N**TES
PEST**E**DEINV**A**CUASE**M**U**N**DANSF**A**MINET**E**RRAS
OMNIA**R**EPARI**T**ERPAC**A**STIAD**T**EBONE**R**ECTOR
ATQU**E**CREAT**O**RIDAS**D**I**G**NAMFL**O**RECAT**E**RVAM
HAN**C**PRIMU**M**CELLA**M**SUB**N**OTONU**M**INEFA**C**TAM
TO**T**ISIAM**V**OTISC**U**MULAB**A**SFRET**U**SABAL**T**IS
M**O**LEDEI**N**NATOS**N**ONPASSI**P**ERIRE**N**OVELL**O**S
REMBEN**E**IAMDI**G**NAMREXIST**I**MAXIM**E**DOCTO**R**
HINCE**R**IMUSF**E**STISA**C**CITID**E**NIQUE**R**ECTIS
ATQU**E**BEATO**R**UMMEN**S**P**A**RTURI**T**ACTAD**E**ORUM
CUM**N**OSTRI**S**VOTIS**I**NTE**R**SITGR**A**TIAFO**N**TIS
QU**O**TURBA**E**REGNI**T**ANTAE**M**ITTUN**T**URHON**O**RI
A**T**QUEBO**N**OCAEL**I**GAUDENT**I**NSORT**E**NITEN**T**I
ONUNCV**I**MTOTO**M**ISERATUSI**N**AETHE**R**EMUND**O**
DAPAS**T**ORPAT**E**RACNO**S**TERQU**A**LUCEP**E**RENNI
FULG**E**ATETS**P**ERETD**E**F**E**NDIEX**V**ISIBU**S**AGNI
ACP**R**IMUMV**I**GETES**T**UTO**R**MISER**A**REFID**E**LES
QU**I**TEMET**C**OMUNT**N**ORUNT**E**TINAR**T**ESUPE**R**NA
T**U**MEADI**C**TALEG**E**NSAETER**N**OPROM**I**SINAR**V**O
QUESOD**A**VENIA**M**SCELERATO**A**PESTE**S**UPREM**A**

VI.

Obtulit hunc librum[1] Regimarus sorte sacerdos
Regum sublimi meritorum stemmate claro,
Iubare virtutum solis splendore corusco[2],
Celsa prae cunctis Hludowico[3] laude colendo,
5 Quem deus aetherius diuturno salvet in aevo,
Tanta patrocinii conservans praemia nobis.

VII.

I. VERSUS DE EUANGELIO AD PICTURAM.

Angelus ecce seni promittit munera[4] nati,
Quem populus trepidans foris expectabat et orans.
Concipit en verbo prolem castissima virgo,
Angelus hic sponsam Ioseph commendat alendam.
5 Hic genitrix domini meat Elisabethque salutat,
Utque deo exultet Iohannem spiritus implet.
Zacharias suboli nomen posuere[5] propinqui,
Sed mage Iohannes certant vocitare parentes.
*Nunciat angelicus Christum pastoribus ymnus:
10 In stabulo dominum celebrant en omnia parvum.
Ecce magi solio praesentant munera vero,
In somnis moniti faciem fugere tyranni[6].
Sistitur hic domino Iesus cum munere iusso,
Mox ipsum dominum didicerunt corda piorum.
15 Partibus Aegypti differtur passio Christi,
Quem simulacra tremunt et cara habitacula linquunt.
Praecipit Herodes natos cruciare recentes,
Milia lactantum tendunt laetantia caelum.
En senibus potior reperitur pusio doctor,
20 Qui tamen imperium dignatur ferre parentum.

EXPLICIT DE INFANTIA CHRISTI.

II. HI VERSUS IN DEXTRO PARIETE CHORI, ISTI VERO IN DEXTRO PARIETE STATIONIS POPULI.

Baptizat dominum servi devotio summum,
Praedicat hunc genitor, invisit spiritus unctor.
Daemonis en fraudes Christus contemnit inanes,
Eius cunctimodas ducens ut stercora pompas.

[V] *ex codice S. Galli* 98 *saec.* IX. *p.* 2 *edidd. Weidmann Gesch. der Bibl. von St. Gallen p.* 8, *Hattemer Denkmahle* I, 409

[VI] *ex cod. Turicensi C.* 78 *post versus* 2 *et* 4 *additur in margine* Aliter

1) *Ambrosii libros III de spiritu sancto, contra Apollinaristas, in laude sanctorum.* 2) *Venanti V. S. Martini III,* 57 splendore coruscans. 3) *Franciae orientalis regi, qui, si monacho Sangallensi* (*Gesta Karoli II c.* 10, *Mon. Carolina ed. Jaffé* 680) *fides habenda est,* per omnia simillimus immo etiam quantum potentia regni tantum religionis studio, si dici liceat, quodammodo maior exstiterit Ambrosio. 4) *Ov. Ep. XVI,* 65 Munera... promittit. 5) *Fast. II,* 479 nomen posuere Quirites. 6) *Sedulii C. P. II,* 102 Per somnum moniti contemnere iussa tyranni.

5 Demonstrat placidum Iohannes nutibus agnum,
Andreas sequitur, fratri comperta profatur.
Imperat os vitreum post se properare Philippum,
Nathanahel spissa qui mox subducit ab umbra[1].
Testibus hisce novum fecit de flumine signum,
10 Convivis latices in vitea pocula vertens[2].
Retia germani linquunt in nomine Christi,
Mox alii lacrimas spernunt cum nave paternas.
Omnipotens medicus hominum miserator et unus
Omnimodis pressos iussit discedere sanos.
15 Spiritibus diris hominum de corpore pulsis
Das pecorum furiare greges[3], iustissime iudex.
En verbum domini curat medicamine verbi,
Praecipit et sanum proprium portare grabattum[4].
Principis ut natam sanet vel suscitet, ibat,
20 Furatur mulier sacra de veste salutem[5].
Reddidit en stupidae dominus sua munia dextrae,
Consilium stolidi faciunt de sanguine Christi.
Unicus en viduae redivivus redditur orbae,
Ingeminant plebes: 'O vere, magne prophetes'.
25 Saltatrix petiit caput, innocuumque recepit,
Lictores fluvidum linquunt in carcere truncum.
Panibus ex quinis et piscibus haud mage binis[6],
En hominum large saturantur milia quinque.
Christus aquae fluctu pressit vestigia gressu[7],
30 At fidei dubium mergunt vada turgida Petrum.
Ydropicum tangente manu, quae cuncta creavit[8],
Pallidus humor abit, facies et laeta rubescit.
Ecce decem mundans templo se ferre iubebat,
Unus regreditur grates persolvere[9] Iesu.
35 Contentus pueros deus est benedicere parvos
Talibus atque sui promittit gaudia regni.
Hic scribae domino sistunt in crimine captam,
Quam placidus censor damnatis solvit eisdem.
Ex limo reparat quicquid natura negabat,
40 Qui luteum primo totum plasmaverat Adam.

HUCUSQUE DE MIRACULIS CHRISTI IN DEXTRO PARIETE.

III. HI VERO IN FRONTE OCCIDENTALI IN SPATIO QUOD SUPRA TRONUM EST.

Ecce tubae crepitant quae mortis iura resignant,
Crux micat in caelis, nubes praecedit et ignis.

---

1) *Aen. II,* 621 spissis .. se condidit umbris. 2) *Georg. III,* 379 pocula laeti | ... vitea. 3) *Met. XI,* 276 greges pecorum. 4) *Sedul. C. Pasch. III,* 98 proprium ... adtolle grabatum. 5) *Ib.* 123 subitam furata salutem | Extrema de veste rapit. 6) *Cf. supra p.* 399 *LI,* 4 Panibus ex quinis, tum piscibus ordine binis. 7) *Iuvenci H. euang. III,* 102 Fluctibus in liquidis sicco vestigia gressu. 8) *Ov. Ep. XVII,* 179 manu .. tango; *Am. I,* 4, 27 Tange manu; *Aldhelm. Aenigm. hendec. I,* 1 qui cuncta creavit. 9) *Aen. I,* 600 grates persolvere dignas.

IV. HI ETIAM SUBTUS TRONUM INTER PARADYSUM ET INFERNUM.

Hic resident summi Christo cum iudice sancti,
Iustificare pios, baratro damnare malignos.

V. PASSIO DOMINI IN SINISTRO PARIETE STATIONIS POPULI.

Esse sibi patrem domino tractante tonantem
Plebs furibunda pium certat lapidare magistrum.
Mortue quatriduo, foetens et corpore toto [1],
Lazare surge, veni, te morti tollo rapaci.
5 Funeris obsequium mulier praevenit amicum,
Dum caput atque pedes nardo perfudit honora.
Mansuetum regem plebes devota frequentat
Frondea cum festis praeiens comitansque choreis [2].
En urbis miserae dignatur flere ruinas [3],
10 Quae manibus crudis ipsum discerpere gestit.
Hic sub carne latens deitas per signa patescit,
Dum turbas patria flagro proturbat ab aula.
En ficum viridem sterilem remanere iubebat,
Quod sibi ieiuno fructum praebere negabat.
15 Agricolae servos caedentes vulnere saevo [4]
Post natum domini satagunt hic mittere morti [5].
Gentiles dominum cupiunt iam cernere Christum,
Discipulos idem mortem perferre docebat.
Ecce sacerdotum primi populique nefandi
Infidum famulum censu corrumpere gaudent.

[IV] subdus *G* || [V] 3 quadriduo *G* 6 honora *G*, odora *coni. Canis.*

1) *Aen. III,* 175 toto ... corpore. 2) *Met. VIII,* 581 festas duxere choreas. 3) *Aen. XII,* 610 urbisque ruina. 4) *Ex Ponto I,* 2, 17 saevo .. vulnere. 5) *Aen. X,* 664 demittit corpora morti.

GESTA APOLLONII.

Codex membranaceus saeculi XI. bibliothecae universitatis Gandensis Nr. 169 (124 suppl.) signatus constat 229 foliis. Scriptum autem eum esse in monasterio huius civitatis sancti Petri testatur paginae 454 subscriptio: 'liber sancti Petri Gandensis ecclesie . seruanti benedictio . tollenti maledictio. qui folium ex eo tulerit uel curtauerit anathema sit.' *Continet (p. 1—454) b. Hieronymi presbyteri explanationem in Ezechielem prophetam, cuius hic est finis:* 'Explicit liber XIIII beati Hieronimi super Hiezechielem prophetam.' *Insequitur in duobus ultimis foliis (p. 455—458) carmen cui post v. 42 titulus additur* gesta Apollonii, *eadem aetate literis minusculis, postrema pagina hinc inde abrasis lectuque difficillimis, scriptum. De quo codice postquam primi Ludovicus Bethmann (Archiv VIII, 551 a. 1843) et J. de St. Génois (Catalogue de Gand p. 315, a. 1849—1850) enucleatius egerunt, poematis partem priorem (v. 1—123) descripsit Iohannes Heller, Ph. Dr. b. mem. Summa bibliothecae Gandensis praefecti V. Cl. I. Vanderhaeghen benevolentia tum librum ipsum Halis domo mea commodius et accuratius tractandi copia mihi data est. Quo aestate anni 1876 transscripto cum deinde Mauricii Haupt de Apollonii Tyrii fabula disputationem doctissimam perlegerem, ab editore eius Ulrico de Wilamowitz alterum huius carminis exemplar iamdiu illi fuisse certior factus sum, quod, quondam a professore Gandensi Roulez diligenter collatum, heredum permissu usui meo tradidit. Quibus subsidiis adiutus textum quantum divinari potuit programmate academiae Halensis a. 1877 edito primus restituere conatus sum, quamvis nec omnia librarii menda sanare nec lacunas omnes explere contigerit. Postquam Hermannus Hagen literis ad me datis*[1]*, Conradus Bursian*[2] *alii locos aliquot emendaverunt, Lodovicus Traube V. Cl. codice Gandensi Berolini denuo diligenter nec sine fructu collato vitiisque nonnullis sublatis optime de hac editione meruit. Instrumenta enim, quae operi iterum a se edendo paraverat, comiter nobis concessit.*

Poeta fabulam suam omnem ex historia Apollonii regis Tyrii pedestri oratione conscripta et classis B'' quidem codice subiecto[3] *mutuatus dilatando copiosiorem ornatioremque reddidit. Utrum ad finem eam perduxerit*[4] *necne ignoramus, quia fortuito duo tantum codicis folia caeteris deletis ad nostram usque aetatem pervenerunt. Aut auctor ipse aut librarius glossulas nonnullas interlineares vel marginales vocibus rarioribus adiecit,*

---

1) *Cf. Neues Archiv IV,* 282. 2) *Jahresber. über den Fortschritt der Alterthumswissensch. a.* 1877. 1878, *XI,* 55, *XV,* 105. 3) *Historia Apollonii regis Tyri ed. Al. Riese a.* 1871 *p. IV, cf. W. Meyer Ueber den latein. Text der Gesch. des Apollonius v. Tyrus (Sitzungsber. der philol. Cl. der Münchener Akad. a.* 1872 *p.* 3—28); *Literar. Centralblatt a.* 1878 *p.* 883. 4) *Capita I—VIII historiae tantum complectitur poeta. Cf. Literar. Centralbl. l. l. 'Ref. glaubt dass die gesta nie viel mehr umfassten, als c.* 1 *bis* 8 *der historia; der Dichter scheint sein Machwerk mit einem ihm eigenthümlichen Schlusse der Versöhnung des Antiochus mit Apollonius auf Drängen der Unterthanen des ersteren abgeschlossen zu haben'.*

quarum partem cum Georgius Schepss[1] *in codice quondam Tegernseensi, nunc Maihingensi, saeculorum X—XI. repperiret, sed et alias nonnullas, quae textum nostrum supplent, Froumundo, Tegernseensis coenobii monacho clarissimo, cuius manu liber ille conscriptus est, anno circiter millesimo exemplar poematis nostri praesto fuisse recte concludit. De ipsius vatis aetate atque origine M. Haupt*[2] *sub nominibus eorum, qui alternis sermonibus rem perorant, Walahfridum Strabum Strabonemve eiusque amicum quendam Saxonicum significari coniecit. Etsi Strabonis nomen singulare hanc sententiam admodum commendare videatur et poeta more illius vocabulis vel Graecis vel rarioribus saepius utatur*[3], *versus tamen leonini, quibus totum carmen constat, a Walahfridi ipsius moribus abhorrent nosque, ut illud discipulo potius poetae Augiensis pio ascribamus, suadent, qui et ipse in Vergilio, Ovidio, vatibusque christianis admodum versatus fuit*[4]. *Versuum leoninorum hac aetate conditorum exempla praebent nobis Euangeliarium Eboni archiepiscopo dedicatum (t. I, 623), carmina dubia, quae supra inter Straboniana edidimus (p. 397—403), poemata denique Engelmodi episcopi, quae infra in lucem dabimus. De ingenio gestorum auctoris poetico et Haupt et Seiler*[5] *severius iudicant, etsi hic versus eius faciles atque elegantes non omnino reprehendere velit. De fabula Apollonii notissima, de qua post alios multos Erwinus Rohde (Der griechische Roman p. 404—424) luculenter disseruit*[6], *hic disputare supersedemus.*

GESTA APOLLONII.

STRABO.

Auribus intentis[7], toto moderamine mentis
Quod suadet Strabo, sollerter concipe, Saxo.
Est reticere nefas nobis, cum prompta facultas
Perficiat linguas aliquo sermone disertas,
5 Sed satius nostrum, frater, protendere sensum,
Quam torpore gravi[8] taceamus munera Christi[9].
Sit pacis tempus nostris sine fine diebus:
Sunt post nos alii ludentes carmine dulci[10].

---

1) *Handschriftl. Studien zu Boethius, Würzburg* 1881 *p.* 7, *Neues Archiv IX,* 173—186. 2) *Opuscula III,* 1, 22 (*Lipsiae* 1876): *Nur in einem bruchstücke erhalten ist auch die älteste freiere bearbeitung in lateinischer sprache. eine handschrift des* 11. *jahrhunderts in der universitätsbibliothek zu Gent enthält hinter Hieronymus commentar zum Ezechiel auf zwei blättern in* 792 *lateinischen stumpf gereimten hexametern etwa ein drittel der erzählung und zwar lösen sich in ihrem vortrage ein Saxo, über den ich keine sichere vermutung habe, und ein Strabo ab. dies wird aber kein anderer sein als Walafrid Strabo, der berühmte schüler des Hrabanus Maurus, der als abt von Reichenau im jahre* 849 *starb. vergleicht man seine gedichte, deren grösster theil in Canisius lectiones antiquae abgedruckt ist, so zeigt sich weder in den versen noch in der sprache abweichendes; freilich sind manche jener gedichte viel besser als die ziemlich trockene und hölzerne versificierung des Apollonius. dem Strabo wird dann wohl alles gehören, auch was der Saxo in völlig gleichem tone mit jenem abwechselnd erzählt.* 3) *Cf. de Ermenrici studiis Graecis Ebert Gesch. der Literatur des Mittelalters II,* 184, *supra versus p.* 397, 418. 4) *Opinionem, qua in programmate illo de poetae aetate posteriore ductus sum, nunc ipse refello, quamquam F. Seiler* (*Ruodlieb p.* 177) *mihi assensus erat.* 5) *Ruodlieb l. l. 'Es ist ein entsetzlich breitspuriges schwülstiges opus'.* 6) *V. etiam Herm. Hagen, Der Roman vom König Apollonius v. Tyrus, Berlin* 1878. 7) *Ex Ponto IV,* 4, 36 Intendent aures; *Prudent. Psych.* 746 Auribus intentis. 8) *Georg. I,* 124 Nec torpere gravi. 9) *Sedul. C. Pasch. I,* 10 taceam miracula Christi. 10) *Georg. IV,* 565 Carmina qui lusi; *Trist. V,* 1, 4 carmine dulce nihil.

Pectore sollicito[1] supplex te postulo, Saxo:
10 Nunc ordire prior; posthac tuus exto secutor[2].

SAXO

Non, frater, nostrum[3], sed tu prius incipe cantum[4];
Succine, si possis: sequitur te deinde sodalis:
In commune patrem trina deitate cluentem
Cum prece devota rogitemus vi quoque tota,
15 Hoc opus ut digno concludat quippe coturno[5].
Nam sine praestantis nil constat munere patris,
Qui regit hunc mundum propria pietate redemptum
Et quo nunc omnis gaudens laetabitur orbis.

STRABO

Me libet acceptis de te, karissime, dictis
20 Viribus ad Christum totis[6] clamare supernum.
O pater, aeterno suffultus[7] in aethere regno,
Atque tuus natus, dominans aetate coaevus,
Spiritus et patri similis, qui iure perenni[8]
Nomine divisi, sed non deitate remoti,
25 Angelici cives reboant quos caelitus omnes,
Ymnos pangentes sanctos pariterque canentes,
Cum prece sincera[9] petimus suffragia vestra:
Pectora Pegasici potetis flumine rivi[10].

SAXO

Rursus te Christum petimus de virgine natum,
30 Angelus intactae quem dixit quippe Mariae[11],
Regia partheniae captasti viscera purae
Perque tuum partum dignatus solvere mundum:
Omina de caelo nobis demitte sereno[12].
Hoc strictim nostrae possint finire Camenae:
35 Iam sat erit nostra Christo clamasse Thalia[13].
Postulo te, frater, cantum deprome frequenter,
Non me prolixi lasses cum sirmate dicti.
Iamque dies nostris consumptus labitur[14] horis
Et propius nobis accedunt[15] nubila noctis.
40 Restat adhuc lassis grandis via valde laboris,
Quam nos sulcatis debemus currere plantis.
Heus age[16], responde; ne tardes, dulcis adelphe.

---

15 tota *corr.*: digno *G* 26 paritque *G* 31 parthenę *G*, *corr. Watt.* 42 adelphę id est frater *cod. Maih.*

1) *Met. II*, 125 Pectore sollicito. 2) *Ecl. V*, 10 Incipe, Mopse, prior; *III*, 58 Incipe, Damoeta; tu deinde sequere, Menalca. 3) *Ecl. III*, 108 Non nostrum. 4) *Cf. n.* 2. 5) *Aen. VI*, 129 Hoc opus; *Ecl. VIII*, 10 Sola Sophocleo tua carmina digna cothurno? 6) *Aen. XII*, 528 totis .. viribus. 7) *Venanti Carm. V*, 6, 31 aeternae suffulti laude coronae. 8) *Sedul. C. Pasch. I*, 14 cui iure perenni | Arcibus aetheriis una est cum patre potestas. 9) *Cf. supra v.* 14. 10) *Ex Ponto II*, 5, 22 e rivo flumina magna. 11) *Sedul. C. Pasch. II*, 36 Angelus intactae cecinit properata Mariae. 12) *Georg. I*, 260 caelo .. sereno. 13) *Ecl. X*, 70 Haec sat erit, divae, vestrum cecinisse poetam; *VI*, 2 Nostra... Thalia. 14) *Aen. IV*, 77, *XI*, 914 die labente. 15) *Aen. X*, 712, *Met. II*, 41 propiusque accedere iussit. 16) *Aen. IV*, 569 Heia age.

STRABO

Rex fuit Antiochus[1], cordis feritate malonus,
Urbem quam fixit proprio cum nomine dixit[2].
45 Coniugis interea perdens solatia cara
Ipsa defuncta patrarat crimina multa:
Postea flebilibus perduxit tempora curis:
Delirans toto limphatur et undique regno,
Gaudia quem carae mulsere nefaria natae,
50 Quae nituit specie similis pulcherrima soli.
Et cum iam plenis constaret nubilis annis,
Illam forte proci coeperunt quaerere multi[3],
Plurima qui sponsae spondebant munera clarae,
Insuper ingentem certant promittere dotem.
55 Sed pater obscenae stimulante cupidine flammae[4]
Incidit ipse thorum cogente furore paternum,
Quem luctando furor decepit fraude[5] necator
Pugnavitque dolor, pariter convicerat ardor:
Excedit pietas fugiens procul inde per auras[6],
60 Accedunt irae lugubria facta futurae:
Assumens crimen delevit patris honorem.
Cum iam perferri non posset energia saevi —
Lucifer Aurorae praecessit[7] lumina primae, —
Cum nisu rapido properabat surgere strato[8],
65 Praecipiens proprios porro secedere dulos
Illic secretam se finxit habere loquelam,
Trossulus[9] et natae retrusit claustra repente.
Et tunc astantes longe fugere[10] clientes.
Ille fatigatam vix vincens oppido natam
70 Rupit virgineum fervente libidine nevum.
Hoc scelus ut fecit, polluta cubilia liquit[11].
Nata sed infamis celavit crimina[12] patris,
Per pavimenta quidem quae sparsa notaverat idem.
Volvens merentem tristi sub pectore mentem[13]
75 Cogitat ex curis animo torpente futuris[14].
Tunc inprovise nutricem vidit inire
Confusa facie coepitque miserrima flere,

---

ante 43 Gesta Apollonii *G* 43 malonus *superscr.* furialis *G Maih., vix sanum; fortasse* malignus *Traube* 45 suppetia *coni. Schepss, cum cod. Maih.* suppetia id est solatia *habeat* 50 sole *G*, similis specie pulcherrima solis *coni. Bursian* 52 proci id est petitores *Maih.* 58 pudor *scr. Burs.; sed historiae Apollonii codd.* dolorem *praebent Traube* 62 energia] dementia *G Maih.* 67 trossulus id est strenuus *Maih.* 68 fugiere *G, corr. Tr.* 69 Oppido id est ualde *Maih.* 70 neuum id est nodum *G M*, nervum *corr. Kaibel*

1) *Iuvenci H. euang. I*, 1 Rex fuit Herodes. 2) *Ex Ponto I*, 8, 14 proprio nomine dixit opus. 3) *Aen. VII*, 53 iam plenis nubilis annis. | Multi illam magno e Latio . . petebant. 4) *Met. IX*, 509 obscenae . . flammae. 5) *Aen. V*, 851 deceptus fraude. 6) *Ib.* 740 fugit . . . in auras. 7) *Ov. Ep. XVII*, 112 Praevius Aurorae Lucifer. 8) *Aen. XI*, 852 rapido . . . nisu; *III*, 513 strato surgit Palinurus. 9) *Pers. Sat. I*, 82 Trossulus exultat. 10) *Art. Am. I*, 607 fuge . . longe. 11) *Met. VII*, 340 facit scelus; *Georg. I*, 447 linquens . . cubile. 12) *Met XI*, 280 sua crimina celat; *Art. Am. II*, 427. 13) *Aen. VII*, 254 volvit sub pectore sortem. 14) *Met. XIII*, 363 mihi cura futuri.

Et tremor et gemitus totos discusserat artus [1]:
Verbis nequaquam poterat convertere linguam.
80 Hanc nutrix dictis affatur [2] protinus istis:
'Dic mihi [3] quid plores, regis carissima proles.
Non animus talis crevit de germine patris:
Semper erat laetus, non suevit fundere fletus [4].
Rem video gestam, quam nemo fatetur honestam.
85 Rex erit offensus, cum venerit auribus eius [5].
Quod pavimenta notant, cur hoc tua verba coartant?'

SAXO

At tunc virgineum pressit stupor undique vultum [6]
Et patuit factum prodente rubore nefandum [7].
Flebilis ac dictis citius responderat istis [8]:
90 'Cunctarum nutrix merito carissima nobis,
Verbula quid spargis miserae mihi quidve minaris?
Incassum nostris fletus [9] non fluxit ocellis:
Nam sum dementis furiis decepta parentis.
Nomina nobilium mihi perdita nosco duorum,
95 Nunc patris et natae periit quia nomen utrimque.'
Nutrix ingentem cupiens moderare furorem
Et verbis mentem placidis mulcere [10] furentem,
Coepit dulcifluis illam solarier orsis:
'Cur, pia domna, tuis haec audio verba loquelis?
100 Cur madet et vultus lacrimarum flumine [11] cunctus?
Excute iam furvas animi de sede tenebras' [12].

STRABO

Haec postquam dixit, virgo suspiria traxit [13]
Visceribus motis reclusit et ostia vocis.
'Quid possum fari? quis sordet crimine tali,
105 Quali me nosco? quod iam proferre pavesco [14].
Sed velut ipsa tui lac pectoris ubere suxi [15],
Sic ego secretum quod condo miserrima mecum,
Assecla cara, tibi non horreo dicere soli.
Ante diem [16] nuptus cepit mihi crescere luctus [17]:
110 Nam scelus obscenum violavit corpus [18] amenum.'
Cogitat econtra pedagoga stupedine tenta,

---

82 sanguine *corr.* germine *G* 103 hostia *G* 111 pedagoga] nutrix *G Maih.*

1) *Aen. VII*, 446 tremor occupat artus. 2) *Ib. I*, 663 his ... dictis adfatur. 3) *Ecl. III*, 1 Dic mihi. 4) *Met. XI*, 672 fletus quoque fundere veros. 5) *Ep. XI*, 71 patrias vagitus ad aures | Venit. 6) *Met. X*, 631 virgineus ... vultus. 7) *Ov. Ep. XIV*, 16 facta nefanda. 8) *Aen. I*, 585 dictis respondent cetera matris. 9) *Ib. III*, 344 longosque ciebat | Incassum fletus. 10) *Fast. I*, 227 placidis .. | .. verbis; *Met. I*, 390 placidis ... dictis | Mulcet. 11) *Ib. XIV*, 199 vultus ... caede madentes; *Aen. I*, 465 largoque humectat flumine vultum; *Venanti Carm. VI*, 5, 123 lacrimarum flumina. 12) *Iuvenci H. euang. IV*, 689 furvisque tenebris. 13) *Met. II*, 753 traxit suspiria motu. 14) *Aen. II*, 204 Horresco referens; *cf. supra p. 325 v. 672.* 15) *Ecl. IV*, 21 lacte .. distenta .. | Ubera. 16) *Aen. IV*, 697 misera ante diem. 17) *Fast. VI*, 583 crescebat imagine luctus. 18) *Aen. XI*, 848 violavit vulnere corpus.

Inmani ligmo, pariter sintomate magno;
Erumpens luctum cordis tunc prorsus amarum
Crinibus ereptis fremuit plangoribus altis,
115 Percutiens pectus [1] collisit acerrime corpus;
Orditur fari dicens ratione sequenti:
'Miror si ptirius fuerit quis mente protervus,
Regis qui gratae rupit genitalia natae;
Non timuit regem bilis fervore frementem,
120 Qui regnans omnem doxosus comprimit orbem'?
Innuba suspitiens croceo cum cromate flavens,
Descendens pedibus [2] provolvit amabile corpus
Cruribus et flexis culpam doluit genitoris.
Illa gravi specie spargebat verbula rite:
125 'Quaesita venia tibi dico: surge, puella'.
Erexit sursum paulatim corpus amoenum [3],
Ingenti luctu [4] dixit 'Miserabile dictu,
Quod sit — namque mihi nequit hoc, dilecta, negari —
Profiteor factum stomachante parente peractum.
130 Nescio si celso Iovis hoc statuisset Olimpo' [5].
His ita prolatis cupiebat funera mortis
Decrevitque mori [6] raptim pro crimine tali,
Ne stuprum regis fama volitante [7] ferocis
Prolatum vulgi quaesisset culmina cuncti.
135 Videns hocce nefas, voluit quod adulta iuventas,
Orsis mox istis fatur nutricula mitis:
'Fissere nunc nobis, cur sic pronostona tu sis,
Quod flendo mortis rogitas solamen atrocis.
Quin precor ut vivas longe cum corpore sospes,
140 Perducas vitam [8] longaevo tempore gratam'.

SAXO

Haud secus effrenis furuit dementia regis
Quam solet accipiter furiosis unguibus [9] asper,
Ignifer aethereas cum sol sua spargit in auras [10]
Lumina, fuscatas radio superante tenebras
145 Excutit atque gravem pariter cum nocte soporem [11].
Esuriens ventrem satagit complere patentem,
Invenit et simplam per pascua laeta [12] columbam

112 ligmo] singultu *G Maih.* sintomate] sudor magnus *G*, sudor immanissimus *Maih.* 116 frequenti *G*, *corr. Tr.* 117 ptirius] demens *G M* 119 bilis] fellis *G M* 120 doxosus] gloriosus *G M* 121 cromate] colore *G M* 124 Illa] nutrix *G* 129 stomachante furente *Maih.* 131 *velim* munera, *cf. v.* 138 mortis solamen, *hist. Apoll. p.* 3, 7 mortis remedium mihi placet *Traube* 135 Vidit ut *coni. Tr.* 136 orsis uerbis *Maih.* 137 Fissere] aperi *G*, fisso aperio *Maih.* pronostóną tų sis *G puncta ablegant ad glossam marginalem hodie inextricabilem Tr.*, *qui* prono stomacho *scripsit*, Pronostonus est qui habet mentum fixum in pectus pre tristitia *Maih.*

1) *Aen. XII*, 155 manu pectus percussit; *Met. XV*, 803. 2) *Fast. VI*, 397 pede .. descendere. 3) *Cf. supra v.* 109. 4) *Aen. XI*, 231 ingenti luctu. 5) *Ciris* 34 celsum ... Olympum. 6) *Aen. IV*, 475 Decrevitque mori. 7) *Ib. IX*, 473 volitans .. | Nuntia fama. 8) *Met. XI*, 702 vitam ducere. 9) *Trist. I*, 1, 76 Unguibus, accipiter, saucia facta tuis. 10) *Art. Am. II*, 59 aetherias vicino sole per auras. 11) *Met. XI*, 677 soporem | Excutit; *cf. XV*, 21. 12) *Fast. IV*, 476 pascua laeta.

Viribus infestis cupiente voragine ventris[1]
Ille per ignotos saltus[2] variosque recursus
150 Cerritus mitem sequitur post terga[3] volucrem,
Donec iam caelum Phebo mediante serenum[4]
Lassior optatum captat residendo[5] locellum,
Quam super unguirapus rabido mox ore[6] paratus
Incidit ac puras foedat cum sanguine[7] plumas.

STRABO

155 Ravulus at genitor, tanti qui criminis auctor[8],
Claruit iniustus materno corpore pastus,
Civibus ipse patrem iactabat se fore mitem,
Ast famulis intus pravos detexerat actus.
Contigit egregios illuc venisse patronos
160 Quaerentes natam sceleroso vulnere laesam[9].
Olli ferventem vertit furor undique mentem[10],
Exarsit vultus rutilans antrice caducus
Et curas animi[11] cepit tractando morari;
Qualiter ex imis proferret enigmata fibris,
165 De quibus ignari potuissent inde fugari.
Sordidus inmundi non inmemor ille grabatti,
Intus se mutans sed et huc illucque volutans[12]
Promovit vocem scrupulosa fraude latentem[13]:
'Huc quicumque venit, nostrum problema resolvit,
170 Idem ditatam laetus summopere natam
Accipit uxorem regali munere dulcem.'
Et post sermonem rursum dicebat eundem:
'Qui nequit hoc sollers, capitis trutinabitur expers,
Quaeritur et calidi tristis mox unda Cocyti'[14].
175 Callidus infector per tanta pericula[15] lictor
Toxicus inmensas crassans exercuit iras[16].
Sons simul ac insons fuerat discrimine consors,
Et caput abscisum miseri cuiusque supinum
Suspendi portae iussit rex impius altae[17],
180 Haec adventantes facerent ut signa paventes,
Ne similis trutinae deberent sorte perire.
Et sic ille procos voluit depellere totos.

---

150 Cerritus] furens *G* 151 sereno *corr.* um *G* 155 Rauulus] rabidus *G,* rapidus *Maih.* 156 claruit fulsit *Maih.* 158 artus *G* 160 Querentem *G* 162 antrîce] ... cie c ... s *G*, id est color in superficie cutis *Maih.* 163 Et ... nimii *G, supplevit et corr. Kaibel* 173 trutinabitur] iudicabitur *G M* 174 cocyti fluuius inferni *Maih.* 176 toxicus uenenosus *Maih.* crassans *ad marg.* limphans *G,* lymphans *Maih.*, grassaus *scrips. Burs.* 182 procos petitores *Maih.*

1) *Met. VIII,* 843 voragine ventris. 2) *Ib. XIII,* 873 notis saltibus. 3) *Aen. II,* 57, *Met. II,* 187 post terga. 4) *Cf. supra v.* 33. 5) *Aen. II,* 739 lassa resedit. 6) *Cf. p.* 364 *v.* 19; *Aen. VII,* 451 rabidoque haec addidit ore. 7) *Ib. II,* 502, *Met. VI,* 238 tellurem sanguine foedat. 8) *Arator. Act. I,* 443 qui criminis auctor. 9) *Met. IV,* 720 Vulnere laesa gravi. 10) *Ib. XI,* 421 mentem | Vertit; *Aen. II,* 316 furor iraque mentem | Praecipitant. 11) *Georg. IV,* 531 animo deponere curas. 12) *Cf. v.* 284. 13) *Met. IX,* 710 fraude latebant. 14) *Aen. VI,* 438 tristique palus inamabilis unda. 15) *Ib. I,* 615 per tanta pericula. 16) *Georg. III,* 152 exercuit iras. 17) *Aen. XI,* 485 portisque .. sub altis.

SAXO

Cum demens iras rex excoluisset iniquas [1]
Limphando totum vastaret et undique regnum —
185 Ceu lupus esuriens, guttur [2] cui grande patescens
Et pecus ac homines sorbere cupiverit omnes —
Et ferus innumeros praedicta fraude necatos [3]
Dampnasset tristi sub pessima Tartara morti [4],
Tempore non multo volvente sub orbe peracto [5]
190 Tyrus Apollonius clara de stirpe creatus [6],
Quem tunc primaevum pubes signabat ephebum.
Hic patriae princeps, thesauris valde locuples,
In cunctis fidus, literarum docmate plenus,
Mirifice doctus variis fuit artibus auctus.
195 Fama volans fraudes prodendo susurrat in aures [7]
Ipsius, Antiochus quas passim gessit iniquus.
Artibus ille suis confidens oppido multis,
Classibus instructis [8] in toto littore cunctis
Hortatur sotios naves deducere fidos [9].
200 Excrevit multus per littora tota tumultus,
Insiluit celsas puppes electa iuventas [10],
Funibus extentis donabant carbasa ventis [11]
Et sulcant undas nimio simul impete salsas [12]
Et cursus pelagi transitur remige dulci.
205 Tandem dementis cernuntur moenia [13] regis
Et Tyrii iuvenes tollunt ad sidera voces [14]
Ac nautae laeti fuerant celeuma secuti.
Intonuit pariter magnis clamoribus aether [15]
Et remis limphae validis verruntur [16] amarae.
210 Quo viso pavidi nimium timuere coloni:
Hic cupit archanis fugiens latitare latebris,
Ut fugeret sanus mortis plorabile tempus [17].
Arma parant forti quidam sub pectore [18], certi
Pro patria mortem [19] cara subiisse ferocem.
215 Altera pars [20] aedes conscendit et altera colles.
Demum scutati stabant ad bella parati,

---

190 Tyrus *G glossema cuius loco desideratur verbum regens Tr.* 194 actus *G* 197 magnis *corr.* multis *G* 209 ueruntur amarȩs *G* 214 subigisse *G, corr. Kaibel, cf. v.* 443

1) *Ov. Ep. IX,* 45 irae .. iniquae. 2) *Cf. Aen. II,* 355 *sqq.* 3) *Ibis* 317 necatorum Darei fraude. 4) *Cf. Aen. IV,* 699. 5) *Trist. III,* 12, 20 volvitur orbe; *Art. Am. II,* 665 peractum | Tempus. 6) *Aen. X,* 543 Volcani stirpe creatus. 7) *Ib. XI,* 139 fama volans; *Met. III,* 643 aure susurrat. 8) *Ep. XV,* 329 classis ... instructa. 9) *Aen. VI,* 184 Hortatur socios; *III,* 71 Deducunt socii naves; *IV,* 397. 10) *Trist. I,* 4, 7 puppique recurvae | Insilit; *Aen. I,* 183 celsis in puppibus; *IV,* 130 delecta iuventus. 11) *Art. Am. I,* 764 contento .. fune; *Trist. I,* 2, 91 Ferte ... mea carbasa venti. 12) *Aen. V,* 158 sulcant vada salsa carina; *Ex Ponto II,* 10, 33 rate .. sulcavimus undas. 13) *Aen. I,* 258, 365 cernis | Moenia. 14) *Ib. II,* 222 Clamores ... ad sidera tollit. 15) *Ib.* 128 magnis ... clamoribus; *Art. Am. III,* 375 resonat clamoribus aether. 16) *Aen. V,* 15 validisque incumbere remis; *VI,* 320 remis vada livida verrunt. 17) *Trist. III,* 3, 33 in mortis tempus. 18) *Fast. IV,* 700 arma parat; *Aen. IV,* 11 forti pectore et armis. 19) *Hor. Carm. III,* 2, 13 pro patria mori. 20) *Aen. IX,* 131 pars altera.

Littora cingentes et fortiter arma tenentes [1].
Iacturam lapidum [2] vulgus faciebat in altum.
Qui tanquam vermes obrepunt litus inermes.
220 Exoritur multus per moenia tota tumultus:
Plangunt se patrum culpis periisse priorum.
Ast unus miles, qui turbas duxit heriles,
Longe porrecto fertur sic dicere telo:
'Quo festinatis? pacem bellumne paratis [3]?
225 Dicite quid vultis, portum non ante tenetis [4],
Vestra nec in nostris haerebit classis harenis'.
Exin Apollonius fuerat de puppe locutus [5]:
'Nostra ciet bellum [6] tibi pauca catervula nullum',
Extendensque manum dixit 'Hunc cernite ramum [7].
230 Pacis enim signum per olivae porrigo lignum.'
Signifer astantes iussit requiescere plebes,
Necnon porrectam retraxit mitior hastam:
Fecit securas pueros advertere proras [8].
Classes subducunt [9] necnon retinacula nectunt
235 Et subito sotii subeuntes littora laeti
Cespite sub viridi donabant membra quieti [10].
Ac ibi cum sociis dextras iunxere repertis [11],
Amplexu dulci pepigerunt foedera [12] cuncti.
At puer innumera iuvenum comitante caterva [13],
240 Vestibus auratis [14] textrino more paratis
Indutus Phebum simulat rutilando serenum:
Ex auro puram gestans flavente coronam [15]
Compar divinis spetiebus fulsit herilis,
Intrat et Antiochi fastigia celsa tyranni [16].
245 Ipsum mirati multum metuere coloni [17],
Ceu Iovis ex alto venisset lapsus Olympo.
Ut regis patulas gaudens intraverat aulas,
Antiochus facti non inmemor ante nefandi [18]
Corde tenus curis cepit fervescere multis;
250 Nam cupit obscenum crimen celare per aevum.
Alloquitur iuvenis regem per verba salutis [19],
Protulit et placidas solito de more [20] loquelas.
Tunc rex explorat, verum sibi dicier orat:

---

219 obrepant *G, corr. Tr. (an* obreptant *legendum Tr.?)* 227 rex *G*, exin *corr. Tr.* 228 sciet mouet *Maih.* 230 porrigo signum *G* 234 retinacula uincula *Maih.*

1) *Aen. VII,* 784 arma tenens. 2) *Met. XIII,* 566 lapidumque . . . iactu. 3) *Aen. VIII,* 113 quo tenditis? inquit. | . . pacemne huc fertis, an arma? 4) *Ib. IX,* 98 portusque tenebunt; *I,* 400 portum tenet. 5) *Ib. VIII,* 115 Tum pater Aeneas puppi sic fatur ab alta. 6) *Ib. I,* 541 Bella cient. 7) *Ib. VIII,* 116 Paciferaeque manu ramum praetendit olivae. 8) *Georg. IV,* 117 terris . . advertere proram. 9) *Aen. I,* 551 liceat subducere classem. 10) *Ib. III,* 304 viridi quem caespite; *Rem.* 206 membra quiete levat. 11) *Met. VI,* 506, *Aen. I,* 408 iungere dextram. 12) *Ib. VIII,* 568 dulci amplexu; *X,* 902 pepigit mihi foedera. 13) *Ib. II,* 40, 340 magna comitante caterva; *I,* 497 magna iuvenum stipante caterva. 14) *Met. VIII,* 448 auratis . . . vestibus. 15) *Ib. XIII,* 704 claramque auro . . coronam. 16) *Aen. VII,* 342 tecta tyranni | Celsa petit. 17) *Cf. supra v.* 210. 18) *Cf. v.* 88. 19) *Cf. supra p.* 351 *v.* 2, 385 *XXXIII,* 2. 20) *Aen. VII,* 357 solito . . de more.

'Sunt tibi nubentes vita comitante parentes?'
255 Praedictus iuvenis respondet talibus orsis [1]:
'Ultima terrenae liquerunt tempora vitae [2]:
Signavit rapto mortem Proserpina cirro' [3].
Antiochus dictum rursus promovit ad istum:
'Tempora terrestris liquerunt dulcia lucis [4],
260 Illorum numen tenet an caeleste cacumen?'
Infit Apollonius miro sophismate doctus,
Artibus eximiis qui fulsit domnus herilis:
'Olim convexi linquebant lumina caeli [5]
Fortunae fatis ex ordine rite peractis.
265 Praeterea nostrum, rogo, rex, audito precatum:
Ut nuptu propriam mihi tradas, optime, natam.'

STRABO

Ut rex invisos sermones audiit illos,
Cor sibi qui curis torquebant intus amaris [6],
Iamque supercilio sursum crudelis aperto
270 Vix torsit collum crisomate valde torosum [7],
Vultum mutavit [8] simul ac emphatice dixit:
'Nostin iuditium nostra de lege statutum?
Paret praeceptum signo monstrante repertum?'
Ille puer mentem collegit [9] tunc sapientem,
275 Multum Crisippi potatum fonte magistri,
Responsum dirae porrexit blanditer irae:
'Ut reor, hoc portas vidi signare cruentas.'
At rex Antiochus demens pollutus iniquus,
Talibus alloquiis accensus [10] felle furoris
280 Rodebat rarum furioso corde periclum,
Laxis sermonem labris ebullit atrocem:
'Frater Apollonius, quod fissar, suscipe cautus,
Auribus intentis [11] coniungas te quoque nobis
Et cito versantem late, peto, divide mentem [12],
285 Eveniat fortis tibi ne sors ipsa laboris:
Me vehit incestum facinus nomenque scelestum
Carneque materna vescor pietate relicta [13].
Fratrem quaero meum propria genitrice creatum [14],
Qui mihi sit iunctus comuni coniuge functus:
290 Ipsum sub celo nequeo reperire sereno [15].

---

258 *post* promouit *sequitur lacuna,* ad illum *proposuit Huemer,* istum *Tr.* 259 liquer *G* 260 nomen *G,* numen *corr. Tr.* 262 actibus *G,* artibus *corr. Tr.* 269 Namque *G,* Iamque *corr. Tr.* 270 crissemate *G,* crissemate deauratione *Maih., χϱυσωματε corr. Tr.* 271 emphatice knppbrlkcho *Maih.* 275 potatus *coni. Tr.* 282 fissar *G,* enissar *coni. Tr. (ab αινίσσομαι)*

1) ***Met. IV,*** 54 Talibus orsa modis. 2) ***Ex Ponto III,*** 2, 29 meae . . tempora vitae; ***Met. I,*** 150 Ultima . . terras . . reliquit. 3) ***Aen. IV,*** 698 Nondum illi . . Proserpina . . crinem | Abstulerat. 4) ***Fast. III,*** 404 tempora lucis. 5) ***Met. I,*** 26 convexi . . . caeli. 6) ***Ex Ponto I,*** 10, 3 curis . . amaris. 7) ***Met. VII,*** 429 Colla torosa boum. 8) ***Ib.*** 270 vultus mutare ferinos. 9) ***Ib. XIV,*** 352 mentem collegit. 10) ***Aen. V,*** 719 Talibus incensus dictis. 11) ***Cf. supra*** *v.* 1. 12) *Cf.* ***Aen. IV,*** 285. 13) ***Sedul.*** *C.* ***Pasch. I,*** 100 pietate remota. 14) ***Met. XI,*** 295 illo genitore creatus. 15) *Cf. v.* 33.

Ut puer inbutus diverso dogmate fultus
Sollerter clausis suscepit verba labellis,
Quae dilirando rex prompsit ab ore nefando [1],
Retractis pedibus paulum post terga [2] reversus
295 Augustam menti sedem [3] struit ille sagaci;
Instructus vero pro condilocmate miro
Visceribus motis scrutatur in intima cordis [4].
Invento tandem vix, ire celerrime regem
Disposuit, rapido studuit quoque currere cursu [5].
300 Ingrediens celsi festinus domata templi
Regis ad aspectum properabat tendere gressum [6].
Hunc rex ut vidit, titubanti pectore dixit:
'Profer, Apolloni, regis pulcherrime fili,
Plura referre potes [7], haec nunc mihi dicito, sodes.'
305 Audacter fari fertur puer inclitus olli:
'Audi commissum mihi, rex, problema solutum [8].
Quod tu dixisti sic sic sub mente refixi:
"Mole vehor sceleris pascitque caruncula matris"
Non es mentitus, tua sed peccata professus,
310 Te simul et natam quae coniunxere profanam.'

SAXO

Ut rex iniustus stomachanti corde funestus
Cognovit puerum scrutanti pectore nevum
Eius et ardores intus solvisse latentes,
Ingemuit curis fervescens prorsus amaris [9];
315 Formidans factum cunctis patuisse [10] scelestum,
Quod novit nullum simili cum sorte repletum,
Mutata facie polluto carpitur igne [11]
Irato vultu [12] coepitque rubescere visu.
Distulerat puerum morti proscribere doctum,
320 Qui divum similis fulgebat domnus herilis,
Fulgidus aspectu fuerat, sed mitior actu.
Rursus Apollonium tunc rex affatur oletum:
'Es procul a nostri, iuvenis, problemate nodi.
Errando nostrae meruisti culmina portae:
325 Nam tu nec unum potuisti solvere dictum.
Ter denum spatium, puer o, tibi reddo dierum,
Ut tractans tecum nostrum problema seorsum
Pectore sub fido [13] rimeris corde polito;

296 condilocmate *G*, profunde docmate *coni. Tr.*, *sed cf. Neues Archiv* IX, 183 299 rapide *G* 311 cęde *G*, *corr. Tr.* 312 neuum *G*, nervum *coni. Tr.* (*cf. v.* 70) 322 apollinium *corr.* lonium *G*

1) *Fast. I*, 616 ora nefanda. 2) *Aen. X*, 307 retrahitque pedem; *cf. supra v.* 150. 3) *Aen. III*, 687 angusta ab sede. 4) 1 *Par.* 28, 8 corda scrutatur deus. 5) *Aen. V*, 291 rapido contendere cursu. 6) *Cf. supra p.* 450 *v.* 824; *Aen. I*, 410 gressumque ad moenia tendit. 7) *Sedul. C. Pasch. I*, 260 Plura referre pudet. 8) *Venanti V. S. Martini III*, 44 neque problema solvit. 9) *Cf. v.* 268. 10) *Trist. II*, 420 facta patent. 11) *Aen. I*, 658 faciem mutatus; *IV*, 2 et caeco carpitur igni. 12) *Ex Ponto II*, 8, 21 irati ... vultus. 13) *Trist. III*, 3, 48 pectora fida.

Dum demum nostras remeans intraveris oras
330 Placatis ventis [1] et cautus enigma resolvis,
Protinus optatae capies consortia natae,
Necnon et regnum post me tibi reddo per aevum,
Sin autem, trutinae plecteris lege statutae.'

STRABO

Haec ut Apollonius sensit decreta peritus,
335 Pallidula facie defixit lumina terrae [2],
Turbidus extemplo merens discessit ab illo,
Coetibus iratis dederat nec verba salutis [3].
Stipatus multa veniebat ad aequora turba [4]
Et quos invenit confestim dulciter infit:
340 'Linquite iam, pueri, sirtes iam linquite cuncti,
Surgite graminei vos omnes pulvere campi [5],
Fundite sentinam de puppibus infatuatam,
Ilicet antennas oblique tendite longas,
Candida propitiis committite carbasa ventis' [6].
345 Haud mora, praefatis parebant ilico iussis [7].
Ingens aetherias strepitus tunc ibat in auras [8],
Ceu resonans homini respondet silva [9] sonanti;
Et contis grandes properant intrudere [10] classes.
Ut iam transversis considunt ordine transtris [11],
350 Tum laeti terris lintrizant inde relictis [12]
Certatim Tyrium tendentes pergere regnum.
Ast ut Apollonius discesserat inde perosus
Transvolat et bibulas alti spumantis harenas [13].
Subdolus Antiochus irascitur atque cruentus
355 Tractabat Tyrio dampnum struxisse patrono
Seu nece cum gladii, gelida seu morte [14] veneni.
Iussit et adduci [15] Taliarchum corde minaci.
Cui, mox ut venit, verbis mulcentibus infit:
'O nimium noster fidus Taliarche minister,
360 Qui secretorum constas simmista meorum,
Scin, ab Apollonio subtili scemate structo
Actibus ex nostris religatur quaestio turpis?
Dicito quid faciam [16], mortis vel qua nece vincam,
Ne pateant culpae cuiquam per regna nefandae.
365 Sed tamen hoc unum saltim magnopere iussum

329 horas *G* 336 discesit *G* 355 tirio *G* 356 gelidi *G*, *corr. Tr.* 363 vice *coniec. Kaibel*

1) *Aen. II*, 116 placastis ventos. 2) *Met. II*, 149 dare lumina terris; *Aen. I*, 226 defixit lumina regnis; *VI*, 156. 3) *Ov. Ep. XVII*, 98 nec mihi verba dabas; *cf. supra v.* 251. 4) *Aen. XI*, 12 omnis eum stipata tegebat | Turba. 5) *Ib. V*, 287 Gramineum in campum; *XI*, 908 pulvere campos; *Fast. III*, 519. 6) *Cf. supra v.* 202. 7) *Georg. IV*, 548 Haud mora; *Trist. V*, 9, 34 Parebo iussis .. tuis. 8) *Aen. IV*, 445 ad auras | Aetherias. 9) *Ecl. X*, 8 respondent omnia silvae. 10) *Aen. IX*, 510 duris detrudere contis. 11) *Ib. IV*, 573 considite transtris; *III*, 289 considere transtris; *V*, 136 Considunt transtris. 12) *Met. VI*, 105 terras ... relictas. 13) *Georg. I*, 114 bibula ... harena; *Ov. Ep. XVIII*, 201 bibulis ... harenis. 14) *Amor. II*, 9, 41, *Met. XV*, 153 gelidae .. mortis. 15) *Met. X*, 441 adducere iussa est. 16) *Ib. III*, 465, *VII*, 92 Quid faciam.

Quod tibi nunc iubeo, cursim complere studeto.
Scande citus navim volitanti remige raptim,
Cursu crispanti transcurrat quae vada ponti.
Undis transitis animi votisque peractis [1]
370 Cum letus Tyrias teneas feliciter oras [2],
Telluri proram committito sude ligatam,
Ingrediens urbem mox percontare per omnem
Illius antheticum saevo mucrone paratum,
Ex cuius iusta valeat punirier ira [3],
375 Seu quocumque dolo possis patrare studeto,
Ab cuius baratrum moriens petat [4] actibus atrum.
Si nequeas gladio, cor saltim rumpe veneno.
Si facis, ut dico, nostro sermone repleto
Et sospes nobis vita comitante revertis
380 Ac ipsum vere non vitam dicis habere [5],
Tunc iuga pro certo de te servilia solvo [6],
Spem libertati quae non tribuere senili'.
Ilico praedictus crimen patrare secutus,
Gaudens promissi magno solamine dicti
385 Ibat ad aerarium precioso munere [7] plenum;
Inter delitias causis regalibus aptas
Praeceptum peragit secumque viatica sumpsit.
Plurima qui sotiis inponens pondera fidis
Post modicum tempus petiit raptissime litus [8].
390 Praeceps ferratis exercens brachia contis [9]
Inpegit puppim de curvo margine cursim
Ac sequitur Tyrias Lybo volitante carinas.
Per vada salsa [10] maris longe cessantibus illis
Ad litus naves subduxit [11] regia pubes,
395 Et statim propriam mordens capit anchora terram [12],
Ac simul ex pictis tunc prosiluere carinis [13].
Pulcher Apollonius, celeri stans milite septus,
Gressus insignes paulatim tendit [14] ad aedes.
Quem iuvenis specula mox ut conspexit ab alta [15],
400 Clamando cives subito perterritat omnes,
Ebullit voces late iactando sonantes [16],
Urbis Apollonium propius vidisse patronum.
Agmina multorum constanter magna virorum
Occurrunt regi [17] facientes ludicra miti,
405 Cum lacrimis mixtum fundebant gaudia risum [18].

---

367 uolitanti *G*, uolitantem *voluit Kaibel sed cf. v.* 302 *Tr.* 370 tirias *G* horas *G* 371 sede *corr.* sude *G* 392 tirias *G* 393 cassantibus *G, corr. Tr.*

1) *Ibis* 97 peragam rata vota. 2) *Fast. I,* 489 Tyriis .. ab oris. 3) *Met. VI,* 2 iustamque ... iram. 4) *Aen. X,* 489 moriens petit. 5) *Ex Ponto II,* 3, 42 vitam habere. 6) *Ecl. IV,* 41 iuga solvet. 7) *Art. Am. II,* 261 pretioso munere. 8) *Ov. Ep. XVII,* 116 litora turre peto. 9) *Fast. IV,* 699 assiduis exercet bracchia telis. 10) *Aen. V,* 158 vada salsa carina. 11) *Cf. supra v.* 234. 12) *Aen. I,* 169 unco non alligat ancora morsu. 13) *Ib. VII,* 431 pictasque .. carinas. 14) *Cf. v.* 301. 15) *Aen. X,* 454 specula cum vidit ab alta. 16) *Fast. IV,* 302 voce sonante. 17) *Trist. III,* 4, 20 Occurrit regi. 18) *Ib. V,* 3, 50 lacrimis ... mixta; *Aen. III,* 348 lacrimas .. fundit; *cf. p.* 406 4, 1.

Hos inter fletus idem tunc luxit amatus:
Luctibus omissis gaudebant vocibus altis.
Laetanter patrias gradiens intraverat aulas,
Timpana grandisonis cui certant ludere bombis[1].
410 His ita multimodis ludis ludentibus illis
Ingrediens thalamum vario cum scemate comptum,
Diversis plenum cum vestibus undique Serum
Stamine purpureo textis subtemine rubro[2],
Aurea Pactoli quem compsit harena decori[3],
415 Scrinia cum libris iussit sibi ferre Latinis,
Insuper Hebraicis pariter praeponere Grecis,
Quae quoque cunctigenis fuerant instructa periclis.
Limina retrusis aperit resonantia seris:
Arte didascalica necnon luctante sophia
420 Quaerere concepit; maius reperire nequivit,
Percontans pridem quam coniectaverat idem.
Tunc demum mestus volvens sub pectore[4] questus
Conversus sese cordis vexante dolore
Demulsit mentem solito terrore carentem.
425 Se fore delusum sperans, se dixit ad ipsum:
'En quid, Apolloni, causa vexaris inani[5]?
Hactenus excessus quis te dementat ineptus?
Quae tibi tam fortem fraus struxit tanta laborem,
Ut sic optatae linquas spiracula vitae[6]?
430 Num rex Antiochus ideo tibi parsit amarus,
Crimina per fraudis[7] ne tu mucrone neceris,
Iam quia decepti reserabas facta tyranni[8]?
Antiochus vero, si me non fallit imago[9],
Dulci polluta fruitur pro coniuge[10] nata'.
435 Talibus illectum se postquam senserat ipsum,
Non plus moratus[11] gressum, sed inire paratus
Strennuus ille rates iussitque parare[12] volucres
Ac his multigenas stipando tradere gazas.
Insuper et victum modiorum milia centum
440 Navibus inponi praecepit et arma parari[13]
Et munus rutili circumstipare metalli[14]
Atque foros lembi pretiosa veste repleri[15].
Illi — namque citi subierunt iussa secuti[16] —
Dense tranquillo statim sub noctis opaco[17],

---

418 Lamina *G*, limina *coni. Tr.* 420 *an* melius? 427 iniqus *corr.* ineptus *G* 436 mire *G*, inire *corr. Kaibel* 443 subigerunt *G*, *corr. Tr.* (*cf. v.* 214)

1) *Cf. Martiani Capellae l. II p.* 38 *ed. Eyssenhardt:* bombis tympani; *Aen. II,* 64 certantque inludere capto. 2) *Aen. III,* 483 Fert picturatas auri subtemine vestes. 3) *Ib. X,* 142 Pactolosque inrigat auro; *Met. XI,* 87. 4) *Aen. VII,* 254 volvit sub pectore sortem. 5) *Ib. IX,* 219 Causas ... inanes. 6) *Gen.* 2, 7 spiraculum vitae. 7) *Art. Am. III,* 32 crimina fraudis. 8) *Aen. VIII,* 483 facta tyranni. 9) *Ecl. II,* 27 si numquam fallit imago. 10) *Aen. II,* 777 dulcis coniunx. 11) *Ib. V,* 381 nec plura moratus. 12) *Ib. VII,* 468 iubet arma parari. 13) *Cf. v.* 437. 14) *Luc. Phars. IX,* 364 rutilo .. metallo. 15) *Art. Am. I,* 303 pretiosas sumere vestes; *Aen. IV,* 605 Inplessemque foros. 16) *Aen. IV,* 538 Iussa sequar. 17) *Ib.* 527 sub nocte silenti; 123 nocte .. opaca.

445 Ut cupit, archanum clam construxere meatum.
Protinus ut iussum domno dixere peractum,
Militibus paucis, sed quippe fidelibus ipsis,
Ipse fugam media carpebat noctis in hora[1];
Atque repentina simul omnes voce sub una[2]
450 Aedes linquentes madidos fudere liquores.
Post iter, ut tacuit, ceptum navale peregit[3]
Invadens litus syrtosum mesta iuventus.
Debita nempe diis solvebant vota supernis[4].

SAXO

Invocat et patrios magno clamore penates[5];
455 Insuper ac validos donant libamine ventos[6]
Et, Neptune pater[7], quin te petiere frequenter,
Ponentes aras multo tibi munere plenas[8].
His igitur cunctis ex ordine rite peractis[9]
Intrudit puppes cum contis[10] plurima pubes,
460 Signatim proprios captantes undique remos.
Posteriore die iam clarescente per orbem[11],
Ut primum radios sol excutiendo serenos
Depulerat furvas una cum nocte tenebras[12]
Et naturalem rebus dedit ille colorem[13],
465 En cives Tyrii multi cum munere prompti
Quaerebant domnum magno sub honore colendum[14].
Cum multis horis plebs expectaret inanis
Sperantes regem lecto captare soporem,
Fama volans late regem dicebat abesse[15].
470 Perculit ossa tremor[16] crevit per cordaque meror:
In cunctis vires subito periere priores[17]
Et matres manibus tundunt acerrime pectus[18]
Et proprios crines decerpunt vertice[19] tristes.
Econtra patres lacrimas fudere[20] gementes,
475 Infantum multus conscendit ad alta vagitus,
Urbe quidem tota[21] resonant lugubria fata.
Hic fuerat tantus per tota cubilia planctus,
Igne velut regnum gladiove periret opimum.

---

1) *Amor. I*, 5, 1 mediamque .. horam; *Ep. XVIII*, 33 noctis amicior hora. 2) *Aen. V*, 616 vox omnibus una. 3) *Ib. VI*, 384 Ergo iter inceptum peragunt; *Trist. IV*, 7, 2. 4) *Georg. I*, 436 Votaque servati solvent in litore nautae. 5) *Ov. Ep. III*, 67; *Aen. IV*, 598 patrios .. portare penates; *II*, 58; *Fast. III*, 649 magno clamore. 6) *Met. VI*, 310 validi .. venti. 7) *Aen. V*, 14 pater Neptune. 8) *Aen. IV*, 200 Centum aras posuit; *Arator. I*, 477 munere plenos. 9) *Aen. III*, 548 perfectis ordine votis. 10) *Cf. supra v.* 347. 11) *Aen. III*, 588 Postera iamque dies primo surgebat Eoo; *Sedul. C. Pasch. IV*, 44 Clarescente die. 12) *Cf. supra v.* 101. 13) *Aen. VI*, 272 rebus nox abstulit atra colorem. 14) *Ib. IV*, 458 miro quod honore colebat. 15) *Ib. III*, 121 Fama volat pulsum regnis cessisse paternis. 16) *Ib. II*, 121, *VI*, 55, *XII*, 448 Ossa tremor. 17) *Cf. ib. IV*, 665—79, *VI*, 426—27. 18) *Amor. III*, 9, 10 Pectoraque ..... tundat aperta manu. 19) *Met. XIII*, 427 de vertice crinem. 20) *Aen. III*, 348 multum lacrimas .. fundit. 21) *Ib. II*, 421 totaque .. urbe; *Amor. I*, 6, 55 Urbe silent tota.

STRABO

Sunt ita turbati pro regis amore remoti,
480 Ut iam tonsores cessarent radere crines,
Ac tollunt urbis spectacula cuncta potentis,
Gymnasiique locum nullus conscendit apertum[1],
Atque vacant fixis thermarum flumina claustris,
Clauditur ac templum firmo cum vecte[2] deorum,
485 Nec petiit quisquam solito de' more[3] tabernam.
Ludicra deponunt, lacrimas luctumque resumunt
Multimodeque suum cuncti planxere patronum.
Ast haec dum cuncti pariter gessere coloni,
Ad portum Tyrium Zephiro volvente per altum
490 Nuntius Antiochi venit[4] Taliarchus iniqui,
Quem misit regis dementia[5] saeva furentis,
Ut rabido puerum mucrone necaret ephebum.
Assiliens litus fraudem tractabat iniquus
Mente sub intenta[6] cupidus de morte nefanda,
495 Nunc illuc tractans huc interdumque retractans[7],
Quam fortuna viam de coepto monstret[8] habendam,
Quae solet in varias se transformare figuras[9].
Anxia quem causis angebat cura[10] gemellis:
Hic se passurum mortis lacrimabile vinclum
500 Nam timet ignarus, si fors sit prospera rebus;
Si redeundo domum dicat non rite peractum,
Quod sibi cum fidis rex commendaverat orsis,
Se fore venturum per secla sequentia servum.
Praefugiens veltres ceu quondam callida vulpes
505 Sedibus ex altis, nemorum quoque saltibus imis[11]
Prosilit in campum post terga sequentibus amplum,
Quos circum stantes pavitat vulpecula veltres
Cruribus et tremulam submiserat ilico caudam[12],
Inscia consilii furit undique proxima morti[13]:
510 Taliter iste quidem terrore timebat eodem.
Tunc sotios legit, tali quos crimine scivit
Pleniter instructos, minus haud sibi fraude peritos,
Quos secum sumat et ad aulica tegmina ducat.
Ast alios ripis audet committere fidis,
515 Illic ut spectent remos navimque reservent.
Hinc urbemque petunt sotios litusque relinquunt[14].

---

489 tirium *G* 492 puero *corr.* rum *G* 496 decepto o *superscr. G* 509 fuit *G*, furit *Tr.* 150 iste] taliar(chus) *G* 511 legit] col∸ *G* 516 his *G*, *corr. Kaibel*

1) *Hist. Apoll. p.* 16 gymnasium patet. 2) *Aen. VII,* 609 aerei claudunt vectes. 3) *Cf. supra v.* 252. 4) *Fast. VI,* 674 nuntius ore venit. 5) *Cf. supra v.* 141. 6) *Trist. IV,* 1, 4 Mens intenta. 7) *Aen. IV,* 285 Atque animum nunc huc celerem, nunc dividit illuc; *V,* 701. 8) *Met. III,* 602 monstroque viam; *Aen. I,* 382. 9) *Met. XV,* 172 in varias .. migrare figuras. 10) *Ib. IX,* 275 longis anxia curis. 11) *Met. VI,* 73 sedibus altis; *Aen. II,* 464 altis | Sedibus; *Ecl. VI,* 56 nemorum .. saltus. 12) *Aen. XI,* 812 caudamque ... Subiecit pavitantem utero. 13) *Aen. IX,* 551 Ut fera ... | Contra tela furit, seseque haud nescia morti | Inicit. 14) *Ib. I,* 194 Hinc portum petit et socios; *Fast. II,* 735 urbemque petamus; *Aen. II,* 28 litusque relictum; *Met. II,* 576 relinquo | Litus.

Atque viae spatiis vario sermone levatis [1]
Antevolat cunctos cum gressibus aulicus heros:
Qualiter eductos coluber sub lumina natos
520 Omnes alludens et squamea colla tumescens [2]
Cum sonitu dulci mulcet linguaque trisulci
Hortatur silvis camposque subire relictis,
Incautis tetrum suffundat ut ipse venenum [3].

SAXO

Tunc Tyrii cives vestes sine more videntes
525 Illos indutos [4], homines quoque non sibi notos
Mirantur vere, sed sat rationis habere
Non poterant, gemitus quia disturbaverat artus,
Ut si bella ferant [5] placidam pacemve [6] requirant.
Tutius at subeunt, nam lauro timpora cingunt [7]
530 Et simulant pacis signum se ferre salutisque
Et constare doli sibi nubila nulla perosi.
Interea populum cernunt merore prehensum
Gymnasiique locum tota de parte retrusum.
Nuntius Antiochi Taliarchus corde feroci [8]
535 Obvius infantem primaevo flore [9] nitentem
Alloquitur verbis languenti voce superbis [10]:
'Da, iuvenis, nobis, dictis si promere noris,
Cur ingens omnem luctus [11] sic conprimat urbem,
Quis furor inmensus faciat vel fundere fletus [12].
540 An vindicta deum venit de crimine patrum?
Sed quid delicti poterant committere tanti?
Nam fuerant vestri patres dis relligiosi [13],
Veri verorum cultores atque deorum,
Debita reddentes iugiter sua vota ferentes [14].
545 Cur super haec talem teneant, dic quaeso, laborem.'
Econtra iuvenis fundens vix verbula [15] vocis
Traxerat ex imis suspiria plurima fibris [16]:
'Patribus haud equidem nostris mos constitit idem,
Est nec fas [17] regni res enucleentur ut ulli,
550 Ni prius edoctus sim, quod tu pracma sequutus

---

526 uerę *G* 528 Utrum *coni. Hagen* 529 Tutas ac *G*, *corr. Tr.* 541 poterat *G*, *corr. Hagen* 545 teneat *G*, *corr. Hagen* 549 enucleantur *G*, *corr. Tr.*

1) *Aen. VIII*, 309 varioque viam sermone levabat. 2) *Ib. II*, 471 Qualis ubi in lucem coluber.. 475 et linguis micat ore trisulcis; *Georg. III*, 421 sibila colla tumentem, 426 Squamea convolvens.. terga; 439 linguis micat ore trisulcis; *Sedul. C. Pasch. I*, 117 linguisque trisulcis | Squamea colla tumens; *Aen. VIII*, 413 parvos educere natos. 3) *Met. X*, 23 venenum | Vipera diffudit. 4) *Georg. III*, 363 vestesque .. | Indutae; *Met. XI*, 574. 5) *Ov. Ep. VIII*, 26 bella tulisse toro. 6) *Aen. I*, 249 placida.. pace. 7) *Aen. V*, 539 cingit viridanti tempora lauro. 8) *Ib. I*, 302 ferocia Poeni | Corda. 9) *Ib. VII*, 162 pueri et primaevo flore iuventus. 10) *Ib. IX*, 634 verbis.. superbus; *Met. XIV*, 715; *Fast. I*, 228 verbis alloquor ipse deum. 11) *Cf. supra v.* 127. 12) *Aen. V*, 670 Quis furor iste novus; *Met. XI*, 672 fletus quoque fundere. 13) *Aen. II*, 365 religiosa deorum | Limina. 14) *Iuvenci H. euang. III*, 548 reddens mox omnia debita; *Trist. I*, 2, 18 votaque nostra ferunt. 15) *Met. VII*, 248 Verba simul fudit. 16) *Cf. supra v.* 102, 164. 17) *Fast. III*, 811 nec fas.

Arma feras[1] Martis pia vel consorcia pacis.
Nunc age[2] da, senior, generis tibi quis fuit auctor[3].
Da precor, unde domi[4], cuius defensio regni.
Nuntius es regis tu, rex an ipse teneris?
555 Ut puto Lincidem[5] te nunc inspexero regem:
Es tu revera doctissimus arte[6] paterna,
Ut videoque dolo repleris corde sub imo[7].
Os faciemque tuam gressumque manusque loquelam
Assimulas[8] Linco tibi natu forte propinquo.
560 Intus quid lateat humanis visibus obstat,
Exceptis illis quibus indita lumina lincis,
Linx quibus aut genitor fuerat vel germinis auctor[9],
Cuius naturae referuntur cuncta patere,
Quae quis in absconso gerit aut sub pectoris antro[10];
565 Perspicit et fraudis sibi conscia corda latentis[11]
Et scit revera praesentia, facta, futura
Et, sibi quot variae maculoso tergore notae[12],
Tot sibi dissimiles aliis animantibus artes.
Da saltim, ripis quis te deus appulit istis'[13].

STRABO

570 Taliter oranti[14] puero varieque loquenti
Motus in inmensam, furit ut leo fervidus, iram[15],
Nil respondebat, sed per fera corda tumebat[16],
Angitur interius verbique recesserat usus[17].
Terram calce terens et humi sua lumina vertens[18]
575 Nunc salit et graditurque celerior alite fertur,
Nunc ut testudo fixus perstabat in uno,
Tunc baculo fultus sequitur per verba locutus[19]:
'Parcas nec, fili, maneat spes ulla pericli[20].
Sum regis missus regalia iussa secutus[21].
580 Antiochum regem scin omnia regna regentem[22]?
Eius iussa gero nec belli nuntius exto,
Nil hostile fero, sed prospera quaeque requiro.
Noster Apollonio rex regi nuntia vestro
Plurima demandat, quia foedera pacta[23] reservat.
585 Est sibi firma fides, comunis et aulica sedes.
Mandatum vere si quid praeceperit iste,

---

569 Tu *G*, da *coni. Kaibel*, huc *Tr.* 578 Parcius hec *G*, *corr. Tr.* 586 Intantum *G*, *corr. Tr.*

1) *Georg. I*, 511 Arma ferunt. 2) *Ib. IV*, 149 Nunc age. 3) *Aen. IV*, 365 generis nec Dardanus auctor. 4) *Aen. VIII*, 114 unde domo. 5) *Met. V*, 99 Hypsea Lyncides. 6) *Rem.* 756 arte docet. 7) *Aen.* X, 464 sub imo | Corde. 8) *Ib. I*, 589 Os humerosque deo similis. 9) *Ib. VII*, 49 sanguinis ... auctor. 10) *Iuvenci H. euang. I*, 589 Pectoris antra. 11) *Met. IX*, 710 fraude latebant. 12) *Aen. I*, 323 maculosae tegmine lyncis. 13) *Ib. III*, 338 quisnam ignarum nostris deus adpulit oris. 14) *Ib. IV*, 219 Talibus orantem. 15) *Ib. VIII*, 230 fervidus ira. 16) *Ib. VI*, 49 fera corda tument. 17) *Met. XIV*, 98 abstulit usum | Verborum. 18) *Aen. V*, 324 calcemque terit iam calce; *VIII*, 438 vertentem lumina collo. 19) *Ib.* 404 Ea verba locutus. 20) *Ib. IX*, 131 Nec spes ulla fugae. 21) *Cf. supra v.* 443. 22) *Amor. III*, 10, 46 Regnaque ... minora regat. 23) *Georg. IV*, 158 et foedere pacto.

Annuat hoc alter digne persistere semper.
Ast dicas raptim, quae clades pessima grandem
Afferat hunc [l]uc[t]um planctum vel civibus istum,
590 Dic, precor, absque mora, diei quia labitur hora.'
Suspiciens iuvenis suspiria traxit ab imis
Pectoribus [1] primum, post exaltando cachinnum
Dixit sermones prudenti famine tales —
Namque licet paucis constaret ephebus in annis
595 V[ixi]t maturum senibus sapientior aevum [2] —
'O maledicte, cui capitis nix albida cani [3],
Inpie tot vernis huc usque potite lucernis,
. ervis ab inmundis stomachantia verbula fundis [4].
Ceu canis a prima suescit gannire iuventa [5]
600 Atria conservans, saepissime cuncta peragrans
Emittit vocem [6] per moenia longa ferocem;
Quicquid et ignoti subito sibi sentit oriri
Hoc trait et lacerat, hoc saevis morsibus [7] artat:
Et post aetatis cum venerit hora senilis,
605 Fortia [pri]moris desistunt facta [8] vigoris:
Quod timu[it] primum latrans id mordet et ipsum:
Nam domus et dominus, quos ante petebat adultus,
Saltim sunt nullo vel s[unt] discrimine parvo [9]
Ex his dimoti, quos ictu laesit atroci,
610 Denteque vulnifico domino facit ulcus amico,
Mordicus et latum conplet laniando palatum,
Fortiter insanit, nullum discernere novit:
Inveterate canis, tu non secus ipse bacharis.
. . . . est hic . . . .
615 Mellifluam rurs[um lingua]m tunc flexit ad orsum
. . . . nt carbo favilla.
At Syra plebs omnis hoc auspice [10] noctibus actis
[Coge]re concilium [11] propera[vi]t, iussit ad unum
Om[nes] ex arvis, quisquis quid posset in armis,
620 Spirantis vitae qui spem sibi vellet habere [12],
Aut nisi canities prohiberet ning[ui]da vires,
Aut [rapidas pu]g[nas] nisi scire p[rima iuv]entas [13]
Abnueret penitus [cupere]t nec acriter orsus.

---

588 . . t d . . . s . . p . . c *G*, *supplev. Tr.*, at dicas tandem *Hagen* 589 . . ferat hunc . uc . um *G*, *suppl. Tr.*, gemitum *Hagen* 595 V . . . t *G*, *suppl. Tr.* 598 . . eruis *G*, spurcus *coni. Tr.* 606 rationis odit *G*, *corr. Tr.* 608 sub *coni. Bursian* 609 ictu *an* actu *habeat G vix discernendum post* 613 *G habet* Deest hic 616 Urenteb . . . eli . . . ntur *G* 617 sua *G*, Syra *coni. Tr.* hos pce *G*, *corr. Tr.* 620 spirancis (?) *G* 621 nig . . . da *G*, *supplev. Tr.* 622 rapidas pugnas . . prima *supplev. Tr.* 623 cuperet *suppl. Tr.*

1) *Cf. supra v.* 547; *Aen. VI,* 55 pectore ab imo. 2) *Met. VIII,* 617 maturus et aevo. 3) *Fast. V,* 57 capitis reverentia cani. 4) *Cf. supra v.* 546. 5) *Aen. VII,* 51 primaque . . iuventa est. 6) *Met. XV,* 657 emittere pectore voces; *IV,* 412. 7) *Cf. Met. VIII,* 877 artus lacero divellere morsu. 8) *Aen. X,* 369 et fortia facta. 9) *Aen. III,* 6‹5 discrimine parvo. 10) *Fast. I,* 26 Auspice te. 11) *Aen. XI,* 304 Cogere concilium. 12) *Ex Ponto IV,* 14, 61 spem posset habere. 13) *Cf. supra v.* 599.

Mox haec fama vol[at crescens][1] et iussa ferebat[2],
625 Rupit eundo moras[3] [inge]ns diffusa per oras;
Mortem nolenti vitae munusque volenti
Promittens vacuas sic concita pervolat auras[4].
Tunc puer atque senex rapuere ferociter enses[5],
Arma petunt: galeas, fulgentia scuta[6], loricas;
630 Et gens inmanis[7] glomeratur ab omnibus oris
Ireque curavit, quo praevia fama vocavit.
Agmen enim turbae fuerat haud rarius imbre,
Eurus flando globum cum nubes urget in unum[8],
Horret et obductum nimboso turbine[9] sudum
635 Irruit et subito submixta grandine turbo[10].
Illuc ut talem rex conperit affore plebem,
Egrediens aula statim descendit ab alta,
Ibat et in medium dextras amplexus[11] heroum
Atque manus manibus dans sic erat ore locutus[12]:
640 'Viribus infracti, bello[13] vos optime docti,
Nunc patet en, animis quae sit fidutia vestris[14],
Quae mens, quae virtus, audatia quae colat artus.
Premia promitto, quae nulli certe negabo,
Laude coronari qui vult laudemve mereri[15].
645 Advena iamque diu vario me luserat astu[16]
Dictus Apollonius fraudisque dolique peritus,
Vir mentis dirae[17], qui me sic audet adire,
Si locus et fas est, huic regno maxima clades.
Praefixum vastae cuius mihi qui caput[18] astae
650 Victor praesentat, centum [talen]ta cap[essat]
Auri[19]; qui vivum tulerit per membra ligatum,
Huic quinquaginta thesauri dono talenta.'
Hic parsit fandi dans munus[20] amore necandi.

SAXO

Conticuere viri[21] nolentes ulla refari,
655 Sed saltim [cla]re velut uno fantur ab ore[22]:
'Scimus Apollonium plus vit[a] quam nece dignum[23],
Eximium iuvenem factis armisque potentem[24],

---

624 crescens *suppl. Tr.* fera . . . t *G, an scribendum* terras concussa peragrat? *Tr.* 625 ingens *suppl. Tr.* 626 morte *corr.* uite *G* 630 horis *G* 631 Iraque *G* 632 rarior *G*, rarius *corr. Tr.* 635 e subito *G* 640 docti *corr.* ducti *G* 652 Cui *G*, Huic *Hagen*

1) *Aen. III,* 121 Fama volat. 2) *Aen. IX,* 804 iussa ferentem. 3) *Georg. III,* 43 Rumpe moras. 4) *Aen. XII,* 592 vacuas . . ad auras. 5) *Ib. X,* 896 eripit ensem. 6) *Met. XIII,* 150 arma peto; *Aen. VIII,* 92 fulgentia longe | Scuta. 7) *Ib. VII,* 304 gentem | Inmanem. 8) *Moret.* 116 inque globum . . . contrahit unum. 9) *Met. XI,* 551 nimbosi turbinis. 10) *Aen. IV,* 161 insequitur commixta grandine nimbus. 11) *Georg. I,* 127 in medium; *Met. XII,* 486 amplectitur ilia dextra. 12) *Fast. III,* 688 dedit illa manus; *Aen. I,* 614 et sic ore locuta est. 13) *Ib. IX,* 499 infractae ad proelia vires. 14) *Ib. II,* 75 quae sit fiducia capto. 15) *Ib. V,* 355 merui qui laude coronam. 16) *Ib. IV,* 591 nostris inluserit advena regnis. 17) *Ib. II,* 519 mens tam dira. 18) *Ib. IX,* 465 in hastis | Praefigunt capita. 19) *Ib.* 265 auri duo magna talenta. 20) *Ib. X,* 116 Hic finis fandi; *IV,* 429 det munus amanti. 21) *Ib. II,* 1 Conticuere omnes. 22) *Met. XII,* 241 omnes uno ore . . loquuntur. 23) *Ov. Ep. VI,* 146 qua nece dignus eras. 24) *Aen. I,* 531 potens armis.

Indolis egregiae. . . . .
Est celer, est fortis, spernens dispendia mortis,
660 Discidium vitae momento computat horae;
Strenuus in bello non ense reflectitur ullo,
Brachia bicipitem velox inter rotat ensem [1].
Quam velit arma pati, vitam vult ante pacisci [2],
Quem bene si scires, tutum tunc forte vereres.
665 Hunc tibi praefatum promittimus esse necandum?'
Mulcens et minitans econtra rex ait instans:
'Non vestri veteres sic respondere parentes [3],
Sponte sed inplebant quicquid me velle sciebant:
Semper erant parti psichin subponere morti.
670 Quid plus? dedignor? mimico fantasmate fallor?
Si foret hic animus seu si mihi cruda iuventus [4],
Acer crudeles qui stravi saepius hostes,
Huius tanta pati nollem discrimina [5] fati.
Sed quia de membris decessit gloria totis,
675 Casibus alternis mundi res subiacet omnis,
Et quoniam causas transfert quascumque vetustas,
Totius regni prop[rii pars us]que fruendi
Altera victori maneat, pars altera [6] regi,
Et, me defuncto, fungatur milite multo.'

STRABO

680 Hoc promulgato passim super agmina pacto
Omnes seducti flagrante cupidine [7] pacti
Clamabant pariter hoc malle sequique libenter,
Et plausu manuum feriebant astra polorum.
Audiri vero potuit nec ullus ab ullo,
685 Saxea de celso rueret licet aethere grando [8].
Talis erat certe strepitus iuvenumque senumque [9],
Ut tonat ipse Corus veniens Aquilone sonorus [10],
Alta supremos cum rumpit ab arbore ramos [11]
Quassans frondosam stridenti [mur]mure silvam,
690 Nunc intervallo cessante fla[mine turbo],
Parcens, nunc autem flatu consurg[it eodem]
Et strepit horrendum volvens radicitus ulmum [12].
Hesperus interea, cum noctis venerat umbra [13]
Ac pecus [omn]e domi cogit stabuloque retrudi [14],

---

658 *cetera om. G* 662 inter rotat *distinxit Hagen* 664 fereres *G* 676 tr . . s fert *G* 677 prop . . . ę . . . f . . e tuęq. *G, an* pars usque? *Tr.* 687 chorus *G,* corus *Burs.* 691 consorg . . *G, versum supplev. Tr.*

1) *Aen. IX,* 441 ac rotat ensem. 2) *Trist. V,* 2, 72 patitur . . . arma; *Aen. V,* 230 vitamque volunt pro laude pacisci. 3) *Aen. II,* 448, *V,* 39 veterum . . . parentum. 4) *Ib.* 398 si nunc foret illa iuventas; *VI,* 304 cruda . . . senectus. 5) *Aen. X,* 529 discrimina tanta. 6) *Georg. III,* 286 superat pars altera; *Trist. V,* 7, 4 pars manet una. 7) *Met. II,* 104 flagratque cupidine currus. 8) *Georg. I,* 324 ruit arduus aether. 9) *Met. XV,* 210 iuvenemque senemque. 10) *Cf. Aen. I,* 102. 11) *Aen. IV,* 485 in arbore ramos; *Met. XV,* 404 ramos levat arboris altae. 12) *Georg. III,* 378 Advolvere . . ulmos. 13) *Ecl. VIII,* 14 noctis decesserat umbra; *X,* 77 venit Hesperus. 14) *Georg. II,* 371 pecus omne; *Ecl. VI,* 85 Cogere donec oves stabulis . . . | Iussit.

695 Emicuit stellis ut primum mane fugatis
Aurea cum roseis surgens Aurora quadrigis [1],
Itur Apollonium mox per loca quaeque petendum
Montibus, in silvis, campis, in vallibus, altis
Terrarum latebris, fluviis lapidumque sub antris:
700 Ceu canis in silva peragrando novalia culta [2]
Ora premens terrae sequitur vestigia [3] cervae,
Circuit anfractus nihil atque novissime nactus
Cursitat in vacuum: talis venatus eorum.
Illius inmunes coepti rediere pudentes,
705 Quos curis vanis fortuna vehebat inanis.
Attulit invisum quis spes inprovida casum
Atque spei vanae [4] fuerat certamen inane,
Nil nisi valde gravem capientes rete laborem [5].
Sic et tota dies [6] voti discesserat expers:
710 Talis erat fraudis merces sine munere laudis.

SAXO

Rursus ad Antiochi plebs it mala tecta tyranni [7].
Tunc ep[ul]ans sedit mensae potuque vacavit
E dapibus, positis esum sibi largiter escis.
Ianitor intravit domno plebemque notavit
715 Stantem pro foribus [8], dum fas permitteret intus.
Audito sciphum rex ore retraxit amicum,
Aut [ca]put a[u]t ipsum iubet introducere secum.
'Progrediantur' ait, pateras tum laetior hausit [9].
[Aulic]us egressus sic deforis [omnibus] orsus:
720 [Inveherent T]yrii caput [ut] properanter [ep]hebi.
[Pin]cer[nae] cura cunctis fore pocula laeta [10].
Appropians statim successit turba gradatim.
Ut venit coram pacem porrexit habendam,
Verba salutis ave laetantibus apta [11] deditque.
725 Quis princeps solio tetrarcha locutus ab alto [12]:
'Quisnam victor erit vel quis promissa tenebit?'
Anxia secta nimis responsa negaverat oris.
Inquit item regis vecordia saeva furentis [13]:
'Falsa pudet fari, varia vos arte moveri [14]
730 Nescio qua video; si vera fatetur [15] imago:

---

697 iter *G*, *corr. Kaibel* (*cf. v.* 298) 711 tiranni *G* 712 p . . . . assedit *G*, *corr. Tr.* uacabat *corr.* uit *G* 713 estis *G* 718 Pgr. diantur *G* 719 de foris orsi . f . . . at *G*, *corr. Tr.* 720 u . . . n . . . . uiri caput properanter· regi *G*, *corr. Tr.* 721 uina *ipse legi*, cura *Tr.*, *qui versum supplevit* 723 pacem pacem *G* 725 tetraha *G* 727 facta *G*, secta *coni. Tr.*

1) ***Aen. III,*** 521 Iamque rubescebat stellis Aurora fugatis; ***VI,*** 535 roseis Aurora quadrigis. 2) ***Ecl. I,*** 71 tam culta novalia. 3) ***Aen. VII,*** 103 premit ore; ***Met. II,*** 283 Presserat ora; ***IV,*** 515 sequitur vestigia. 4) ***Aen. I,*** 352 vana spe. 5) ***Ib. VI,*** 56 graves . . labores. 6) ***Georg. I,*** 434 Totus et ille dies. 7) *Cf. supra v.* 244. 8) ***Trist. II,*** 296 Stat Venus . . ante fores. 9) ***Aen. I,*** 738 hausit | Spumantem pateram. 10) ***Georg. II,*** 383 inter pocula laeti; ***III,*** 379 pocula laeti. 11) *Cf. v.* 251; ***Ep. XV,*** 48 aptaque verba ioco. 12) ***Aen. XI,*** 301 solio rex infit ab alto. 13) *Cf. v.* 491. 14) ***Amor. I,*** 2, 26 arte movebis aves. 15) ***Ov. Ep. VIII,*** 97 vera fatebor.

Vivit Apollonius nec adhuc est ille peremptus.
Cur habet indignam sub tanto crimine [1] vitam?'
Unus de missis verbis responderat istis [2]:
'Optime rex, audi, nihil est, tibi parce, pericli.
735 Ivimus incassum, quia non invenimus ipsum.
Discute merorem magni molemque timoris;
Ex hoc fasce leva cor, Martia destrue tela [3].
Pectus defeca liventi [4] prorsus ab ira
Praecinctusque toga cape tempora pacis oliva.
740 Formidulam pulicem puduitne timere fugacem?
Discessit nuper procul hinc; requiesce parumper,
Parce tuae menti livoris felle tumenti:
Contigua caedis fugit de morte ferocis.'
Rex ait haec exin levi sermone vicissim:
745 'Quis casum vobis dedit hunc praenoscere? scitis:
Mens mea cunctorum saepissime sueta laborum,
Conscia [5] fatorum, non est secura dolorum.
Nec mihi sic spondet, vix credere visibus audet':
. . . .
'Iam mediante via, cum multis obvia fama
750 Occurrit [6] nobis: 'Nescimus qualibus horis:
"Quem vos quaesistis, hinc hinc cessisse sciatis,
Fugit ab hac patria" dicens "vix sospite vita [7],
Debet in externis soles consumere terris".'
Econtra risit, furit, ebria vox sua dixit:
755 'Non valet ille mori, quod ego certissime novi.
Saxea corda [8] gerit, nequaquam fraus sua dormit,
Et caput invisum [9] vivet, heu vivet in aevum.'
Sic magis atque magis [10] fervens (non c)redidit illis.
Haud minus ille lupo furuit (per ovilia) duro [11],
760 (Ore) fremens blandum lacerat cum morsibus [12] agnum
Os ex osse trahens crudas carnesque resorbens.

STRABO

Post haec transacta non longi temporis hora
Ipse iubet celeres deducere litore naves [13]
Perque profunda maris fluctus evertere remis [14],
765 Dum Tyrium iuvenem caperent terrore fugacem.

---

735 Tuibus *G*, Ivimus *coni. Tr.* 736 magne *G*, *corr. Wattenbach* 739 *an* tempore .. olivam? *Watt.* 745 carum *G*, casum *corr. Tr.* *post* 748 *versus excidit huius fere modi:* 'Mens te decepit; fueramus' nuntius inquit *Tr.* 749 Tam *G*, Iam *corr. Tr.* 754 tua *G* 759 *et* 760 *lacunas expl. Tr.* 765 tirium *G* fugentem *G*, *corr. Tr.*

1) *Aen. X,* 668 tanton me crimine dignum. 2) *Cf. supra v.* 89. 3) *Ecl. IX,* 65 ego hoc te fasce levabo; 12 tela inter Martia. 4) *Met. VIII,* 535 liventia pectora. 5) *Aen. I,* 604, *Fast. IV,* 311 Conscia mens recti. 6) *Aen. XI,* 498 Obvia cui ... | Occurrit. 7) *Iuvenci H. e. II,* 339 sospite vita. 8) *Ib. III,* 475 saxea corda. 9) *Aen. IX,* 496 Invisum hoc detrude caput. 10) *Georg. III,* 185 Tum magis atque magis. 11) *Aen. IX,* 339 leo per ovilia turbans; *Trist. IV,* 6, 4 duros .. lupos. 12) *Aen. IX,* 341 fremit ore cruento; 59 Ac veluti pleno lupus insidiatus ovili | Cum fremit .. 65 Haud aliter; *Met. V,* 627 lupos .. frementes; *VIII,* 877 lacero ... morsu. 13) *Aen. IV,* 397 litore celsas | Deducunt toto naves. 14) *Cf. ib. I,* 43.

Segniter ast ipsi conplerunt iussa magistri.
Hos mora tardabat[1], illos fuga longa ferebat.
Tardior haud vento depulsa volaverat Argo[2],
Quae puerum vexit, gressus ad littora flexit.
770 Condoluit multum; 'Rex' dixerat 'erige vultum[3].
Quidnam, dic, veritus non es velut antea suetus?
De quali cura volvis tam tristia corda[4]?
Alba notat facies, quod te dolor optinet ingens[5],
Nescio quis tantus . . . .
775 Cunctorum vita, senior, preciosior ipsa.
. . . .
Me vexisse, deos semper meminisne supremos . . .
. . . .
Irae parce, rogo, quocumque cupiveris ibo.
Sustineo tecum vitae mortisque periclum,
Fors maneat nobis communis et una laboris.
780 Ex hac fortuna non deterrere sinistra.
Si sapor ora prius gustantis mordet amarus[6],
Audio ceu fari, tunc mel sit dulcius[7] ori:
Sic quod nunc pateris, fiet cum scisse iuvabit[8],
Urbis qui magnum Tyriae solamen haberis
. . . .
785 Atque tuae prolis qua spes est indica nobis.
Urbis nunc e girius non te felicior ullus[9].
Nam tibi cunctarum debetur copia rerum[10],
Temporibusque tuis Saturnia regna[11] videbis.
Aureus ipse nites, non Bachica munera[12] vites,
790 Sentes viniferis steriles onerantur ab uvis,
Caeli pro pluvia rorabunt roscida mella[13],
Mars domitat mortem super omnia prelia fortem.
. . . .

---

769 *spatium unius lineae vacuum relictum est in G* 774 *post* tantus *sequitur lacuna in G post* 774, 775, 776 *nonnulli versus exciderunt,* 775 *enim Apollonius respondet gubernatori, qui* 770—74 *locutus est,* 776 *gubernator,* 777 *usque ad finem Stranguillio verba faciunt Tr., sed versu* 785 *Antiochum appellari opinatur Watt.* 783 fiet *G,* derit *coni. Tr.* 784 tirie *G* 785 *de prole dubitat Tr.* 786 *an* nunc rex es: non *Watt.* 787 Namque tibi *G*

1) *Ex Ponto III,* 4, 52 quod mora tardat. 2) *Ecl. IV,* 34 altera quae vehat Argo | .. heroas. 3) *Met. XIV,* 106 vultum ... | Erexit. 4) *Aen. VI,* 185 tristi cum corde volutat. 5) *Ib. V,* 172 dolor ossibus ingens. 6) *Georg. IV,* 277 Asper in ore sapor; *Boetii de consol. phil. III,* 1 *v.* 5 Dulcior est apium mage labor, | Si malus ora prius sapor edat. 7) *Fast. I,* 192 mel .. dulcius. 8) *Aen. I,* 203 meminisse iuvabit. 9) *Ib. IX,* 772 quo non felicior alter. 10) *Iuvenci Hist. euang. I,* 654 curetur copia rerum. 11) *Ecl. IV,* 6, *VI,* 41, *Aen. XI,* 252 Saturnia regna. 12) *Georg. III,* 526 Bacchi | Munera. 13) *Ecl. IV,* 29 Incultisque rubens pendebit sentibus uva, | Et durae quercus sudabunt roscida mella.

FLORI LUGDUNENSIS CARMINA.

Florus, Lugdunensis ecclesiae alumnus, saeculo octavo exeunte natus, anno circiter 860 Lugduni mortuus esse videtur[1]. *Ad diaconi tantum dignitatem promotus*[2] *Agobardo (816—840), Amolone (841—852), Remigio archiepiscopis ecclesiam illam regentibus ob doctrinae copiam magna auctoritate usus est*[3] *et pro fide catholica contra Amalarii abbatis*[4], *qui ecclesiae Lugdunensi Agobardi vice praeerat, in concilio Carisiaci a. 838 habito opiniones, contra Gothescalci*[5] *et Iohannis Scoti, qui credebantur, errores*[6] *disputationibus a se editis acerrime pugnavit. Integritatis imperii studiosissimus divisiones eius et mala, quae ecclesiis bello civili emerserunt, summopere planxit. Similibus ductus rationibus ac viri illi, qui sub idem tempus decretales Isidoro Mercatori et capitularia Benedicto levitae subdiderunt, ecclesiae libertatem contra nimiam rei publicae vim tuitus est, cum et electiones episcoporum canonicas defenderet*[7] *et iudicia missatica, quae Moduinus Augustodunensis episcopus in Lugdunensi ecclesia tunc pastore orba iussu imperatoris habuit*[8], *vehementer reprehenderet, in episcopum illum quondam amicum tam prosa quam versibus invectus.*

Floro, quem Walahfridus iuvenis in carmine ad Agobardum archiepiscopum misso[9]

1) *Diem mortis habet Obituarium Lugdunens. eccl.* (*ed. Guigue p.* 17) *VI* Id. *(Februar.)* obierunt Florus et Ioannes diaconi. *In libro suo amplo de praedestinatione intra annos* 859 *et* 863 *edito Hincmarus scriptum* Flori ecclesiae Lugdunensis magistri *saepius laudat* (*Hincmari opp. ed. Sirmond I,*27—29, 45, 47, 49, 119). *Quod cum tunc iam interpolatum esset, auctorem eius ipsum vivere desiisse probabile est.* 2) *Presbyter vocatur a Ratperto (Casus S. Galli c.* 29 *p.* 54 *ed. Meyer von Knonau)* Collectanea Flori presbyteri de voluminibus sancti Augustini in epistolam Pauli ad Romanos in volumine *I et in codice sancti Galli huius operis ipso* 279 *p.* 1 Presbiter hos Florus, florum decerptor honorus | Aurelii verbis flores deflorat ut erbis, *subdiaconus a Wandalberto, cf. infra.* 3) *Ad Bartholomaeum episcopum cum Agobardo et Hildigiso epistolam dedit de quorundam illusione signorum* (*Agobardi opp. ed. Baluze II,* 197). 4) *Cf. de libris contra Amalarium scriptis Simson Ludwig d. Fr. II,* 183—187. 5) *Flori disputationem de praedestinatione Sirmond* (*Opp. varia II,* 903 *ed. Ven.*) *sub Amolonis nomine edidit. Cf. de codice huius operis Gandensi Archiv VIII,* 551. 6) *Biblioth. max. patr. Lugdun. XV,* 611 Libellus Flori adversus cuiusdam vanissimi hominis, qui cognominatur Iohannes, ineptias et errores de praedestinatione et praescientia divina *etc. (sub nomine ecclesiae Lugdunensis).* 7) *Librum eius de electionibus episcoporum edidit primus Papir. Masson* (*Agobardi opp. ed. Baluze II,* 254—258): Quae omnia non ideo dicimus, quasi potestatem principum in aliquo minuendam putemus, vel contra religiosum morem regni aliquid sentiendum persuadeamus, sed ut clarissime demonstretur, in re huiusmodi divinam gratiam sufficere, humanam vero potentiam, nisi illi consonet, nihil valere. 8) *Hist. liter. de la France V,* 225; *Fr. Maassen Ein Commentar des Florus von Lyon zu einigen der sogen. Sirmond'schen Constitutionen (Sitzungsber. der philos.-histor. Cl. der Wiener Acad. XCII,* 301 *sqq.)* 9) *Cf. supra p.* 357 *v.* 17 *sqq.*

magnis laudibus effert, necessitudo cum multis hominibus doctis intercessit, inprimis cum Modoino, poeta celebri[1], *cum Bernardo archiepiscopo Viennensi, Hyldrado abbate Novaliciensis monasterii, qui ab eo exemplar psalterii ab Hieronymo versi emendatum recepit*[2], *Vulfino grammatico Aurelianensi, Wandalberto monacho Prumiensi litterato*[3], *cui Bedae martyrologium ab ipso admodum auctum fundamentum praebuit, unde ad sanctorum gloriam versibus celebrandam materiam sumeret.*

Praeter opera illa ad sacrosanctam theologiam pertinentia et ex patrum veterum scriptis maximam partem hausta, in quibus expositio in canonem missae et commentarius in Pauli epistolas elucent, carmina etiam plerumque de historia sacra et sanctorum composuit. Metris satis accurate pro indole temporis illius usus poetam talem se praebet, ut elegantioribus certe saeculi noni vatibus iure possit adnumerari. Exempla secutus est praecipue Ovidii, Vergilii, Iuvenci, Sedulii, Prudentii, Fortunati, saepius vero eos libere imitatus, quam singula verba transferens.

Transeo iam ad libros manuscriptos, quibus Flori poemata ad nos pervenerunt.

(B) codex Parisinus 2832 (olim Bigotianus 323) forma quadrata saec. IX. scriptus f. 1 hoc titulo insignitus Voto bonae memoriae Mannonis. Liber ad sepulchrum sancti Augendi oblatus, *unde hunc librum a Mannone praeposito*[4], *qui anno 843 natus, a. 880 mortuus est, ad monasterium sancti Eugendi Iurense (nunc Saint-Oyan) donatum esse sequitur. Praeter Eugenii Toletani, Cypriani, Prosperi, Theodulfi, Wandalberti aliorumque carmina continet hic codex, qui foliis 137 constat, Flori poemata inde a f. 33 usque ad fol. 70, unde nonnulla iam edidit Duchesne (SS. rerum Francic. II, 513) cum aliis eiusdem codicis epitaphiis antiquioribus 'ex vetusto codice ms. bibliothecae Alexandri Petavii senatoris Parisiensis nunc primum evulgata'. Idem liber tunc Iacobo Sirmondo ad manus fuit, qui ex eo ('Petaviano DCCXCI') pauca tantum deprompsit (Theodulfi opp., Paris 1646 p. 299, 302), multo plura, quae 'Hadrianus Valesius historiographus regius ex vetusto codice Petaviano manu propria' descripserat, ad lucem dedit Ioh. Mabillon (Analecta vetera ed. II p. 413—416 cf. Annal. II, 629). Metricam quattuor euangeliorum recapitulationem, quam consulto praetermiserat, aliaque supplerunt denique a. 1717 Martene et Durand (Thesaur. nov. anecdotor. V, 595—601 'ex pervetusto codice Bigotiano, cuius caracter ad auctoris aetatem accedere videtur'), ita ut ea tantum intacta relinquerent, quae ex altero Flori codice lucem iamdiu viderant. Postquam tempore novissimo Terrebasse (Inscriptions de Vienne II, 1, 8, 11, 67, 80, 84, 89) ad titulos nonnullos Viennenses correctius edendos codicem iterum evolvit, ipse cum benignitate eorum, qui res nostras et Gallorum administrant, Halas missum perscrutatus sum. Effigiem accuratam libri dederunt Coussemaker (Hist. de l'harmonie, planche VI) et Delisle (Cabinet des mss. III, 260, pl. XXVIII, 2, 3).*

(C) codex Parisinus 7558 (olim Colbertinus 4133) forma quadrata saec. IX. mendose scriptus, foliis 168 constans, continet praeter scripta grammaticorum carmina Marii Victoris oratoris Massiliensis, Ausonii et Paulini mutua, Bebiani, tum f. 121—124, 162—166 Flori et plurima quidem a codice B diversa. Ex hoc libro Guilelmus Morelius

---

1) *Cf. de eo t. I,* 382—384, *supra p.* 355. 2) *A. Mai SS. veter. nova coll. III,* 2, 252 *Epistula Flori ad Hyldradum abbat. de psalterii emendatione, Chronic. Novalic. l. IV c.* 4 Epistola sancti Elderadi ad Florum directa; *c.* 5 Rescriptum Flori ad beatum Elderadum; *c.* 6 Item Florus ad eundem abbatem. 3) *Cf. Wandalberti praefationem infra edendam:* ope et subsidio praecipue usus sum sancti et nominatissimi viri Flori Lugdunensis ecclesiae subdiaconi, qui ut nostro tempore revera singulari studio et assiduitate in divinae scripturae scientia pollere, ita librorum autenticorum non mediocri copia et veritate cognoscitur abundare. 4) *Cf. Dümmler Gesch. des Ostfränk. Reiches II,* 650, *Delisle Cabinet des mss. II,* 409. *In catalogo bibliothecae monasterii illius saec. XI. scripto* (*Delisle Cabin. III,* 386) *reperitur:* n. LXXXVI. Item codex carminum Eugenii, Dracontii, Flori et Vandalberti, sed et epitafia multa, habens etiam versus Sibille de Christo et Teudulfi de ordine bibliotece atque alios ad Modoinum episcopum.

Parisiis a. 1560 Flori poemata cum multis aliis, quae eidem codici debebat, sub falso Drepanii Flori[1] *nomine primus edidit, emendationibns, quibus textum sanare conatus est, etiam codici ipsi additis. Editionem eius integram repetiverunt a. 1562 Georgius Fabricius (Poetar. veter. ecclesiastic. opp. p. 723—734), a. 1653 Rivinus (Carmina sacra christ., cuius librum aeque ac Morelii numquam vidi), Biblioth. max. patr. Lugdunens. VIII, 667—670, Migne Patrol. XXI, 1083—1090. Codicem hunc et ipsum Halas missum non sine fructu contuli.*

Carmen, cui inscribitur Qualiter sanctorum martyrum Cypriani, Sperati, Pantaleonis reliquiae Lugdunum adeptae sint, *traditur praeter codicem B his quoque libris, in quibus cum passione sancti Cypriani episcopi a Prudentio composita coniungitur: Oxoniensi (O) Laudiani Miscell. 451 saec. X. ex. f. 1', quem consuluit Georgius Parker, Parisino (P) 1647 A (quond. Colbertino 1305) saec. IX, quem ipse evolvi, Argentoratensi saec. X. a. 1870 flammis consumpto (Archiv VIII, 465). Ex codice P Guilelmus Morelius a. 1564 hoc carmen primum inter Cypriani opera edidit, quod Pamelius tum repetivit (Cypriani opp. ed. Hartel p. LXXXII), idem mutilum Pap. Masson Agobardi operibus a. 1605 addidit (p. 406—408), Steph. Baluzius ex editione Pameliana supplevit (Agobardi opp. II, 120—122), sed quin Floro hoc potius vindicandum sit, minime dubito. Disticha 21 ad psalterium pertinentia Muratori (Antiquit. III, 856) ex codice Mediolanensi Ambrosianae B. 120 saec. XV. primus edidit, quae Henricus Simonsfeld V. Cl. cum Ambrosiano comiter iterum contulit. Eosdem versus ex codice capituli Coloniensis XLV saec. X. f. 17'—18 Guilelmus Wattenbach secundo correctius foras dedit (Ecclesiae Colon. codd. mss. p. 108).*

De editione poetae nostri a Collombet Lugduni a. 1839 parata, quam Baehr laudat (Gesch. der Röm. Literatur im Karoling. Zeitalter p. 616), nihil certi enucleare potui.

I.

Primus euangelici scripsit mysteria regni
  Matheus ex teloneo ad caeli lucra vocatus.
  Haec canat almus amor, haec dulci voce resultet.
Nascitur in Bethlehem sancta de virgine Christus,
5 Advenere magi[2] caelesti sidere[3] ducti.
  Ioseph cum puero Aegyptum migrare iubetur.
Caeduntur pueri regis livore cruenti.
  Iesus ab Aegypto Nazareth revocatur in urbem.
  Iohannes populos tinguit Iordanis in undis[4].
10 Suscipit et Christus humilis baptisma Iohannis,
  Inde quater denis ieiunans ipse diebus[5]
  Temptatus zabuli vincit molimina diri.
Piscantes Petrum, Andream, Iacobum atque Iohannem
  Evocat; illi almis parent mox sedule iussis[6],
15 Retibus abiectis et navi ac patre relictis[7].
His ille assumptis Galileam circuit omnem,

[I] *sine titulo B f.* 33, *v.* 1—3 *literis maiusculis scripti sunt*   13 andręam *B*

1) *Carmen, cui inscribitur* De cereo paschali *solum Drepani nomen prae se fert.* 2) *Sedul. C. Pasch. I,* 74 Eoi venere magi. 3) *Met. VIII,* 372, *Trist. II,* 57 caelestia sidera. 4) *Sedul. C. Pasch. II,* 141 Iordanis ad undam; *Fast. VI,* 717 tinxerit undis. 5) *Sedul. C. Pasch. II,* 175 Inde quater denis iam noctibus atque diebus, | Ieiunum dapibus . . . | Insidiis temptator adit. 6) *Met. I,* 385 iussisque .. parere, *Trist. V,* 9, 34. 7) *Iuvenci H. e. I,* 430 Retibus abiectis; *Trist. V,* 6, 7 navem .. relinquis.

Ac varios hominum languores curat ubique,
Discipulos mandata docet, dat iura beatis[1].
Sanguinis effusi[2] vice vitandam admonet iram,
20 Munera grata deo, fraternam reddere pacem[3],
Moechiam cordis fugiendam pectore casto[4].
Scandala si generent oculi qui more coluntur,
Sive manus dextrae[5] pulsi procul ire iubentur.
Semper nexa viro, nisi constet adultera, coniunx[6].
25 Iuramenta vetat, quia sunt periuria iuxta,
Est et non, statuit veraci voce tenendum;
Altera caedenti detur maxilla libenter.
Ut pius almus amor inimicos diligat ipsos,
Ut pietatis opus[7] sine laeva dextera reddat,
30 Utque placere patri[8] cupiat oratio soli;
Ut mens munda deo ieiunia laeta frequentet[9],
Nec facie tristi[10] laudem petat illa caducam,
Thesaurum caelo condendum, fur ubi nullus.
Corporis est oculus operis intentio simplex.
35 Haec si pura viget, totos inluminat artus,
Nec tenebrosa fient quae lucis amore geruntur.
Nullum posse aeque dominis servire duobus[11],
Nec mamonae atque deo divisa mente placere,
Pellendas animo curas et vestis et escae.
40 Si volucres caeli pascit opulentia patris,
Molliaque aureolo depingit lilia[12] flore,
Quando suis umquam natis pia dona negabit?
Quapropter sua cuique satis sit cura diei,
Crastina non crucient, quia sunt incerta caducis.
45 Iustitia est quaerenda dei, reliqua ultro dabuntur.
Occulta alterius damnet se iudice nemo,
Ex oculo fratris festucam educere quaerens,
Ipse prius proprio pellat de lumine tignum[13].
Ira vetusta trabis, levior festuca notatur,
50 Purget ab ira animum, qui vult pietate mederi,
Nempe odio extinctus nil rectum cernit ocellus.
Ne margaritum calcandum exponere porcis
Quis velit aut sanctum canibus dare dilacerandum[14].
Mitibus et mundis prosunt mysteria pacis.
55 Postulet alma fides[15], ut possit sumere dona,

---

18 Discipulis? *B* 41 auleolo *B*, aureolo *corr. Man.*

1) *Aen. I,* 507 Iura dabat legesque viris. 2) *Art. Am. I,* 650 adfuso (*al.* effuso) sanguine. 3) *Iuvenci H. euang. I,* 510 Fraterno .. conciliatus amori, | Offer grata deo .. dona. 4) *Ov. Ep. XIII,* 30 Pectora .. casta. 5) *Iuvenc. H. e. I,* 529 Et si dextra manus. 6) *Amor. III,* 4, 37 adultera coniux. 7) *Venanti Carm. IV,* 27, 1 pietatis opus. 8) *Ov. Ep. XI,* 6 posse placere patri. 9) *Iuvenci H. euang. III,* 739 convivia laeta frequentent. 10) *Ex Ponto II,* 8, 73 facies .. tristis. 11) *Iuvenci H. euang. I,* 626 Nemo potest dominis aeque servire duobus. 12) *Sedul. C. P. I,* 261 mollia ... | Lilia. 13) *Iuvenci H. euang. I,* 661 Cernis adhaerentem festucam in lumine fratris, | Nec tamen in proprio tignum consistere sentis. 14) *Ib.* 666 Ne canibus sanctum dederitis, neve velitis; *Ov. Ep. XI,* 83 dari .. canibusque; *Ecl. VI,* 77 canibus lacerasse. 15) *Venanti C. IX,* 1, 2 alma fides.

Quaerat amor sitiens, ut mox obtata reportet,
Pulset opus studiumque pium, tum clausa patebunt.
Vitandi sunt falsi exsecrandique prophetae,
Quos sub pelle ovium rabies agit atra luporum,
60 Sacramenta ferunt fidei, sed funere vivunt.
Aedificanda domus verae fundamine petrae,
Dum procul omnis humus fundo purgatur ab imo,
Ac pietate proba Christi mandata geruntur.
Vitandum prorsus fluxae fundamen harenae,
65 Ne leviter positam subitus ruat impetus aedem,
Sic immota imbres, ventos et flumina temnet.
Caligosi imbres errorum nube pluuntur,
Venti alternantes adversa et prospera mundi,
Repit humo ut fluvius carnis lutulenta voluptas.
70 Iesus item mundat descendens monte[1] leprosum.
'Si vis', ille inquit, 'potes en mihi ferre medellam'.
Ille 'volo' ut dixit, fugit illico lurida pestis.
Paralysi fessum puerum quoque centurionis
Et socrum Petri letali febre iacentem[2]
75 Atque alios plures salvat virtute potenti.
Fallacem scribam reprobat, nec prorsus habere,
Quo ponat recline caput sese asserit usquam,
Vulpibus hoc foveam dicens magis esse dolosis.
Ast alium functi neglecto corpore patris
80 Se iubet ipse sequi et morituris mortua linqui.
Imperitat ventis, iussu maris aequora[3] sedat.
Daemonicam humano legionem pectore pellit,
Et maris hanc taetras cum porcis mergit in undas[4].
Paralysi ereptum mandat sibi ferre grabattum.
85 Matheum vocat et mundi dat spernere lucra,
Ac propriae dignans publicanos iungere mensae,
Aegrotos medico potius testatur egere.
Ieiunii veri commendans mystice cultum,
Discipulis sacri zelantibus ecce Iohannis,
90 Parabolam panni vinique utriumque reponit.
Fessa cruore diu mulier sine lege fluenti
Attactu sacrae vestis purgata recedit,
Redditur et vitae iam funere functa puella.
Mox amissa diu redduntur lumina[5] caecis.
95 Daemonium mutum surdumque expellit Iesus.
Lumen apostolicum populis iubet ire[6] docendis.
Petrus et Andreas, Iacobus simul atque Iohannes,
Bartholomeus, Thomas, Matheus pariterque Philippus,
Alfei Iacobus, Thaddeus, Simon et Scariothes.
100 Hi sunt quos misit verbum reboare salutis,

---

58 semper *B*, sunt *correxi* 64 prorssus *B* 78 hunc *B*, hic *corr. Martene*, hoc *Watt*.

1) *Aen. IV*, 159 descendere monte. 2) *Iuvenci H. euang. I*, 771 Cuius anhela socrus aestu febrique iacebat. 3) *Aen. II*, 780 maris aequor. 4) *Met. X*, 697 mergeret unda. 5) *Ex Ponto I*, 1, 57 ereptaque lumina reddunt. 6) *Venanti C. VIII*, 3, 16 Lumen apostolicum; *Aen. VII*, 154 Ire iubet.

Curare infirmos et pellere daemones atros [1].
Et tamen ex ipsis periit, quia prodidit, unus.
Dirigit ad Christum Iohannes carcere clausus [2],
Increpat ille urbes, quae tot miranda videntes [3],
105 Duritia immani non penituere dolentes.
Exultans Iesus patris mysteria laudat
Atque suum lene esse iugum clementius infit [4].
Discipuli spicas solventes sabbata vellunt.
Arentem dextram concesso robore sanat,
110 Daemonio eiecto caecum mutumque resalvat;
Quod Satanas nequeat Satanan expellere monstrat.
Temptanti turbae signum promittit Ionae.
Esse sibi matrem vel fratres sive sorores,
Hos tantum agnoscit, qui patris iussa secuntur [5].
115 Parabolas plures vario sermone profatur [6],
Secreta eructans absconsa ab origine mundi [7],
Vatis et antiqui complens sacro ordine dicta.
Agricolam ponit, triplici qui fruge redundans [8]
Tricenum ex cultis fructum percepit [9] ab agris,
120 Sexagenoque etiam centenum accrescere gaudens.
De lolio mundae segeti quod sparserat hostis,
De grano minimi late crescente sinapis,
De fermento etiam quo vim trahit undique massa,
Discipulis lolii segetisque enigmata solvit.
125 Parabolam subdit thesauri rure latentis
Margaritae etiam preciosa luce micantis,
Et missi in pelagus retis, genus omne natantum [10]
Quod trahit ad litus, ubi fit discretio sollers,
Vasa bonos capiunt, diversos proicit usus.
130 Caeditur Herodis iussu baptista Iohannes,
Et caput in disco scelerata ad gaudia fertur [11].
Discipuli adveniunt, condunt pia membra sepulcro [12].
Milia quinque virum de panum quinque paratu
Piscibus et geminis [13] Christi virtute replentur.
135 Bis cofinos etiam cumularunt fragmina senos [14].
Iesus per fluctus graditur, maris aequora calcat [15],
Mergentem Petrum placida dat sistere dextra.
Gennesar in populis multorum incommoda curat.

---

119 frunctum *B* 120 que *addidi* 125 thesaurirare *B*, *corr. Watt.* 129 ussus *B*

1) *Iuvenci H. euang. II,* 440 virtutis daemonis atri. 2) *Ex Ponto I,* 6, 37 Carcere .. clausi. 3) *Aen. I,* 494 Haec . . . miranda videntur. 4) *Matth.* 11, 30 Iugum enim meum suave est, et onus meum leve. 5) *Aen. IV,* 537 Teucrum | Iussa sequar. 6) *Ib. I,* 748 vario . . . sermone trahebat. 7) *Georg. II,* 336 origine mundi. 8) *Iuvenci H. euang. II,* 318 Vitalique . . . fruge redundans. 9) *Trist. IV,* 2, 68 fructus percipiendus. 10) *Georg. III,* 541 genus omne natantum. 11) *Iuvenci H. euang. III,* 67 scelerata ad gaudia portat. 12) *Ib.* 69 Discipuli condunt terrae; *Met. VII,* 618, *Aen. III,* 67 animamque sepulchro | Condimus. 13) *Sedul. C. P. III,* 212 modo panibus amplum | Quinque dedit victum per millia quinque virorum; *Iuvenci H. c. III,* 82 pisces geminos. 14) *Sedul. C. P. III,* 216 cophinos ablata replerunt | Fragmina bis senos. 15) *Trist. III,* 10, 39 Durum calcavimus aequor,

De manuum lavacro Pharisaeus murmurat error.
140 Ille docet cordis verum interiusque lavacrum.
Obtinuit natae mulier Chananaea salutem.
Monte Galileae miserorum examina curat,
Quattuor ex septem mox milia panibus implet.
Fermentum, Pharisaee, tuum docet esse cavendum[1].
145 Clarificat Christum felix confessio Petri,
Accipit et claves regni caelestis[2] ab ipso.
Praecipit ille crucem propriam[3] cuique esse ferendam.
Testatur quosdam duram non cernere mortem[4],
Donec in proprio Christum fulgescere regno
150 Felici intuitu videant laetique pavescant.
Discipulis in monte tribus se protinus ipse
Caelestis formae vestitum lumine monstrat:
Cui simul Heliam Moysenque assistere cernunt[5].
Confestim trepidos circumdat lucida nubes[6],
155 Et vox clara patris testantis ab aethere venit:
'Filius hic meus est[7], huius praecepta tenete'[8].
His etiam Heliam post haec ex monte revertens
Iam venisse canit, nec hunc tamen esse receptum,
His illi in verbis iustum sensere Iohannem.
160 Mox puerum curat, fugit hunc lunatica pestis[9],
Vivacemque fidem similem vult esse sinapi.
Solvit caesareum piscis ex ore tributum.
Ad pueri formam humiles iubet esse fideles.
Scandalizantem oculum propria vult sede revelli[10].
165 Id pedis atque manus etiam discrimine monstrat.
Nec minimos umquam temnendos esse fideles,
Pro quibus angelicae invigilat custodia curae.
Nam saxo oppressus laedens mergetur abysso[11].
Ignoscendum omni clementi pectore fratri[12],
170 Ut deus ignoscat nec duris dura rependat.
Coniugii vinclum servandum iure fideli.
Heunuchos laudat, qui caeli regna requirunt,
Diligit innocuos pueros, benedicit eisdem,
Divitibus dure reserari limina vitae[13].
175 Centiplicem fructum[14] capient, qui cuncta relinquent.
Parabolam profert varie vineta colentum,
Qua docet extremos fieri plerumque priores.

---

152 monstrant *corr.* trat *B* 169 fatri *B*

1) *Iuvenci H. euang. III,* 254 Sed moneo, istorum semper fermenta cavenda. 2) *Met. I,* 152 regnum caeleste; *Iuvenci H. euang. III,* 284 Caelestisque . . claves . . regni. 3) *Ib.* 306 crucem propriam. 4) *Georg. III,* 68 durae . . . mortis. 5) *Iuvenci H. euang. III,* 324 mediumque assistere sanctis | Eliae Mosique vident. 6) *Met. V,* 251 cava circumdata nube. 7) *Sedul. C. Pasch. V,* 79 clara . . voce; *Ov. Ep. XVII,* 79 vox . . veniebat ad aures; *Iuvenci H. e. III,* 333 Et vox e medio lucis manifesta cucurrit: | Unicus hic meus est natus. 8) *Ib. I,* 7 praecepta tenebant. 9) *Matth.* 17, 14 quia lunaticus est. 10) *Met. XI,* 554 revulsos | Sede sua. 11) *Prudent. Hamart.* 833 Mersandam . . puteo ferventis abyssi. 12) *Met. XIII,* 664 ignoscere fratri. 13) *Iuvenci H. euang. IV,* 27 sub limina vitae; *II,* 767 clauduntur limina vitae. 14) *Ib. II,* 799 Centuplicemque ferunt virtutis robore frugem.

Zebedei natis avidis ad culmen honoris
Ante calix tristis proponitur esse bibendus.
180 Praeteriens dominus geminis dat lumina[1] caecis.
Ducitur ad Iesum pullus cum matre sedendus[2],
Mercantes templo pellit, patris expiat aulam.
Gaudentes pueri pie Christo osanna resultant.
Frondosam ficum[3], fructu quia forte carebat,
185 Iussit et extimplo damnata exaruit arbor[4],
Fructiferos quia Christus amat, sine fructibus odit.
Pontifices rogitant, unde illi tanta potestas[5];
Sed confusi abeunt testantis voce Iohannis,
Nec verum falsi nec vera audire merentes.
190 Parabolam subdit natorum forte duorum,
Qui patris imperiis diversa sorte resistunt,
Ac scribis praefert meretrices iure superbis.
Tradita ruricolis rursum vineta feruntur,
Qui ad sese missos crudeli morte necarunt[6],
195 Postremo et domini perimentes impie natum.
Parabola invitans ad regis prandia plures,
Quos quia tempserunt, mox ultio digna secuta est.
Veste carens digna mersatur et ipse tenebris[7].
Ut divina deo reddantur, regia regi,
200 Quod venturo aevo carnis conubia cessent,
Quod Christus David dominus et filius extet.
In cathedra Moysi legis residere peritos,
Horum dicta sequi[8], vitari exempla iubentur.
Increpat hos Christus quod perdant quemque lucrantur;
205 Quod iusiurandum violent, quod maxime sanctum est,
Quod culicem excolent, studeant gluttire camelum,
Sectantes minima, temnentes maxima legis;
Quod calicem et cyatum exterius mundare laborent,
Nec labem interius latitantem extergere curent,
210 Cum foris atque intus hominis sit conditor unus.
Ingemit hos similes albatis calce sepulcris,
Quae speciosa foris, orrenda intrinsecus extant:
Saxa nitent oculis, sunt omnia taetra latebris.
Splendida qui sanctis condant monumenta[9] prophetis
215 Nilque ex hoc aliud nisi sanguinis esse probentur
Haeredes vatum, in dominum quia credere nollent.
Hierusalem plangit, templum se linquere dicit,
Omnia et in cineres subito lapsura minatur,
Hisque suos vultus post hac negat esse videndos[10].
220 Extremos quae signa dies praecurrere constet

---

204 quisque *B*, quique *Mart.*, quemque *Watt.* (*cf. Matth.* 23, 15) **215** aliut *B*

1) *Met. II,* 149 dare lumina terris. 2) *Iuvenci H. euang. III,* 633 pullum praebentque sedendum. 3) *Sedul. C. Pasch. IV,* 46 Frondea ficus erat. 4) *Iuvenci H. euang. III,* 661 Tum protinus aruit arbos. 5) *Aen. IX,* 97 cui tanta deo permissa potestas? 6) *Ib. X,* 386 crudeli morte; *VIII,* 488 longa sic morte necabat. 7) *Iuvenci H. euang. III,* 451 mersum tenebris. 8) *Met. III,* 527 Dicta fides sequitur. 9) *Ib. XIII,* 524 Condeturque . . monumentis. 10) *Art. Am. III,* 506 vidit vultus.

Exsequitur, falsos meminit consurgere christos
Et falsos vates, erroribus omnia plena.
Adventus proprii terrorem et tempora pandit,
Decidere stellas, tota astra nigrescere caeli.
225 Exemplis vigilare monet, furemque cavendum.
Lumina virgineis ne sint macentia vasis,
Sed potius pingui semper foveantur olivo[1].
Sumpta talenta piis usuris crescere mandat.
Iudicii in solio cum sederit[2] ille tremendo,
230 A dextris stare infit oves, hedosque sinistris:
Hos ire in flammas, illos ad pascua vitae.
Pontifices dominum quaerunt occidere Christum.
Unguento felix mulier perfundit Iesum[3].
Ut Christum prodat, Iudas dona irrita[4] quaerit.
235 Hunc dominus caenans designat voce gementi;
Corporis ipse sui sanctis mysteria tradit.
Praedicit Petro, quod se ter nocte negaret[5].
Orat, ut instantis calicis pertranseat hora,
Sed magis ut patris fiat praefixa voluntas.
240 Oscula dat[6] Iudas tradendi signa magistri.
Concilio insano falsos producere testes[7]
In Christum placuit, mendax sibi lingua repugnat.
Damnatus probris inluditur undique Iesus.
Abnegat hunc Petrus, lacrimis mox plangit amaris.
245 Vinctus Pilato perimendus traditur ipse.
Emerunt figuli pretio de sanguinis agrum[8].
Pilatus populo permittit perdere Christum;
Passio sacra pii completur in ordine Iesu.
Mox elementa tremunt, scindit sua pallia templum.
250 Ille subit mortem, proculcat Tartara victor,
E tumulo surgit, clara virtute refulget[9],
Discipulis mandata dedit[10], baptisma sacravit.
Cui laus et virtus, cui gloria summa per aevum
Sit cum patre deo caelesti in sede[11] beato
255 Spiritui sancto consors, et sidera clament: amen.

---

226 *an* marcentia? *Watt.* 233 profundit *B*, perfundit *Martene*

1) *Ecl. V*, 68 pinguis olivi; *Iuvenci H. euang. IV*, 211 pingui componere olivo. 2) *Met. II*, 23 sedebat | In solio Phoebus. 3) *Iuvenci H. euang. IV*, 412 Accedit mulier...414 Unguenta ab summo perfudit vertice Christum. 4) *Fast. IV*, 558, *Met. X*, 52 irrita dona. 5) *Sedul. C. Pasch. V*, 81 hac me ter nocte negabis. 6) *Met. I*, 556 Oscula dat ligno. 7) *Sedul. C. Pasch. V*, 86 Pestifera falsis agitatum testibus ardet | Concilium. 8) *Iuvenci H. euang. IV*, 642 Quod mox ad figuli rursus transfertur agellum. 9) *Aen. I*, 588 claraque in luce refulsit. 10) *Ov. Ep. XIII*, 143 dabit et mandata; *cf. supra p.* 510 *v.* 18. 11) *Met. IV*, 447 caelesti sede.

II.

Innocui pueri, Christo benedicite regi,
Sit domini celsum benedictum in saecula nomen.
Solis ad occasum dulcis sonet ymnus ab ortu[1].

Cantemus domino[2], magna est cui gloria, Christo,
5 Qui solus virtute sua sessoris iniqui
Stravit equum, victosque simul summersit abysso.
Ecce deus mira salvator luce coruscat[3],
Ipse salus nobis, ipse est in saecula virtus.
Confidat devota fides, timor omnis abesto[4].
10 Libemus dulces Iesu de fontibus undas,
Gestaque magnifici reboemus in ordine Christi,
Hoc polus, hoc tellus, hoc ponti personet aequor.
Quattuor haec uno cecinerunt ore beati[5],
Quattuor ut surgunt paradisi flumina fonte,
15 Quae cunctum largo fecundant gurgite mundum[6].
Hic igitur paradysus adest, hic arbore vitae
Aurea carpuntur florenti vertice mala[7],
Dirus abest anguis, exuberat alma voluptas.

Zachariae sancto sacris incensa ferenti
20 Angelus assistit, promittit gaudia nati[8],
Qui domino Christo populorum corda pararet.
Mittitur ad Mariam Gabrihel sacer ore corusco,
Nuntiat intacta venturum virgine Christum,
Cui regnum aeternum, cui gloria fulget in aevum.
25 Zachariae uxorem virgo veneranda salutat;
Protinus exultat materno in ventre Iohannes,
Et quem voce nequit promit per gaudia Christum.
Mox etiam matrem complevit spiritus almus[9],
Exclamat domini praesentem assistere matrem,
30 Illa dei laudes pudibundo concinit ore[10].
Iohannes oritur, genitoris lingua profatur.
Ipse etiam in silvis vitam puer exigit almam,
Donec ad Israhel certo se tempore[11] monstret.
Nascitur in Bethleem sancta de virgine Christus.
35 Pastores vigilant, affatur et angelus illos
Ac regem natum caeli cecinere catervae.
Suscipit ipse humilis veteris mysteria legis,

[II] *sine titulo B f.* 38 *v.* 1—3 *literis maiusculis scripti sunt* *post versum* 18 *linea una vacua relicta est*

1) *Met. V,* 445 Solis ab occasu solis quaerebat ad ortus; *Ex Ponto I,* 4, 29; *Georg. III,* 336 Solis ad occasum. 2) *Sedul. Hymn. I,* 1 Cantemus, socii, domino. 3) *Aen. II,* 470 luce coruscus. 4) *Ib. XI,* 14 timor omnis abesto. 5) *i. e. euangelistae; cf. Sedul. C. Pasch. I,* 343 Quattuor hi proceres una te voce canentes. 6) *Ib. III,* 173 Qualiter ex uno paradisi fonte leguntur | Quattuor ingentes procedere cursibus amnes, | Ex quibus in totum sparguntur flumina mundum. 7) *Ecl. III,* 71 Aurea mala. 8) *Iuvenci H. euang. I,* 18 de coniuge natum | Promittit. 9) *Arator. I,* 221 spiritus almus. 10) *Met. III,* 393, *X,* 421 pudibundaque..ora. 11) *Ex Ponto IV,* 11, 17 Temporis... certi.

Sanctificatque pium patrum pro tempore ritum[1],
Sic priscis finem statuit, nova surgere fecit.
40 Accipit hunc laetis Symeon sanctissimus ulnis[2],
Dumque deo offertur, dum dat pia munera templo[3],
Hunc dominum lucis, hunc fert regem esse salutis.
Anna etiam devota deo, viduata marito,
Iam longaeva annis, iam religione vetusta
45 Agnoscit, gratesque refert[4], populisque prophetat.
Ecce magi adveniunt imis orientis ab oris,
Se stellam vidisse ferunt, quae nuntia regis
Clareat et Christum iubeat venerarier ortum.
Pergunt sidereo laeti radiante ducatu,
50 Inveniunt puerum, proni reverenter adorant,
Munera dant alacres, Christum hunc pietate fatentur.
Angelico monitu Aegyptum transfertur Iesus.
Caeduntur pueri regis livore cruenti[5],
Protinus hunc dirae sequitur sors debita mortis.
55 Rursus ab Aegypto Nazareth defertur Iesus,
Unde Nazarei sumpsit cognomen in aevum,
Ut pridem veterum cecinit vox consona vatum[6].
Praevius hunc magno reboans clamore[7] Iohannes,
Austerus victu, saetoso hirsutus amictu[8],
60 Gurgite Iordanis credentum membra lavabat.
Iudaei proceres Christum hunc esse putantes,
Attoniti veniunt, quem se velit ille requirunt,
Praeconem Christi se supplice voce fatetur[9].
Agnum hunc esse dei, hunc crimina tollere mundi[10]
65 Clamitat, hunc prona cunctis pietate sequendum
Praedicat et digito praesentem assistere monstrat.
Ipse etiam sacro dignatus flumine tingui[11]
Iesus adest humilemque viam sic dedicat altus,
Sanctificat latices, exemplum consecrat ingens.
70 Panduntur caeli, mox spiritus ore columbae
Devolat et placido mitis requiescit Iesu.
Ipse pater carum conclamat ab aethere natum.
Protinus nunc heremi rapit in secreta benignus
Spiritus et zabuli temptandum affatibus offert,
75 Vincit vincendum prece ieiuniisque tyrannum.
Ille superba monens in panes vertere saxa
Suggerit aut summo delapsum culmine[12] Christum
Angelicas sperare manus seu regna tenere[13].
Ille suis humilem monstrans insistere callem,

---

60 menbra *B* 71 Iesus *B*, Iesu *corr. Man.*

1) *Fast. II*, 546 ritus .. pios. 2) *Iuvenci H. euang. I*, 200 trementibus ulnis | Accepit puerum laetusque. 3) *Met. IX*, 791 Date munera templis; *Iuvenci H. euang. III*, 611 pia munera. 4) *Ex Ponto II*, 11, 25 O! referant grates. 5) *Cf. p.* 509 *v.* 7. 6) *Sedul. C. Pasch. V*, 19 Vox .. consona; *Amor. III*, 6, 17 veterum mendacia vatum. 7) *Fast. III*, 649 magno clamore. 8) *Met. XIV*, 165 hirsutus amictu. 9) *Met. II*, 396 Supplice voce rogant; *Ex Ponto IV*, 8, 22. 10) *Sedul. C. Pasch. II*, 148 Agnus | Ecce dei, veniens peccatum tollere mundi. 11) *Met. XII*, 413 flumine corpora tinguat. 12) *Ib. VII*, 512 de culmine summo. 13) *Ov. Ep. I*, 106 regna tenere potest.

80 Praeceptis obedire dei super omnia praefert.
Sic victor zabuli angelicis dat iussa ministris.
Regressus mira in populis virtute coruscat,
Vertit aquas vino [1], pandit deitatis honorem:
Discipuli credunt, dominumque deumque [2] secuntur.
85 Paschalis festi laeta inter gaudia templo
Milia mercantum modico fugat ille flagello;
Mirantur populi, multorum pectora credunt.
Praedicit propriae carnis venerabile templum [3]
Solvendum manibus suscepta in morte cruentis [4],
90 Seque illud trinis spondet reparare diebus.
Mystica Nicodemo baptismi munera pandit,
Credentum populos proprio baptismate tinguit,
Undique concurrunt, vitalia dona frequentant [5].
Exultat baptista sacer ac provocat omnes,
95 Nam Christum sponsum, se sponsi dicit amicum:
Illum crescere, se minui debere fatetur.
'Filius ille dei est', inquit, 'qui credit in illum,
Possidet aeternam felix per saecula vitam.
Qui negat, ira dei super ipsum regnat in aevum'.
100 Interea Herodem conubia foeda petentem
Obiurgat mortemque pati quam vera silere
Eligit, hinc caeco damnatur carcere [6] iustus.
Tum Galileorum in partes secedit Iesus,
Absolvit reguli mortis de limine [7] prolem,
105 Atque Capharneae versatur moenibus urbis [8].
Aequoreis undis [9] piscantia lina ferentes
Andream Petrumque vocat Iacobum atque Iohannem:
Omnia mox linquunt, domini pia iussa secuntur.

III.

Dulci euangelium cantemus voce Iohannis,
Et domini clara modulemur in ordine gesta:
Sit nobis iucundus amor, sint gaudia sancta.

Verbum unigenitum semper cum patre manebat,
5 Hic lux, hic virtus, hic est sapientia patris,
Vita hominum angelicis lucens super aethera turmis.
Per hunc ipse pater et mundum et saecula fecit,
Omnia constituit, quae sunt a vertice caeli
Usque sub extremum fundum nigrantis abyssi.

---

107 andręam *B*
[III] *sine titulo B f.* 40' 3 singaudia *B*

1) *Cf. infra p.* 520 *v.* 77. 2) *Sedul. C. Pasch. II,* 216 dominumque deumque nequiret. 3) *Rem.* 549, *Ex Ponto III,* 3, 91 venerabile templum. 4) *Aen. II,* 167 manibusque cruentis. 5) *Ib. VII,* 520 concurrunt undique; *Iuvenci H. euang. II,* 731 vitalia dicta frequentat. 6) *Aen. VI,* 734 et carcere caeco. 7) *Iuvenci H. euang. II,* 345 Limine de mortis. 8) *Met. VIII,* 298 moenibus urbis. 9) *Rem.* 257 aequoreas .. in undas; *Met. XII,* 580.

10 Clarior hic stellis, sole est speciosior ipso,
Omni luce prior, quam nox offuscat et umbra,
Hic tenebras vincit, mediisque refulget in umbris.
Venit homo eximius clara virtute Iohannes,
Caelitus, ut testis fieret de lumine, missus,
15 Non lux ille fuit, sed lucis praeco[1] refulsit.
Lux vera ille aderat, hominum quae pectora lustrat.
Illa inde aversos animos mersosque tenebris[2]
Sponte sua inradiat, dignata invisere mundum.
Ipse in mundo aderat et mundum fecerat ipse,
20 Nec tamen hunc caeco cognovit pectore mundus.
In propria venit, proprii hunc sprevere superbi.
Quique autem illius credentes nomine sacro
Mente receperunt humili[3] et pietate fideli,
Hos dedit esse deo claros in saecula natos,
25 Quos non sanguinibus genitos, non carne creatos,
Nec prorsus ulla inlecebra generante virili
Divinam in prolem divinus spiritus edit.
Verbum etiam patris caro factum habitavit in isto,
Naturae nostrae mortali corpore clemens,
30 Ut nos ad vitam posset revocare perennem.
Hinc oculis mentis nova lux exorta refulsit[4],
Claruit hinc eius sublimis gloria nobis,
Ut patris unigenum possemus noscere natum.
Qui plenus veritate cluit, cui gratia summa est,
35 Nam verus cum patre deus mortalia nostra
Dignanter sumpsit, nec propria linquere novit.
Hunc testis verax clamat dicitque Iohannes:
'Post me vir veniet, quem me maiora decebunt,
Me prior ille fuit, mihi sit praelatus oportet.
40 Illius aeterno cuncti de fonte rigamur[5].
Per Moysen terrens praemissa est littera legis,
Per Christum indulgens aderit modo gratia[6] Iesum.
Nemo dei faciem mortalis conspicit umquam,
Unicus hunc solus novit, qui permanet alto
45 In gremio patris, hic dignis digna revelat.
In hunc sidereae vultu radiante columbae
Spiritus adveniens aeterna sede quievit:
Filius iste dei est, huius mihi gloria claret'[7].
Talia dum populis loquitur, dum talia clamat,
50 Ecce sacerdotes Solymis venere rogantes,
An Christum sese credi velit ipse Iohannes.
Protinus ille negans: 'Non sum, quem creditis' inquit,
'Vox ego clamantis, praesentem nuntio Christum,
Cuius ego non sum caligam contingere dignus'[8].

---

41 moisen *B*

1) ***Prudent. Cath.*** *I*, 54 praeco lucis. 2) *Cf. supra p.* 514 *v.* 198. 3) ***Sedul. C. P. II***, 227 humilique . . | Mente. 4) *Trist. I*, 6, 24 nova . . . luce; *Aen. I*, 588 in luce refulsit. 5) ***Fast. V***, 210 fonte rigatur. 6) ***Iuvenci H. euang. IV***, 809 adest cui gratia. 7) ***Enn. ap. Ciceron. de Senect. IV***, 10 viri nunc gloria claret. 8) ***Iuvenci H. euang. I***, 340 Cuius vincla pedum non sum contingere dignus.

55 Vidit item Christum coram transire Iohannes,
'Agnus', ait, 'ecce dei qui tollit crimina mundi'[1].
Discipuli adstabant gemini Iesumque secuntur.
Ex his Andreas, frater Petri, extitit unus.
Repperit hic fratrem, 'Messiam invenimus' inquit.
60 Ad Christum veniunt, mox Christi dona reportant.
Eligit ipse viros dignos, vocat ipse Philippum,
Nuntiat ille pio mox gaudens Nathanaheli,
Quem lex et sacri Christum cecinere prophetae[2].
Nathanahel properat, ille hunc ubi videt adesse,
65 'Israhelita ecce verus huc advenit' inquit,
'Cui nullus sub corde dolus, cui pectora pura[3].
Hunc procul absentem ficus sub tegmine[4] vidi,
Cum nuper positus frondosa staret in umbra[5],
Necdum illi fidus dederat pia verba[6] Philippus'.
70 Ille admiratus celsi praesagia Christi:
'Vere', ait, 'ecce dei sublimis filius hic est,
Iste Israhelis rex est per saecula verus'.
Credenti Christus spondet maiora videnda.
'Cernetis' inquit 'reserari culmina caeli[7],
75 Angelicosque choros[8] famulari in saecula Christo'.
Cuiusdam ad thalamos sancta cum matre vocatus
In vinum subito naturam vertit aquarum[9].
Discipuli credunt, divina et facta pavescunt.
Eicit ex sacro mercantum milia templo.
80 Solvendam propriae carnis denuntiat aulam,
Caelesti signo[10] in triduo quam suscitet ipse.
Mystica Nicodemo baptismi munera pandit[11],
Abluit ipse suo tinguens baptismate turbas.
Concurrunt alacres, capiunt pia dona salutis.
85 Haec ubi cognovit, sanctus baptista Iohannes,
Impleta exclamat sua gaudia, provocat omnes,
Se minui gaudet, illum subcrescere gestit.
Samariae ad puteum mulieri mystica fatur,
Pandit aquam vitae, Christum sese esse fatetur.
90 Agnoscunt cives mundi advenisse salutem.
In patria propria dicit sine honore prophetam[12],
Et reguli prolem mortis ex fauce reducit,
Sermone absentem vitae de funere reddens.
Paralysi antiqua iam pene in morte iacentem[13]

---

58 andręas *B*

1) *Cf. supra p.* 517 *v.* 64. 2) *Iuvenci H. euang. II,* 104 Quem voces veterum et sancti cecinere prophetae. 3) *Ib. II,* 112 cui pectora nescia falsi. 4) *Ecl. I,* 1 sub tegmine fagi. 5) *Iuvenci H. euang. III,* 72 Frondosaque .. in umbra. 6) *Met. XIV,* 813 pia verba. 7) *Iuvenci H. euang. II,* 125 Cernetis pariter totum se scindere caelum. 8) *Venanti C. VIII,* 4, 4 angelicis .. choris. 9) *Sedul. C. Pasch. III,* 4 In vinum convertit aquas. 10) *Ex Ponto III,* 2, 51, *Fast. VI,* 421 signum caeleste. 11) *Iuvenci H. euang. I,* 249 mystica munera promunt. 12) *Ib. III,* 31 Et sine honore manent patria sub sede prophetae. 13) *Sedul. C. Pasch. I,* 335 mundum in morte iacentem.

95 Bethsaidae in Solymis piscinae erexit ad undas.
Exsilit aeger ovans, proprium gerit ipse grabatum[1].
Iudaeis loquitur mysteria plurima vitae,
Se simul et patrem aeque facere omnia dicit,
Qui Moysi credant, prorsus sibi credere firmat.
100 Milia quinque virum quinis de panibus ille
Piscibus et geminis mira virtute refecit.
Fragmina bis senos cofinos ablata replerunt[2].
Attoniti hunc populi quaerunt sibi ponere regem,
Ille fuga montem petiit[3], hic solus adorat.
105 Non capiunt Christum regni mortalis honores.
Discipuli in pelago vento obsistente laborant,
Christus adest placidus gradiens in fluctibus atris,
Navicula optatum tenuit mox libera portum[4].
Alloquitur populos veteris de munere mannae,
110 Se panem vivum caelo venisse fatetur,
Quem quicumque capit, mortem non sentit in aevum.
Discipuli plures ex hoc sermone recedunt,
Petrus cum sotiis Christo gaudenter adhaeret,
E quibus ille unum zabuli sub nomine damnat.
115 Festa dies aderat, qua[5] sunt umbracula iussa,
Ille docet populos, promittit flumina vitae,
Spiritus ille dei quem dat credentibus haec sunt.
De Christo exoritur contentio magna superbis.
Nicodemum exagitant, urgent sine iure ministros.
120 Simplicibus turbis maledicunt ore protervo[6].
Ad dominum mulier defertur adultera Christum.
Hanc ille in miseros larga pietate redundans[7],
Iuditio mortis pariter et crimine solvit[8].
Hinc lucem mundi claro se praedicat ore:
125 'Effugient mortis tenebras quicumque secuntur,
Lux illis vitae totum fulgebit in aevum'.
Principium Christus se praedicat ore sereno,
Quod loquitur puris infulgens mentibus intus,
Omnis qui peccat, peccati servus habetur.
130 Mendacii taetrum zabulum docet esse parentem,
Hic necis humanae ferus extitit auctor ab aevo,
Nec stetit infelix in vero lumine fallax.
Ante Abraham Christus semper sese esse fatetur.
Ille alacri Christum cupiebat cernere voto,
135 Vidit et exultans felici est mente gavisus.
Caeci natu oculos sputo limoque salubri
Inlinit et Siloae puris inluminat undis,
Caecum hominem inradiat quoniam baptisma salutis.

---

120 proterbo *B* 136 nati *B*, natu *F. D.*

1) *Sedul. C. Pasch. III,* 98 proprium scapulis attolle grabatum. 2) *Cf. supra p.* 512 *v.* 135. 3) *Aen. XII,* 742 fuga petit aequora. 4) *Ib. I,* 400 Aut portum tenet. 5) *Met. XII,* 150 Festa dies aderat, qua. 6) *Met. XIV,* 63 Ora proterva canum. 7) *Sedul. C. Pasch. II,* 260 plena pietate redundans. 8) *Art. Am. II,* 371 Helenen ego crimine solvo.

Electis ovibus, quod sit pia ianua monstrat.
140 Per hunc intrantes pergunt ad pascua vitae.
Huius sanguis oves aeterna a morte redemit.
Dum graditur templi speciosa per atria Iesus,
Iudaeis populis quis sit quaerentibus, ipse
Clara voce patrem seseque unum esse fatetur[1].
145 Quarta dies Lazarum monumenti clauserat antro,
Adstabant tristi plorantes voce[2] sorores,
Turba ingens aderat solatia mesta ferentum[3].
Allevat ille oculos, patri dat munera laudis[4],
Defunctum inclamat, prodit mox ille sepulcro,
150 Nexibus exsuitur et dulcia tecta revisit[5].
Unguento Iesum perfundit sacra Maria,
Iucundo impletur late domus omnis odore,
Ut redolet toto felix ecclesia mundo.
Rex mitis placido Iesus consedit asello,
155 Palmigeris turbae manibus dant cantica laudum.
Sic Solimam ingreditur, adit et pia moenia templi[6].
Gentiles clarum quaerebant cernere Iesum,
Frumenti granum dicit se protinus ille,
Quod terrae inmoriens multa cum fruge resurgit.
160 Oranti vox clara patris respondit ab astris:
'Clarificavi', inquit, 'te, nate, et clarificabo',
Expavit populus divinae vocis honorem,
Multi e principibus magnalia tanta videntes
Pectore credebant, metuebant ore fateri,
165 Non divina illos, sed mundi gloria traxit.
Abluit ille pedes veneranda in nocte suorum,
Pelvi infundit aquas, tergentia lintea gestat[7].
O quanta humilitas, quanta est clementia Christi!
Designat Iudam buccella panis iniquum,
170 Ter sese a Petro praenuntiat esse negandum,
Discipulis propriis signum praescribit amoris.
Inde suos nosci voluit, si pectora fratrum
Alterna caritate sibi conexa vigerent,
Quali nos primus dilexit caelitus ipse.
175 Se docet in patre et patrem venerarier in se,
Maiestas una est et gloria compar utrique.
Quicquid agit genitus, totum est operatio patris.
Paraclytum spondet se mittere protinus illis,
Cum mox e tumulo devicta morte[8] resurgens,
180 Inclytus ascendens penetraverit ardua caeli.
Se vitem veram loquitur, propriosque fideles
Palmitibus similes in se monet ille manere,
Ne iaceant steriles iugi tradantur et igni.

---

1) *Sedul. C. Pasch. V*, 79 clara iam dudum voce fatenti. 2) *Met. VII*, 517 tristique .. voce. 3) *Ib. V*, 191 Magna feres .. solacia. 4) *Ib. IX*, 792 dant munera templis. 5) *Sedul. C. P. IV*, 44 visere tecta. 6) *Sedul. C. P. IV*, 40 graditur per moenia templi. 7) *Ioh.* 13, 5 deinde mittit aquam in pelvim et coepit lavare pedes discipulorum et extergere linteo. 8) *Iuvenci H. euang. IV*, 758 devicta morte.

Discipulos clemens patri commendat Iesus,
185 Traditur a Iuda, Pilato addicitur insons,
Verberibus caesus populo datur ipse necandus.
Exiit ipse crucem sibimet mitissime portans,
Passio gustato Christi completur aceto,
Mandatur tumulo, distructa morte resurgit.
190 Ad tumulum Maria lacrimas fundebat[1] amoris,
Sublatum insidiis corpus credebat Iesu:
Ille repente micat, dat huic mandata salutis.
E tumulo sacrae redeunt gaudendo sodales,
His cursu in medio fulgens occurrit Iesus,
195 Dat clementer ave, pedibus illae oscula figunt[2].
Flebat amare nimis Christi Petrus ille negati
Crimen, huic clemens apparet protinus ille,
Solatur maestum, trepidantis pectora firmat[3].
Ibant forte duo castellum invisere quoddam,
200 His subito in habitu peregrini occurrit Iesus,
Tecta rogatus adit, pandit se in fragmine panis[4].
Discipuli clauso residebant forte timentes
Conclavi, his subito radians assistit Iesus:
Agnoscunt dominum, clavorum signa recensent.
205 Thomas defuerat, cum se deus ille magister
Monstrarat sotiis, lateris pia vulnera pandens,
Christus adest iterum, dominum ille deumque fatetur.
Cum sotiis Petrus piscans nil ceperat undis:
Litore stat[5] Christus, iactari retia mandat,
210 Fit captura ingens, clarus convescitur illis.
Monte Galileae, sicut promiserat ipse,
Clarificum sancti Iesum reverenter adorant:
In caelo et terris dicit sibi subdita cuncta.
Ultima discipulis iungens convivia sacris,
215 Mandat euangelium per hoc toto orbe coruscet,
Credentesque omnes sancto baptismate tingui.
Montis Oliveti petiit mox ille cacumen[6],
Assistunt sancti, benedicit caelitus illis,
Sideream penetrans ipsis cernentibus aulam.
220 A dextris sedet ille dei, virtutibus ipsis
Celsior angelicis venturus et inde coruscus,
Iudicet aeternis ut totum legibus orbem.
Hunc caelum et tellus, hunc Tartarus ipse profundus
Cunctorum dominum cum patre in secla potentem
225 Ac spiritu sancto laudet, huic sidera clament! amen.

---

190 *an* amaras ? 195 ille *B* 206 sotiis *corr. in* sociis *B*

1) *Met. XIII,* 490 lacrimas .. fundit. 2) *Ib. III,* 24, *IV,* 141 in vultibus oscula figens. 3) *Iuvenci H. euang. IV,* 772 praeceptis pectora firmat. 4) *Sedul. C. Pasch. V,* 365 potens in fragmine panis. 5) *Met. VIII,* 860 Litore in hoc steterat. 6) *Iuvenci H. euang. IV,* 459 Montis Oliveti conscendunt culmina cuncti.

IV.

ORATIO CUM COMMEMORATIONE ANTIQUORUM MIRACULORUM CHRISTI DEI NOSTRI.

O virtus aeterna dei, quam machina mundi[1]
Suscipit auctorem, cui servit terra polusque,
Principium rerum, per quam pater omnia fecit,
Cum flatu aeterno super aequora vasta[2] cubante,
5 Tu pressus quondam tenebris[3] horrentibus undas
Luce nova[4] inradians noctemque diemque creasti,
Ut varios hominum revelet lux blanda labores[5]
Et nocturna quies[6] attritos recreet artus.
Tu geminas sedes discretis fluctibus aptans,
10 Hos agis in pelagus, illos super astra recondis,
Arida quo posset fructum producere tellus[7]
Pastibus et gratis animantia cuncta foveret.
Tu lunae solisque globum[8] stellasque micantes[9]
In varias causas per culmina celsa locasti,
15 Tu terrae ex utero pecudes ac reptile cunctum
In lucem sola procedere voce dedisti.
Tu lymphis etiam spirantia corpora condens
Alitibus ventos, ditasti piscibus aequor[10].
Tu torpentis humi corpus de corpore sumptum
20 Vivifico sacri spiraminis erigis haustu,
Idque hominem vocitans totum regnare per orbem[11]
Praecipis et totius rationis legibus imples,
Quo genus in terris uno factore creatum,
Ut genus in caelis uno rectore regatur.
25 O virtus aeterna dei, quam machina mundi
Suscipit auctorem, cui servit terra polusque,
Tu primum non passa virum consistere solum
Coniugis egregiae solatia casta creasti,
Quam nec terra tulit, materna nec edidit alvus[12],
30 Sed tua de costa formavit dextra virili.
Tu scelus amborum punisti morte benigna,
Et serpentinam damnasti pulvere linguam,
Quae docuit miseros contempnere iussa tonantis,
Numinis et summi summum sibi quaerere nomen.
35 O virtus aeterna dei, quam machina mundi
Suscipit auctorem, cui servit terra polusque,

[IV] *ex B f.* 45

1) ***Aldhelm. de laudib. virg.*** 1678 deus omnipotens, quadrati conditor orbis, | A quo processit praesentis machina mundi. 2) ***Ex Ponto I,*** 4, 35 vastum .. aequor. 3) ***Met. XI,*** 521 nox premitur tenebris. 4) ***Ib. XIII,*** 592 luce nova, *cf. p.* 519 *v.* 31. 5) ***Met. II,*** 404 hominumque labores. 6) ***Arator. Act. II,*** 414 Iam nocturna quies. 7) ***Sedul. C. Pasch. I,*** 34 ubi gignere fructum | Arida nescit humus; nec de tellure .. 8) ***Prudent. Cath. IX,*** 15 solis et lunae globo. 9) ***Met. VII,*** 100 stellas ... micantes. 10) ***Fast. I,*** 493 ut piscibus aequor. 11) ***Met. IV,*** 624 totumque .. orbem. 12) ***Ib. VII,*** 125 materna sumit in alvo; ***XV,*** 217 materna habitavimus alvo.

Tu iusti interitum, quem fratris dextra peremit,
In poenam auctoris iusta sub lege retorques.
Tu quendam ex primis primi mortalibus aevi
40 Ignarum mortis vitae ad secreta tulisti.
Cum tamen interea vitiis ferventibus omnes
Polluerent pulchrum per mille piacula mundum,
Tu totum validis involvens fluctibus orbem
Terrigenis terras viduasti, flumina ripis.
45 Tu iustum quendam propria cum prole domoque
Diluvii ex undis archa vectrice reservas,
Ut genus in terris uno de semine surgens.
Una morte ruens, una de stirpe [1] resurgat,
Atque homines mundos tellus mundata foveret,
50 Nec vita indigni fruerentur munere [2] vitae.
O virtus aeterna dei, quam machina mundi
Suscipit auctorem. cui servit terra polusque,
Tu tibi sublimes quaerens coniungere amicos,
Ignibus ex mediis [3] primum sine labe vocasti,
55 Qui patriae fines et tristia regna relinquens [4]
Crevit in ingentes peregrino in limite gentes.
Nam primogenitum serva quem matre creavit,
Bis senos generasse duces lex aurea cantat,
Posterior natu genetrix quem libera fudit,
60 Suscepit geminos una de coniuge natos.
Alter Idumeos mixto de sanguine [5] condit,
Hebraeos alter duodena ex stirpe propagat.
Hic habuit geminas prisco de more [6] iugales,
Et totidem servas uxorum munere sumptas,
65 E quibus antiquam gentem [7] populumque potentem [8]
Protulit et claris sua semina contulit astris.
Cum tamen infando rursum gens impia [9] quendam
Fluctibus ablutum macularet crimine mundum,
Quem delere parans Sodomitica moenia flammis
70 Sulphureoque igni subvertis tecta Gomorrae,
Quin et finitimas miseris cum civibus [10] urbes
In cinerem solvis et gurgite deprimis alto.
Indicio sunt poma locis quae nata sub hisdem
Pulchra foris vacuis intus sunt plena favillis.
75 Attamen ex ipsis quendam tua dextera iustum
Ereptum flammis [11] scelerata eduxit ab urbe.
Quem geminae natae misera cum matre [12] secuntur,
Et montana petunt, tanta ne in strage perirent,

---

58 Byssenos *B* canit *B*, cantat *corr. F. D.*

1) *Sedul. C. Pasch. I,* 59 Una iterum de stirpe creas. 2) *Trist. V,* 9, 14 accepto munere . . frui. 3) *Fast. II,* 651 medios . . in ignes. 4) *Ecl. I,* 3 Nos patriae fines et dulcia linquimus arva; *Met. XIV,* 513 regna | . . relinquit. 5) *Aen. VI,* 762 Italo commixtus sanguine. 6) *Fast. II,* 282 prisco more. 7) *Aen. I,* 642 antiquae . . gentis. 8) *Fast. I,* 88, *V,* 729 populi . . potentis. 9) *Georg. II,* 537 Impia . . gens. 10) *Aen. XI,* 119 miseris supponite civibus ignem. 11) *Trist. V,* 12, 65 flammis erepta. 12) *Amor. III,* 9, 51 misera cum matre.

Sed nimium infelix subito perculsa fragore[1]
80 Respexit coniunx poenamque experta remansit.
Hic natae solo solae cum patre relictae,
Mortales periisse ratae, sic fraudibus usae
Vina seni miscent[2], bina et sub nocte vicissim
Succumbunt patri et concepto semine surgunt[3].
85 Hinc duo gignuntur post saeva incendia[4] fratres
Et mortale genus[5] Sodomis pereuntibus augent:
Alter Amon, alter vario cognomine Moab
Dicitur et geminas condunt ab origine gentes[6].
O virtus aeterna dei, quam machina mundi
90 Suscipit auctorem, cui servit terra polusque,
Tu iustum quendam distractum crimine fratrum
Memphycolis praefers atque orbem pascis egentem.
Tu populum sanctum duro sub fasce gementem
Ad patrias sedes[7] mira virtute reducis.
95 Ob hunc Aegyptum quino bis verbere plectis,
E caelo et terris mittens portenta vel undas
Scindis purpureum lymphis durantibus aequor,
Callibus et siccis plebem deducis ovantem.
Cui noctu dux ignis erat[8] praeeunte columna,
100 Et mediis gratas nubes dabat aestibus umbras[9].
Pastum caelestis praebebat panis[10] et omni
Nocte fluens dulci complebat nectare[11] campos.
Quas conviva dapes cuperet, quoscumque sapores
Appeteret, una laetus capiebat in esca.
105 Potum saxa dabant, virgae quae mollis ad ictus
Duritiam rumpunt et flumina larga ministrant.
Carnifluis epulis servit numerosa coturnix,
Discit et exosis ultro se effundere mensis.
O virtus aeterna dei, quam machina mundi
110 Suscipit auctorem, cui servit terra polusque,
Tu sanctum tristi texisti fulmine montem[12],
Et vocem horrendam[13] sacra de nube dedisti.
Tu vati accito legis praecepta supernae
Tradis[14] et alloquio famulum dignaris amico.
115 Pontificem statuis, precibus placare[15] tonantem
Qui queat, et sancto cultus procedat amictu,
Intret et horrendos veli post claustra recessus,
Et patris aeterni solus secreta revisat.

---

92 aegentem *B* 97 purpereum *B* . 100 gratis *B*, gratas *Man.* 101 pacis *B*, panis *corr. Mart.*

1) *Aen. IV*, 657 nimium felix; *II*, 692 subitoque fragore. 2) *Met. XII*, 321 miscenda .. | .. vina. 3) *Fast. IV*, 771 conceptaque semina; *Georg. II*, 14 posito surgunt de semine. 4) *Aen. IX*, 77 tam saeva incendia. 5) *Met. I*, 188 mortale genus. 6) *Aen. I*, 642 antiquae ab origine gentis. 7) *Met. XV*, 22 Patrias .. sedes; *Trist. I*, 1, 34. 8) *Sedul. C. Pasch. I*, 127 Cui dux Christus erat. 9) *Georg. III*, 331 Aestibus at mediis umbrosam exquirere vallem; *Met. XIII*, 793 aestiva gratior umbra. 10) *Sedul. C. Pasch. I*, 132 caelesti pane. 11) *Aen. I*, 433 dulci distendunt nectare cellas. 12) *Georg. I*, 283 disiecit fulmine montes. 13) *Aen. IX*, 112 tum vox horrenda per auras | Excidit. 14) *Met. VIII*, 208 praecepta volandi | Tradit. 15) *Ib. VII*, 251 placavit precibusque.

Interea varium turbata per agmina murmur[1]
120 Perstrepit et densae resonant per castra querelae.
Detrahitur vati, contempnitur ipse sacerdos
Ac nimis accenso lapidantur paene tumultu;
Aegyptum repedare parant, vana idola fingunt,
Solempnemque diem ludis et carmine ducunt[2].
125 Hic tu iam iusto tandem commota furore
Inlicitos ausus tali sub iure coherces:
Hos perhimis flammis et toto caelitus igni,
Illos sulphureas Erebi demergis in undas[3],
Quos retinet tellus, caeli vis ignea[4] punit,
130 Quos terra absorbet, viventes inferus hausit
Sic natura tuos certatim devorat hostes,
Sic, scelerum vindex, totus tibi militat orbis[5],
Nec patitur quemquam vitales carpere flatus[6],
Quem tibi non toto credentem pectore cernit.
135 His tamen ex flammis tantoque ex funere bini
Servantur iuvenes fidei virtute decori,
Quos nova progenies[7] et nescia criminis aetas
Ad regnum comitata fide[8] tua praemia sumpsit.
Nam septem gentes et regna potentia septem
140 His servire iubes et terram tradis opimam;
Quae rivos lactis et mellis flumina fundit[9],
Pinguia quae sacris desudant balsama ramis[10],
Quam pater ipse pio despectat lumine semper,
Mensibus et certis caelestibus inrigat undis[11].
145 O virtus aeterna dei, quam machina mundi
Suscipit auctorem, cui servit terra polusque,
Tu rapidos fluctus cohibes et flumine sicco
Transducis sanctam tantis cum milibus archam.
Tu magnam solis quondam clamoribus urbem[12]
150 Solvis in aeternas populo pereunte ruinas.
Sed meretrix quaedam superat, quam vivere solam
Praestitit alma fides proprio cum patre domoque[13].
Ac ne plura morer, tellus subiecta quiescit,
Et possessa dei varia sub sorte tenetur[14].
155 Iudicibus regitur duodenis, quos tuus implet
Spiritus, et miro virtutis robore[15] firmat,
Viribus ut magnis saevos superare leones[16]

---

122 poene *B* 151 superat *ad marg.* aliter superest *B*

1) *Aen. XII,* 239 serpitque per agmina murmur. 2) *Georg. III,* 379 Hic noctem ludo ducunt. 3) *Met. XIV,* 615 in Tusci demersus fluminis undis. 4) *Met. I,* 26 Ignea convexi vis et sine pondere caeli. 5) *Prudent. Contra Symm. II,* 435 vindex scelerum; *Sedul. C. Pasch. I,* 347 totus tibi militet annus. 6) *Aen. I,* 387 auras | Vitales carpis. 7) *Ecl. IV,* 7 Iam nova progenies. 8) *Sedul. C. Pasch. II,* 37 comitata fides. 9) *Met. I,* 111 Flumina iam lactis . . . ibant | Flavaque . . stillabant . . mella. 10) *Georg. II,* 118 sudantia ligno | Balsamaque. 11) *Met. XIV,* 633 labentibus irrigat undis. 12) *Aen. XI,* 147 incendunt clamoribus urbem; *Met. VIII,* 447 maestis clamoribus urbem | Implet. 13) *Ios.* 6, 22, 25. 14) *Aen. VI,* 761 Proxuma sorte tenet . . loca. 15) *Iuvenci H. e. II,* 799 virtutis robore. 16) *Met. VII,* 440 magnis . . viribus, *Trist. I,* 6, 29; *Aen. IX,* 792 ceu saevum turba leonem.

Et validos vincti possent disrumpere nexus,
Nunc urbe inclusi et sub noctem milite multo[1]
160 Vallati foribus raptis conscendere montes[2],
Nunc tristes cuneos et castra minatia ferro
Sternere[3] non gladio, sed malo vilis aselli[4].
Vomere quin etiam vastas fudere catervas,
Restitit et telis terris res apta colendis:
165 Sic arcent hostes, sic sceptra potentia terrent
Defenduntque suam fidei munimine gentem
Ac patrias leges divinaque iura quietis
Exercent populis meritisque et honore verendi,
Idem armis promti, devoti legibus idem,
170 Idem odio externis, affectu civibus idem,
Fraus aberat fallax, languebat victa cupido,
Iustitiae virtus ipsa inter bella vigebat.
O virtus aeterna dei, quam machina mundi
Suscipit auctorem, cui servit terra polusque,
175 Tu puerum sanctum sacrato chrismate tinctum[5]
Pastorum ex numero[6] regem facis esse tremendum.
Iste giganteas pulsantes sidera[7] moles
Nunc saxo, nunc ense potens sub Tartara misit[8],
Et quos nulla prius poterant subvertere bella,
180 Unius hos pueri contrivit, te duce, dextra,
Conservansque tuos, alienosque undique perdens,
Abramidam miro rexit moderamine gentem.
O virtus aeterna dei, quam machina mundi
Suscipit auctorem, cui servit terra polusque,
185 Tu pia caelesti perfundis pectora flatu
Et ventura modis praedicis in ordine miris,
Virgineo partum ex utero rerumque salutem
Spondes et mestis uberrima gaudia terris.
Talia divinis clarent oracula signis,
190 Praesentemque fidem rebus dant cuncta futuris.
Et nunc praerapido sol concitus axe volantes
Sistit equos, tenditque diem noctemque moratur[9].
Nunc currum occiduis retro convertit ab oris,
Deciduasque faces Eoos flectit ad ortus.
195 Aeneus hastili serpens suspensus in alto
Virus agit venis et diros effugat angues.
Flammigero curru mortali in carne propheta
Tollitur in caelum[10], tantum nec laeditur igni.
Caeditur excelso montis de vertice saxum[11],

---

1) *Lucan. Phars. IV,* 254 spoliatus milite multo. 2) *Iuvenci H. euang. III,* 319 conscendere montem. 3) *Met. XII,* 604 sternentem Troica ferro | Corpora. 4) *Iudic.* 15, 15; *Sedul. C. Pasch. IV,* 297 gestamine vilis aselli. 5) *Prudent. Cath. V,* 156 tinctum .. chrismatis unguine. 6) *Aen. VII,* 574 Pastorum .. numerus. 7) *Ib. III,* 619 altaque pulsat | Sidera. 8) *Aen. VIII,* 563 dextra sub Tartara misi. 9) *Ib. XII,* 355 Sistit equos; *V,* 766 noctemque diemque morantur. 10) *Aen. XI,* 745, *XII,* 462 Tollitur in caelum. 11) *Ib. V,* 35 ex celso miratus vertice montis; *XII,* 684 montis saxum de vertice praeceps.

200 Quattuor et speties uno mox conterit ictu[1],
Aes, aurum, argentum et testae cum fragmine ferrum
Solvitur et stipulae raptatur in aera more.
Ast lapis ingenti succrescens vertice montem
Efficit et vasta totum mole occupat orbem[2].
205 Aestibus horrifici flamma exundante camini[3]
Tres iussu pueri regis truduntur iniqui[4].
Angelus almus adest medio fornacis et aurae
Roscida flabra iacit dirimitque incendia vento.
Illi magnificas gratanti pectore laudes[5]
210 Astrorum et terrae referunt pelagique parenti.
Persistunt hilares ipsoque vocante tyranno
Ex medio laetis procedunt vultibus igni[6].
Mirantur satrapae, mirantur barbara corda[7]
Inlaesos iuvenes, inlaesa sarabara, crines,
215 Ac fidei flammis ignes cessisse minaces
Terricreposque focos perculsis mentibus horrent.
Undivagus vates caeto sorbente voratus[8],
Vitales alto flatus sub gurgite duxit,
Et tribus exactis triplici cum nocte diebus
220 Integer ad superos imis processit ab undis.
O virtus aeterna dei, quam machina mundi
Suscipit auctorem, cui servit terra polusque,
Tu gremio lati proiecta cadavera campi[9],
Arida quae nudis vestibant ossibus arva[10],
225 Carnibus et nervis et vivo tegmine pellis
Induis et prisca refoves nova pectora vita.
Cerneris ignicomis caeli cum nubibus ire
Et populos omnes linguasque tribusque tenere.
Sedibus hinc positis patefacta volumina cordis[11]
230 Inspicis et geminis mortalia dividis oris.
Hos morti exemptos et vitae luce coruscos
Coetibus angelicis[12] caelestibus inseris aulis,
Illos praecipiti flammarum turbine raptos[13]
Ignibus aeternis[14] atraque immergis abysso.
235 Illic laetitiae voces et cantica laudum,
Hic dolor et gemitus totum resonabit in aevum[15].
Hinc me, quaeso, reum peccati labe piatum
Eripe, Christe potens, clementi numine Florum.

---

227 irę *B* 236 resonauit *B*, *corr. Watt.*

1) *Aen. IX,* 770 uno deiectum comminus ictu. 2) *Ib. III,* 656 vasta se mole moventem; *Met. VI,* 147 et magnum sermonibus occupat orbem. 3) *Aen. III,* 571 horrificis . . . ruinis; 580 ruptis flammam exspirare caminis. 4) *Dan.* 3, 23 ceciderunt in medio camino ignis ardentis colligati; *Sedul. C. Pasch. I,* 185 medios truduntur in ignes. 5) *Iuvenci H. euang. I,* 96 Magnificas laudes. 6) *Met. X,* 5, *XIV,* 563 laetis | Vultibus; *Ibis* 20 medio . . ab igne. 7) *Ex Ponto III,* 2, 100 barbara corda movet. 8) *Sedul. C. Pasch. I,* 176 Ionas . . ceto sorbente voratus | . . . vitale sepulcrum. 9) *Met. II,* 662 latis currere campis. 10) *Met. XIV,* 510 arida . . | Arva; *Fast. II,* 376 ossaque nuda videt. 11) *Iuvenci H. euang. I,* 213 pateant . . volumina cordis. 12) *Sedul. C. Pasch. II,* 72 angelicus . . coetus. 13) *Amor. III,* 9, 41 flammae rapuere. 14) *Fast. III,* 421 Ignibus aeternis. 15) *Trist. I,* 3, 21 luctus gemitusque sonabant; *I,* 8, 25 toto . . aevo.

O virtus aeterna dei, quam machina mundi
240 Suscipit auctorem, cui servit terra polusque,
Sit tibi summus honor, sit gloria, sitque triumphus,
Sit regnum sine fine manens[1], sit gratia perpes,
Mortalis te lingua canat, te caelica turba
Personet, et totus in laudem concrepet orbis.
245 Te pavidum pectus[2], te corda trementia, te vox,
Te pia mens recinat, te viscera tota resultent.

V.

EPIGRAMMA LIBRI OMELIARUM TOTIUS ANNI EX DIVERSORUM PATRUM TRACTATIBUS ORDINATI[3].

O prudens lector, vitae cui cura perennis,
Perlege praesentem studioso pectore librum.
Ex veterum dictis collectus denique patrum,
Quos probitas, quos recta fides ad sidera vexit,
5 Emicat ac totus doctrinae lampade fulget.
Pandit luciflui mysteria sancta diei,
Quo patris aeterni genitum sine tempore verbum
Non ex labe viri, sed de virtute tonantis
Nostrae habitu formae, dictu mirabile[4], sumpto
10 Sponsus ut e thalamo sic virginis editus alvo
Prodiit et mesto nova gaudia detulit orbi[5].
Haeret huic martyr celeberrimus ore corusco
Intendens caelum, natumque ex virgine Christum
Ad patris dextram stantem super aethera cernens,
15 Dum sancto plenus spiramine[6] saxea corda[7]
Increpat et lapidum quassatus mole precatur:
'Accipe, quaeso, meam, Iesu rex inclyte, mentem,
Et genibus flexis[8] pro quis tibi supplico, parce.'
Ergo fide clarus, doctrinae fulmine pollens,
20 Terribilis signis, preciosa morte sacratus,
Nominis ipse sui praecelsum munus adeptus,
Caelestem sumit parta pro laude coronam.
Martyrii florem sequitur flos virginitatis,
In gremio Christi recubans sacer ille Iohannes,
25 Maximus aeterni praeco per secula verbi,
Quod cum patre deo semper deus omnia fecit,

[V] *ex B f.* 49'

1) *Sedul. C. Pasch. II,* 66 Imperium sine fine manet. 2) *Ov. Ep. XVIII,* 192 pavidum . . pectus. 3) *Ex quo (scil. epigrammate) didicimus, quam pauca tunc sanctorum festa celebrarentur aut proprium haberent officium. Nam praeter festa SS. Stephani, Iohannis euangelistae, Innocentium, Iohannis baptistae, Petri et Pauli, Machabaeorum et Andreae, qui locum in homiliarum libro habebant, si qua forte occurrebant, extra communium classem officium non habebant. MARTENE.* 4) *Georg. II,* 30 mirabile dictu. 5) *Cf. supra p.* 528 *v.* 188. 6) *Sedul. C. Pasch. II,* 176 sacro spiramine plenum. 7) *Iuvenci H. euang. III,* 475 saxea corda. 8) *Trist. IV,* 2, 2 flexo . . genu; *Met. IV,* 340 flexumque genu.

Caelum, tellurem, mare, Tartara, sidera, ventos
Et quaecumque poli gyrus complectitur ingens,
Et quicquid superos excedens incolit axes,
30 Proque ipso felix Pathmei gurgitis exul.
Unde repente poli celsa ad fastigia raptus,
Aurea perculsus vidit candelabra septem,
Inque horum medio dilectum incedere Christum,
Vestitum poderis sacris, cui zona mamillas
35 Aurea praecingens [1] candentia pectora comit,
Caesaries niveo floret veneranda capillo,
Horribiles oculi flammanti luce [2] coruscant,
Et facies rutili praefulget solis ad instar,
Ignitique pedes oricalchi more rubescunt,
40 Quod rapida validus fornace examinat ignis,
Et septem stellis ornatur dextera fulgens,
Terribilique biceps ensis processit ab ore.
Corruit hoc viso ceu mortuus, ille trementem
Solatur blando alloquio dextraque benigna
45 Erigit, et caeli sacrata per omnia ducit.
Quae sacro descripta volumine non capit ullus,
Ni sacer internam reserat cui spiritus aurem.
His liber hic laudes infantum ex ordine iungit,
Qui primi ob Christum crudeli sorte perempti
50 Perpetuo Christi nunc regno et pace fruuntur.
Edocet octavae quid sectio mystica lucis
Innuat antiquae reserans enigmata legis [3].
Transit ad egregii sollempnia sacra diei,
Quo regis nostri cunabula vilia Christi
55 Muneribus trinis pietas venerata magorum,
Ture deum docuit [4], regem signavit in auro,
Mortalemque hominem myrra depinxit amara,
Quem sibi sidereus monstrarat ab aethere fulgor.
His sotiat clarum numeroso lumine [5] festum,
60 Quo tener ad sacri devectus limina templi [6],
Turturibus geminis duplici seu prole columbae
Divinis placuit conspectibus, ac senis almi
Complexu adstrictus, Iudeae gloria gentis [7]
Et lux totius Christus promittitur orbis.
65 Inde quater deni [8] nectit ieiunia solis,
Quae dominus iuncto transegit tempore lunae,
Debellans rabidas antiqui daemonis iras [9],
Quem gemini vates totidem pugnando diebus
Inpasti nullo poterant pervincere pacto.

---

32 candelebra *B* 40 Quo *B, corr. Watt.* 67 rapidas *B,* rabidas *corr. Martene*

1) ***Aen. I,*** 492 Aurea subnectens exsertae cingula mammae. 2) ***Georg. III,*** 433 flammantia lumina. 3) ***Iuvenci H. euang. I,*** 185 antiquae . . legis. 4) ***Cf. Sedul. C. Pasch. II,*** 96 Tura dedere deo. 5) ***Venanti V. Martini II,*** 290 numerosa luce. 6) ***Venanti C. I,*** 2, 1 sancti . . limina templi. 7) ***Met. XII,*** 530 Lapithaeae gloria gentis. 8) ***Sedul. C. Pasch. II,*** 175 Inde quaterdenis. 9) ***Iuvenci H. euang. I,*** 367 rabidi mox livor daemonis; ***Met. VII,*** 413 rabida . . ira.

70 Ter sese horrendis erexerat improbus armis,
Ter Christi valida confossus cuspide[1] cessit.
Unde sacer totum floret mos ille per orbem,
Vicinis paschae sollemnibus, in quibus atri
Guttura saeva lupi mactatus perculit agnus,
75 Ut ieiuna pari celebrentur tempora voto,
Et castigato curentur corpora victu,
Christicolis quibus infesti furor imminet hostis[2].
Ista salutiferi sequitur laus inclyta ligni,
Quo veteris mire deleta est cautio culpae,
80 Dum genus humanum vetiti quod tactio ligni
Perpetuae mortis dura ditione gravarat,
Per lignum aeternae recipit nova gaudia vitae,
Cum Christus sacras expandens in cruce palmas[3],
Adae dira pio tersit delicta cruore.
85 Eminet hinc veri festum mirabile paschae,
Quo Christus tumulo devicta morte[4] resurgens,
Ad iugem vitam moribundos transtulit artus,
Auctorem leti domuit letumque peremit,
Eripuit priscos Erebi de carcere iustos,
90 Ac secum plures rediviva in carne[5] reducens
Ostendit saecli felicia dona futuri.
Post haec magnifici praeclara ascensio Christi
Fulget ad aetherei remeantis culmina templi[6],
Quo nec magnus Enoch, rapuit quem dextra tonantis,
95 Nec sacer Helias curru flammante repente
Sublatus rapido potuit penetrare volatu;
Sed potuit Christus caelo qui sponte supremo
Adveniens, ultro mortales induit artus[7],
Cum voluit propria in caelum virtute redire.
100 Qua patria dexter residet sublimis in arce,
Inde sub extremo venturus tempore mundi,
Angelicis turmis atque ignis turbine saeptus;
Supplicium pravis, sua praemia reddere iustis[8].
His adnexa nitent clarissima festa superni
105 Muneris[9] a Christo promissi ab aethere missi,
Cum sacer e caelo violenti turbinis instar
Spiritus exiliens credentia corda petivit,
Discipulisque dei supra caput igneus adstans
Multifidis visus flagrare in vertice linguis,
110 Accendit tepidos, infirmos robore fulsit,
Ignaros docuit, linguarum munera fudit.

---

73 solemnibus *B* 79 delaeta *B* 107 exhiliens *B*

1) *Sedul. C. Pasch. II,* 215 validi confossus cuspide verbi. 2) *Aen. X,* 26 imminet hostis. 3) *Sedul. C. Pasch. V,* 378 Expandens palmas. 4) *Iuvenci H. euang. IV,* 758 devicta morte. 5) *Ib. II,* 666 redivivo corpore. 6) *Sedul. C. Pasch. II,* 209, *V,* 270 maioris culmina templi. 7) *Met. IX,* 268 mortales Tirynthius exuit artus. 8) *Iuvenci H. euang. IV,* 303 meritis sua praemia reddet. 9) *Cf. Acta II,* 1—4.

Haec super adduntur patrum pia dicta sacrorum
Sanctorum, o lector, claris accommoda festis,
Ut capiti semper haereant sua membra superno.
115 Ac primum eximius residet baptista Iohannes,
Ex senio fessis[1] mire genitoribus ortus,
Vaticinansque prius conceptum virgine Christum,
Visceribus matris quam vitae exiret in auras[2],
Quo nullus maior mulieris natus habetur[3],
120 Quique dei mundo monstravit sedulus agnum,
Et pravum recto commutans limite callem,
Ostendit cunctis quo tramite celsa polorum
Regna petant[4] veteris maculis erroris ademptis.
Inde Petri et Pauli festum praenobile fulget,
125 Quos Romae infausti rabies vesana Neronis
Ecclesiae claros fidei pietate magistros,
Doctrina insignes, signorum luce coruscos[5],
Virtute invictos diversa sorte peremit[6].
Nam crux ad caelum versi vestigia Petri
130 Direxit Christoque suo revocavit ovantem,
At cervix Pauli gladio desecta nefando
Doctorem nitidum vestivit sanguinis ostro[7],
Purpureumque polo post proelia mille remisit.
Machabea dehinc certamina laudibus almis
135 Prosequitur stilus et pulchro sermone perornat,
Qui septem fratres una genetrice creati,
Antiochi saevas vicerunt fortiter iras[8],
Ac post multimodos poenae bachantis agones,
Caelestes cum matre pia[9] meruere coronas:
140 Matre pia, quae tunc septeno pignore foeta
Septenoque simul natorum funere[10] torta,
Supplicium prolis obitu comitata beato,
Ebdomadem priscam ogdoadae dedit esse novellae
Participem, regemque ferum pietate subegit,
145 Nunc praeclara suo amplectens diademate Christum,
Septenis rutilat natorum cincta coronis.
Exin martyribus communes dulcis honores
Pagina depromit, Christi quos lota cruore
Palmigeris claros manibus stola candida comit.
150 His confessorum pulcherrimus ordo cohaeret,
Quos ardens fidei provexit ad aethera virtus.
Mox et virgineae resonant ex ordine laudes,
Prudentesque chori virtutum lampade clari,

---

140 piam *B*

1) ***Iuvenci** H. euang. I,* 29 senibus .. fessis. 2) *Ib.* 22 Visceribus matris; ***Met.** XIII,* 610 exit in auras. 3) ***Luc.*** 7, 28 Maior inter natos mulierum propheta Iohanne baptista nemo est; ***Venanti** Carm. IX,* 2, 37 Semine ab humano cui nullus maior habetur. 4) *Ov. Ep. XV,* 322 mea regna petas. 5) *Cf. supra p.* 529 *v.* 231. 6) *Cf. supra p.* 531 *v.* 49. 7) *Aldhelm. laud. virg.* 584 sanguinis ostro. 8) ***Trist.** IV,* 6, 15 saevas .. mitigat iras. 9) ***Fast.** IV,* 555, *VI,* 559 pia mater. 10) ***Trist.** V,* 12, 7 natorum unere.

Nec minus interno locupletes semper olivo,
155 Sidereos intrant thalamos Christoque iugantur,
Cuius eos dextra aeterno constringit amore.
Hinc etiam sacri quotiens fundamina templi
Consurgunt aedesque deo nova conditur alto,
Tinguitur et tactu divini chrismatis altar,
160 Quae relegenda pius pro tempore postulat usus [1],
Ex veterum dictis vatum [2] collecta sequuntur.
Tum sacer Andreas miri cum laude triumphi
Concinitur Christoque suo iam proximus haeret,
Optata cui morte [3] crucis, cui mente fideli
165 Haeserat et toto cordis flagraverat aestu.
Non illum fustes, non diri carceris horror,
Non centum fregere minae, non vincula saeva [4].
Binos ille dies sacri de vertice ligni
Intonuit, verbo aetherio mortalia corda [5]
170 Terrificans lustransque simul: non ipse tyrannus,
Non hunc carnificum fera brachia turbaque praesens [6]
Amplexu kari potuit divellere ligni,
Donec splendiflua circumdatus undique nube [7]
Nulli conspicuus mortales exuit artus [8],
175 Fulgidus ad Christum fulgenti tramite pergens.
Adventus Christi praeconia fine sub ipso
Terribili sermone tonat, quo concitus anni
Circulus almifico Christi deductus ab ortu
Almificum Christi concurrit semper in ortum [9].
180 Nempe hic principium, cunctorum hic finis habetur,
A prior cunctis, Ω cunctis ultimus extat.
Haec igitur veneranda patrum dicta, optime lector,
Perlege sollicitus, memori sub corde reconde,
Actibus exerce, fido sermone profare.
185 Non hic letifero metuas lita tela veneno [10],
Nec levibus linguis paleas [11] non pabula fusas.
Totus catholico resplendet flore libellus,
Totus habet gravium certissima dicta virorum.
Hic tibi recta fides claro sermone patebit,
190 Hic spes certa [12] tuam sustollet ad aethera [13] mentem,
Et sincera pium terget dilectio pectus.
Quo ducente fide, locuples spe, purus amore
Conscendas rapido caelestia regna volatu [14],

---

161 sequntur *B* 181 *an* Aque? *Watt.*

1) *Met. XIII,* 215 quo postulat usus. 2) *Amor. III,* 6, 17 veterum mendacia vatum. 3) *Met. XI,* 786 optatae .. copia mortis. 4) *Art. Am. II,* 291 vincula saeva. 5) *Georg. I,* 330 mortalia corda. 6) *Trist. IV,* 2, 66 praesens ... turba. 7) *Cf. supra p.* 513 *v.* 154. 8) *Cf. supra p.* 532 *v.* 98. 9) *Cf. Met. XIV,* 386. 10) *Prudent. Psych.* 436 lita tela veneno; *Iuvenci H. euang. II,* 640 letifero procedunt ore venena. 11) *Ib. I,* 346 leves paleas. 12) *Art. Am. III,* 478 Spesque .. certa; *Met. IX,* 534 spes votorum certa. 13) *Ib. III,* 404 ad aethera tollens. 14) *Ex Ponto IV,* 8, 59 caelestia regna; *cf. supra p.* 532 *v.* 96.

Coetibus angelicis[1] ubi saecla per omnia iunctus
195 Perpetuos laetis decantes faucibus ymnos,
Invictamque ferens Christi de munere palmam
Aeterna rutiles ipso tribuente corona.

EXPLICIT.

VI.
EPIGRAMMA PSALMI VICESIMI SECUNDI.

Me pater omnipotens[2] clementi iure gubernat,
Non mihi dira fames[3], non ulla nocebit egestas.
Adsunt graminei colles et pascua laeta[4],
Adsunt et liquidi fontes[5] et flumina larga.
5 His ego nutritus, his semper abunde refectus,
Iustitiae rectos contendam carpere calles[6],
Quos mihi dux mentis secreto lumine pandit,
Ipsius ut nomen celebretur laude perhenni.
Illum ego corde sequens leti mortisque tenebras[7]
10 Intrepido calcabo pede, mala nulla timebo:
Meme quippe tuae, pie rex, correptio virgae,
Me baculus, pater alme, tuus firmatque regitque.
Tu mihi delicias, tu mensam epulasque parasti[8],
Quis satur invictas adipiscar pectore vires,
15 Adversasque acies pulchro certamine vincam[9],
Ut mihi post validos pugnae victricis agones
Laetitiae largo caput aspergatur olivo,
Lucifluusque calix pleno me proluat haustu[10],
Servatusque tua cunctis pietate diebus
20 Sidereum Christi merear conscendere templum,
Sub quo perpetuis vivam feliciter annis.

VII.
EPIGRAMMA PSALMI VICESIMI SEXTI.

Lux mihi pura deus, deus est mihi vivida virtus[11],
Nec tenebras igitur, nec mortis iura verebor.
Hoc tutore mea et munitur denique vita,
Ne me dira loco possit formido movere,
5 Sed spernam cunctos robustis viribus hostes,
Qui properant nostras malis absumere carnes.

[VI] XXmi II di *C f.* 162' 2 me *C* 6 colles *C*, calles *Mor.* 7 *an* lux? 9 laeti *C* 17 capud *C* oliuuo *C* 19 cinctis *C*
[VII] XXmi VI ti *C f.* 163 3 et *add. Morelius* 5 hostis *C*

1) *Cf. supra p.* 529 *v.* 232. 2) *Met. I,* 154 Tum pater omnipotens. 3) *Aen. III,* 256 dira fames. 4) *Fast. IV,* 476 pascua laeta. 5) *Georg. IV,* 18 At liquidi fontes. 6) *Ps.* 22, 3 Deduxit me super semitas iustitiae. 7) *Iuvenci H. euang. IV,* 735' mortis.. tenebris. 8) *Fast. II,* 317 Dumque parant epulas; 789. 9) *Met. XII,* 304 certamine vicerat omnes. 10) *Aen. I,* 739 pleno se proluit auro. 11) *Ib. V,* 754, *XI,* 386 vivida virtus.

Ecce meum tanto pulsant qui turbine pectus[1],
Robore contrito tristi periere ruina[2].
Sive ergo castris sedeant, seu proelia temptent[3],
10 Ponam corde metum[4], spem tota mente resumam.
Unum est, quod caeli dominum terraeque poposci,
Quodque ardens nimio voti fervore requiram,
Ut maneam cunctis Christi sub moenibus annis[5],
Ipsius ex sancto succensus semper amore[6]
15 Saepius aeterni visam sacra limina templi[7].
Hic me namque, feris cum cingerer undique bellis[8],
Sub proprio abscondit thalamo, velisque sacratis
Obtectum grata nimium confovit in umbra.
Hic me praevalida saxi sublimis in arce
20 Constituit[9] saevosque super pius extulit hostes[10],
Quo subiecta meus temnet certamina vertex.
Ibo igitur sacri veneranda per atria templi,
Ac munus laudum Christi devotus ad aram
Persolvam gaudensque melos et carmina dicam[11]:
25 O deus, aetherii censor mitissime regni,
Pande salutiferas maestis clamoribus[12] aures,
Quosque gemens fundo miseratus respice fletus[13].
Te mea vult facies, te mens, te corda precantur,
Conspectum faciemque tuam, pater alme, requiro.
30 Neve pios oculos, sanctum neu subtrahe vultum[14],
Neu famulum dominus bello incumbente relinque.
Esto mihi clemens potius fidusque patronus,
Nec me contemptum truculentis desere monstris.
Meme quippe feri quondam liquere parentes[15],
35 At bonus hic dominus dulci pietate refovit.
Pande mihi rectum perplexa per avia[16] callem,
Legis et eximiam tribue fulgere lucernam,
Ne ferro accinctos[17] incurram nescius hostes,
Sed duce te gradiar inimica per agmina tutus.
40 Nam me falsiloqui cinxerunt undique testes,
Nil tamen insontem mendatia vana nocebunt,
Sed mendax proprium portabit lingua reatum.
Ast ego confido domini quod gaudia larga
Vitali in patria laetus sine fine videbo.

---

13 anni *C*, annis *ed.* 22 sacra *C* 27 fleti *C* 31 bello *add. Morelius* 38 acinctos *C* 39 tutis *C* 43 Aest *C*

1) *Met. XII,* 234 pectora pulsat. 2) *Aen. I,* 238 tristesque ruinas. 3) *Ib. II,* 334 vix primi proelia temptant. 4) *Ib. I,* 562 Solvite corde metum; *Ov. Ep. XIX,* 1, *Rem.* 544, *Art. Am. I,* 556 Pone metum. 5) *Art. Am. I,* 765 cunctos ... ad annos. 6) *Aen. VII,* 496 laudis succensus amore. 7) *Cf. supra p.* 531 *v.* 60. 8) *Art. Am. I,* 592 fera bella. 9) *Met. XV,* 673 sublimis in aede | Constitit. 10) *Trist. IV,* 4, 52 a saevo . . hoste; *V,* 2, 32. 11) *Georg. I,* 350 et carmina dicat. 12) *Cf. supra p.* 527 *v.* 149. 13) *Met. XI,* 672 Fletus quoque fundere veros. 14) *Iuvenci H. euang. I,* 561 mitem ne subtrahe vultum. 15) *Ib. II,* 282 quondam liquere parentes. 16) *Prudent. Contra Symm. II,* 904 perplexa per avia noctis. 17) *Aen. II,* 614 Ferro accincta.

45 Expecta dominum constanti corde benignum,
Semper et adversis conflige viriliter armis,
Nam bona perpetui patiens feret inclita regni.

VIII.
EPIGRAMMA PSALMI VICESIMI SEPTIMI.

1. Ad te, polorum conditor,
clamore supplex intimo,
votum precemque dirigo:
aurem benignus commoda[1].

2. Nam si tuis oraculis
indigna gesto pectora,
his exto iam simillimus,
imo vorantur qui lacu.

3. Audi precantis anxia,
pater supreme, murmura,
dum templa caeli ad ardua
elata tollo brachia[2].

4. Ne me scelestis, obsecro,
et criminosis caetibus
mixtum trahas ad infima
poenae voracis Tartara.

5. Qui lingua et ore subdolo
pacem locuntur proximo,
dirum sed altis contegunt
bellum feri praecordiis:

6. His ergo, iudex optime,
parem repende gratiam[3],
tormenta versutis vafra
infer malignis callida.

7. Manus iniquis actibus
vitamque fraudi deditam
condigna plectat ultio:
fraus fraude victa concidat.

8. Domus dolosis inlita
fucis[4] perenne corruat;
quae facta mens nescit dei,
densis tenebris horreat[5].

9. Grates polorum principi,
qui vota servi supplicis,
vocemque clemens flebilem
tanto beavit munere.

10. Hic dimicantem protegit,
iuvat, tuetur, erigit,
huius favente numine[6]
claros triumphos consequor.

11. Tunc dura post discrimina
caro dolore libera
florebit, et decus novum
pulchrae salutis induet.

12. Huic ergo prompto spiritu
mei decoris principi
laudes sacrabo debitas,
dulces et hymnos concinam[7].

13. Hîc namque virtus inclita
plebis beatae praeminet,
hic ipse Christo proflua
servat salutis gaudia.

14. Salva, creator optime,
plebem redemptam sanguine[8],
tuaeque dita praemiis
haereditate gloriae.

15. Hanc cum potenti dextera
semper guberna et protege,
extolle summis hanc bonis,
aevi perennis saeculis.

[VIII] XXmi VII mi *C f.* 163' 1, 3 praecemque *C* 3, 2 supraeme *C* 4, 1 scaelestis *C* 6, 2 rependi *C* 7, 4 vita *C* 11, 4 pulchre *C* 14, 4 haereditas *C* 15, 1 Hanc ō potenti *C*

1) *Trist. V,* 12, 53 qui mihi commodet aurem. 2) *Met. XI,* 541 Bracchiaque ad caelum .. irrita tollens; *XIII,* 668 tollentes .. libera caelo | Bracchia. 3) *Met. II,* 693 gratia .. | Nulla rependatur. 4) *Prudent. Cath. II,* 59 multa fucis inlita. 5) *Aen. III,* 195 inhorruit unda tenebris. 6) *Met. IV,* 702 faveant modo numina. 7) *Prudent. Perist.* X, 4 mira laudum concinam. 8) *Iuvenci H. euang. IV,* 453 hic sanguis populi delicta redemit.

IX.

EPIGRAMMA YMNI ANANIAE AZARIAE MISAHELIS SANCTORUM TRIUM PUERORUM [1].

Omne quod aeternus per verbum condidit auctor,
Auctoris nomen celebret, laudesque resultet,
Exaltetque suum per saecula cuncta parentem.
Angelicae vestro turmae benedicite regi
5 Ingentumque simul resonet vox [2] celsa polorum.
Hunc modulentur aquae, quas sustinet arduus aether [3],
Hunc omnis sancto virtus decantet amore,
Hunc sol ardenti psallat splendore coruscus [4],
Hunc gelido fulgens conlaudet lumine luna [5],
10 Hunc pariter totus stellarum concinat ignis.
Te pluvia exundans, te ros lenissimus edat,
Discordesque aurae concordi voce resultent.
Artificem proprium pulcherrima flamma loquatur,
Et rapidus domini nomen simul aestus [6] anhelet.
15 Hoc glacialis hiems, hoc torrida personet aestas [7],
Roscida temperies et tempora cana pruinis [8],
Horrendumque gelu et magni vis frigoris ingens,
Et glacies crustis vertens immanibus undas [9],
Atque nives denso velantes vellere [10] terras,
20 Auctori per saecla deo sua carmina dicant.
Hunc nox somniferis involvens cuncta tenebris [11],
Atque dies varios distinguens luce colores [12],
Mortalesque animos terrentia fulgura laudent,
Et nubes largo ditantes ubere terras.
25 Te, sator, inmensas tellus fundata per undas [13],
Te quoque sublimi gaudentes vertice [14] montes,
Et colles humili spectantes sidera collo,
Aeriaeque sonent iucundo murmure silvae [15],
Atque omnis celebret fetus telluris opimae.
30 Tum fontes gelido [16] moderantes caumata potu,
Et maria horrendo quatientia litora fluctu,
Flumineusque canat lapsus clamore sonoro [17].

[IX] *ex C f.* 165 et misahelis *C* scilicet trium *B f.* 66 2 caelebret *C* 3 Exultetque *B* secla *B* 7 uirtutis *corr.* tus *C* 8 argenti *B* 15 glatialis *C* 17 gelum *C* 18 glaties *B* 19 ualentes *C* 22 distingens lucet olores *C* 25 inmensa stellus *C* 27 sydera *C* 29 cęlebret *C* faetus *B* 30 acumata *C*

1) *Cf. Daniel* 3, 24—97. 2) *Iuvenci H. euang. I,* 314 Vox late resonat. 3) *Georg. I,* 324 ruit arduus aether. 4) *Venanti V. Mart. II,* 57 splendore coruscans. 5) *Fast. II,* 500 Lunaque fulgebat. 6) *Ecl. II,* 10 rapido .. aestu. 7) *Met. II,* 30, *Aen. III,* 285 Et glacialis hiemps; *Ecl. VII,* 47 aestas | Torrida. 8) *Georg. II,* 376 cana ... pruina; *III,* 442 horrida cano | Bruma gelu. 9) *Ib. III,* 360 Concrescunt subitae currenti in flumine crustae | Undaque .. 10) *Aen. IV,* 459 Velleribus niveis. 11) *Ib. II,* 250 nox | Involvens umbra magna. 12) *Met. I,* 270 varios induta colores; *Trist. III,* 12, 7. 13) *Ibis* 145 per inmensas .. undas. 14) *Aen. IX,* 682 sublimi vertice nutant. 15) *Ib. III,* 680 Aeriae quercus .. | .. silva alta Iovis; *Rem.* 183 sonant .. silvae .. altae; 177 iucundo murmure. 16) *Ecl. X,* 42 gelidi fontes. 17) *Aen. XII,* 139 fluminibusque sonoris.

Te coeti immanes[1] et quicquid reptat in undis,
Et volucrum dulcis laudet concentus in agris[2].
35 Te pecorum mitis grex[3], inclite, personet, et te
Vis etiam resonet rabidarum torva ferarum.
Hunc hominum omne genus[4] pollens ratione potenti
Innumeris recinat linguis, hunc ipsa resultet
Israhelitarum nimium plebs[5] cara tonanti,
40 Vosque sacerdotes, quos nobile germen[6] Aaron
Edidit et sacro levitae sanguine creti[7],
Quos proprii templi voluit deus esse ministros,
Perpetuas supero laudes persolvite regi.
Spiritus hunc animaeque ciant per saecla piorum,
45 Et sancti atque humiles pura pietate frequentent.
Hunc Anania sacer summo sustollat honore,
Atque Azaria simul reverendo praedicet ore,
Et Misahel pulchro sanctus conlaudet amore.
Qui se de medio fornacis turbine tutos
50 Eruit, et venti rorantis flamine fovit,
Cum rapidis cincti canerent haec carmina flammis[8]
Vimque suam oblitus sanctos non laederet ignis:
Res mira[9] et nullis abolenda in saecula saeclis,
Non caro, non vestis, non verticis ipse capillus
55 Ardorem sensit piceum flammaeve vaporem.
Quin laeti atque alacres, ipso poscente tyranno,
Egressi in laudes veri domuere profana
Ora dei, quo psallenti mirantia vultu,
Horrore ingenti tremuerunt barbara corda[10].
60 Hunc et nos igitur summum sanctumque parentem
Cum nato, inmensi statuit qui culmina caeli,
Cumque sacro flatu, virtutum auctore potentum,
Laudibus assiduis digno exaltemus honore.
Te, domine, aeternus caelorum praedicat axis,
65 Te laudat caeli sacrosancto exercitus ore,
Glorificatque ingens cunctarum machina rerum[11],
Extollit, metuit, clamat, benedicit, adorat.

VERS. NUM. LXVII.

---

35 inclyte porsonet *B* 39 Hisrahelitarum *B* 42 Quas *C* 53 sęculis *C* 56 tyramno *C* 58 spallenti *B* 60 Nunc *fortasse legendum in C* 63 assiduus *B* 67 ŪN̄ LXVII *om. B*

1) *Aen. V,* 822 inmania cete. 2) *Georg. I,* 422 avium concentus in agris. 3) *Met. XI,* 276 greges pecorum. 4) *Georg. III,* 242 Omne adeo genus . . hominumque. 5) *Iuvenci H. euang. I,* 239 sacram ducere plebem | Israelitarum. 6) *Prudent. Perist. III,* 1 Germine nobilis. 7) *Aen. II,* 74 quo sanguine cretus; *Prudent. Perist. V,* 30 levita de tribu sacra. 8) *Met. VII,* 432 carmina . . | . . canunt; *Ex Ponto IV,* 8, 29 rapidis . . flammis. 9) *Met. XIII,* 893 Miraque res. 10) *Cf. supra p.* 529 *v.* 213. 11) *Prudent. Cath. IX,* 14 trina rerum machina.

X.

YMNUS IN SOLLEMNITATE SANCTI ARCHANGELI MICHAHEL.

Clarent angelici sublimia festa diei,
  Allatura piae dona beata animae.
Hunc etenim Michahel aulae caelestis[1] alumnus
  Conspicuo nobis consecrat ore diem,
5 Dignatus Petri Paulique invisere sedem,
  Imperiumque fovens, inclita Roma[2], tuum.
Qui proceres inter primaeva luce coruscos
  Egregio vultu splenduit orbe novo,
Cum deus expulsis lucem depromeret umbris,
10 Conderet et stabilem nocte ruente[3] diem.
Hic vati eximio, placidi Iordanis ad undam[4]
  Se castris domini prodidit esse ducem[5],
Cum sacro in campo stricto consisteret ense[6]
  Subrueretque piis impia septa tubis[7],
15 Deiciens septem victrici fulmine[8] gentes,
  Sacratisque deo mystica regna ferens.
Hunc Gabrihel solum auxilium sibi ferre[9] fatetur
  Ad pia caelestis castra tuenda dei,
Admissas referens Danihelis in atria caeli,
20 Quas sancto impastus fuderat ore preces[10].
Hunc oculis mentis inter myrteta beatus
  Zacharias roseo sidere vidit equo[11],
Tendentem niveas templa ad caelestia palmas[12],
  Proque dei affectu plebe rogare pio.
25 Quattuor ex gemino ruerent cum monte quadrigae,
  Disparibus raptae praecipitanter equis,
Dum rufi atque nigri nivei variique iugales
  Perlustrant cuncti iugera vasta soli[13],
Atque dei summo referunt exacta ministro,
30 Principis et pendent ad pia iussa sui,
Qui spem deiectis spondens, solatia mestis
  Spiritui vatis sic reboare iubet:
'Hierusalem[14] dominus larga pietate reviset,
  Atque illa aeterno iam fiet aula deo.

[X] Hymnum *C f.* 122 solemnitate *B f.* 61 6 inclyta *B* 7 pia meua *C* 16 mistica *C* 20 inpastus *C* 23 planmas *C* 25 rurent *C* 33 Hirusalem *C*

1) ***Fast. I,*** 139 caelestis ianitor aulae. 2) ***Aen. VI,*** 782 incluta Roma. 3) ***Ib. II,*** 250 ruit Oceano nox. 4) ***Sedul. C. Pasch. II,*** 141 placidam Iordanis ad undam. 5) ***Ios.*** 5, 14 sum princeps exercitus domini. 6) ***Ib.*** 13 virum stantem contra se evaginatum tenentem gladium; ***Aen. XII,*** 175 stricto sic ense. 7) ***Ios.*** 6, 20. 8) ***Aen. VI,*** 581 Fulmine deiecti. 9) ***Ov. Ep. V,*** 154 auxilium .. mihi ferre. 10) ***Dan.*** 9, 21—23, 12, 1, 9, 3 in ieiuniis sacco et cinere; ***Aen. VI,*** 55 fuditque preces rex pectore ab imo. 11) ***Zachar.*** 1, 8 vir ascendens super equum rufum et ipse stabat inter myrteta. 12) ***Aen. I,*** 93 duplices tendens ad sidera palmas. 13) ***Zachar.*** 1, 8 et post eum equi rufi varii et albi; 10 Isti sunt, quos misit dominus, ut perambulent terram. 14) ***Ib.*** 2, 4 Absque muro habitabitur Ierusalem prae multitudine hominum et iumentorum in medio eius. 5 Et ego ero ei, ait dominus, murus ignis in circuitu et in gloria ero in medio eius.

35 Quam tantus numerus hominumque gregumque replebit,
Nullius ut muri cingier orbe queat,
Sed deus hanc ignis iugi munimine cinget,
Consumens hostes, lumen et intus agens.'
Hic sub fine etiam cum serpens ille vetustus[1]
40 Intulerit Christo proelia cassa deo,
Caelestem cupiens telis excindere sedem[2],
Et populum sacrum carpere dente fero[3],
Consurget toto caelestis turbine pugnae,
Flammarumque globis[4] castra nefanda premet.
45 Tum populus Christi perfecta pace fruetur[5],
Semper et angelico concinet ore melos.
Hunc igitur tantum, rex optime Christe, patronum
Respice et ipsius nos prece purifica.

XI.
YMNUS IN NATALE SANCTORUM IOHANNIS ET PAULI.

Iohannis Paulique diem sol attulit orbi,
Qui rubra martyrii serta cruore gerunt.
Unicus hos sanguis germano foedere iunxit[6],
Unica mors fratres, morsque fidesque parit.
5 Olim Romulei servantes moenia regni,
Barbaricos strarant saepe mucrone globos,
Nunc ovium Christi purissima septa tuentes
Daemonicas arcent vi precibusque minas.
Hos morti addixit[7] sacra pro lege tyrannus,
10 Contemptor Christi Iulianus rabidus.
Unius ille dei cultum prius ore ferebat[8],
Donec ad culmen scanderet imperii.
Ast ubi convaluit misero terrena potestas,
Idolum vero praetulit ille deo.
15 Tum famulos Christi lanians et sanguine pastus
Innocuo[9] horrendis saevit ubique modis.
Verum ubi caelesti prospexit Christus ab arce[10]
Audivitque pii sanguinis ille preces[11],
Confestim misero cladem exitiabilis horae
20 Destinat, hostili hostis ut ense ruat.

---

35 repleam *C* 36 orbeaqueat *C* 40 Intullerit *C* 43 pagne *C*
[XI] *ex B f.* 62 14 Idolum *altero* l *superscr. B*

1) *Apoc.* 12, 9 serpens antiquus, qui vocatur diabolus. 2) *Met. IV,* 446, *Ex Ponto III,* 5, 53 caelesti sede. 3) *Ib. III,* 4, 74 iniusto carpere dente. 4) *Iuvenci H. euang. I,* 342 Flammarumque globis. 5) *Ex Ponto II,* 5, 18 Augusta pace fruatur. 6) *Met. VII,* 403 thalami quoque foedere iungit. 7) *Iuvenci H. euang. IV,* 566 mortique addicere certant. 8) *Met. XI,* 272 Ore ferens. 9) *Amor. III,* 8, 10 sanguine pastus eques; *Prudent. Cath. III,* 65 paverit innocuis epulis. 10) *Aen. IV,* 410 Prospiceres arce ex summa. 11) *Amor. I* 3 4 Audierit nostras... preces.

Vastata ecclesia Persas in bella vocarat,
Ac multis saeptus milibus ibat[1] atrox,
Cum subito arentes deserti ruris in agros[2]
Devenit et cuneos perdit ubique suos,
25 Qua neque victus erat nec fons nec fluminis unda[3],
Caumate sed nimio tota iacebat humus.
Dumque fremens montes, valles camposque peragrat,
Sicubi vel modico stilla liquore fluat,
Incidit adversas condigno errore phalanges
30 Perfossusque atra cuspide[4] pectus obit.
Sed rabidus semper et in ipsa morte rebellis
Infremit et summum hac voce lacessit herum[5]:
'Ebibe nunc nostrum, quem quaeris, Christe, cruorem[6],
Atque avidus loeto iam satiare meo'.
35 Ille quidem tales iusto sub iudice poenas
Exsolvit[7], post haec Tartara ceca petens,
At domini testes sacrato sanguine loti
Vertice laurigero sidera celsa petunt[8],
Quos toga pacifico vestit praefulgida cultu
40 Regalique ambit purpura clara peplo.
Hos ceu fructiferas florens paradisus olyvas
Inriguo vitae iugiter amne rigat[9].
Hi sunt aeterno candelabra fulgida templo,
Progenies lucis et pietatis honos[10],
45 Sidereo regi sublimi semper in aula
Adstantes, populis qui pia vota ferunt[11],
Quorum propitius precibus nos respice, Christe,
Et purga obscenum quicquid inesse vides.

XII.

I. TITULUS LIBELLI AD ALTARE SANCTI STEPHANI[12] OBLATI.

SANCTISSIMO ET GLORIOSISSIMO ALUMNO AC PATRONO NOSTRO BEATO STEPHANO PROTOMARTYRI DEDICATUS.

Hunc tibi, prime pii testis fortissime Christi,
Offerimus vario rutilantem flore[13] libellum.
Hic tua prima micat post inclita bella corona,
Fulget honos nomenque tuum[14], tua praemia clamant.

[XII] *ex B f.* 67

1) *Aen. V,* 75 multis cum milibus ibat. 2) *Ecl. VII,* 57 Aret ager. 3) *Aen. III,* 389 ad fluminis undam. 4) *Cf. supra p.* 532 *v.* 71. 5) *Aen. X,* 644 virum telis et voce lacessit. 6) *Prudent. Psych.* 427 Ebibe iam proprium post pocula multa cruorem. 7) *Iuvenci H. euang. III,* 476 sub iudice flamma | .. exsolvet .. iura. 8) *Hor. Carm. I,* 1, 36 Sublimi feriam sidera vertice; *Art. Am. III,* 389 laurigero .. Phoebo; *Trist. II,* 57 peteres caelestia sidera. 9) *Iuvenci Praef.* 26 riget amne; *Prudent. Cath. III,* 105 quadrifluo celer amne rigat. 10) *Aen. I,* 253 Hic pietatis honos? 11) *Rem.* 813 pia vota; *Ex Ponto II,* 10, 40 vota tulisse. 12) *nempe in cathedrali ecclesia Lugdunensi, quae beatae Mariae et sanctis Stephano et Iohanni dedicata est MAB.* 13) *Aen. VI,* 708 Floribus .. variis. 14) *Ecl. V,* 78 Semper honos nomenque tuum.

5 Gamalihel sacer ille senex tua caelitus ossa
Olim ignota orbi reverendo publicat ore,
Ac tua membra, pater, radianti signat in auro [1],
Martyrium inlustri depingit flore rosarum.
Se quoque Nichodemi coniungens sorte nepotis,
10 In geminis auri calathis albentibus almus
Prodit rite rosis tenui vix sanguine tinctis [2]
Virgineosque artus [3] pueri fulgente canistro
Argenti et crocei commendat floris [4] odore.
Haec tua laus sequitur, sequitur tua florida virtus
15 In Christi virtute potens, pietate redundans [5],
Gaudia dans [6] maestis, infirmis robora reddens,
Et dura sub morte sitos ac paene sepultos
Restituens vitae, vitae quia testis haberis.
Tu primus Christi calcata morte perhennis,
20 Vexillum sublime ferens, hostilia castra
Fulmineis linguae telis signisque coruscis
Stravisti et pulchra palmam de morte tulisti.
Te sequitur reverenda cohors pro nomine sacro
Mille afflicta modis [7], mille inlustrata triumphis.
25 Martyribus martyr tu norma et regula cunctis,
Purpureos ducis cuneos roseasque catervas,
Quorum purpureus de sanguine [8] praemicat orbis,
Quorum florigeris praefulgent astra coronis,
Quorum casta dei decorantur templa sepulchris,
30 Quorum tota meant insignia tempora festis,
Quorum cuncta sacris cedunt incommoda votis.
Hos sacer ille videt caeli in regione [9] Iohannes
Tantorum inlustres post proelia dura [10] laborum,
Dat quibus aeternas felix victoria palmas [11],
35 Atque immortales stola candida praebet amictus.
Non his ulla negat sua clemens munera Christus,
Quos ipse a mundi selectos sorte diremit,
Plantavitque deo: quo semper robore laeto
Crescendo in caelum exiliant fructusque perennes
40 Pollenti virtute ferant, et quicquid ab alto
Oratum genitore velint, mox numine prono [12]
Accipiant, tribuantque piis. Quos inter egenus
Censeri cupiens, et cordis vulnera deflens,
Ista tremens cecini summisso pectore Florus,
45 Ut meritis tanti per Christum salver alumni,
Et procerum votis absolver purpureorum [13].

---

30 micant *Mabillon*

1) *Met. IV,* 637 auro radiante. 2) *Ib. IV,* 107, *X,* 225 sanguine tinctam. 3) *Ib. III,* 164 Virgineos artus; *XI,* 260. 4) *Ib. III,* 509 croceum ... florem. 5) *Sedul. C. Pasch. II,* 260 plena pietate redundans. 6) *Art. Am. II,* 459 da gaudia flenti. 7) *Ib. I,* 756 mille animos excipe mille modis. 8) *Fast. VI,* 566 Purpureum .. sanguine; *Trist. IV,* 2, 6. 9) *Met. XV,* 62 caeli regione remotos. 10) *Aen. VII,* 806 proelia .. | Dura pati. 11) *Art. Am. II,* 733 palmam date. 12) *Trist. I,* 2, 88 Pronaque sint .. numina. 13) *Prudent. Perist. IV,* 192 procerum creatrix | purpureorum.

II.

Sanctorum eximiis meritis precibusque beatis,
Quorum perpetuos memorat liber iste triumphos,
Da, pater omnipotens [1], veniam [2], da, Christe, medelam
His, qui supplicibus votis ac mente fideli
5 Committunt sese tantis per saecla patronis,
Qui zabulo victo rutilis super astra coronis
Conspicui, de te quicquid petiere merentur.

III.

Christe, precor, veniam segni des [3] mitis alumno:
Tardus sum, tarde sed tibi nemo venit.
Longus praeteritis tenuit nos error ab annis [4],
Sufficiat meritis haec, rogo, poena meis.
5 Vita brevis [5] superest, in mortem et pronior aetas [6]:
Iam peccare senex non queo, nolo tuus.

XIII.
QUALITER SANCTORUM MARTYRUM CYPRIANI SPERATI PANTALEONIS RELIQUIAE LUGDUNUM ADVECTAE SINT.

Rector magnificus, piusque princeps
Augusto Karolus decore fultus
Sceptrum nobile Francicum regebat,
Subiectos populos pie gubernans.
5 Lectos aequora iusserat secare [7]
Eoumque ducem viros adire,
Dum pacem colit ac studet quieti
Et famam cupit elevare regni.
Ac iam propitio sibi tonante
10 Post multos nimiae viae labores [8]
Ingressu reduci salum petentes,
Intrarant Libicos repente fines [9]:
Qua Cartago gravi iacens ruina [10]
Deflet praeteritae decus iuventae [11],
15 Quondam dives opum [12], corusca bello,
Florens conciliis, fideque pollens.
At nunc barbaricis subacta frenis,
Et prisco penitus honore [13] nuda
Vix vitam tenuem gemendo ducit [14],
20 Curis anxia [15], serviens tributis.
Hîc dum basilicas deo dicatas
Et Christi subeunt verenda templi,
Cernunt ut tua, Cypriane martyr,
Servaret loculus neglectus ossa.

III et II *Adonis martyrologio addita Rosweydius* (*Martyrologium Roman. p.* 637) *sub titulo* Precatio Adonis *edidit ex codicibus Christinae reg.* 511 *saec.* IX. *et Parisino* 12582 *(quondam S. Germani Prat.) saec.* XI. *Exstant eidem versus etiam sine titulo in fine eiusdem martyrologii in codice S. Galli* 454 *p.* 341, *quem benigno animo Idtensohn bibliothecarius V. Cl. adhibuit.* || [III] 6 nequeo *B G*, *corr. Watt.*

[XIII] adepte *O P* 2 carolus *O* 3 Septrum *P* 9 propicio *B* 15 Quodam *P* 22 templa *B* 24 loculos neglectos *O P*

1) *Met. I,* 154, *II,* 401 pater omnipotens. 2) *Fast. IV,* 755 Da veniam culpae. 3) *Cf. supra v.* 3. 4) *Fast. VI,* 255 tenebar errore; *Ex Ponto I,* 2, 145 praeteritos .. peregimus annos. 5) *Sedul. C. Pasch. II,* 17 Vita brevis. 6) *Met. VI,* 459 pronumque genus ... | In Venerem est. 7) *Aen. X,* 166 secat aequora; *Met. XI,* 478. 8) *Ib. II,* 284 post varios .. urbisque labores. 9) *Martyrologium Adonis (ed. Georgius) p.* 469 *XVIII* Kal. Oct. revertentes a rege Persarum Aaron *(a.* 807, *si Adonis chronico fides habenda est).* 10) *Trist. IV,* 8, 36 gravis est facta ruina. 11) *Aen. VII,* 473 decus ... iuventae. 12) *Aen. I,* 14 *(Karthago)* dives opum. 13) *Aen. VIII,* 339 priscum Carmentis honorem. 14) *Ib. VII,* 534 tenuemque ... vitam; *IV,* 340 ducere vitam. 15) *Iuvenci H. euang. IV,* 307 anxia curis.

25 Tum vero nimio dolore moti,
Et magno gemitu[1] polum tuentes,
Poscunt auxilium dei perennis,
Pro quo, sancte, tibi caput recisum est.
Et mox edituis precando flexis[2]
30 Pandunt sarcofagum certantque sacros
Artus stringere linteis paratis,
Committuntque sacro corpus locello.
Sperati quoque martyris beati,
Necnon Pantaleonis ossa[3] raptim
35 Tollunt cuncta[4] simul ligantque pannis
Ac tantas loculis gazas recondunt.
Conscendunt celeres ratem paratam,
Nec saevi metuunt pericla ponti[5]
Portantes domini pios alumnos,
40 Quorum cuncta preces tremunt profunda.
Egressis Arelas opima portu
Occurrit placido sinuque laeto
Fessos excipit[6] ac fovet benigne,
Gaudentes reditu soloque noto[7].
45 Illic eximias opes ovanti
Deponunt animo stupente portu,
Terrenis solitos patere fluctus
Caelestes subito tulisse gazas.
Quod mox comperit optimus sacerdos,
50 Lugduni placidam tenens cathedram,
Sollertis studii calore flagrans
Intentusque sacris rebus ubique,
Leidradus prece supplici[8] serenum
Regem postulat impetratque raptim,
55 Ut rite sacra martyrum piorum
Nostris moenibus ossa conderentur[9].
Et nunc ad placidam Iohannis aram[10],
Qui Christum vitrea respersit unda[11],
Dignis cultibus et honore claro
60 Florens, inclyte Cypriane, dormis.
Sed, quaeso, vigiles vigilque nostris
Intendas precibus fiasque nobis
Clemens et validus dei patronus,
Solvas crimina[12] conferasque vota.
65 Sit, quaeso, memor illa lingua nostri,
Quae confessa dei perenne verbum
Cervicem gladio dedit secandam,
Sed Christum recinens silere nescit.
Hanc Christus iugiter benignus audit,
70 Vel sacro populos stilo[13] excitantem,
Vel pravas hereses deosque falsos
Verbi fulmine funditus cremantem.
Hanc et pro populo et patrono nostro
Semper, quaesumus, audiat rogantem,
75 Pastorem foveat, gregem propaget,
Det munus fidei, decus salutis.
O doctor sacer, o beate martyr,
Serva pontificem pius Agobardum[14],
Qui nomen, meritum, tuumque festum
80 Dictis extulit et honore compsit.
O triplex honor, o triforme culmen,
O tres magnifici piique testes,
Sit nobis triplici favens precatu
Pollens unica trinitas per aevum.

---

25 morti *P* 27 perhennis *P* 28 sanctę *P* 33 Speranti *corr.* rati *P* martiris *B* 39 domino *O P* 44 nato *O P* 51 Sollerti *O P* 60 inclite *P* 66 perhenne *P* 68 recinit *P O* 71 haereses *O* 73 patrone *B* 77 beatę *P* 78 pontifice *P* 80 extuli *P* 83 o fauens *P O*

1) *Aen. X,* 464 magnumque .. | .. gemitum. 2) *Martyrolog. Adonis l. l.* facile sibi conciliato principe. 3) *Ibid.* nam et beati Sperati martyris membra, qui unus fuit ex illis XII praeclarissimis martyribus Scillitanis, caput etiam martyris gloriosi Pantaleonis secum ... habebant. 4) *Aen. VIII,* 439 Tollite cuncta. 5) *Met. XIV,* 439 saevi restare pericula ponti. 6) *Aen. III,* 78 haec fessos tuto placidissima portu | Accipit. 7) *Martyrol. Adonis:* prosperis usi velis tandem pervenerunt Arelatum, ubi sacra martyrum membra signata interim relinquentes legationem suam glorioso imperatori renuntiare festinarunt. 8) *Ex Ponto II,* 8, 44 supplicis .. preces. 9) *Met. II,* 337 ossa .. condita; *Ex Ponto I,* 9, 54. 10) *Adonis martyrol. p.* 470 infra civitatem Lugduni deportata sunt ibique in maiori ecclesia b. Iohannis baptistae ac sancti martyris Stephani aliquanto tempore custodita; *Adonis chronic.* (*SS. II,* 320) posita sunt in ecclesia b. Iohannis baptistae in civitate Lugdunensi. 11) *Aen. VII,* 759 vitrea te Fucinus unda. 12) *Art. Am. II,* 371 crimine solvo. 13) *Prudent. Contra Symm. I praef.* 2 sacro perdomuit stilo. 14) *Lugdunensem archiepiscopum* 816—840.

XIV.
UBI OSSA SANCTI CIPRIANI LUGDUNI CONDITA[1] HABENTUR.

Hac locuples Christi thesaurus conditur archa,
Purior argento, fulvo pretiosior auro[2],
Clarior et cuncta gemmarum luce micantum[3].
Hic nempe insigni doctor suavissimus ore,
5 Eximius praesul, martyr celeberrimus idem,
Lucifer ut nitidus[4] magna Kartagine missus
Emicat et pulchra Ciprianus sorte quiescit.
Additur huic geminum radianti lumine[5] sidus,
Speratus martyr cum martyre Pantaleone,
10 Cuius cum capite hic pollent sacra ossa priorum.
Quos pariter Karolo Francorum principe gaudens
Gallia suscepit, Libicis ditata talentis.
Hos igitur nobis oratio fida patronos
Efficiat, Christo ut caelis veniente coruscis
15 Martyribusque suis diademata clara ferente
Ipsorum meritis lux nos aeterna receptet.

XV.
TITULUS ALTARIS.

Haec Christi mensa est, hic caelica sumitur esca,
Hic bibitur roseus agni cruore latex.
Utitur his dapibus Christi plebs, quam ordine miro
Unda, cruor[6], corpus diluit, emit, alit.
5 Antistes opus hoc Agobardus supplice voto[7]
Protulit et Christo rite sacrando dedit.
Argentum rutilo certatim ubi fulgurat auro[8],
Marmore cum vario picta cipressus olet.

XVI.
IN CORPORALI PALLULA.

Convivis Christi caelestis mensa paratur,
Sumitur hic vivus divino munere[9] panis,
Mixta etiam sumitur agni cum sanguine[10] limpha:
Sic nos unda lavat[11], redimit cruor et caro pascit.

[XIV] *ex B f.* 68'
[XVI] 1 Conuiis *B f.* 70

1) *Cf. supra p.* 545 *v.* 56. 2) *Ex Ponto III,* 8, 3 fulvo quoque dignior auro; *Amor. III,* 8, 3 pretiosius auro; *Aen. XI,* 776 fulvo .. auro; *Met. I,* 115 Auro deterior, fulvo pretiosior aere. 3) *Venanti V. Martini II,* 290 gemmarum numerosa luce coruscans. 4) *Amor. II,* 11, 55 caelo nitidissimus alto | Lucifer. 5) *Trist. II,* 325 radiantia lumina; *Venanti Carm. VIII,* 3, 141 radianti luce coruscum. 6) *Sedul. C. Pasch. V,* 288 cruor et simul unda. 7) *Aen. VIII,* 61 Supplicibus .. votis. 8) *Stati Theb. IV,* 191 iam fulgurat auro. 9) *Iuvenci H. euang. II,* 188 divino munere. 10) *Fast. I,* 577 mixtosque vomit cum sanguine fumos. 11) *Met. XI,* 116 laverat undis.

XVII.
TITULUS MEMORIAE SANCTI IUSTI.

Hic patris antiqui condigno nomine Iusti
In spe perpetuae requiescunt pignora vitae,
Membra beata satis, quae semper dedita Christo
Per varios[1] semet cruce confixere labores,
5 Ut melius celeri rapiantur in aera nube,
Cum caelo adveniens iudex effulserit ipse.
Hic fuit egregius primum levita Viennae,
Inde gregem domini, doctrina insignis et actu[2],
Conspicuus praesul Lugduni pavit in urbe.
10 Post anachoriticae vitae flammatus amore[3]
Longinqua Aegypti sitiens deserta petivit[4],
Quo senibus sacris pietatis foedere iunctus[5],
Cum miram extremo clausisset limine vitam[6],
Plebis amore suae patriam revocatus ad urbem[7]
15 Cum Viatore pio[8] Christi tumulatur ad aram,
Ut quos pervigili vivens pietate nutrivit
Continuis precibus foveat per secula natos.

XVIII.
TITULUS ABSIDAE.

Christi sancta domus, praepollens aula piorum,
Hospita sanctorum, virtutum sedula mater,
Haec est, quam cernis, semper ubi rite precanti
Gratia larga patet per tot cumulata patronos,
5 Quos propriis titulis distinguit gloria consors[9],
Convexo varia rutilant ceu sidera caelo[10].

XIX.
TITULUS MEMORIAE SANCTI WALDOMERIS.

Hic famulus Christi mira virtute refulgens
Waldomeris humo conditus astra tenet[11],
Conspicuus vita, pretiosa morte sacratus,
Credentum populis dona beata ferens[12].

[XVII. XVIII] *ex B f.* 69, *edidit etiam Peiper Aviti opera p.* 183
[XIX] *ex B f.* 69', *edidit Peiper l. l.*

1) *Aen. I,* 204 Per varios casus; *cf. p.* 544 *n.* 9. 2) *Ib. VI,* 403 pietate insignis et armis. 3) *Ib. III,* 330 magno inflammatus amore. 4) *Ecl. VI,* 80 deserta petiverit. 5) *Aen. XI,* 356 aeterno foedere iungas. 6) *Cf. supra p.* 513 *v.* 174. 7) *Aen. XI,* 127 patriam .. referemus ad urbem. 8) *Iusti ministro.* 9) *Sedul. C. Pasch. I,* 18 gloria consors. 10) *Prudent. Contra Symm. II,* 126 convexi regia caeli. 11) *Fast. V,* 658 conditur hospes humo; *Ex Ponto I,* 9, 54; *Venanti Carm. IV,* 8, 6 spiritus astra tenet. *De vita S. Baldomeris, Lugdunensis subdiaconi cf. Acta SS. Bollandi Februar. III,* 683 *sq.* 12) *Aen. II,* 49 dona ferentes.

5 Huius enim precibus solvuntur vincla reatus [1]
Et praesens Christus fert bona cuncta suis.
Languidus hinc sospes remeat, hic daemonis atri [2]
Vis truculenta fugit, vita salusque redit.
Hic perdunt zabulus vires [3], incendia Maurus:
10 Cedunt hic meritis Tartara, sancte, tuis.
Te pietas, te clara fides provexit ad astra [4]:
Nos tua prex tristi servet ab igne reos.
Soli insunt tumulo sacrati corporis artus [5]:
Vidimus ipsi, oculis [6] sit manifesta fides [7].

XX.
TITULUS ABSIDAE [8].

Martyribus subter venerabilis emicat aula [9],
Martyribus supra Christus rex praesidet altus.
Circumstant miris animalia mystica formis,
Nocte dieque ymnis trinum inclamantia numen.
5 Adstat apostolicus pariter chorus ore corusco,
Cum Christo adveniet certo qui tempore [10] iudex.
Vivaque Hierusales, agno inlustrante refulgens,
Quattuor uno agitat paradisi flumina fonte [11].
Pignoribus sacris clarus baptista Iohannes
10 Altare inlustrat, poscentia pectora purgat.

XXI.
EPITAFIUM SANCTORUM SEVERINI EXSUPERII ET FELICIANI [12].

Martyribus reverenda tribus haec fulgurat aula,
Quorum caelesti servantur nomina [13] libro.
Hi domini ob nomen felici sorte perempti [14]
Urbe Viennensi aethereas sumpsere coronas.
5 Inde huc translati post longi temporis annos [15]

10 sanctę *B*
[XX] *ex B f.* 69', *edidit Peiper l. l. p.* 184
[XXI] *ex B f.* 70, *edidit Peiper ibid.*

1) *Ov. Ep. XVII,* 11 vincula prorae | Solveret; *Prudent. Cathem. VII,* 175 solvit reatum. 2) *Cf. supra p.* 512 *v.* 101. 3) *Rem.* 244 Dum perdat vires. 4) *Aen. VI,* 879 Heu pietas, heu prisca fides; *Venanti C. IV,* 6, 6 pro meritis vexit ad astra fides. 5) *Iuvenci H. euang. I,* 621 splendebunt corporis artus. 6) *Aen. I,* 584 quem vidimus ipsi. 7) *Ib. II,* 309 Tum vero manifesta fides. 8) *Hic describitur altaris priscus apparatus in ecclesiae absida exsistentis, ita ut martyrum reliquiae sub altare collocarentur, Christi e cruce pendentis effigie superius erecta, pendente in vasculo eucharistia, sanctorum imaginibus circum appositis MAB.* 9) *Sedul. C. Pasch. I,* 269 Emicat aula tholis. 10) *Ex Ponto IV,* 11, 17 Temporis . . certi. 11) *Cf. supra p.* 516 *v.* 14. 12) *Cf. de hoc titulo Allmer et Terrebasse Inscriptions de Vienne II,* 1, 7, *qui eum recte Floro adiudicaverunt.* 13) *Ov. Ep. V,* 21 servant . . mea nomina fagi. 14) *Aen. XI,* 110 et Martis sorte peremptis. 15) *Fast. I,* 197 prisci temporis annis.

Praesentem inlustrant meritis vivacibus[1] aulam
Conspicuo in templo, praefatae quod pius urbis
Condidit antistes tantoque honore beavit.
Seque piis supplex tradens in saecla patronis,
10 Hic vita excessit, hic sacris conditur arvis.
Quem sine fine tegens foveat miseratio Christi.
Nomina sanctorum cupiens cognoscere, lector,
Scito Severinum, Exsuperium ac Felicianum.
Auctoris nomen commendant scripta sepulchri.

XXII.
ELDRADO ABBATI[2] FLORUS SUPPLEX.

Hos cytarista puer lyricis concentibus ymnos
  Edidit in laudes, o bone Christe, tuas.
Egregius vultu, forma speciosus amoena[3],
  Viribus invictus[4], moribus almificus,
5 Numinis aetherei plenus, sacro ore[5] melodus,
  Inclitus aeterni rex sator imperii,
Cui cadit horrifici moles truculenta Philistei,
  Saxo fusa levi[6], trunca mucrone sui.
Ursorum rabies, feritas insana leonum
10 Sternitur et fracto gutture victa perit.
Cedit et obsesso fugiens e pectore daemon,
  Conprimiturque pio regius ore furor[7].
His igitur modulis larbalia monstra fugantur,
  Vincitur hostis[8] atrox, crimina dira[9] ruunt.
15 Artubus auxilium, menti venit alma medela,
  Mors, morbus fugiunt, vita, salus redeunt.
Iugibus idcirco precibus cantuque perenni
  Haec, pater, ex vestro personet ore lyra,
Qua prisci cecinere senes[10], quos maxima Nili
20 Hostia[11] et alticrepi horruit unda sali[12],
Quamque sacer longi corruptam erroribus aevi[13]
  Reddidit antiquo Hieronimus decori,

---

10 conditor *corr. in* tur *B* 11 *an* regens? *Watt.*

[XXII] *sine titulo D,* Elorado *M in calce* Versus Flori 1 citharista *D* 5 Humilis aetherẹi *D,* etheris *M* sacro modulamine doctus *D* 7 Quo *D* trunculenta *M* 9 rsorum *D* 11 Redit *D* 12 C *deest in D* 13 larbulia *M* montra *D* 14 V *deest in D* 17 perhenni *M* 20 Ostia *M* altę crepit horret et *D* 21 Quaque *D* 22 ieronimus *M*

1) *Sedul. C. Pasch. I,* 87 meritis vivacibus. 2) *Novaliciensi, qui praefuit Hludowico Pio imperante, cf. SS. VII,* 107, 128, 132. 3) *Aen. VI,* 862 Egregium forma; *Sedul. C. Pasch. II,* 51 forma speciosus amoena. 4) *Aen. VI,* 394 invicti viribus. 5) *Met. XIV,* 21 Ore .. sacro, *Fast. VI,* 386. 6) *Georg. I,* 109 per levia murmur | Saxa ciet. 7) *Aen. V,* 802 saepe furores | Compressi et rabiem tantam. 8) *Trist. II,* 49 vicerit hostem. 9) *Met. II,* 589 diro .. | Crimine. 10) *Ib. X,* 645 quam mihi prisci | Sacravere senes. 11) *Aen. VI,* 801 trepida ostia Nili. 12) *Ib. III,* 195 inhorruit unda tenebris. 13) *Ov. Ep. II,* 107 longis erroribus acto; *Met. III,* 445 longo .. in aevo.

Ingenio cuius pulchris instructa sagittis,
  Stellarum rutilo tota nitore micat,
25 Quas studiosa manus multi sudore[1] laboris
  Restituit priscis, te rogitante, locis.
Namque per incultas errat dum lubrica palmas
  Dulcis et ambrosio tincta liquore lyra,
Perdiderat fulvi radiantia signa metalli,
30 Texerat et furvo fila canora situ.
Sed tamen Hebraica rursus ratione polita,
  Ac simul Argolica denuo picta manu[2],
Mellifluas caeli spargens trans sidera voces,
  Concrepat angelico carmina sacra[3] sono.
35 Nunc cape correctum gratanti corde volumen,
  Utque ita permaneat, da, pater, oro, operam.
Nullus enim fructus conamina nostra sequetur,
  Erasis viciis qui bona subdidimus,
Ni vigil atque sagax studio, pater optime, vestro
40 Conservet scriptor quae modo recta manent.
Iamque vale, Florique tui sine fine memento,
  Ut valeat culpis ipse carere[4] suis.

XXIII.

VULFINO GRAMMATICO AURELIANENSI[5] COHORTATIO UT RESCRIBAT.

Annuus excurrit revolutis mensibus orbis[6],
  Quod tua vox nostris auribus insonuit[7],
Tam nitidis cartis, tam claris culta figuris,
  Ut specimen cordis pagina pulchra daret[8].
5 Sic liquidus liquidas puteus fert largifer undas[9],
  Et rapidus rapido fervor ab igne[10] salit.
Sic rutilus rutilum vomit et carbunculus ignem[11],
  Puraque fert purus vina[12] venusta calix.
Ex oleae pulchro pulcher quoque vertice fructus
10 Carpitur, atque liquor pulchrior inde fluit
Sed mihi mellifluum rapuit sors invida[13] carmen,
  Et dulcem pateram fregit iniqua manus,

---

24 toto *D* ritore *M* 25 multo *D* 29 sului *M* 30 fuluo *D*, furno *M* 32 Hac *D* 35 correptum *D* 36 Atque *D* 38 Errasis *D* 39 Si *D* 40 Non seruet *D* que *D M* 42 carerere *M* Amen *add. M*

[XXIII] aurelianense *corr.* si conortatio *C f.* 166

1) *Aen. IX,* 458 multo .. sudore. 2) *Ov. Ep. VIII,* 74 Argolicas .. manus; *cf. Epist. ad Hyldrad.* (*Mai SS. vet. nova coll. III,* 2, 252) dedi operam et hebraicam sancti interpretis translationem et septuaginta ad invicem conferre. 3) *Rem.* 252 sacro carmine. 4) *Ov. Ep. XV,* 286 culpa posse carere; *Met. VII,* 724. 5) *Cf. quae Theodulfus ad eum scripsit* (*I,* 542) *v.* 28 Cuius ab amne fluunt metrica docta bene, *et quae Keil attulit* (*De grammaticis quibusd. Latinis p.* 22). 6) *Aen. V,* 46 Annuus exactis conpletur mensibus orbis | Ex quo. 7) *Fast. IV,* 302 voce sonante. 8) *Georg. II,* 241 Tale dabit specimen. 9) *Aen. V,* 859 liquidas proiecit in undas; *Met. I,* 95. 10) *Georg. IV,* 263 rapidus .. ignis; *Trist. II,* 425. 11) *Ov. Ep. III,* 64 rutilo .. igne; *Met. IV,* 403 rutilis .. ignibus. 12) *Ex Ponto III,* 1, 162 fer .. vinaque pura. 13) *Sedul. C. Pasch. IV,* 130 sors invida.

Frigida ceu si quis sitienti pocula demat,
Vel famido gratas vertat ab ore dapes:
15 Pro dolor, evenit misero quod saepe verebar,
Et metus ille meus re manifestus adest.
Conticuit cytharae quondam vox optima vestrae,
Et lyra dulcimodos pressit amica sonos [1].
Quid, rogo, frater, agis tam longa silentia servans [2],
20 Quove tibi nostri tam cito pulsus amor [3]?
Certe tanta tuae tam florida carmina Musae,
Haud parva ut pateant indiguere mora [4].
Vix tamen excursos excussit vis [5] tua versus,
Dum volucres apices sic revolare iubes.
25 Insta igitur coeptis, et scribe, et scripta reposce:
Sic etenim dulcis crescere suevit amor [6].
Sermo ligat mentes, permulcet pectora sermo [7],
Absentes sociat scissaque conciliat.
Sic animae David Ionathae mens pulchra cohaesit [8],
30 Nec patris horrendis deicienda minis [9].
Vox etenim prudens ceu fervida sucina flagrat,
Et rapit attactu corda modesta suo.
Prome, precor, solitos mellito gutture cantus,
Et releva nostram, dulcis amice, sitim [10].

VERSUS NUMER. XXXIIII.

XXIV.

RELATIO GRATIARUM BARNARDO EPISCOPO [11] PRO SUSCEPTIS EULOGIIS AB ILLO AMENIS.

O quam suavis odor [12] vestri de pectoris aula
Exilit, o Christi frater amore potens.
Mulcentur sensus, mulcentur viscera tota,
Oblectatque omnem caelica vis animum [13].
5 Non ita vernali vitis sub sidere [14] fraglat,
Palmite cum laeto gemmeus exit honor [15],
Nec sic camporum redolet nova gratia, fundens
Candida puniceis lilia mixta rosis [16].

---

17 nostrę *C, corr. Ebert* 18 praessit *C* 25 scribae *C* reposcae *C* 26 seuit *C*, suevit *ed.* 32 rapid *C* modestia *C* 33 praecor *C* 34 amicae *C*
[XXIV] Cuilibet gratiarum actio pro *C f.* 164 ameñ *add. C, om. B f.* 65 2 Exsilit *C*

1) *Prudent. Psych.* 664 dulcimodis .. psalmis. 2) *Fast. I,* 183 nec longa silentia feci; *Iuvenci H. euang. IV,* 599 miranda silentia servat. 3) *Georg. IV,* 324 aut quo tibi nostri | Pulsus amor? 4) *Met. I,* 671 Parva mora. 5) *Ov. Ep. XVI,* 186 Vi .. excutienda fuit. 6) *Fast. V,* 653 dulci .. amore; *Art. Am. II,* 559 Crescit amor prensis. 7) *Aen. V,* 816 permulsit pectora dictis. 8) *Cf.* 1 *Reg.* 20, 4 9) *Ib.* 20, 30—34. 10) *Met. VI,* 354 Sed relevare sitim. 11) *Viennensi* (810—842), *qui anno* 834 *ad Hlotharium imperatorem in Italiam se contulit. Cf. Allmer et Terrebasse Inscriptions de Vienne II,* 1, 8. 12) *Ecl. II,* 55 suaves .. odores. 13) *Rem.* 169 oblectant animos. 14) *Sedul. C. Pasch. I,* 74 Vernali sub sole. 15) *Ecl. VII,* 48 iam laeto turgent in palmite gemmae. 16) *Aen. VI,* 708, *Met. IV,* 355, *V,* 392 candida lilia; *Aen. XII,* 68 mixta rubent ubi lilia multa | Alba rosa; *Ecl. V,* 17 Puniceis ... rosetis; *Venanti Carm. IX,* 2, 122 Candida ceu rubeis lilia mixta rosis.

Hoc et floriferae vincuntur munere silvae,
10 Pomorumque omnis exsuperatur odor.
Diligis et praesens pariter et diligis absens,
Nec variat castum callida fraus animum.
Sive hostes seu sint cari sine labe sodales[1],
Nos tua corda fovent, nos tua lingua canit.
15 Istis grata refers, illos ratione refellis,
Diversisque armis dimicat unus amor[2],
Et superat, quoniam verax dilectio victrix
Semper in aeternum clara trophea feret[3].
Solis atra odiis votisque actisque malignis
20 Turbine praecipiti iure ruina venit.
At sincerus amor ceu lux aeterna coruscans
Nec cedit tenebris, sed tenebrosa fugat.
Quid, quod crebro etiam mittis pia verba salutis[4],
Pluribus et donis hicque domique oneras?
25 Hic est verus amor[5], haec est affectio munda,
Hoc patris et Christi munus ubique pium.
Talia diffundit per mentes dona pudicas,
Sedibus aetheriis spiritus ille fluens[6].
Antiqui nunc orsa senis iuvat ore referre[7],
30 Qui captus oculis, mente serenus[8] ait[9]:
'Sic mea nunc redolet proles velut inclyta rura,
Munere divino[10] quae benedicta cluunt.
Det tibi cunctipotens caeli de rore salubri
Pinguibus eque arvis[11] munera larga[12] satis,
35 Scilicet egregios aeterni farris acervos[13],
Exundans oleum, vinaque pulchra nimis'.
His verbis persolvo libens tibi, care patrone,
Perpetuas grates, vota[14] benigna simul,
Nam decet et pulchra prorsus ratione recurrit,
40 Divinis dictis munera diva cani.
Sis felix[15] coeptum servans per saecula amorem[16],
Acceptus celso semper, amice, deo.
VERSUS NUM. XLII.

---

9 munera *C* 18 tropea *C* 21 coruscat *B* 28 aethereis *B* 29 Aantiqui *C* iubat *B C* 32 munera *C* 33 caelo *corr.* li *C* rorę *C* 42 V̄ N̄ XLII *om. B*

1) ***Art. Am. I,*** 753 carumque sodalem. 2) ***Amor. III,*** 4, 20 unus .. Amor. 3) ***Aen. XI,*** 172 Magna tropaea ferunt. 4) ***Met. XIV,*** 813 pia verba; ***Ex Ponto III,*** 4, 1 portantia verba salutem | .. mittit. 5) ***Art. Am. I,*** 618 Fiet amor verus. 6) ***Ib. III,*** 550 Sedibus aetheriis spiritus ille venit. 7) ***Aen. VII,*** 435 sic orsa vicissim | Ore refert; ***Fast. II,*** 584 antiquos .. senes. 8) ***Georg. I,*** 183 Aut oculis capti; ***Venanti Carm. IV,*** 8, 13 mente serenus. 9) ***Gen.*** 27, 27 Ecce odor filii mei sicut odor agri pleni, cui benedixit dominus. 28 Det tibi deus de rore caeli et de pinguedine terrae abundantiam frumenti et vini. 10) ***Iuvenci H. euang. II,*** 188 divino munere. 11) ***Ecl. V,*** 33 ut pinguibus arvis. 12) ***Aldhelm. laud. virg.*** 1592 munera larga. 13) ***Georg. I,*** 185, ***Aen. IV,*** 402 farris acervum. 14) ***Ib. I,*** 600 grates persolvere; ***Ov. Ep. VI,*** 75 Vota ego persolvam? 15) ***Aen. I,*** 330 Sis felix. 16) ***Met. IV,*** 270 servat amorem.

XXV.
AD MODUINUM AUGUSTODUNENSEM EPISCOPUM EXHORTATIO VOLUMINUM DIVINORUM.

Solvo, pater. profluas hilari de pectore grates,
Quod reseras Floro labra benigna tuo,
Ex quis praedulcis destillat gratia mellis[1],
Ambrosiusque liquor pectora nostra fovet[2].
5 Audieras crebro domini pia dicta iubentis[3]:
'Os ego, si pandas, exsatiabo tuum'.
Caelestem sitiens traxisti in viscera flatum,
Unde modo suavis efflat et almus odor.
Hausisti placidas Iesu de fontibus undas[4],
10 Unde meam recreas, doctor, abunde sitim.
Sic, rogo, divinis flagrent tua pectora[5] flammis,
Quas patribus Christus misit ab arce[6] poli,
Cum vehemens subito sonuisset ab aethere flatus,
Fulsissetque omni vertice lingua rubens,
15 Quisque duum valide fervebant corda virorum,
Quos voluit media Christus adire via[7],
Mystica sacrorum reserans oracula vatum,
Ore uno et cunctos[8] se cecinisse docens.
Crede pater, multo gaudent mea viscera motu,
20 Et laetante anima vix mea lingua silet[9]:
Quod me non meritum tanto dignaris amore,
Tamque pio affaris carmine tamque sacro,
Quod non Assyrii violatur fluminis undis,
Nec sordescit aquis, turbide[10] Nile, tuis,
25 Sed liquido potius Iordanis manat ab amne[11],
Quo pulcher Christi laetificatur ager.
Iam nunc Castalii siccetur fontis[12] harena,
Aoniumque nemus fistula nulla sonet,
Laurus Apollineae[13] marcescat denique silvae,
30 Cumque suis baccis alba ligustra cadant[14].
Victrices Christi vigeant per secula palmae,
Quas olli exultans turba canora[15] dedit,
Paciferos scindens oleae de vertice ramos[16],
Atque sacram sternens veste nitente viam[17],

[XXV] *ex C f.* 123' Augustudunensem *corr.* todunensem *C* 3 quibus destillat *C*, quis praedulcis *corr. Morelius* 4 que *add. Mor.* 5 dm̄ *C* 6 exatiabo *C* 10 recrecreas *C* 24 turbine *C*, turbide *corr. Morelius* 25 amni *C* 30 bacis *C*

1) *Amor. I,* 8, 104 dulci melle. 2) *Prudent. Perist. XIII,* 12 Ut liquor ambrosius... | .. mentem fovet. 3) *Psalm.* 80, 11 Dilata os tuum et implebo illud. 4) *Met. XIII,* 535 liquidas hauriret ut undas; 899 placidisque ... undis. 5) *Trist. IV,* 9, 7 flagrant odio tua pectora nostro. 6) *Met. VIII,* 250 ex arce Minervae | .. misit. 7) *Rem.* 216 media .. via. 8) *Met. XII,* 241 omnes uno ore. 9) *Ex Ponto II,* 2, 61 Lingua, sile. 10) *Fast. II,* 206 Turbidus .. ille fluebat aquis. 11) *Iuvenci H. euang. Prol.* 26 puro .. amne .. | .. Iordanis. 12) *Met. XIII,* 690 Siccatosque .. fontes. 13) *Fast. VI,* 91 Apollinea .. lauro. 14) *Ecl. II,* 18 Alba ligustra cadunt. 15) *Fast. VI,* 671 turbamque canoram. 16) *Aen. VIII,* 116 Paciferaeque manu ramum praetendit olivae. 17) *Cf. Matth.* 21, 8; *Amor. I,* 8, 100 sacra ... via; *Ep. XVIII,* 160 Sternet .. vias.

35 Qua dominum portans mansuetae pullus asellae[1],
Poneret innocuos molliter ille pedes[2].
Si placidi fontis vitalem quaerimus undam[3],
En Siloae nobis vena salubris adest,
Quae naturales potis est abolere tenebras,
40 Atque diem caecis reddere luminibus[4].
Si montes collesque iuvant sanctique poetae,
Ecce Sionis apex moenia sacra[5] feret.
In laudes Christi Tabor exultat et Hermon,
Libanus aeriis plaudit et ipse cedris,
45 Carmelus sacer est Heliae fulmine pollens,
Vertice sublimi[6] fert holocausta dei,
Nomine qui duplici Syna vocitatur et Horeb,
Legiferum nobis monstrat et ipse senem,
Flammea cornuto vibrantem lumina vultu[7],
50 Gestantemque sacris iura superna tablis.
Iob prius heroico sua carmine bella retexit[8],
Divina David personat ecce lyra.
Quid loquar[9] insigni tumidum Salomona coturno,
Qui thalamos Christi psallit et ecclesiae?
55 Hos, reverende pater, pleno sectemur amore,
Hinc sensus nostri verbaque cuncta fluant.
Auctorem pia lingua[10] suum canat atque resultet,
Auctorem proprium mens pia concelebret.
Christicolae sermo Christum ciat ore fideli,
60 Hoc dignum, hoc iustum est, suave, salubre, pium.

XXVI.

Salve, sancte parens[11], Christe venerande sacerdos[12],
Augusti montis[13] pastor in arce potens.
Quem sacer inlustrat meritis splendentibus ordo,
Doctrinae et studium tollit ad alta pie,
5 Quo generis clari lumen torrensque loquendi
Vincitur, ut magno sidera sole latent.
Accepi niveam vestro de munere vestem,
Tergendoque ori lintea clara satis,
Ac pariter manibus praedulcis epistola nostris
10 Tradita rore suo pectora nostra rigat.

---

41 iubant *C* 42 ferens *C,* feret *Mor.* 44 aeri *C,* aeriis *Mor.* cediris *C*
[XXVI] *sine titulo B f.* 57

1) *Luc.* 19, 30 pullum asinae. 2) *Met. III,* 114 pedes .. ponunt. 3) *Ib. IV,* 98 fontis in unda. 4) *Ov. Ep. XVII,* 74 caecum .. lumen. 5) *Fast. VI,* 62 moenia sacra. 6) *Aen. IX,* 682 sublimi vertice. 7) *Exod.* 34, 30 cornutam Moysi faciem; *Met. XIII,* 456 figentem lumina vultu. 8) *Isidori Etym. I,* 38, 11 Iob temporibus Moysi aequatus hexametro versu dactylico spondeoque decurrit. 9) *Ecl. VI,* 74 Quid loquar. 10) *Fast. III,* 336 pia lingua rogat. 11) *Aen. V,* 80 Salve sancte parens. 12) *Venant. Carm. I,* 15, 31 venerande sacerdos. 13) *i. e. Augustoduni,*

Quantus ibi flagret sinceri fervor amoris,
Et pia mens quanta luce corusca micet,
Quae tuba quaeve lyra flatu fidibusve canora[1]
Explicet et digna laude ciere queat?
15 Non mihi tam fervens vegetat praecordia sanguis[2],
Nec tam larga meo flumina ab ore fluunt[3],
Ut tibi, sancte parens, pie vates, clare sacerdos,
Condignum valeam solvere laudis opus.
Ille pius caelique parens terraeque repertor[4],
20 Agminis angelici rex hominumque sator[5],
Cuius clara pio sequeris vestigia corde[6],
Dum celsus humilem respicis atque foves,
Ille tuis, inquam, meritis condigna referre
Praevalet ac frugem centiplicare[7] tuam,
25 Ut quod nunc largo dispergis semine terris,
Largius Elysia tunc regione metas.
Interea sit vita tibi, sint larga salutis
Gaudia, longa dies[8], altus honoris apex.
Divinae sit legis amor, tuba clara docendi,
30 Egregii mores, cor probitate nitens.
Grex tibi commissus vigeat, torvique leonis
Saeva fide fortis guttura calce terat[9],
Ut cum caelesti vallatus milite summus
Pastor ab excelsi fulserit axe poli,
35 Cum bene servatis ad dextram te locet agnis,
Restituens studiis praemia digna tuis[10].
Tunc velut electus aries in nube corusca
Velleris aurati[11] stemmate clarus eas,
Quem niveae comitentur oves agnique nitentes
40 Sumpturi vitae pascua perpetuae.

XXVII.

Egregio, Moduine, viro tibi mitto salutem[12],
Exiguus magno, vilis et eximio.
Sum modicus, sed magna loquar[13], quia maximus ille est,
Cuius res parvo carmine nunc agitur.

---

17 sanctę *B* 35 Tum *B,* Cum *corr. Watt.*
[XXVII] *sine titulo B f.* 58

1) *Aen. VI,* 120 cithara fidibusque canoris; *Fast. III,* 849 tubas . . canoras. 2) *Aen. X,* 452 frigidus . . coit in praecordia sanguis. 3) *Venanti Carm. VI,* 2, 86 regis ab ore fluunt. 4) *Iuvenci H. euang. I,* 35 caeli terraeque repertor. 5) *Aen. I,* 254, *XI,* 725 hominum sator. 6) *Ib. II,* 753 vestigia retro | . . . sequor; *Sedul. C. P. II,* 245 corde pio. 7) *Iuvenci H. e. II,* 799 centuplicemque . . . . frugem. 8) *Met. XIV,* 148 Longa dies. 9) *Aen. V,* 324 terit iam calce. 10) *Art. Am. II,* 702 praemia digna feres. 11) *Ov. Ep. VI,* 2 auratae vellere . . ovis. 12) *Ex Ponto I,* 3, 1 Hanc tibi Naso tuus mittit, Rufine, salutem; *Ep. XV,* 1 Hanc tibi Priamides mitto, Ledaea, salutem. 13) *Aen. IV,* 337 pauca loquar; *cf. Flori opuscul. advers. Amalar. I* (*Martene et Durand Coll. IX,* 641) Exigua quidem et indigna est persona, quae loquitur, sed domini est res, domini est causa, quam loquitur.

5 Res divina tibi cantabitur: arrige, quaeso,
Sollicitas aures [1] et pia corda adhibe.
Esto memor, quoniam, duras qui praegravat aures [2]
Ad domini legem, vota odiosa facit;
Et vacuas defert ad Christi altaria voces,
10 Pauperis ad vocem viscera cruda gerens.
Quid, quaeso, sacrosancta tibi nutricula nostra [3],
Atque eadem genetrix ecclesia haec meruit,
Ut furiale odium ferali pectore versans [4],
Moliri hanc contra talia [5] non metuas?
15 Discindis leges, canonum sacra iura revellis,
Dum materna modo viscera pro! subigis.
Nec metuis demens calces inlidere Christo,
De cuius stimulo terga cruenta geris [6].
Terga cruenta geris, nec sulcum corrigis, et bos
20 Cornipeta in dominum turgida colla vibras [7],
Dum frenesis furiale malum tua viscera [8] ferro
Te proprio expetere cogit et ipse nescis.
Iustius invidia nihil est, quae protinus ipsum
Auctorem rodit excrutiatque animum [9].
25 Ecclesiae reverendus honos a tempore prisco [10]
Principibus summis praesulibusque piis,
Curricula annorum florens per plurima fulsit
Sub pietate patrum pignora cara [11] fovens,
Et gallina pios pennarum tegmine foetus [12]
30 Mystica mundanis texit ab insidiis [13].
Agnoscis, ni fallor, enim quae nomine tali
Voce euangelica sancta notetur avis.
Illa dolenter avis etiam nunc garrula clamat
Et nostro gemitus promit ab ore pios,
35 Teque prius quam calce secet, quam verberet alis [14]
Quamque oculis spoliet, sic pietate vocat:
'O fili Moduine, tibi (nam pignus et ipse
Es nostrum, nostro fotus et in gremio [15]),
Quid, rogo, commerui [16], tanto quod tempore tuta
40 Sedibus e placidis [17] pignora nostra fugas?
Quid mihi tristitias cumulas, quid gaudia truncas,
Cur gaudere mea me subole haud pateris?

---

12 eclesia *B* 16 subigas *B*, subigis *Mab.* 25 Ecclesię *B*

1) *Aen. I,* 152 arrectisque auribus; *Met. XV,* 516. 2) *Ex Ponto II,* 8, 44 non dura.. aure. 3) *Lugdunensis ecclesia.* 4) *Fast. III,* 637 furialiter odit; *Aen. V,* 701 pectore curas | .. versans. 5) *Ib. I,* 563 me talia cogunt | Moliri. 6) *Met. V,* 161 Tutaque terga gerens. 7) *Exod.* 21, 29 Quodsi bos cornupeta .. occideritque virum aut mulierem. 8) *Aen. VII,* 374 in viscera lapsum | Serpentis furiale malum. 9) Iustius—animum *ex Hieronymi ep. ad Galatas l. III c.* 5 (*Opp. ed. Vallarsius VII,* 508). 10) *Sedul. C. Pasch. V,* 259 tempore prisco. 11) *Ecl. VIII,* 92 Pignora cara sui. 12) *Matth.* 23, 37 quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas. 13) *Fast. II,* 718 Tutus ab insidiis. 14) *Aen. X,* 892 calcibus auras | Verberat. 15) *Ib. I,* 692 fotum gremio. 16) *Ib. IV,* 317 quid de te merui. 17) *Ib. VI,* 371 Sedibus.. placidis.

Me pietas, me prisca fides[1] munimine forti
  Cinxerat et certis sepserat auxiliis,
45 Quique etiam accipitres fuerant milvique rapaces,
  Ac soliti natos dilaniare meos,
In placidas versi subita pietate columbas[2],
  Cursu avido[3] nostros expetiere sinus,
Depositoque truci ingenio seu nomine[4] torvo,
50 Nomine et ingenio complacuere meo.
Hospitiis haesere meis, mea parva secuti
  Pabula[5] et innocuis vivere deliciis,
Rostra unguesque feros, quis me vastare solebant,
  Vertere in nostrum dulciter obsequium.
55 Adversas volucres virtute atque ore repellunt,
  Me vigili studio, me pietate fovent.
Agnoscisne, rogo, reverendae enigmata matris,
  Et mea quid signent mystica verba capis?
An, miserande, meam nec vis cognoscere vocem,
60 Displicet atque oculis hispida forma tuis?
Te gemitus noster peperit, te parvulus ortum
  Nidulus excepit, te calor hic aluit;
In lucemque trahens tenebrosa ergastula rupit,
  Atque dedit vita, luce, salute frui[6].
65 Haere igitur matri, dulces ne desere fratres[7]:
  Horum solus amor est tibi certa salus[8].
Cur hanc persequeris, cur dulcia pignora carpis:
  Non haec rostra tibi nostra figura dedit.
Tunde igitur tetrum rostri damnabilis uncum,
70 Et fuge germana vivere carne ferox.
Utere simplicibus nobiscum dulciter escis,
  Et miti mitem pectore quaere cibum.
Sunt pia iura ducum, pia sunt praecepta parentum,
  Quis ego ab initio munior atque regor.
75 Quid tenebras luci[9], quid melli absynthia misces[10]?
  Ista tibi semper dissotiata manent.
Ex quo conspicuus Christi per saecula cultus
  Fulsit, et idolica fugit ab urbe lues,
Numquam prisca meos vexarunt iura ministros,
80 Pondere nec saecli res onerata sacra est[11].
Semper distinctus duplex hic ordo[12] cucurrit,
  Iudicibusque suis utraque pars viguit.

---

55 repellant *B*   58 mistica *B*

1) *Cf. supra p.* 548 *v.* 11. 2) *Met. VII,* 369 placidam ... | .. columbam. 3) *Aen. XII,* 909 avidos .. cursus. 4) *Met. XV,* 542 nomenque ... | .. iubet deponere. 5) *Aen. XII,* 475 Pabula parva legens. 6) *Met. I,* 585 vitane fruatur; *Aen. IV,* 619 luce fruatur. 7) *Aen. X,* 600 morere et fratrem ne desere frater. 8) *Ib. VIII,* 39 Hic tibi certa domus. 9) 2 *Cor.* 6, 14 Aut quae societas luci ad tenebras? 10) *Venanti V. Martini I,* 39 Mellis et inrigui haec austera abinthia miscam; *IV,* 546 Dirus erat graviter, qui melli absinthia miscet. 11) *Fast. V,* 563 oneratum pondere caro. 12) *Clericorum scil. et laicorum, qui semper forum habuere diversum. Sub clericali ordine monachi etiam ante illud tempus continebantur MAB.*

Ordinibus sacris reverentia debita cessit,
Plebeios rexit lex sua quemque viros.
85 Quid mihi nunc veterem tu vis subvertere saepem,
Quid mihi maceriam diruis oppositam?
Cur veteres fines nostro convellere fundo
Niteris et cunctis pervia rura facis?
Audi veridico Salomon quid personet ore,
90 Et mucrone time te iugulare tuo:
'Eversor sepis colubro mordente peribit[1],
Seque suo qui fert saxa labore premet'.
Te preme, te perime, nam me spoliare nequibis,
Auxiliis fultam semper ubique dei.
95 Post euangelicos clipeos, post tela corusca[2]
Oris apostolici, post pia iura dei,
Me Constantinus reverendo munit ab ore,
Me quoque Theodosius protegit ore pio[3].
Archadio dulci praedulcis Honorius haerens
100 Me dulci eloquio laudat, honorat, amat.
Quid veterana loquar, nostro nunc ecce sub aevo
Qua placidus princeps me pietate colit[4],
Pro me conciliis sudavit saepe verendis,
Et valido pressit colla superba iugo[5].
105 Legibus antiquis[6] edicta recentia iunxit,
Et bona prisca novis auxit ubique bonis,
Ne me per pelagus mundi, per turbida saxa
Obrueret subito nox fera naufragio.
Vere clara micant sacri mysteria Christi,
110 Quae veterum signant gesta beata patrum.
Iam validum Samson, dum vult peregrina subire
Conubia, impetiit horrisono ore leo[7].
Quem veluti tenerum frustatim carperet hedum[8],
Ille necans dulces sumpsit ab ore favos.
115 Sumpsit ab ore favos et dulcia mella leonis[9],
Qui fremuit pridem, dulciter ecce sapit.
Infremuit mundi Christo veniente potestas,
Gentilem ut plebem necteret ipse sibi.
Infremuit terrore gravi, legesque feroces[10]
120 Edidit, ac toto terruit orbe pios.
In servis tamen ille suis virtute potenti,
Dum superat mundum, robora dira necat,
Ut male quod vixit, moriatur; mortua porro
Impietas dulcem promat ab ore fidem,

---

1) *Eccles.* 10, 8 qui dissipat sepem, mordebit eum coluber. 9 Qui transfert lapides, affligetur in eis. 2) *Aen. II,* 470 telis et luce coruscus. 3) *Met. VII,* 172 ore pio, *Fast. III,* 326. 4) *Hludowicus Pius. De quibus conciliis Florus hic loquatur, non liquet. Ex Ponto IV,* 15, 24 quae pietate colis. 5) *Trist. IV,* 6, 2 colla premenda iugo. 6) *Iuvenci H. euang. I,* 185 antiquae.. legis. 7) *Iudic.* 14, 5 apparuit catulus leonis saevus et rugiens et occurrit ei. 8) *Ib.* 6 dilaceravit leonem quasi hoedum in frusta discerpens. 9) *Ib.* 8 ac favus mellis. 9 Quem cum sumpsisset in manibus; *Georg. IV,* 101 Dulcia mella. 10) *Aen. X,* 711 infremuitque ferox.

125 Quodque olim rabido fremitu laniare parabat,
Hoc modo iam dulci praedicet ore[1] libens:
Iamque hedus Christi, qui tunc leo torvus abibat,
Peccator veniam postulet ipse sibi.
Sic mundana sibi subiecit culmina Christus,
130 Cuncta et in obsequium traxit ubique suum.
At tu si veterum nescis pia iura piorum,
Desine quod nescis dilaniare bonum,
Et cape tranquillus, brevibus quod pagina verbis
Altera pacifico suggerit en studio.
135 Cumque serenato perlegeris omnia vultu[2],
Et quam non noras videris ipse viam,
Sub Christi terrore tremens pietate fideli
Corrige quod pravum perspicis ipse tuum.
Nempe etiam si nulla usquam haec iura vetarent,
140 Num gessisse decet talia pontificem?
Rem bene constructam tanto sudore tot annis
Subruere et sceleri pandere sponte viam[3];
Dicere: 'Nullus honos debetur (credite) sacris
Ordinibus[4], cunctos pulset ubique forum.
145 Nam nisi coenobium mater muliebre gubernans
Et sacer antistes, caetera pulvis erunt'[5].
Si pater es cleri, noli contemnere clerum,
Nec te sic ut eos erige deicias,
Haec quoniam non sanctus amor, sed turgidus atro
150 Fumifluum spirans ructat ab ore furor.'
Haec si mente pia relegas, si pectore puro[6]
Accipias, prodest potio sacra tibi.
Est subamara quidem, sed si patiare, salubris,
Insunt gallinae zelus amorque simul.
155 Aestimo, vir prudens, nullo te felle moveri,
Cum videas Florum te sic amare tuum.
Nam meliora pii sunt vulnera semper amoris[7],
Subdola quam fictis oscula pressa labris,
Et bene non notus, male si increbrescere cunctis[8]
160 Coeperis, infamis fabula semper eris[9].

XXVIII.

Montes et colles, silvaeque et flumina, fontes,
Praeruptae rupes pariter vallesque profundae[10],

---

158 qua *B*
[XXVIII] *sine titulo B f.* 53' 2 Praeruptaeque *Mab.*

1) *Met. XII,* 577 dulci ... edidit ore. 2) *Venanti C. VII,* 7, 75 serenatum .. vultum. 3) *Fast. IV,* 449 Panditur interea Diti via. 4) *Cf. supra v.* 83. 5) *Cf. Maassen ein Commentar des Florus p.* 307. 6) *Aldhelm. de laud. virg.* 141 pectore puro. 7) *Met. X,* 451 pio ... amore. 8) *Cf. Aen. VIII,* 14. 9) *Art. Am. II,* 630 fabula turpis erit. 10) *Met. I,* 719 praeruptam .. rupem; *Georg. II,* 391 vallesque cavae saltusque profundi.

Francorum lugete genus, quod munere Christi
Imperio celsum iacet ecce in pulvere mersum.
5 Hunc elementa sibi sumant conpuncta dolorem
Terrarum tractus, maris aequora, sidera caeli[1],
Ventorum flatus[2], pluviarum denique guttae,
Et doleant homines, hominum quia corda rigescunt.
Omnia concrepitant divinis cincta flagellis,
10 Omnia vastantur horrendae cladis erumnis,
Omne bonum pacis odiis laniatur acerbis[3],
Omne decus[4] regni furiis fuscatur iniquis.
Ecclesiae deiectus honos iacet ecce sepultus,
Iura sacerdotum penitus eversa ruerunt,
15 Divinae iam legis amor terrorque recessit,
Et scita iam canonum cunctorum calce teruntur[5].
Vexantur clarae assiduis conflictibus urbes[6],
Basilicae Christi prisco spoliantur honore;
Martyribus iam nullus honos; altaribus ipsis
20 Nemo metum defert, sacris reverentia nulla est[7].
Continuis praedis plebes miseranda laborat,
Nobilitas discors in mutua funera[8] saevit,
Sanguine terra madet[9], fervescunt cuncta rapinis,
Et rabies scelerum ruptis discurrit habenis[10].
25 Flagrat adulterium, periuria nulla timentur,
Funditur innocuus nullo iam vindice sanguis[11],
Iam regum legumque metus mortalia liquit[12],
Tartareum clausis oculis iamque itur ad ignem.
Quis digne expediat[13] monachorum septa revulsa,
30 Sacratas domini famulas laycale subisse
Infami ditionė iugum, rectoribus ipsis
Ecclesiae armorum impositum caedisque periclum?
Praesulibus plebes, viduae doctore cathedrae
Pluribus et plures iacuerunt funditus annis:
35 Principis hoc terror misera tunc clade coegit,
Nunc ad tale malum[14] quosdam atra superbia ducit.
Tristis adhuc veteri tabescit vulnere Narbo[15],

---

4 uersum *corr.* mersum *B* 9 cuncta *corr.* cincta *B* 16 terruntur r *uno deleto B*

1) *Georg. II,* 1, *IV,* 58, *Aen. I,* 259 sidera caeli; *Ecl. IV,* 51, *Georg. IV,* 222 Terrasque tractusque maris caelumque profundum. 2) *Aen. VII,* 27 venti ... | Flatus. 3) *Venanti Carm. IV,* 17, 1 Omne bonum; *cf. Nithardi historiar. IV c.* 7 at nunc e contra quoniam quique semitam, quam cupit, incedit, ubique dissensiones et rixae sunt manifestae. 4) *Fast. VI,* 75 decus omne. 5) *Cf. supra p.* 555 *v.* 32. 6) *Trist. I,* 2, 79 claram .. ad urbem; *Arator. Act. II,* 444 tumidamque feris conflictibus urbem. 7) *Cf. supra p.* 558 *v.* 83. 8) *Aen. X,* 755 mutua .. | Funera .. 761 saevit. 9) *Aen. XII,* 691 Sanguine terra madet. 10) *Georg. I,* 510 ruptis inter se legibus .. 514 neque audit currus habenas. 11) *Met. I,* 89 vindice nullo; *Trist. II,* 75 fuso .. sanguine. 12) *Agobard. ad Matfred.* (*Opp. ed. Baluze I,* 208) Quievit timor regum et legum in multis. 13) *Aen. XII,* 500 Quis mihi nunc tot acerba deus, quis carmine caedes | Diversas ... 503 Expediat? 14) *Verg. Cir.* 432 Tale malum. 15) *Bartholomaeus Narbonensis archiepiscopus, qui Hludowico imperatori inimicus a.* 834 *Hlotharium in Italiam euntem comitatus erat, in synodo ad Theodonis villam convocata a.* 835 *una cum Ebbone*

Tristia Remorum pariter quoque moenia lugent;
Egregios doctosque viros miseranda fatigant
40 Exilia: improbitas saevo sedem optinet auro.
Floruit egregium claro diademate regnum[1],
Princeps unus erat, populus quoque subditus unus;
Lex simul et iudex totas ornaverat urbes,
Pax cives tenuit, virtus exterruit hostes.
45 Alma sacerdotum certatim cura vigebat
Conciliis crebris populis pia iura ministrans[2];
Hinc sacris cleris, hinc plebibus eximiisque
Principibus late resonabat sermo salutis.
Discebant iuvenes divina volumina passim,
50 Littereas artes puerorum corda bibebant,
Crimina tetra vigil crebro censura fugabat;
Hos timor, hos et amor ad foedera iusta vocabat.
Quin etiam externas fidei coniungere gentes[3]
Cura erat et domitis inponere frena salutis.
55 Hinc pagana manus iuga religionis inibat,
Hinc heresis surgens pedibus substrata gemebat.
Claruit hinc nimium toto gens Francica mundo,
Famaque virtutum fines penetravit ad imos[4];
Legatos hinc inde suos procul extera regna[5],
60 Barbara, Graeca simul Latium misere tribunal.
Huic etenim cessit etiam gens Romula genti,
Regnorumque simul mater Roma inclyta[6] cessit;
Huius ibi princeps regni diademata sumpsit
Munere apostolico, Christi munimine fretus.
65 O fortunatum, nosset sua si bona, regnum[7],
Cuius Roma arx est et caeli claviger auctor,
Tutor et aeternus caelorum in saecula rector,
Qui terrestre valet in caelum tollere[8] regnum.
At nunc tantus apex, tanto de culmine lapsus,
70 Florea ceu quondam capiti deiecta corona[9],
Quam varius texit redolenti gramine fulgor,
Cunctorum teritur pedibus[10] diademate nudus.
Perdidit imperii pariter nomenque[11] decusque,
Et regnum unitum concidit sorte triformi,
75 Induperator ibi prorsus iam nemo putatur,
Pro rege est regulus, pro regno fragmina regni.
Consiliis crebris[12] quaeruntur furta nocendi,
Conventu assiduo populantur iura salutis,

---

38 Tristitia *B*

Remensi archiepiscopo sede sua deiectus est, cf. Simson Ludwig der Fr. II, 116, 138; *Ciris* 248 tristibus istis | Sordibus .. tabescere.

1) *Ciris* 464 florentia regna. 2) *Fast. I,* 38, 207 Iura dabat populis; *Ep. VIII,* 4 iusque piumque. 3) *Nordmannos. Amor. III,* 4, 34 externae .. gentis. 4) *Met. XIV,* 793 penetravit ad ima | Fontis. 5) *Aen. IV,* 350 extera quaerere regna. 6) *Ib. VI,* 782 incluta Roma. 7) *Georg. II,* 458 O fortunatos nimium, sua si bona norint. 8) *Met. XI,* 541 ad caelum ... tollens. 9) *Art. Am. I,* 582 capiti missa corona. 10) *Ib. I,* 491 pedibus vacuis .. teretur. 11) *Fast. IV,* 338 Et nomen .. perdit. 12) *Cf. supra v.* 46.

Cassatur generale bonum [1], sua quisque tuetur;
80 Omnia sunt curae, deus est oblivio solus.
Pastores domini soliti concurrere in unum [2]
Discidio rerum synodalia nulla frequentant,
Contio iam populi nulla est, ius omne recessit [3];
Frustra huc legatus, aula est ubi surda, recurrat.
85 Quid faciant [4] populi, quos ingens alluit Hister,
Quos Renus Rhodanusque rigant Ligerusve Padusve [5];
Quos omnes dudum tenuit concordia nexos,
Foedere nunc rupto [6] divortia mesta fatigant.
Saepe malum hoc nobis caelestia signa [7] canebant,
90 Cum totiens ignitae acies seu luce pavendae
Per medias noctis dirum fulsere tenebras [8],
Partibus et variis micuerunt igne sinistro [9].
Cum mediante die populis ieiunia festa
Devotasque preces per templa agitantibus alma,
95 Sol nitidum tristi texit ferrugine vultum [10]
Ac stellas radiare polo miro omine fecit [11].
Quod monstrum scimus bellum ferale secutum [12],
Quo se christicolae ferro petiere nefando [13],
Et consanguineus rupit pia foedera mucro,
100 Atque ferae volucresque simul pia membra vorarunt.
Cum diri caelo totiens arsere cometae [14],
Humano cladem generi excidiumque minantes [15],
Inter quos unus flammanti crine coruscus
Mense fere toto truculento lumine fulsit [16].
105 Quem regionum atrox vastatio, motio regum
Et rabies belli et regni scissura secuta [17]
Continuis miserum quatiunt terroribus orbem.
Quis finis quaeve ira dei [18] mala tanta sequatur,
Quae iam vix aliquis pavitanti corde volutat [19],
110 Vix recolit, vix inde dolens suspiria fundit.
Gaudetur fessi saeva inter vulnera [20] regni,
Et pacem vocitant, nulla est ubi gratia pacis.

---

82 synhodalia *B* 86 Ligerisve *Mab.* 96 faecit *B* 103 flamanti *B* 104 Mensę ferę *B*

1) *Sedul. C. Pasch. III,* 309 bonum .. generale. 2) *Prudent. Contra Symm. II,* 777 simul et concurrere in unum. 3) *Fast. V,* 12 omne recessit opus. 4) *Met. I,* 617 Quid faciat. 5) *Fast. IV,* 571 Rhenum Rhodanumque Padumque. 6) *Georg. IV,* 492 rupta tyranni | Foedera. 7) *Ecl. I,* 16 Saepe malum hoc nobis; *Met. XV,* 668 signis caelestibus. 8) *Cf. Ruodolfi Fuld. Ann.* 839, 840 (*SS. I,* 362). 9) *Met. III,* 33 Igne micant oculi; *Aen. I,* 90 crebris micat ignibus aether. 10) *Georg. I,* 463 Sol tibi signa dabit .. 467 Cum caput obscura nitidum ferrugine texit; *Trist. III,* 5, 55 nitidi solis. 11) *Cf. Ruodolfi Fuld. Ann.* 840 IIII Id. Mai. eclipsis solis .. facta est tam valida, ut etiam stellae propter obscuritatem solis visae sint; *Vita Hludowici c.* 62 (*SS. II,* 646); *Ann. Augiens.* 840; *Prudent. Trec.* 12) *apud Fontanetum VII Kal. Iul. a.* 841; *Prudent. Psych.* 565 monstrum ferale sequuntur. 13) *Met. XIII,* 444 Quo ferus iniusto petiit Agamemnona ferro. 14) *Georg. I,* 488 nec diri totiens arsere cometae. 15) *nempe annis* 837 *et sequenti,* 840 *et* 842 *MAB; Aen. XII,* 760 praesensque minatur | Exitium. 16) *Vita Hludowici c.* 58 (*SS. II,* 643) per viginti quinque dies (*a.* 837), *cf. Einhardi epist.* 24 (*Jaffé Mon. Carol.* 459). 17) *Aen. VIII,* 327 Et belli rabies et amor successit habendi. 18) *Ib. XI,* 233 ira deum. 19) *Aen. VI,* 185 tristi cum corde volutat. 20) *Ex Ponto I,* 2, 17 saevo .. vulnere.

Stat paries subitam minitans validamque ruinam[1],
Iamdudum inclynus, scissuris undique plenus,
115 Inliniturque luto fluido citiusque casuro,
Mixtura hîc paleae nulla est, membra omnia nutant[2].
Iam vatis sancti metuendum cernimus Amos
Compleri in nobis deflendo ex ordine visum:
Iam dominus murum linquit, deponere trullam
120 Iam parat et nullam iratus vult ferre lituram[3].
Iamque etiam uncinum pomorum conspicit ille[4],
Quo tota evulsis nudetur fructibus arbor[5].
Iam remanet quercus foliorum tegmine nuda,
Iam domini egregius flaccet sine fontibus ortus.
125 En sitis atque fames, cecinit quam praescius idem[6],
Iuditio domini terris immissa perurget,
Caelestis verbi desunt iam pabula et imbres:
Hoc Oriens Boreasque, malum hoc maria undique clamant.
Vôcem euangelicam divino ex ore tonantem
130 Quis non iam videat doleatque instare piorum?
Filius en hominis veniens ex arce polorum
Invenietne, putas, fidei vestigia terris?
Cordibus humanis latebrosa foramina[7] vulpes
Inmundae et caeli nidos fecere volucres[8],
135 Fraus haec atque tumor diri late obtinet hostis,
Nec locus est Christo, quo vel caput ille reclinet[9].
Haec inter gemat et fidat grex ille pusillus,
Cui pater aeterni conservat gaudia regni[10],
Deducatque oculis lacrimas noctuque dieque
140 Ac precibus vitae pulsans ad limina[11] perstet.
Exposcat veros inhianti pectore panes
Tres, euangelici memorat quos pagina verbi,
Vera fides[12] confessa deum per saecula trinum:
His fruitur dapibus, his fidum pascit amicum.
145 Non lapidem sumat, si panem postulet umquam,
Nec pro pisce caput virosi senciet hydri,

---

134 facere *corr.* fecere *B* 140 prȩcibus *B*

1) *Ex Ponto III,* 2, 11 Cumque dedit paries venturae signa ruinae; *Arator. Act. II,* 701 subitis lapsura ruinis; 415 minitata ruinam. 2) *Ezech.* 13, 12 Siquidem ecce cecidit paries; numquid non dicetur vobis: Ubi est litura, quam linistis? 14 Et destruam parietem, quem linistis absque temperamento et adaequabo eum terrae. 3) *Amos* 8, 7 Haec ostendit mihi dominus: et ecce dominus stans super murum litum et in manu eius trulla caementarii *etc.* 4) *Ib.* 8, 1 Haec ostendit mihi dominus deus; et ecce, uncinus pomorum *etc.* 5) *Cf. Met. XIII,* 690 Sine frondibus arbor | Nuda riget. 6) *Ezech.* 8, 11 Ecce dies veniunt, dicit dominus, et mittam famem in terram, non famen panis, neque sitim aquae, sed audiendi verbum domini. 12 Et commovebuntur a mari usque ad mare et ab aquilone usque ad orientem, circuibunt quaerentes verbum domini et non invenient. 7) *Prudent. Perist. XI,* 154 latebrosis . . foveis. 8) *Aen. VIII,* 235 Dirarum nidis domus opportuna volucrum. 9) *Matth.* 8, 20 (*Luc.* 9, 58) Et dicit ei Iesus: Vulpes foveas habent et volucres caeli nidos, filius autem hominis non habet, ubi caput reclinet. 10) *Luc.* 12, 32 Nolite timere, pusillus grex, quia complacuit patri vestro dare vobis regnum. 11) *Amor. II,* 19, 39 tua limina pulset. 12) *Sedul. C. Pasch. I,* 283 vera fides.

Nec pro ovo fallax inludet scorpius olli,
Fronte velut mitis, sed caudae vulnere saevus[1].
Nam pius ille pater, qui fons bonitatis habetur,
150 Ut sol sponte micat seu fons uberrime manat[2],
Utque ultro placidus rorat de nubibus ymber[3],
Sic bona cuncta suis prono dat numine natis,
Qui tamen hunc vera fidei pietate requirunt,
Qui quod spe sitiunt puro amplectuntur amore,
155 Qui bona sive mala fluitantis temnere mundi
Norunt instantique deum virtute secuntur.
O domine omnipotens, da nobis mente videre
Tot mala, tot clades et tot lacrimanda pericla,
Da gemere et toto fac nos ea corde dolere,
160 Assiduisque tuum precibus deposcere numen.
Qui regis Israel, cui non dormitat in aevum[4]
Omnia conspiciens oculus, qui lege perenni
Erigis elysos[5], elidis et ipse superbos,
Supplicibus veniam[6], tumidis properando ruinam,
165 Tu nos, sancte pater, hic verbere caede paterno,
Tu virga baculoque tuo nos corripe, firma;
Omne malum mundi fiat purgatio nostri,
Qui te semper amant, omni discrimine crescant[7],
Quatinus erepti pelagi de fluctibus[8] atris
170 Teque gubernante iam portum pacis adepti
Carpamus dulcem tristi de semine frugem
Perpetuaque tuos recinamus laude triumphos.

XXIX.
INCIPIT VERSUS DREPANI DE CEREO PASCHALI.

Alme deus rerum, caeli custodia, cuius
Legibus aeternis vertigine concita iugi
Volvitur[9] inmensi socialis machina mundi[10],
Te caelum et quicquid caeli tegit aureus umbo[11],
5 Te chorus astrorum, te sol, te menstrua luna[12],

---

150 ceu *Mab.* 154 amplectantur *B* 160 prȩcibus *B* 165 cede *B*
[XXIX] *ex C f.* 121 1 retum cali *C, corr. Morelius* 4 et *om. C*

1) *Luc.* 11, 11 Quis autem ex vobis patrem petit panem, numquid lapidem dabit illi? Aut piscem, numquid pro pisce serpentem dabit illi? 12 Aut si petierit ovum, numquid porriget illi scorpionem? 2) *Met. IX,* 664 fontem, qui ... | .. manat. 3) *Aen. XI,* 547 tantus se nubibus imber | Ruperat. 4) *Ps.* 120, 4 Ecce non dormitabit neque dormiet, qui custodit Israel; *Sedul. C. Pasch. III,* 57 quia non dormitat in aevum | Qui regit Israel. 5) *Ps.* 144, 14 et erigit omnes elisos. 6) *Met. XI,* 400 supplex | Accepit veniam. 7) *Rom.* 8, 28 Scimus autem, quoniam diligentibus deum omnia cooperantur in bonum. 8) *Met. XIV,* 476 Fluctibus eripuit. 9) *Iuvenc. Praef.* 13 Et vertigo poli terras atque aequora circum | Aethera .. volvet; *Met. II,* 70 assidua rapitur vertigine caelum. 10) *Cf. supra p.* 524 *v.* 1. 11) *Aen. X,* 884 sustinet aureus umbo. 12) *Georg. I,* 353 menstrua Luna.

Te nimbi et nebulae, verrentesque aequora venti[1],
Te lucis noctisque vices, te quattuor anni[2]
Tempora transcursis in se redeuntia[3] metis,
Te terra et quicquid terras ambitque tegitque,
10 Te freta, te curvis errantia flumina ripis[4],
Te properi fontes, te iussae stare paludes,
Te pronae pecudes[5], sortitaeque alta volucres,
Te muti pisces[6], te virosi serpentes,
Pro se quisque tremunt: age, rerum maxime rector[7],
15 Sidereas acies oculorum[8] blanda tuentum
Ad famulos demitte tuos, vultuque serenus[9]
Aspice constructam tanta in mysteria plebem,
Unum quae trino celebrat sub nomine numen[10].
Non sic Idaeis simulantur Dindyma Gallis[11],
20 Attica nec Grais nuribus[12] vigilatur Eleusis,
Orgia Tebanus vel agit nocturna Cithaeron[13],
Nil habet insanum strepitu, nil ture vaporum[14],
Sanguine nil madidum[15], nil cursibus immoderatum,
Nox sacris operanda[16] tuis tantum prece pura,
25 Simplicibus votis, manibusque ad celsa supinis[17].
Te colimus natumque tuum, quem cuncta tuentem
Et tibi consortem verbo genitore creasti,
Ignea quem celsi linquentem moenia caeli[18],
Visurumque suas hominis sub imagine terras,
30 Intacto pregnans utero dedit innuba mater[19].
Hunc ut per totam possimus dicere noctem,
Inferimus claros sanctis altaribus ignes[20].
Vestibus innumeris tereti circumflua giro,
Aequoream cohibet formatrix cera papyrum,
35 Cera domus mellis: iam cetera turba colentum[21]
Nigrantes tenuat vario splendore tenebras,
Ubertat stuppas, fervet discordia concors[22],
Ut dum sacra pio peraguntur mystica ritu[23],
Aemula sidereis vigilent funalia flammis[24].

---

6 nubule *C* 8 redeuntia mus *C*, metis *correxi* 17 constructum *C* tanta *add. Morelius* mystria *C* 21 Ortigia *C*, Orgia *Mor.* ceron *C*, Cithaeron *corr. Mor.* 23 immoderatus *C* 26 que tuum *add. Mor.* 31 totum *C*

1) *Aen. III,* 290 et aequora verrunt. 2) *Met. XV,* 199 in species succedere quattuor annum. 3) *Georg. IV,* 444 In sese redit. 4) *Met. II,* 241 sortita .. flumina ripas. 5) *Ib. I,* 84 Pronaque .. animalia. 6) *Art. Am. III,* 325 mutus erat ... | Piscis. 7) *Aen. VIII,* 572 divom tu maxime rector. 8) *Met. VII,* 584 acies oculorum. 9) *Trist. I,* 5, 27 vultu ... sereno. 10) *Fast. IV,* 865 Numina .. celebrate. 11) *Aen. X,* 252 parens Idaea .., cui Dindyma cordi. 12) *Ep. VIII,* 12 Graias .. nurus. 13) *Aen. IV,* 303 Orgia nocturnusque vocat clamore Cithaeron. 14) *Ib. XI,* 481 ture vaporant. 15) *Ib. XII,* 691 Sanguine terra madet. 16) *Ciris* 142 sacris operata. 17) *Aen. IV,* 205, *Met. VIII,* 681 manibusque supinis. 18) *Met. I,* 26 Ignea .. vis .. caeli. 19) *Sedul. C. P. II,* 39 innuba .. | .. virgo. 20) *Ex Ponto III,* 1, 161 Sed prius imposito sanctis altaribus igni | Tura fer. 21) *Ib. I,* 7, 15 Cetera .... cultorum turba. 22) *Met. I,* 433 discors concordia. 23) *Fast. II,* 546 ritus .. pios; *V,* 444, 630 sacra peracta. 24) *Aen. I,* 727 flammis funalia vincunt.

40 Haec tibi quippe tui patris indiscreta propago.
Multa luce[1] micans terra nox splendet in omni,
Nox claro mage clara die: gens nulla nivali
Usque adeo subiecta polo est, quam frigore pigrum
Sidus[2] et aeternae premat inclementia brumae[3],
45 Quae te, Christe, neget; rutilum qua flammeus orbem
Sol agit, occidui qua meta secunda diei[4] est,
Et qua prima patet rediturae ianua lucis,
Tu coleris: dum finis erit[5], dum terra manebit,
Vertetur caelum, vertentur mensibus anni[6],
50 Semper honos nomenque tuum laudesque canentur[7].

FINIT DREPANIUS.

40 prope *C*, nempe *Mor.*, quippe *Watt.* 42 magne *C*, mage *Mor.* 49 uertetur mensibus *C* 50 honus *C* canuntur *C*

1) *Trist. V*, 9, 24 in multa luce. 2) *Met. II*, 173 Quaeque polo posita est glaciali proxima serpens | Frigore pigra prius. 3) *Georg. III*, 68 durae rapit inclementia mortis. 4) *Fast. IV*, 832 occiduusque dies. 5) *Aen. XII*, 793 Quae iam finis erit. 6) *Prudent. Perist. XI*, 195 decursis mensibus annus. 7) *Ecl. V*, 78. *Aen. I*, 609 Semper honos nomenque tuum laudesque manebunt.

WANDALBERTI PRUMIENSIS CARMINA.

Wandalbertus, de cuius vita libris tantummodo a se editis aliquid compertum habemus, anno 813 natus[1], *in coenobio Prumiensi in Eiflia sito monachum se professus diaconi gradum consecutus est. Marcwardi abbatis sui (829—853), magni studiorum amatoris*[2], *iussu primum beati Goaris vitam, cuius cellam Pippinus rex monasterio Prumiensi donaverat, a maioribus inculto sermone literis mandatam correxit*[3] *miraculaque a sancto viro illo perpetrata, sicut a testibus locupletibus ea accepit, usque ad annum 839 ipse auctor enarravit*[4]. *Postea, cum ad tempus Coloniae degeret*[5], *ab Otrico clerico quodam amico rogatus martyrologii totius anni versibus canendi negotium suscepit, quippe qui de rebus profanis iam saepius carmina condiderat*[6]. *Opus, quod Flori subdiaconi Lugdunensis libris adiutus a. 848 sive Coloniae sive Prumiae perfecit*[7], *non solum amico illi, sed etiam Hlothario imperatori literarum fautori dedicavit, carminibus nonnullis de singulorum mensium natura et varietate, de laude sanctorum, de creatione mundi additis, in quibus metrorum diversorum artificem peritissimum se exhibuit. Vergilio, Ovidio, Iuvenco, Sedulio, Venantio aliisque poetis antiquioribus haud pauca debuit, plura proprio Marte composuit*[8]. *Wandalberti martyrologium, cuius etiam Sigebertus Gemblacensis (De scriptorib. ecclesiast. c. 128) meminit, et ab aequalibus et a posteris magni habitum, modo solum modo cum caeteris carminibus, quae auctor ad idem pertinere voluit, coniunctum saepius describebatur. Quamquam poeta ipse in prooemio, in quo de operis sui consilio copiose disseruit, numerum versuum, ex quibus carmina singula constabant, accurate definivit, codices atque editiones martyrologii, quantum scio, omnes ab hoc numero discrepant aliquot sanctorum nominibus omissis aliisque sua sponte interpositis*[9]. *Qua librorum varietate deploranda maximam quidem partem nominum eorum, quae Wandalbertus ipse receperat, sed non omnia, restituere mihi contigit.*

---

1) *Cf. infra Conclusio str.* 4. 2) *De quo cf. Wattenbach Deutchlands Geschichtsquellen I,* 210. 3) *Mabillon Acta SS. II,* 288 solam sermonis, quae eruditos non parum offendere poterat, simplicitatem... corrigere studui. 4) *L. l. p.* 298 narrationem ad annum DCCCXXXVIIII incarnationis dominicae perducens. 5) *Cf. infra de mensium nominibus v.* 365. 6) *Cf. infra p.* 576 *Propositio v.* 1—2. 7) *Cf. infra ad Caesarem v.* 31—36, *ubi Hlotharium per quinque lustra iura Caesariana tenere dicit. De qua re auctores libri Histoire litéraire de la France* (*V,* 380) *recte haec observant: Mais il est hors de contestation, qu'il ne les faut compter que depuis son couronnement à Rome en* 823. *La preuve en est, que Wandalbert a inséré dans son Martyrologe (ad* 25. *Oct.) la translation des reliques des saints martyrs Chrysante et Darie de Rome à l'abbaie de Prom, qui ne se fit qu'en* 844. *Ce ne fut donc qu'en* 848 *qu'il finit et publia son ouvrage.* 8) *Cf. de eo etiam Ebert Gesch. der Literatur des Mittelalters II,* 185—191. 9) *Rettberg* (*Kirchengesch. Deutschlands I,* 114 *n.* 9) *virgines Colonienses, quae ad diem* 21. *Octobris mensis in omnibus codicibus occurrunt, temere in dubium vocare conatus est.*

Wandalberti carmina traduntur his libris manuscriptis, de quibus conferas Neues Archiv IV, 306—312.

(B) codex Parisinus 2832 (quondam Bigotianus) saec. IX, de quo supra (p. 508) iam egimus, continet f. 72—111 omnia Wandalberti poemata, quae apographo Edmundi Martene usus de la Barre ex hoc codice in altera Spicilegii Dacheriani editione (II, 38—64) a. 1723 foras dedit.

(P) codex Parisinus 18558 (quondam bibliothecae Buherianae 1721) saec. X. forma quadrata XII quaternionibus constans continet f. 1—44 eadem poemata, quae ipse Lutetiae cum editione contuli.

(C) codex Bruxellensis 10615—10729 (quondam S. Nicolai Cusanus) saec. XII, de quo supra (p. 265) diximus, continet f. 79—85' Wandalberti carmina, quibus nomina mortuorum nonnullorum saeculi IX. addita sunt.

De codice Cantabrigiensi 771. Dd. XII 54 saec. XIII, qui ordinem carminum aliquantulum mutavit, conferas Catalogum manuscriptorum of Cambridge I, 497.

Martyrologium solum caeteris poematibus omissis continent

(G) codex sancti Galli 250 saec. IX. p. 28—65, a me Halis perquisitus, de quo cf. Scherrer Hss. der Stiftsbibliothek von St. Gallen p. 92.

(R) codex Vaticanus Christinae reginae 438 (quondam 255) saec. X. incertae originis f. 1—30, quem splendidissimum omnium, sed foliis nonnullis excisis (Aug. 25. — Sept. 14.) mutilum, Augustus Mau cum editis contulit. Mensibus singulis librarius versus picturis illustratos adiecit, qui in Anthologia latina ab Alexandro Riese parata sub numero 640 reperiuntur: Principium Iani sancit tropicus capricornus *etc. Codices C G R in eo consentiunt, quod versus omnes, qui non de sanctorum memoria, sed de stellis ac de temporum vicibus agunt, ad marginem relegant. Sancti dioecesis Constantiensis aliique nonnulli in his tribus tantum commemorantur.*

(A) codex Parisinus 7521 (olim Puteanus 5309) saec. XI. Aurelianis oriundus f. 13—29' a me Lutetiae perquisitus (cf. Neues Archiv III, 410).

(M) codex Parisinus 5251 (quondam 4208, Mazarinaeus) saec. X. f. 1—26' initio mutilus addit versibus multa sanctorum nomina pedestri oratione conscripta, quae nihil ad Wandalbertum pertinent. Hunc librum a me obiter tantum evolutum adhibuit de la Barre apographo Stephani Baluzii usus in editione a se parata, in qua sub nomine codicis regii latet.

Ad horologium Wandalberti edendum praeter hos libros adhibui codices (E) Einsiedlensem 302 saec. X. p. 17—21 in fine mutilum (cf. t. I, 2) et (M) Parisinum 12117 (quondam Sangermanensem 434) saec. XI. f. 147, quem Alex. Riese (Anthol. lat. II, XXVIII, XXXVIII) examinavit.

Ex Wandalberti operibus poeticis martyrologium primo a. 1563 Basileae inter Bedae opera I, 243—265 sine auctoris nomine impressum est (repetit. Coloniae 1612 t. I, 191—213), tum auctoris nomine addito Lovanii a. 1568 a Iohanne Molano cum Usuardi martyrologio coniunctum, codice, qui tunc in bibliotheca regularium Lovanii in valle S. Martini exstabat, non adhibito. Horologium Wandalberti Petrus Pithoeus iam a. 1590 (repet. 1596 et 1619) inter Epigrammata et Poematia varia recepit, repetiverunt Burmann (Anthol. lat. II, 397—400) et Meyer (I, 155—158). Lucas Dacherius a. 1661 maiorem horum carminum partem in tomo V. (305—360) Spicilegii e codice scripto Isaaci Vossii publici iuris fecit. Alteram eius editionem a de la Barre correctam et suppletam Migne repetivit Patrologiae t. CXXI, 577—640. Carmen de mensium nominibus Paulus Herzsohn nuper in linguam vernaculam vertit atque illustravit (Westdeutsche Zeitschr. für Gesch. u. Kunst I, 277—290: Rheinisches Landleben im 9. Jahrhundert).

EPISTOLA[a] WANDALBERTI DIACONI AD ILLUSTREM VIRUM OTRICUM CLERICUM[b] SUPER EIS QUAE SEQUENTI OPERE CONTINENTUR METRORUM GENERIBUS INCIPIT FELICITER[c].

Domino Otrico Wandalbertus salutem dicit. Veteri et perantiquo praecepto monemur, ut parere[d] maioribus, morem gerere aequalibus, consulere minoribus studeamus. Ego, quia tibi, carissime[e], ut minori, quod cogitatu ipso nefas iudico, consulere nequeo: in te enim ipso tibi, ut revera sapientem decet, omnis opis consilium, totiusque providentiae copiam esse perpendo; morigerari vero sicut aequali sensus et ingenii tarditate non valeo, quod primum constat, ut maiori parere et obsecundare viribus cunctis et omni facultate desidero. Maxime quod incessanti et infatigabili studio ac benivolentia me, postquam longe a patria rebusque domesticis non tam exulare quam degere cepi, tua[f] ope, consilio, providentia et liberalitate fultum intellego, nec leviter pecco, si, cum morem gerere nequeo, parere pro ingenii paupertate refugio. Itaque quod inopinato studio ex me et inevitabili constantique auctoritate petisti, ut per anni totius spatium occurrentes quot diebus sanctorum festivitates et sollemnes[g] undecumque christianorum votorum[h] celebritates metro digererem, feci ut potui, non tam artis usu atque sollertia, quam tua devotione et inmerito erga me sanctorum ad id peragendum adiutus, ut confido, favore.

In quo opere quia sollemnium dierum certissima comprehensio non leviter nec facile pro librorum[i] varietate constabat, ope et subsidio praecipue usus sum sancti et nominatissimi viri[k] Flori Lugdunensis ecclesiae subdiaconi [1], qui, ut nostro tempore revera singulari studio et assiduitate in divinae scripturae scientia pollere, ita librorum authenticorum[l] non mediocri copia et veritate cognoscitur abundare[m]. Ab hoc ego sumptis veteribus emendatisque codicibus martyrologicum[n] librum a Kalendis Ianuariis ad[o] finem anni per dierum singulorum occurrentes festivitates metro edidi, praemissa, ut congruere[p] existimavi, invocationis ad deum[q], allocutionis ad omnes qui forte erunt lectores, commendationis ad te operis hortatorem[r] et ad Caesarem benignissimum Hlotharium[s][2] argumentique sive propositionis diverso metro descriptione et addita post editum martyrologium conclusionis ymnique in omnes sanctos editione. Cui etiam[t] operi distinctione[u] mensium singulorum adieci apertam brevemque secundum usus[v] Gallicos dispositionem et horarum diurnarum vulgarem in nostris regionibus dimensionem, quod utrumque a superiori opere nequaquam discrepare putavi[w]. In fine[x] praeterea totius operis de creatione mundi per ordinem dierum sex breve carmen addidi[y] et explanationem mystici sensus in homine accipiendi subiunxi, ut ea, quae de totius anni cursu descripseram, repetita ab initio mundanae creationis explanatio commendaret.

Hoc opus quia diverso editum[z] metro constat, necessarium existimavi genera ipsorum metrorum breviter explanare, ut non modo ipsum opus, sed et[a] ea, quibus digestum est, metra omnibus, qui ad legendum dignabuntur sumere, manifestem. Itaque invocatio, quam in principio totius opusculi propterea posui, quod omnis scientia ex deo manans ab ipso sit merito poscenda[b], quanquam alii in opere poetico propositionem primam esse velint, metro coriambico tetrametro acatalectico asclepiadeo decurrit.

---

[a] Epistola *om. B* [b] clericum *om. C* [c] ad — feliciter *om. B* [d] parare *P* [e] karissime *C* [f] tuo *B* [g] solemnes *B* [h] uatorum *P* [i] librum *B* [k] viri *om. C* [l] autenticorum *B* [m] habundare *C* [n] martyrolongicum *P*, martyroloicum *B* [o] usque ad *C* [p] congrue *B P* [q] creatorem *C* [r] ortatorem *B* [s] lotharium *B* [t] que *C* [u] distincte *P C* [v] usos *B*, uersus *C* [w] disputaui *C* [x] finem *C* [y] addi *B* [z] edito *C* [a] et *om. B P* [b] poscendo *C*

1) *Cf. de eo supra p.* 507. 2) *qui obiit anno* 855.

Asclepiadeum autem ab Aesculapio, qui graece vocatur Asclepios, medicinae repertore[1], cuius laudes hoc metri genere frequentatae sunt[2], vel ab aliquo eiusdem nominis poeta est appellatum[a]. Metra enim frequenter[b] ab inventoribus, nonnumquam a frequentatoribus[c] [3], interdum et ab eis, quorum memorias celebrant, appellantur. Acatalecticus vero versus est, cui nulla ad plenitudinem sui syllaba deest, sed legitimo numeri fine concluditur. Tetrametrum porro carmen est, quod quattuor pedibus currit, quod in coriambicis dactilicis et anapesticis metris accipitur, in quibus dimetrum, trimetrum[d], tetrametrum, pentametrum et exametrum per simplices pedes computamus[e]: nam in iambicis trochaicisque[f] metris, quia brevia sunt, supradictos numeros per duplices pedes accipimus. Coriambicum autem a coriambo pede, quo proprie currit, vocatur. Constat enim primo pede spondeo, secundo et tertio coriambo, quarto pyrrichio; et cum coriambus primam et ultimam longas, duas medias syllabas breves habeat[g], quae simul sena tempora complent, si spondeo pyrrichium copulemus, totidem syllabas[h] totidemque tempora facimus, ac per hoc non tam pyrrichio et spondeo metrum hoc, quam proprie coriambo decurrit[i]. Invocatio ergo hoc metro composita XLIIII versibus constat, qui quaterni coeuntes undenos maiori complexione[k] versus efficiunt.

Allocutio autem, quae lecturos[l] commonens invitat, metro dactilico tetrametro catalectico, a[m] pede scilicet frequentiori et numero pedum quaterno atque[n] una, quae ad plenitudinem metrici numeri deest, syllaba appellato decurrit. Constat enim spondeo, dactilo, catalecto itemque dactilo et spondeo. Cumque hoc metrum dactilo proprie constet, si catalectum spondeo addas, erunt ratione syllabarum tres dactili et unus spondeus, atque a plenitudine dactilicarum syllabarum una tantum syllaba deesse videbitur, quanquam ratione temporum dactilus, qui una[o] longa et duabus brevibus constat, spondeo, qui duas syllabas longas habet, par et aequalis existat. Itaque allocutio praedictis pedibus currens LXVIII versiculos continet, qui similiter ut priores quaterno numero coniuncti et X et[p] VII maiores versus efficiunt.

Porro commendatio metro falleutio pentametro endecasyllabo constat, quod a numero XII syllabarum graece endecasyllabum, a numero pedum V pentametrum, ab inventore sive frequentatore falleutium appellatur. Decurrit autem primo pede spondeo, secundo dactilo, tertio quarto quintoque trocheo, quamvis ultima syllaba indifferenter in omnibus metris accipiatur et frequenter trocheus in spondeum, spondeus in[q] trocheum, in pyrrichium iambus iambusque in pyrrichium per ultimas syllabas transeat. Igitur commendatio priori sui parte hoc metro composita[r] VI et XXX versibus impletur, qui item per quaternam complexionem VIIII maiores versus explere noscuntur. Posterior pars commendationis ad Caesarem edita metro constat dactilico dimetro acatalectico, quod dactilo tantum currit atque spondeo neque aliqua syllaba ad plenitudinem indiget. Haec pars XL duosque versiculos continet, qui seni simul coeuntes VII maiori coniunctione faciunt versus.

Reliquum deinde opus usque ad completum martyrologium[s] heroico carmine, quod a gestis virorum fortium frequentatis appellatur[t] [4] et exametro numero pedum constat, excurrit, in quo metro praeter ultimum, qui spondeum tantummodo sive

---

a apellatum *P* b frequeter *B* c nonnumquam — frequentatoribus *om. C* d triumetrum *P* e conputamus *P* f trohaicisque *C* g habet *C* h sillabas *B* i decurret *P C* k conplexione *P* l lectores *C* m quae a *B C* n adque *P* o una *om. C* p et *om. B C* q et in *C* r compossita *P* s martyrolongium *P* t apellatur *P*

1) *Isidori Etym. IV*, 3, 1 Medicinae autem artis auctor ac repertor .. perhibetur Apollo. Hanc filius eius Aesculapius .. amplificavit. 2) *Ib.* 8 A frequentatoribus ut Asclepidia. 3) *Ib.* 5 Metra .. nuncupata ... vel ab inventoribus vel a frequentatoribus. 4) *Ib. I*, 38, 9 Heroicum enim carmen dictum, quod eo virorum fortium res et facta narrantur.

trocheum recipit, et penultimum locum, qui dactilo[a] solummodo impletur, reliqua loca licenter[b] dactilum spondeumve recipiunt. Quod opus ab initio[c] propositionis usque ad completum martyrologium heroicos versus DCCCCtos et XL continet.

Sequitur deinceps conclusio ad complendum martyrologium[d] pertinens, quae mixto coriambico, hoc est gliconio, asclepiadeo alchaicoque contexitur, quae metra ab auctoribus sive frequentatoribus nominata Glicone Asclepio et Alcheo, gliconium quidem spondeo, coriambo, pyrrichio, asclepiadeum spondeo, duobus coriambis, pyrrichio; alchaicum vero spondeo, tribus coriambis pyrrichioque decurrunt. Eadem conclusio XXIIII versiculos[e] praedicta coniunctione metrorum complexa VIII maiores versus ternis simul coeuntibus reddit.

Hinc ymnus in omnes sanctos succedit, qui metro constat dactilico pentametro sapphico, quod a muliere, quae Sappho dicta[1] hoc genus metri repperit, appellatum, quinis pedibus, hoc est trocheo, spondeo, dactilo, duobus trocheis decurrit eique post tres versus semper coma heroicum additur, quod dactilo constat atque spondeo. Ita efficiuntur in uno versu tres versus pariles et membrum[f] heroicum, quae complexio in supradicto ymno VIII maiores minores versus reddit XXIIII comata nihilo minus[g] addens VIII. Haec, ut supra memoravi, ad finem completionemque[h] praecedentis martyrologii pertinent.

Deinde sequitur descriptio duodecim mensium, quae nominum in singulis ethimologias[i], signorum nomina et stellarum in signis numeros ususque temporum[k] ostendit. Huic descriptioni cohaeret horarum per menses omnes dimensio, quod opus versibus heroicis CCCCVI et L completur.

In fine totius libelli superest de creatione mundi brevis et aperta descriptio cum additione mystici sensus in homine super creatione rerum accipiendi, quae descriptio metro ferecratio[l] constat, quod a Ferecrate inventore sive frequentatore nuncupatum, spondeo dactilo spondeoque contexitur, quamvis pro ratione novissimae syllabae ultimus spondeus frequenter in trocheum mutetur. In hac descriptione ternis versibus in unum coeuntibus minores CCLXXXV, maiores XCVIII efficiuntur. Ita in omni hoc opere diversorum metrorum variarumque mensurarum versus fiunt ab invocatione ad deum usque ad mundanae creationis comprehensionem mille DCCCCXVIIII. Haec ita complexus sum, ut tibi, carissime[m], cui totius opusculi sic, utcumque constiterit[n], munus adsignabitur, nihil hic incognitum dubiumve remaneat. Bene vale[o].

SEQUENTIS METRICI OPERIS TEXTUS INCIPIT FELICITER.

INVOCATIO.

(METRUM CORIAMBICUM TETRAMETRUM ASCLEPIADEUM.)

Celsi cunctiparens conditor aetheris,
Orbis principium, luminis editor
Inventorque boni, fons sine termino,
Audi quod precor et supplico servulus,
5 Plebis tu caput et gloria candidae,

---

a dactylo *P* b liceter *B* c inicio *P* d martyrilogium *P* e uersus *C* f menbrum *PB* g nihilhominus *P* h complexionemque *B C* i aetimologias *P* k utriusque temporis *C* l fercratio *P* m carissimę *P*, karissime *C* n consteterit *P* o *om. P*, explicit *add. C*

Sequentis — Inuocatio *om. P* acatalecticum *add. C post* tetrametrum 1 cuncta parens *B* condito *B* 2 aeditor *P* 3 siue *B* 5 capud *P*

1) *Isid. Etym. I*, 38, 7 Sapphica Sappho mulier edidit.

Albis fulgida praetextaque vestibus[1]
Agnum quae sequitur lotaque sanguine
De cunctis placet empta et data gentibus.
Hanc terris colit et praedicat omnibus
10 Votis accumulans optima gaudia
Concors ecclesia et vox modulantium
Festivo sociat carmina coetui[2].
Haec nunc curriculis vota sub annuis,
Per quos emineant et redeant dies,
15 Exponam breviter credita carmine,
Comprendens acies bellaque fortium,
Quorum, Christe deus, pro meritis mihi
Cunctorum veniam hic annue criminum.
Servo confer opem[3] missaque desuper
20 Caecum de tenebris iam revocet manus.
Rector, nempe tuo nulla renititur,
Nulla est imperio dura potentia[4]:
Armis tu poteris vincere fortibus[5],
Fallens ne zabuli vincat iniquitas.
25 Tandem sit satis ad Tartara per scelus
Cunctum perque nefas[6] perque probra omnia
Casu flebiliter tendere pessimo,
Oblectetque tuis vivere legibus,
Felix caelicolis permanet in quibus
30 Regem praesidiis vita perennibus.
Summum quando piis tu resides bonum,
Explet quos iugiter te sitiens amor,
Spei nil superest ad veniam mihi
Vitae nec potior suppetiis, nisi
35 Pressum tu releves, aeger et anxius
Succumbensque ruam mortis ad intima.
Munus nunc operis permodici tamen
Sanctorum innumero de populo tibi,
Rector quodque tuo profero nomini,
40 Gratum de sterili sit, rogo, carmine.
Ymnum personet hic mens humilis[7] tibi,
Devotusque canat te modulans homo,
Unam cui iugiter cum patre gloriam
Agmen praedicat in saecula lucidum.

---

8 data et empta *C* 10 obtima *C* 11 et mox *B* 13 annus *B* 20 remouet *corr.* reuocat *C* 26 proba *P* 28 Oblectatque *C* uincere *C* 30 Regni *C* 32 Expellet *B* 34 subpetiis *B* 35 Presum *C* reueles *B* 41 Hymnum *B* personat *C*

1) ***Amor. III,*** 13, 27 velatae vestibus albis; ***Fast. IV,*** 619, *V,* 355. 2) ***Met. XI,*** 5 sociantem carmina nervis. 3) *Ov. Ep.* ***XII,*** 204 confer opes. 4) ***Met. II,*** 416 nulla potentia longa est. 5) ***Amor. II,*** 3, 7 fortibus .. armis; ***Art. Am. I,*** 201 vincantur et armis. 6) *Hor. Carm. I,* 3, 26 per vetitum nefas; 39 per nostrum patimur scelus. 7) ***Sedul. C. Pasch. II,*** 227 humilique .. | Mente.

ALLOCUTIO.

(METRUM DACTILICUM TETRAMETRUM CATALECTICUM.)

Christum quisque cupis cernere, et alto
Decertas animum figere caelo[1],
Spei certa videns signa[2] beatae,
Magnorum sequere hic gesta parentum[3].
5 Illi saepe deum cernere sueti
Praestantes opibus, corpore fortes[4]
Condignae ac subolis germine fulti
Illustrant meritis saecula sanctis.
Illi divitiis sponte relictis
10 Cunctis et viridi tempore rebus
Contemptis, superum regna videntes
Monstravere suis abdita signis.
Illi et vivifico famine pleni,
Visis ac monitis caelitus acti[5],
15 Venturum dominum vocibus atque
Portentis variis edocuere.
Illos factus homo Christus et orbi
Salvando adveniens ore manuque
Instructos populum misit in omnem
20 Mundi, ut perficerent rite salutem.
Illos verus amor regis ad astra
Vexit[6] martyrii stemate claros
Insignesque pii flore cruoris,
Quorum nunc radiat terra triumphis.
25 Illos quin etiam celsa venustat
Doctrinae et meriti gloria magni,
Qui verbo ecclesiam, qui prece, quique
Signis, quique libris instituere.
Illis est proprius splendor honorque,
30 Quae Christi niveo tegmine fultae
Vicerunt stabili mente minantem
Mulcentemque simul carnis amorem.
Illis est etiam fama perennis[7],
Quae expertum viridis corporis ignem
35 Calcarunt penitus caelibe vita[8],
Praecinctaeque dei tegmine lumbos[9].

Allocutio *om. P* 2 Decernas *B* 5 *ad marg.* Patriarche *C* 7 Condigne *P* 9 *ad marg.* Elias cum suis *C* 13 *ad marg.* Propheta(e) *C* 15 Venturu *B* 16 et docuere *C* 17 homo est et *B* *ad marg.* Apostoli *C* 21 *ad marg.* Martyres *C* 22 martirii *C* 25 *ad marg.* Doctores *C* 26 Doctrine *P,* Doctrinam *C* 29 *ad marg.* Virgines *C* Ille tibi *C* 31 minante *B* 32 amoris *corr.* carnis *C* 33 *ad marg.* Vidue *C*

1) *Amor. II,* 11, 55 caelo . . alto; *Met. IV,* 18. 2) *Ib. XII,* 444 Signa vides. 3) *Ib. I,* 393 Magna parens. 4) *Amor. II,* 10, 28 forti corpore. 5) *Met. I,* 396 caelestibus . . | . . monitis; *XIV,* 293 monitisque . . caelestibus. 6) *Fast. III,* 414 in astra vehit. 7) *Aen. IX,* 79 sed fama perennis; *Amor. I,* 10, 62 fama perennis erit; 15, 7. 8) *Trist. II,* 163 caelebs te vita deceret. 9) *Luc.* 12, 35 sint lumbi vestri praecincti.

Illud nec modicum est culmen honoris,
Servatis thalamis quae pietate
Compserunt socium rite cubile[1],
40 Natos quaeque deo sponte dicarunt[2].
Illorum superat fama per aevum,
Conspectus hominum cunctaque mundi
Temnentes heremum qui coluere,
Caelestem meriti sumere panem[3].
45 Illorumque nitet nomen, in unam
Quos egit pariter lex sacra mentem,
Patrum qui monitis colla manusque
Summisere[4] dei lege iugati.
Illorum pietas nec minus alto
50 Praefulget merito, qui sua Christo
Largiti egregia sorte perennes
Nunc gazas retinent regnaque caeli.
Sic nos multiplici praeduce norma
Christus sancta vocat sicque minorum
55 Praelucent oculis lumina patrum.
Sic multa est meriti causa beati
Nec nos velle sequi prava pudebit,
Quae vult, quaeque vetat, quae iubet almi
Lex verbumque patris nosse valebit,
60 Doctrix quemque fides veraque purgat.
Finis qui fuerit quaeque beati hinc
Excessus requies, quive recursus
Nunc anni memorent bella[5] piorum,
Monstrabit modico hic corpore codex.
65 Hunc si velle potes, lector opime,
Fac velis animo nosse benigno,
Nulli hic namque subest mens pia culpae:
Christo quod poterit sponte dicabit.

COMMENDATIO.

(METRUM FALLEUTIUM PENTAMETRUM ENDECASILLABUM.)

Vera sume librum fide sacratum,
Sincera hunc reserans legensque mente,
Scribendum tibi quem pio rogatu
Hortatuque iubes, amice dulcis[6].
5 Hoc nam gratificum libro videbis
Digestum breviter tibi sciendi

37 *ad marg.* Coniugate *C* 39 Comsumpserunt *P* sotium *P* 41 *ad marg.* Anachorite *C* 43 Tempnentes *C* 45 *ad marg.* Monachi *C* 48 Summissere *B* 49 *ad marg.* Misericordes *C* et minus *C* 52 ragnaque *P* 53 multiplice *C* 55 Prece lucent *C* 60 Doctris quęque *C* 66 Quaeso ut corde uelis *C* 68 dicauit *B* Commendatio *om. P* || 1 summe *B C*

1) *Met. X,* 635 sociare cubilia. 2) *Fast. I,* 706 templa dicata deis. 3) *Sedul. C. Pasch. I,* 132 caelesti pane catervas | Angelicos sumpsisse cibos. 4) *Met. V,* 235 Submissaeque manus. 5) *Aen. VI,* 891 bella viro memorat. 6) *Ex Ponto I,* 8, 31 dulces . . amici.

Questum cum replicans volensque munus
De iusso inspicies labore tandem.
Quondam Hieronimus sacer quietum
10 Vitae deseruit statum modumque,
Adgressus veteris novaeque legis
Romano eloquio probare libros.
Augustine, tuum perennis aevi
Nomen fama gerit, pater, per orbem,
15 Qui Christi ecclesiam doces et omne
Errorum perimis fugasque vulgus.
Sic, martyr, quoque, Cypriane, Christum
Doctrina atque pio cruore clamas.
Ore et Hilarius micat beato,
20 Scriptis Ambrosius manetque magnis.
Pollet Gregorius nitetque, laude
Dictorum volitat Iuvencus, illi
Coniunctis spatiis Arator haeret,
Prudentique, deum canendo vivis.
25 Multos sic memorans honor revolvit,
Scriptis qui propriis manent librisque,
Gaudens quos legit et frequentat orbis,
Quamvis morte obita[1] hunc abisse cernat.
Nobis exiguum subest loquendi et
30 Scribendi ingenium, negat priorum
Nos aequare locum vicemque vatum
Exilis copiae loquacis usus.
Adgressi tamen hic novum piumque
Carmen proferimus deo tibique,
35 Hoc qui mente pia rogas, amice,
Tu nostro, petimus, fave labori.

AD CAESAREM.

(METRUM DACTILICUM DIMETRUM ACATALECTICUM.)

Tuque favendo,
Caesar adesto,
Sceptra parentum
Qui pietate,
5 Quique benigna
Lege gubernas[2].
Te moderator
Nam deus orbis
Iussit habenas
10 Flectere[3] avitas,
Imperiique
Sceptra paterni[4],
Teque periclis
Ipse paratis
15 Exuit olim,
Deque cruenta
Caede[5] furentum
Saepe reduxit,

10 Vite *P* 20 maneatque *B* magnus *C* 21 Tolletque *B*, Polletque *C* 22 uolitat] laudatur *C* 23 spatiis] similitudine scriptorum *C* orator *P* 25 sic honorans *C* honoreuoluit *P* 27 Gaudes *C* 28 obita] suscepta *C* 32 Exilla *C* 33 Aggressi *B* || Ad Caesarem *om. P* 18 Sępae reduxit *P*

1) *Aen. X,* 641 Morte obita. 2) *Prudent. C. Symm. I,* 38 Sceptra gubernanti. 3) *Met. II,* 169 commissas flectat habenas; *Aen. XII,* 471. 4) *Ib. X,* 852 sceptrisque paternis. 5) *Ib. I,* 471 caede cruentus; *Ov. Ep. VI,* 162 caede cruenta sua; *Rem.* 28.

Aurea celso
20 Vertice Roma[1]
Te decorando
Nomine sanxit[2]
Caesaris orbi
Mox fore regem.
25 Itala primum
Te duce tellus[3]
Eminuit, post
Francica temet
Sceptra regentem
30 Mundus adorat.

Lustra per orbem
Quinque recurrunt,
Nomine postquam
Clarus[4] et armis
35 Caesariana
Iura retentas.
Tempora Christus
Longa[5] videntem
Te regat omnis,
40 Te veneretur
Teque tremescat
Purpura regem[6].

PROPOSITIO.

(METRUM DACTILICUM EROICUM EXAMETRUM.)

Carmine qui vacuas captavi saepius auras[7]
Rumores vulgi quaerendo stultus inanes,
Adgrediar tandem veram de carmine laudem
Quaerere et aeternum mihi conciliare favorem,
5 Spectandos breviter signans actusque virosque
Atque dies anni reditu volvente per orbem,
Ordine quae lustrent scribens sollemnia quaeque.
Hic mihi nonnumquam sanctorum nomina leges
Carminis excedent, sed non mutilanda vocandi
10 Est censura bonos; veniam pietate merebor.

COMPREHENSIO TEMPORUM MENSIUM DIERUM ATQUE HORARUM.

Per varios orbem rerum natura meatus[8]
Distinxit, moderante deo, mortalibus aegris[9]
Alternis iugiter vicibus noctemque diemque[10],
Aestatem atque hiemem autumni verisque tepore,
5 Bissenisque simul discretum mensibus annum[11].
Primum quaeque suis horarum tempora punctis
Excrescunt, tum bis duodenae temporis horae
Luce diem et tenebris complent ab origine furvis[12],
Nuncque dies parili spatio noctesque feruntur;

28 Francia *C* 42 *superscr.* omne regnum *C* || Propositio *om. P* datilicum *P* 3 Aggrediar *P* 5 Spectandas *B* 7 qui *C* sollempnia *C* quemque *BP* || Comprȩhensio *B*, Comprehensio — horarum *om. P* 2 moderate *C* 4 teporem *C*, tempore *B* 9 pariles *C*

1) *Art. Am. III,* 113 aurea Roma; *Aen. III,* 679 cum vertice celso. 2) *Trist. I,* 8, 15 sanctum.. nomen. 3) *Fast. IV,* 64 Itala nam tellus. 4) *Ibis* 299 cognato nomine clarum. 5) *Ov. Ep. VII,* 142 tempora longa. 6) *Aen. VII,* 251 purpura regem | Picta movet. 7) *Met. VII,* 557 auraeque .. captantur; *Georg. I,* 376 captavit naribus auras; *Aen. XII,* 592 vacuas .. ad auras; *Met. VI,* 398, *XII,* 469. 8) *Aen. I,* 204 Per varios casus; *Met. XV,* 6 rerum natura. 9) *Georg. I,* 237, *Aen. II,* 268, *X,* 274 mortalibus aegris. 10) *Venanti Carm. VIII,* 3, 7 Alternis vicibus; *Aen. VIII,* 94 noctemque diemque. 11) *Fast. III,* 657 mensibus impleat annum. 12) *Iuvenci H. euang. II,* 209, *IV,* 689 furvisque tenebris.

10 Nunc celerante die fuscis nox tenditur alis[1].
Nocte brevi rursus curru lux incita fulvo
Ad summos axes[2] solarem provehit orbem.
Ebdomas hinc septem complectitur integra soles.
Quattuor ebdomades vulgarem volvere mensem[3]
15 Dicuntur, sed quos solis statuere priores,
Ordine diverso menses numeroque feruntur.
Iunius, Aprilis, September et inde November
Bis bina ebdomada constant geminisque diebus;
Mensis tum Iani[4], Augustus simul atque December,
20 Martius, Octimber, Maiusque et Iulius aucti
Quattuor ebdomadis fulgent ternisque diebus.
Solus, quem Februo mensem Numa addidit auctor,
Bis denis tantum patet octonisque diebus.
Tempora solarem variantia quattuor annum
25 Ver, aestas, autumnus, hiems, flos, fructus honorque
Mensibus adludunt spatiata ex ordine ternis.
Has leges natura dedit[5], quo tempore primum
Conditor omnipotens mundum formavit et orbis
Terrarumque modis concrevit semina miris.
30 Has etiam docti prius advertere parentes
Et liquere suis, anni crescente rotatu
Ebdomadis pariter quinquagenis geminisque
Ter centum sexagenis quinisque diebus.
Hinc Nonas, Idus statuerunt atque Kalendas,
35 Scilicet ut vario distinctus ordine mensis
Humanos relevans mulceret rite labores[6],
Festiva exciperent cum fessas otia plebes
Donaque sollemnes populus proferret ad aras.
Haec docuit populum Aegypti de morte redemptum
40 Edita per Moysen veteris conscriptio legis,
Sabbata quae sanxit, novilunia paschaque sanctum
Ieiunique dies statuit temporibus anni
Certis[7] inflexa servari lege per aevum,
Agni quae typico signatam sanguine plebem[8]
45 Agno azimo pane et lactuca pavit agresti.
Omnia quae nostram signarunt festa salutem
Nos docuere deum, Christi qui morte redempti
Relligione dies sacramus[9] praeduce cunctos.

---

11 cursum *C* 12 proueit *B* 13 Ebdomas] grece *C* soles] dies *C* 14. 21 Quatuor *C* ebdomades] latine *C* 22 frebruo *B* 25 *superscr.* ver estas et auctumnus hiems *C* 26 spaciata *P* 28 orbem *C* 29 modo *C* maris *C* 36 releuas *C* 38 sollempnes *C* 39 de mor *B* 42 Ieiuniique *BC* 44 signatum *C* 48 Religione *B*

1) *Venanti Carm. IX,* 4, 10 Accelerante die; *Aen. VIII,* 369 Nox ruit et fuscis tellurem amplectitur alis. 2) *Trist. IV,* 3, 3 summo .. in axe. 3) *Aen. I,* 269 volvendis mensibus orbis. 4) *Fast. II,* 51 Primus enim Iani mensis. 5) *Aen. I,* 507 Iura dabat legesque. 6) *Met. XV,* 16 longum relevasse laborem. 7) *Ov. Ep. VII,* 170 Temporibus certis; *Rem.* 189, 191. 8) *Met. XII,* 125 signatum sanguine Cygnum. 9) *Aen. VII,* 608 Religione sacrae.

Ergo age[1], quas teneant sollemnia festa[2] Kalendas,
50 Martyria inlustrentve dies quos clara per orbem,
Quos confessorum laus sancta et vita coronet,
Virgineis thalamis quae sint sua vota diesque,
Carmine promamus: mentem, pie, suffice, Christe.

INCIPIT MARTYROLOGIUM.

IANUARIUS.

Primum nunc Iani vocitatum nomine[3] mensem,
Unde sacratus eat, recolat quae festa, canemus[4].
(1) Quod veteres coluere patres[5] umbramque futuri
Lex posuit sancta, Christi de virgine nati
5 Circumcisa caro Iani sacrat ecce Kalendas;
Basiliusque sacer meritorum splendet honore,
Eufrosina simul nitet Almachiusque beatus.
(2) Macharius quartum Nonarum dedicat ortum,
Qui tenuit docuitque heremi pius accola morem.
10 (3) Tertia Nonarumque dies celebrat Genovefam.
(4) Tum pridie Nonis Augenti festa recurrunt.
(5) Hinc Nonas Symeon confessor possidet almus,
Papa Telesphorus atque hisdem pariterque coruscat.
(6) Octava ante Idus agitur Teophania sanctum.
15 (7) Septima ab Aegypto Christum celebratque relatum.
Antiochena suum recolit quoque plebs Lucianum.
(8) Iduum post sexto Eugeniano vota feruntur[6],
(9) Quinto Vitali, Fortunato et Revocato.
(10) Quarto Melciades Paulusque heremita beato
20 Sublati fine aetherea laetantur in arce[7].
(11) Salvius hinc ternas Cartagine consecrat Idus.
(12) Plebs et Achea suum pridie recolit Ciriacum.
(13) Idibus Hilario Pictavae militat urbis
Plebs devota suo, pastor quam fulcit honore.
25 (14) Quam nonam et decimam constat Februi ante Kalendas
Esse diem Felix sacer et confessor adornat.

---

49 sollempnia *C* 50 illustrentue *C* 53 mente *B*

In nomine domini incipit martyrologium uuandalberti diaconi per metrum compositum *G*, *sine titulo A P C, in R antecedit imago auctoris cum hac subscriptione:*

Rex rerum rector clemens seniorque benigne
Suscipe dignatus que fert munuscula seruus.

1—2 *in R vix legi possunt* 2 erat *G* 4 Exposuit *G* 6 merorum *C* 8 artum *BPA*, astrum *R*, *ed. Dacher.* 10 genofeuam *C* 11 nonas *G* Eugendi *coni. Dacher.* 12 simeon *G* 13 telesforus *BA* atque *add. Watt.* isdem *G* 14 theophania *GC* 15 egipto *BC* 16 Anthiocena *RCP* 17 Idu post sexta *G*, Idum *R* eugeniana *R* 18 Quinta auito *G*, uita *R* 19 meltiades *R*, multiades *P* 20 fini *C* ętheria *GR* 21 hic *C* karthagine *C* 22 cyriacum *GR* 23 hylario *GR*, ylario *C* pictauem *B* 24 Plebs tua deuota *C* quem *G* 25 febru *R* 26 abornat *B*

1) *Georg. I,* 63, *Art. Am. I,* 343 Ergo age. 2) *Fast. II,* 247 festum . . . sollemne. 3) *Cf. supra p.* 577 *v.* 19. 4) *Fast. III,* 714 dum tua festa cano. 5) *Cf. Aen. II,* 448. 6) *Trist. I,* 2, 18 votaque nostra ferunt. 7) *Trist. IV,* 3, 5 Aetheriamque . . arcem.

(15) Bisque novenam Abacuc simul et Micheas honorant.
(16) Septima post decimam Marcelli martyris atque
Pontificis summi meritis et nomine fulget.
30 (17) Sextaque cum decima Antoni virtute dicatur.
Haec etiam socio geminorum pollet honore,
Lingona quos uno celebrat plebs marmore tectos [1].
Tum quoque nubiferi penetrat sol sidus Aquari [2].
(18) Quinta et dena simul Prisca pro martyre gaudet.
35 (19) Bis septena Niceto Haudmaroque coruscat.
(20) Tertia post decimam Fabiano praesule floret,
Cui parili Sebastianus virtute cohaeret,
Roma quem vectum nunc Suessio laeta frequentat [3].
(21) Bissena est, Agnes quam virgo et martyr honorat.
40 (22) Undecimam levita sacer Vincentius ornat,
Huic et Anastasium virtus coniungit opimum.
(23) Post Emerentianae decimo laus emicat ampla.
(24) Nono martyrium Babilae virtusque coruscat.
(25) Octavo ex Saulo conversum gloria Paulum
45 Praeiectumque suum celebrans Arvernus adornat.
(26) Septima moxque dies Policarpi sanguine fulget,
Smirnae quem vero celebrant pro rege crematum.
(27) Punica terra suum sexto veneratur Avitum;
Sulpicius, Balthildis et Aldegund quoque vernant.
50 (28) Quintum progenies Romana Agnae dicat almae.
Lux, decus orbis, amor patriae [4] luctusque dolorque
Excelso imperii caput exaltatus honore
Tum Karolus migrans Hludowico sceptra reliquit [5].
(29) Quarto martyrium Papiae Maurique refulget.
55 Tunc et Valerio Treviri pro praesule gaudent.
(30) Tertiaque Ypolitum Antiochenae personat urbi.
(31) Saturnine, tuum egregium Thyrsique tropheum
Victorisque simul Iani determinat orbem.

---

27 abbacuc *B R*, ambacuc *G* 30 antonii *B R*, antonini *P* 31 sotio *R* 32 Linguona *R C* 33 *ad marg. G C post v.* 34, *liter. aureis R* Cum *A* sydus *A* aquarii *G A B* 35 nicęto *A* otmaroque *G* 37 Qui *A* sebestianus *corr.* bastianus *G*, sebastianus *ad marg.* collisio *C* 38 non *C* 39 agne *G C B* 42 decima *G*

Presbiter Otfridus carnis tunc uincula linquens,
Uduuine, te officio sequitur comitatus et actus *add. C ad marg.*

43 Nona *G* babylae *R*, babille *A* 44 ex seclo *G R* 45 Proeictumque *G C B* aruenus *R*, aruennus *B*, aduernus *C* 46 polycarpi *R* 47 Smyrnę *B C P* 48 Lunica *A* sexta *G* 49 et *om. G R* baltildis *A* altegund *G*, alteguns *B*, aldegunt *C* 50 Quintam *G C* agnes *B C* alma *G* 51—53 *ad marg. R C, om. G, praecedunt versui* 50 *in P* 53 hludouico *B C* relinquens *R*, relinquid *C*, reliquid *A*, *corr.* quit *B* 54 Quarta *G* pape *C* 55 Tum quoque *B*, Cum quoque *A* treueri *C* pontifice *B P R A*

Et Hrodroh hisdem transiit memorande Kalendis *ad marg. C*

56 yppolitum *G C P R* anthiochenę *P*, anthiocene *R* 57 tyrsique *G C A P*, tirsique *B* 58 determinant *B* orbis *G*, orbi *R* Finit *add. B*

1) *Met. XIV,* 261 marmore tecta. 2) *Anthol. lat. ed. Riese* 640, 2 stat sidus Aquari. 3) *Iuvenci H. euang. II,* 94 laeta frequentant; *Einhardi ann.* 826 Hildoinus abbas monasterii S. Dionisii mart. Romam mittens..ossa..Sebastiani accepit et ea apud Suessonam civitatem...collocavit. 4) *Ex Ponto I,* 3, 29 amor patriae. 5) *Carolus Magnus a.* 814 *obiit.*

FEBRUARIUS.

Nunc etiam Februi texemus carmine cursum
60 Quaeque ferat pariter festorum signa dierum.
(1) Brigida virgo potens Februi sibi prima Kalendas
Scottorum sancit miro celebrata favore.
(2) Quartum Nonarum templo inlatus dicat agnus,
Quo, lustrante deo, vivum plebs credula templum
65 Mente pia locat acceptum sternitque tribunal.
(3) Ternis et Nonis Lupicino festa sacrantur
Hisque cruore pio Celerinus cum Celerina,
Enitet Ignatius Laurentinusque beati.
(4) Tum pridie Nonas Aquilinus vindicat almus
70 Antistesque nitet Phileas cum Philoromo.
(5) Sicaniae populos Nonis sibi subdit Agathes
Virginis eximio virtus celebrata decore.
(6) Idibus octavis martyr Dorothea coruscat.
Tum quoque ver clarum primos erumpit in ortus.
75 (7) Augule, septenis mundum vincendo triumphas.
(8) Senas Dionisius ornat et Emilianus.
(9) Quinis Ammonem recolunt pia vota [1] beatum.
(10) Sother, Hireneus et Scolastica virgo quaternis
Egregia pariter meritorum laude nitescunt.
80 (11) Ternis hinc Desiderius Lugduna coronat
Moenia, Parthemio et Calocero Roma refulget.
(12) Eulaliae festum pridie sanguisque coruscat,
Urbs Barcilon eximia qua martyre gaudet.
(13) Idibus aethereum Iulianus scandit honorem,
85 Sponsa beata animum caelo cui iungit ovantem.
(14) Tum decimo sextoque die praeeunte Kalendas
Martis Vitalis nitet et Felicula virgo,
Atque Valentinum memorant sua gesta beatum.
(15) Hinc decimo et quinto meritum clarescit Agapes.
90 Hoc etiam geminos scandit sol sidere Pisces.
(16) Quartus cum decimo Iuliana martyre lucet,
Onesimumque colit Paulo doctore beatum.
(17) Tertius ac decimus Polocroni festa revolvit
Donatique, fides, sanguis quos iungit et ara.

Incipit mensis Februarius *add. R* 59—60 *om. P* 59 texamus *G* 61 Brigita *G* februas *B* kalendas *om. A* 62 Scotthorum *B* celebrato *corr.* ta *G* 63 inlatus templo *B*, illatus *G* 65 Gente *A* 67 Quîsque *G*, Bisque *A R* 68 Renitet *A* laurentiusque *G* 69 Cum *A* 71 Siccanię *B A*, Licaniae *R* agathae *G*, agathe *R* 72 decorat *C* 73 octonis *B*, octauus *R* 74 *om. G, ad marg. R (lit. aureis post vers.* 75), *C* Cum *A* consurgit *R* 75 coruscas *G* 76 dyonisius *A* emelianus *A* 77 amonem *B* 78 Soter *G* hyreneus *B C R*, hiereneus *P* 81 caiocero *P* 82 que *om. C* 83 barcylon *R C*, bartilon *P* quae *C*, quam *P* 84 aetherium *R G* 86 Cum *A* 87 Martyr *G*, Par his *B* fecicula *P* 90 *ad marg. G, lit. aur. ante versum R*, 89 *P bis* Hic *G* sydere *A sequitur post versum* 90 *in G R C*

Hocque die poenis caesos (cesus *CR*) ueneratur acerbis
Brixia (Frixia *R*) Faustinum celebrem sanctumque Iouittam.

91 gaudet *G* 92 Enesimumque *R* 93 polichronii *G*, polocronii *B*, polochroni *P* festa *om. A* 94 Donati sanguis fidei *G*, sanguis fides *R*

1) *Rem.* 813; *Met. I,* 221 pia vota.

95 (18) Bissenumque diem Martialis sanctus honorat.
(19) Publius undecimum simul et Iulianus adornant.
(20) Mox decimus laudem recolit famamque Coronae.
(21) Victorine, tuo nonus de nomine fulget.
(22) Octavoque Petri cathedra et doctrina coruscat,
100 Urbs laeta Antiochi quo primum praesule vernat.
(23) Septimus eximio Policarpi splendet honore,
Presbiter ore, fide Christi qui iussa secutus[1]
Martyrio turbam potuit servare fidelem.
(24) Sextus apostolica radiat virtute Mathiae,
105 Bissextusque loco hoc quartoque intexitur anno.
Occultumque diu caput hoc baptista retexit.
(25) Quinta dies Crescenti augetur laude beati.
(26) Nestore quartus ovat socio pariterque Theone.
(27) Tertius Hesperiae Leandro antistite floret.
110 (28) Machario pridie Rufinus iungitur almus.
Hic finis Februi concludit lumina mensis.

MARTIUS.

Martius, insigni feriatus tempore demum,
Quorum praemineat breviter dicemus honore.
(1) Martis Donatus tenet Albinusque Kalendas.
115 (2) Senis mox Nonis Heraclus Paulusque coluntur.
(3) Quinas Magra pio Nonas defendit amore;
His et Emitherius, Celedonius atque Marinus
Asteriusque micant effuso sanguine[2] clari.
(4) Lucius hinc papa pretiosa morte quaternis
120 Martyrum et octingentorum turba optima fulget.
(5) Ternas martyr habet meritorum nomine Focas,
Sanguine qui mortem, vicit virtute draconem.
(6) Victorinus ovat pridie Victorque, retrusi
Carcere qui celso penetrarunt astra volatu.
125 (7) Nonis Felicitas micat et Perpetua, castam
Quae Christo vitam felici morte dicarunt.
(8) Idus octavas martyrque Cyrillus et una
Consimili retinet venerandus honore Rogatus.
(9) Septenis quadrageno sub milite festum,
130 Armeniae recolunt unum sacra templa minoris.
(10) Senis Gaius Alexanderque coluntur, eisdem
Quadragena et bina cohaeret turba cruore,
Quos pariter saevo celebramus praeside caesos.

---

96 adornat *A C B* 98 Qictorinae *R* 100 anthiochi *P B* 102 Pręsbiter *G*, Presbyter *B* 103 fidem *P* 105 *om. R*, bis *P*, *ad marg. G* Bissexti locus hic quarto qui *G* 108 Mestore *B* sotio *R A* 109 esperie *P* antiste *C* 110 achario *A* 111 *om. B A* 113 Duorum *A* 117 emiterius *B*, hemiterius *A* 118 Austeriusque *B A* effusio *R* 120 obtima *C A* 121 focis *R* 122 draconum *R* 127 octauus *R* que *om. G R* cirillus *A B* 129 quadragenos *A* limite *B A* 130 Armoeniae *R*, Armine *C* 131 Senis grauis *G*, athalę *add. G* 132 coherent *R* 133 seua *R P*, sęua *G C* perside *G P*

1) *Aen. IV*, 538 Iussa sequar. 2) *Ib. VII*, 788 effuso . sanguine; *Art. Am. I*, 650 adfuso (*al.* effuso) sanguine.

(11) Candidus hinc quinas sibi Valeriusque retentant.
135 (12) Quartam mox Iduum finis tuus, alme Gregori,
Consecrat, aeterna caelum quo laude petisti[1].
(13) Presbiter et ternas Macedonius implet, honesta
Coniuge Patricia et nata comitante Modesta.
(14) Eufrosius pridie Petro cum martyre fulget.
140 (15) Thessala plebs Idus Matrona martyre servat.
(16) Septima post decimam Aprilis de more Kalendas
Praecedens Cyriaci et Largi splendet honore,
Smaragdique simul pretioso sanguine[2] vernat.
(17) Bisque octona tuo, Patrici, nomine pollet,
145 Scottica gentilem miserate per oppida cultum.
Hac quoque Gertrudae redduntur vota[3] beatae.
(18) Praesul Alexander ter quinam possidet altam
Presbyter et Romam Pigmenus sanguine lustrat.
Hac Aries soli vernantia lumina pandit[4].
150 Conditor hac rerum lucem deus edidit almam,
Hancque diem primam formando praetulit orbi.
(19) Bis septena Iohanne heremi cultore coruscat.
(20) Tertia cum decima Cuthbercti laude nitentes
Anglorum ducit per mystica gaudia plebes.
155 (21) Cum duodena fide Benedicti et nomine fulget,
Coenobiale decus duce quo laetatur in orbe.
Haec spatiis aequat paribus noctemque diemque[5].
Haec quoque sole novo lunam stellasque micare[6]
Vidit in exortu quarta sub luce dierum.
160 (22) Undecimae antistes tribuit pia lumina Paulus,
Quo iure exultat proprio Narbona magistro.
Haec primum celebrat perfecto lumine pascha.
(23) Felix hinc decimam et Theodorus cum Iuliano
Ornant eximia virtutum laude ferendi[7].
165 (24) Romulus et nonam pariterque Secundulus implet.
(25) Angelus octava venturum nuntiat agnum.
Agnus et ipse cruce mundi pro morte levatur.

---

134 hic *C* retentent *C* 135 idum *G* gregori alme *R* 136 qua *G* 137 Presbyter *B*, Praesbiter *G* 139 Eufronius *G* 140 Tessala *AB*, Thesala *R* 141 apriles *AP* kalende *R* 142 ciriaci *B* splendet honore *om. G* 143 precioso *P*, Smaragdique — pretioso *om. G* 144 Bis *G* 145 Scotica *A* miserante *AB* 146 gerthrude *P*, gerdrude *R*, gerdrudę *G* 149 *ad marg. GCR* 150—51 *ad marg. RGC* 150 condidit altus *B* 153 cutbrecti *P*, cutbercti *A*, chutbercti *G* 154 ducis *C* mistica *A*, mixta *B* 155 Tum *P* 156 Caenobiale *R* 157—159 *ad marg. RC, ante vers.* 155 *G* 157 spaties *R* 158 luna *A* 159 sub luce quarta *B* 160 Undecima *GR*, Undecima et *C* 162 *om. R* lumina *A* 163 et *om. AB* 165 secundidus *BA* 166 octauam *BA* uenturus *C* 167 pro mundi *ABPC*
Hic deus omnipotens Adam de puluere plasmat
Nomina et apta ponit[8] (ponit pater *cod.*) cunctis animantibus (amantibus *cod.*) Adam
add. Dacherius ex cod. M post vers. 167

1) ***Amor. III,*** 8, 50 caelum, tertia regna, petis. 2) ***Iuvenci H. euang. III,*** 612 pretioso sanguine. 3) ***Amor. I,*** 7, 36 votaque redde Iovi. 4) ***Arator. Act. II,*** 532 nocturnaque lumina pandit. 5) ***Cf. supra p.*** 576 *v.* 3. 6) ***Fast. I,*** 163 novi ... solis; ***Met. VII,*** 100 stellas .. micantes. 7) ***Aen. VII,*** 496 eximiae laudis; ***Trist. I,*** 1, 36 laude ferere. 8) ***Fast. II,*** 859 positum .. nomen.

(26) Septima Montanum memorat cum coniuge sancta
Atque simul quadrageno cum martyre passum.
170 (27) Agni surgentis resplendet sexta triumpho.
(28) Quinta Priscus, Alexander Malchusque coluntur.
Hanc quoque Guntramnus migrans rex optimus ornat.
(29) Eustasius quarta virtutis laude coruscat,
Abba Columbano nituit qui rite magistro.
175 (30) Tertia Domnino comite et Victore refulget.
(31) Diodolus pridie emicat Anesusque beati.
Sic Martis volvens determinat orbita mensem.

APRILIS.

Purpureo quem flore [1] sibi ver sancit Aprilem,
Dicemus quibus attollat sua gaudia festis.
180 (1) Virgineo insignes Agape et Chionia serto
Apriles socio sacrant sibi iure Kalendas.
(2) Lugduni quartis Nonis sacer urbe Nicetus.
(3) Euagrius ternis splendet martyrque Benignus,
Atque pari fulget Theodosia virgo nitore.
185 (4) Ambrosius pridie aetherium penetravit honorem.
(5) Nonis virgo pia de morte refulget Herene.
(6) Idibus octavis Sixtus martyrque sacerque
Praeminet Adriano mortem sub Caesare passus.
(7) Diogenes septenis Eleususque feruntur.
190 (8) Maximus et senas Idus tenet atque Solutor.
(9) Lampade septena quinis micat Idibus alto
Virgineus radians simul aethere flosque decorque.
(10) Ezechiel vates sancto dicat ore quaternas.
(11) Pontifice et summo ternae inradiante Leone
195 Splendent ore, manu, Christi qui pavit ovile.
(12) Iulius antistes pridie Romana revisit
Moenia, catholico clarus pro dogmate pastor.
(13) Idibus, Herminigilde, patrem, rex alme, furentem
Persentis, verum referens de morte triumphum [2].
200 (14) Octava et decima Maias superante Kalendas
Valerianus ovat fraterque Tiburtius ipsos
Maximus effuso comitatur sanguine [3] miles.
(15) Septima Olimpiadem decimae coniuncta beatam
Monstrat eamque simul defendit Maximus alter.

---

168 muntanum *A* 170 surgenti *G* 171 malcusque locuntur *B* 172 gundrammus *R*, guntrannus *A*, guntramnus *B C* obtimus *C A* 173 Eustassius *A* 174 Alba *G* 175 domino *R* 176 iodolus *A* 177 Hic martyr *G* determina *P* Hic uoluens *R*, Hic martis *A* Finit *add.* *B* 178 sit uer *R* 180 schiomia *B* 181 sotio *A R* 183 *sequitur in G vers.* 184 185 ęthereum *BC* honore *R* 186 hirene *G*, herenae *R B* 187 xystus *R*, xistus *G* 189 Diogenis *R* ferentur *C* 192 Uirginibus *G* 193 Hezechihel *R*, Hyezechiel *A*, Hiezechiel *B* 194 irradiante *G C* 195 splendet *R* 196 prodie *P* 197 domate *R* 198 ermingildae *G R*, herminilgilde *A*, erminigilde *P C* 199 Praesentis *G B C* 201 tyburtius *G A* 203 olimpiade *B A*, olympiadem *C* beatum *R A P* 204 altus *B*

1) *Aen. XII,* 413 flore comantem | Purpureo; *Met. XIII,* 395 Purpureum .. genuit .. florem. 2) *Ex Ponto II,* 1, 63 referam fortasse triumphum. 3) *Cf. supra p.* 581 *v.* 118.

205 (16) Sexta et dena Chariso Callistoque refulget,
Quos mare septena mersos cum plebe beavit.
Hac tipicus solem Taurus iam signat euntem.
(17) Mappalicus quinta decima Hermogenesque Petrusque
Conlucent merito, virtute et sanguine clari.
210 (18) Bis septena Eleutherius, mater quoque sancta
Anthia praecellent, vitam moriendo secuti.
(19) Gaio, Aristonico, Rufo, Hermogene atque Galato
Tertia cum decima Expedito et martyre fulget.
(20) Marcellinus, Domninus Vincentius aeque
215 Nomine bis senam radiant festoque fideque.
(21) Pontifices titulo, doctrina et morte beati
Undecima Gaius pariter Simeonque coluntur.
(22) Terni presbiteri decimam ternaque coronant
Palma Parmeniusque Elimenes Chrisotelusque.
220 Hac quoque divino patuerunt prodita nutu
Corpora martyrio ecclesiam lustrantia trino
Dionisii, Rustici Eleutheriique beati.
(23) Felicemque sacrum gemino dignumque ministro
Nona docet Fortunatumque et Achillea iunctos.
225 Hac etiam, invicto mundum qui sanguine temnis,
Infinita refers, Georgi sancte, tropea.
(24) Martyr Alexander triceno martyre laetus
Ac trino octava Lugduni moenia sancit.
(25) Mox euangelico Marcus tonat ore beatus [1],
230 Septima quo capit eximium redimita nitorem.
(26) Sextaque pontificis recolit certamina Cleti,
Richarioque nitet vitae cultore beatae.
Extrema ac paschae celebrant sua gaudia festum [2].
(27) Quinta Anastasium papam celebramus, eidem
235 Antimus antistes digna virtute cohaeret.
(28) Quartaque Vitalem Christi pro nomine caesum
Commemorat, vitam meruit qui morte perennem.
(29) Tertia pontifices ara meritisque dicatos
Agapium pariterque Secundinum veneratur.
240 (30) Martyrii Iacobus similem et Marianus honorem
Sortiti pridie finem metantur Aprili.

---

205 cariiso *A* calixtoque *A*, calistoque *G* 207 Hic quoque cornigeri sol intrat sidera tauri *R ad marg. post vers.* 209 typicus *G A* 208 Cappalicus *A* 209 Conculcent *R* 210 martyr quoque *B* 212 Gagio *G* rufo *om. G* ermogene *B*, hermogeneque *G* galatha *A B*
Hic imperatricis Iudith [3] deposicio recurrit *add. C*
214 aequę *B* 215 Festaque Senesii [4] celebrantur martyris almi *add. G R C* 216 Pontificis *G* 217 grauis *B*, *corr.* gaius *C* symeonque *A P C* locuntur *C* 218 presbyteri *B*, praesbiteri *G* ternamque *C* 219—20 *om. B* 219 Palpa *P* parmei usque *R* elimas *G* 220 predita *P* 221 aeclesiam *R* illustrantia *G* nutrino *R* 222 DYONYSYY *A*, Dionisi *superscr.* apocope *C*, Dionisi *A* eleuteriique *C* 225 ętiam *A* tempnis *C* 226 georgii *G* sanctae *R P* trophea *R C A* 227 alexandro *A* 228 Ac terno *P*, Aeterno *B* 230 nitore *B* 231 *ad marg. R C, post vers.* 229 *G* Extremum *G* 232 laeti *G* 234 Quintaque *G* 235 Antinus *P*, Anthimus *G R C* 236 Quarta *R* pro *om. R* 237 perhennem *B A* 239 ueneramur *G* 240 iacob *R* 241 Finit *add. B*

1) *Aen. IV*, 510 tonat ore deos. 2) *Met. IV*, 4 festum celebrare sacerdos. 3) *Hludowici Pii coniugis, quae a.* 843 *obiit.* 4) *Cf. Ann. Aug.* 830 (*Jaffé Mon. Mogunt.* 703).

MAIUS.

Hinc Maium aestivo primo sub sole calentem[1]
Quae longisque ferat promemus vota diebus.
(1) Maias prima sacrat Christi doctrina Kalendas,
245 Frater et his domini Iacobus micat atque Philippus,
Hieremiasque simul vatum celebratur opimus
Rexque Sigismundus fuso pro sanguine[2] regnat.
(2) Sextis hinc Nonis, Athanasi magne, refulges,
Arria quo primum periit victore colubra.
250 (3) Praesul Alexander quinas et Euentius ornant
Theodolusque dei pariter pro nomine caesi.
His quoque celsa crucis radiant vexilla[3] repertae.
(4) Silvanus quartas, Antonia cum Floriano,
Perpetua cingunt meritis virtute decori.
255 (5) Stelliferum ternis Christus transcendit Olympum[4]
Hilarioque Arelas pollet, Vienna Niceto.
(6) Praecelsum pridie celebrant Romana Iohannem
Templa dei, qui pleno hausit de pectore[5] verbum.
(7) Morte pia Nonas Iuvenalis sanctus honorat.
260 (8) Idibus octonis Mediolani urbe coruscat
Martyr praecipuo venerandus Victor amore.
(9) Ter centum radiant septenis Idibus una
Martyrio denique simul, decorante Beato.
Torrida tumque novis consurgit frugibus aestas[6].
265 (10) Senis Gordianus et Epimachus ob unam
Caeduntur Christi pariter laudemque fidemque,
Has quoque Iob patiendi exemplo sanctus honorat.
(11) Quinas eximio antistes splendore Mamertus
Insignis, sollemne deo qui ferre litamen
270 Ieiunii instituit terni sub luce diei.
(12) Virgo, tuos colimus comites, Domitilla, quaternis,
Nerea, Pancratium, cum quis et Achillea sanctum,
Primus apostolico docuit tinxitque lavacro
Quos Petrus egregia Romae cum virgine iunctos.
275 (13) Servatium ternis veneramur in Idibus almum.
(14) Pachomius pridie Victorque simulque Corona

---

242 primum *G C,* prima *P* 245 iacob *R* 246 Hyeremiasque *A* 247 Sexque *A*
Amatore pater festo celebraris eodem *add. A*
Audeolusque die martyr ueneratur eodem,
Alpia quem magnum Gallorum gentibus effert (*ad marg.* nomen loci) *add. B*
248 hunc *A* 249 Arrii *B,* Aria *P* 250 euenthius *C P* 251 Teodolusque *B* 253 Sylvanus *R* 254 Perpetuo *B* mentis *PC* 255 olimpum *BA* 256 Hilariosque *A* areles *PG* 258 ausit *R* 259 sanctus opimat *G* 260 meolani *P* 261 honore *G* 264 *om. A, post* 261 *B, post* 262 *G* 265 epimacus *B* 266 Christi *om. BAP* fidemque beati *B* 269 Insignit *G* sollempne *A C,* solenne *R* litamen] hoc est rogacionem *C* 270 Ieiuni] apocope *C,* Ieiuni *P* 272 Aerea *A* pancratum *BA* 274 Quos] id est Nereu et Achilleus *C* egregi rome *A* 275 ueneratur *BC* 276 Pachumius *G* uictor simulque *A*

1) *Fast. III,* 531 Sole .. calent. 2) *Aen. XII,* 690 fuso | Sanguine. 3) *Sedul. C. Pasch. I,* 321 sacrata crucis vexilla coruscant. 4) *Fast. III,* 415 clivosum scandit Olympum 5) *Met. X,* 252 haurit | Pectore .. ignes. 6) *Anthol. lat. ed. Riese* 115, 2 Torrida collectis exultat frugibus aestas.

Splendent, hic heremita potens illique cruoris
Martyriique deum socia virtute[1] secuti.
(15) Pontifices septem Hesperiam simul Idibus ornant.
280 (16) Septima Timothei cum dena nomine fulget,
Veridica Paulus docuit quem voce beatus.
(17) Sextaque cum dena Peregrino martyre vernat.
(18) Quintam cum decima martyr Dioscorus implet.
Hic Gemini aestivo iungunt sua sidera soli[2].
285 (19) Bis septena Pudentiana virgine claret.
(20) Cum dena ternam retinet fulcitque Basilla
Baudeliusque simul trabeatus sanguine vernat.
(21) Bis sena Polius, Eutichius atque Timotheus.
(22) Undecimam Castus sacer Emiliusque dicarunt.
290 (23) Lingonicam decima Desiderius sacrat urbem
Antistes martyrque dei galeatus honore.
(24) Donatianus Namnetes cum Rogatiano
Fratre pio exornat fidei certamine nona.
(25) Octava Urbanus meritorum stemmate fulget[3],
295 Infula quem, doctrina simul sanguisque beavit.
(26) Augustine, tuum commendat septima nomen,
Lactea quo renitent Anglorum milia, verbi
Principe quo Christum domiti sensere Britanni[4].
(27) Iulius hinc sextum miles martyrque venustat.
300 (28) Quinto Parisii Germanum turba frequentat[5],
Tunc quoque pontificem celebrat sua Roma Iohannem.
(29) Maximine, tibi quarto Trevir alta coruscat.
(30) Tertius Hucberto papa et Felice dicatur.
(31) Tum pridie Petronella Petri de germine sancto
305 Fulgida virgo micat Christi trabeata decore.
Cantius et Cantianus cum Cantianella
Conlucent, Maium haec claudunt sollemnia mensem.

---

277 hinc *C*, *om.* *G* 278 sotia *R* 279 esperiam *B* hornant *corr.* ornant *B* 280 tymothei *A* fulgent *G*, lucet *RC*, dona lumine lucet *P* 282 Sexta *BA* 283 dena *G* dyoscorus *R* ornat *G* Quinta *P* 284 Incipit hic claros sol illustrare gemellos *R* sydera *A* 285 potentiana *G* 286 Tum *R* 287 Baulidiusque sumultra beatus *G* 288 euticius *B* tymotheus *A*

Praesul et hac domini martyrque Valens uenerandus[6],
Augia, te laetis (iactis *R*) ducit (ducis *C*) per gaudia uotis *add.* *RGC*

289 emeliusque *A* 290 Linguonicam *AC* decimam *C* 291 amore *BAP* 292 namneces *A*, mamnetes *RG* 293 Fratrem *RC*, Fratremque *G* exornant *G* nonam *RG* 294 stemate *RCAP* 295 Insula *A* quam *C* 296 Agustine *R* nomem *G* 297 co *C* angelorum *C* 298 sentire *C* brittanni *A*, brittani *R*, britani *PB*

299 Senisque existunt Iuni translata kalendis
Corpora Miciaco[7] Maximini atque duorum,
Cuius qui patris clari mansere clientes
Ipso namque die leuite sumpsit honorem.
Preterea renitet Stephani sacratio templi. *add.* *A*

301 Tum *BA* 303 hugberto *RC*, hugeberto *G* dicarunt *A* 304 Cum *A* petronella *RG* 305 trabeaque *ACBP* decori *RBP*, decora *A* 306 cantianilla *G* 307 Collucent *G* cludunt *G* solemnia *G*, solennia *R*, sollempnia *A* finit *add.* *B*

1) ***Sedul. C. Pasch. I,*** 277 socia . . virtute. 2) *Georg. IV,* 28 aestivum solem. 3) *Venanti Carm. IV,* 1, 7 Stemmate . . fulgens. 4) *Met. XV,* 752 domuisse Britannos. 5) *Fast. III,* 251 matrem mea turba frequentat. 6) *a.* 830 *Augiam translatus est, cf. supra p.* 406. 7) *St. Mesmin prope Aurelianos.*

IUNIUS.

Iunius umbrifugo aestatis sub caumate fervens
Templa quibus festa velet de fronde [1], canemus.
310 (1) Iunii origo tuum sustollit in astra [2] nitorem,
Pamphile, martyrio doctor venerande beato.
(2) Marcelline sacer Petre et exorcista, quaternis
Nonis communem dignamque litatis ad aram,
Lugdunique pio Blandina vocatur honore,
315 Quadragenaque simul clara octonaque coruscum
Cum plebe nexit flammisque undisque monile.
(3) Pergentinus item Laurentinusque cruoris
Et generis ternas gemino fulgore venustant,
Aureliana suum plebes recolitque Lifardum.
320 (4) Martyr et antistes pridie sacra vota Quirinus
Accumulans proprio Christum de sanguine placat [3].
(5) Nonis antistes fulget Bonifacius [4] Anglis
Editus, ad Christum Oceani qui traxit alumnos,
Fresonum puro submittens colla [5] lavacro.
325 (6) Octonas Idus Ceratus episcopus ornat,
Urbem qui fulcit Gratiano principe dictam.
(7) Paulus septenas praesul tuus, alta Bizanti.
(8) Progenies meritumque pium quos iungit et ara,
Gildardus senas pariterque Medardus honorant.
330 (9) Quinas Primus habet iuncto sibi Feliciano.
(10) Quartae Basilidae et bis deno martyre vernant.
(11) Barnabas ternas exornat apostolus Idus.
(12) Cyrinus pridie effulget Nazarque Naborque,
His et Basilidem festo sociamus eodem.
335 (13) Idus illustrat Felicula virgo cruore,
Lac, Petronilla, tibi, verbum quam iunxit et aetas.
(14) Octavo Iulii et deno ante exordia mensis
Vates Heliseus simul Abdiasque refulgent.
Hic quoque Valerio et Rufino martyre gaudet.
340 (15) Septeno deno Vitus cum virgine clara
Margarita martyrii splendore nitescit.
Hocque Modestus et alma nitet Crescentia virgo.

---

308 ymbrifugo *G*, imbrifugo *R P* 309 fronte *R* 310 Iunia *A B P*
Martyris (Martyr *G*) huncque diem festum Nicomedis (Nicodemes *C*) adornat *add. R G C*
Hic confessoris obitus colitur Simeonis *add. C*
Hoc quoque sanctus conscendit ad astra Iouinus *add. ed. de la Barre*
312 petreque *G*, petre *R* 315 quae *R G P* clara *om. R G C P A* 316 Cumque *G* munile *C* 317 Tergentinus *R*, Pergentius *P* 318 At *A R* 320 Martir et antistites *R* 322 refulget *R* bonefatius *A*, bonefacius *B C*, benefacius *P* 323 Aditus *R* 324 Presonum *A* summittens *A* 325 cerastus *A* 327 bisanti *B* 328 pariter *B A* 329 Hildardus *R* 330 Quinus *R* habet primus *G* 331 basilide *G* bis seno *G* martire *R*
Necnon Bardonis [6] splendent meritis pie sanctis *add. C*
332 idem *R G C* 333 Cirinus *P B* pridiae *R* 334 basiliden *P* sotiamus *R A* 335 inlustrat *B* fenicula *R* 336 petronella *G R* 337 iuli *B C A* 339 Sic *A* 341 Margareta *G* 342 *om. B C*

1) *Aen. II,* 249 festa velamus fronde. 2) *Ecl. V,* 51 tollemus ad astra. 3) *Aen. II,* 116 Sanguine placastis ventos. 4) *qui a.* 755 *obiit.* 5) *Iuvenci H. euang. II,* 42 submittant colla. 6) *Moguntiacensis archiepiscopi, qui a.* 1051 *obiit.*

(16) Sedecimo Cyricus Iulitta cum genetrice
Clarescit vera Christi pietate fideque.
345 (17) Quindecimus septem quinquagenisque ducentis
Martyribus iucundam mittit ad astra coronam.
Ardentis penetrat quoque Phoebus sidera Cancri [1].
(18) Quartum cum deno pretioso sanguine fratres
Marcellianus pariter Marcusque sacrarunt.
350 Hinc quoque Balbinae lustrat meritumque decusque.
(19) Gervasius ter denum Protasiusque coronant.
(20) Vitalisque pater natos sequitur duodeno.
Centro hic solstitium medio summoque coruscat.
Tum, Caesar Hludowice, cruento tempore functe,
355 In plures partes cessura sceptra relinquis [2].
(21) Martyr Rufinusque undeno et Marcia pollent.
(22) Albanus decimo defendit laude Britannos,
Paulinusque Nolam meritis et nomine lustrat.
(23) Anglorum nono Ediltrud de germine fulget.
360 (24) Octavo natus colitur baptista Iohannes.
(25) Septeno Romam Luceia exornat amore,
Sancta pio bis deno et bino martyre laeta,
Rex quibus Aceias socio conlucet honore.
(26) Sextum martyr habet Paulus simul atque Iohannes,
365 Germine, amore, fide, virtute et sanguine fratres.
Cum quibus augusto radiat Constantia serto.
Salvius et sanctus Scaldi tum litora visit.
(27) Hesperiam quinto antistes martyrque Zoelus
Martyribus cumulat iunctus denisque novemque.
370 (28) Praesule quartus ovat verbi et doctore Leone.
(29) Tertius auratam sustollit ad aethera [3] Romam,
Martyrio pariter Petri Paulique beato.
(30) Lemovicum pridie colitur Martialis honore.
Iunius his celsum festis determinat orbem.

IULIUS.

375 Iulius hinc flavis humeros redimitus aristis
Quos supplex aris veneransque colat, memoremus.

---

343 ciricus *B* iulitte *R* genetrice *B* 346 iocundam *GC* iucundam — *v.* 349 Marcellianus *om. P* 347 phebus *R* sydera *A* *post v.* 344 *P*
Hic scandit gaudens Auitus sydera cęli,
Magnificus meritis abbas qui Miciacensis *add. A*
348 Quartam cum dena *G* 350 Hunc *PC*, Tunc *G* meritusque *R* 351 Cervasius *C* denam *G* 353 hoc *C* 354 Cum *A*, Tunc *BP* hludouuicę *R*, hludouce *P*, hlodvice *A* functę *R* 355 pluris *PBA* relinquens *R* 354—355 *ad marg. GRC, ante vers.* 352 *P* 356 rufinus *BA* 357 brittannos *AR*, britanos *P* 358 nolae *G* fulget *G* 359 nonum *G* edildrud *R*, edilthrud *G*, ediltrude *BA* de *om. BA* lustrat *G* 361—364 *om. P* 361 roma *A* lucia *C* 362 Scampio *BC* bis *om. A*, bis dena *B* 363 De quibus *RG* acias *A* sotio *AR* collucet *G* 367 *om. hic ABP* (*cf. infra v.* 380) 368 Haesperiam *A* zoilus *G* 369 iunctis *G* 372 petri *om. R* 373 martialis colitur *R*, Marcialis pridie Lemovicam apostolus ornat *M* 374 Finit *add. B* 376 suplex *R*

1) *Ecl. X*, 68 sub sidere Cancri; *Anthol. lat.* 640, 7 ardentis Cancri .. astrum. 2) *a.* 840. 3) *Met. III*, 404 ad aethera tollens.

(1) Primus qui veteris populi legisque sacerdos
Extitit incensi primusque litavit ad aram,
Aaron orditur Iulii sacratque Kalendas,
380 Has quoque contemptor mundi Carilephus honorat.
(2) Processus sextas retinet cum Martiniano
Nonas, martyrii laeto irradiantque decore.
(3) Pontifices quintas Anatholius Eulogiusque.
(4) Lauriane, tenes meritorum nomine quartas.
385 Ossaque Martini tumulo mutata venustant.
(5) Domitius ternas dicat et clarissima Zoe,
Auxit martyrio coetum quae iure beatum.
(6) Eximius vatum pridie defectus in orbe
Martyrio Esaias virtute atque ore coruscat.
390 Tranquilline, simul duplici splendore refulges,
Sanctorum genitor sanctos comitate peremptos.
Tumque Goar Christi colitur famulusque sacerque.
(7) Pantheni Nonis splendet meritumque fidesque.
(8) Octavo ante Idus Cilianus Procopiusque
395 Excellent, Christum virtute et morte secuti.
(9) Audax septeno pariterque Anatholia claret,
Nec minus et contemptor opum sacer eminet Effrem.
(10) Sexto germana Christo pro sorte coronam
Progenie septena dicat Felicitas alma,
400 Quam genuit gratamque deo praemisit ad aram.
(11) Martyrio quintum sancit Ianuarius atque
Consimili decorat Pelagia sancta nitore.
Tum Beneventanis translata a montibus almi
Busta patris Benedicti nunc Liger altus honorat.
405 (12) Hermagoram quarto supplex Aquileia frequentat,
Antistes precibus populum qui fulcit et orbem.
(13) Tertius Aegyptum praesentat Serapioni,
Attalus et martyr caelesti flore virescit.
(14) Antistes pridie et martyr petit aethera[1] Focas.
410 (15) Idibus effulgent Cassianus Cyricusque
Et Iacobus meritis celebratur episcopus amplis.
(16) Cum decima Augustum praesignans septima mensem
Hilarine, tuo, martyr, nitet, optime, festo.

---

377 ueteres *R* 378 primus *B A* 379 iuli *P R* 380 contemptos *R*, comptor *P* carilepphus *A*, karilefus *B*
Tu meritis ipsas, Lupiane[2], celebriter ornas *add. C*
Saluius et sanctus Schaldi tum (calditum *A*) littora iussit *add. B A P*
382 inradiantque *B P A* 383 anatolius *C* 387 Luxit *A*, Duxit *R* 388 desectus *B* 391 sancto *R G* comitante *A G* peremptus *G* 392 Cumque *A* colitor *G* 393 Panteni *B*, Canteni *A* 394 chilianus *G* 396 antholia *P* 399 Progeniae *R*, Progenies *B* 404 liget *R* 405 Ermagoram *B*, Armagoram *A* aquilegia *G R* 407 *om. R*
Martyr et intacta pro uirginitate decora,
Margareta sacram suscepit sacra coronam *add. C*
409 fixas *corr.* focas *C* 410 casianus *B A* siricusque *G*, ciricusque *B*, sciricusque *R*, syricusque *C* 411 Ac *G* iacob *R G* 413 Hylarine *R G* tenet optime *R G*

1) *Georg. III,* 358 altum petit aethera. 2) *Prumiense monasterium possedit a.* 1003 *reliquias* de corpore quoque sancti Lupiani confessoris (*Beyer Mittelrhein. Urkundenb. I,* 718).

(17) Sedecimam votis Carthago spectat opimis
415 Martyrii plebem duodenam laeta frequentans[1],
Scillitana simul capiti quos patria misit.
(18) Quindecimam genetrix septena prole dicavit,
Simphorosa pio pariter cum germine caesa.
Fervidus ardentis petit hac sol signa Leonis[2].
420 (19) Arsenius quartam denamque heremita venustat.
(20) Et ternam denam Philibertus sanctus adornat.
(21) Praxedis duodena effulget virginis atque
Prophetae Danihelis nomine fine fideque.
(22) Undecimam Christo felix miserante Maria
425 Ornat, septeno caruit quae daemone, quamque
Magdala progenitam signat cognomine origo.
Wandregisle, tibi hac monachorum vota recurrunt.
(23) Hinc decimam praeclarus Apollinaris honorat.
(24) Mox nonam Christina, Aquila et Niceta sacrarunt.
430 (25) Octavam Iacobus, Zebedei filius, ornat,
Primus apostolicum vero pro rege cruorem
Qui dedit; hunc Cucufas Christophorusque secuntur.
(26) Septimam Adrianus tenet Emiliusque beati,
Martianus cum quis simili virtute triumphat.
435 (27) Presbiter Hermelaus sexta martyrque coruscat.
(28) Quintam Nazarius cum Celso possidet, hancque
Pantaleon martyr proprio sibi sancit honore.
Insignem meritis Petri Paulique beatis
Praesul Romanus Stephanus tum consecrat aram[3],
440 Templo quae Dionisii gemmata refulget,
Signis martyrii monitus visisque fideque.
(29) Felix, Simplicius, Faustinus et alma Beatrix
Tricassique Lupus quartam communiter aurant.
(30) Abdon et Sennen designat tertia sanctos,
445 Regni quos Romae tribuit de germine Persis.
(31) Martyrii pridie Fabium pia gloria texit.
Iulius haec orbi excedens sollemnia linquit.

---

414 cartago *A* 415 frequaentans *corr*. entans *G* 417 genitrix *G A R* dicaut *G* 418 Simforosa *A*
419 *ad marg. post v.* 417 *G* 421 philebertus *B*, filibertus *P* adhornat *corr.* ornat *B*
Sabinus ternum denumque petit Lucianus *M A*, *qui versum* 421 *omittit*
426 Magdalo *B* signa *B* 427 Vuandregisile *C*, Quandregis leobi hac *R* 428 apollinarus *B*
429 cristina *B* nicea *G* 430 filios *R* 432 cucuphas *R C* Cristoforusque *B* sequuntur *G P*
Miciaco renitet inuentio relliquiarum
Insignis meriti Maximini atque duorum
Cuius qui patris clari mansere clientes *add. A*
433 emeliusque *A* 434 Et templum Prumie domini sacratur honore *add. C* 435 Presbyter *B*, Praesbiter *G P* hermolaus *G* 437 Pataleon *B* 439 tum secrecat *G* manus *A* 440 quae *om. R* dyonisii *A*, dyonisi *P*, dionisi *C* 442 uiatrix *R* 443 Trecassique *A* ornant *G*
446 Germanus pridie ethereum penetrauit honorem *add. A*
447 hic *A* solemnia *G*, sollempnia *A*, solennia *R* linquid *A*, liquit *G*

1) *Cf. supra p.* 579 *v.* 38. 2) *Anthol. lat.* 640, 8 Leo fervidus. 3) *a.* 754 *cf. Jaffé Regesta Pont. Rom. ed. II p.* 273.

AUGUSTUS.

Augustus demum pleno iam farre refertus
Quis nova sacra ferat, monstremus carmine sanctos.
450 (1) Quos ferus in mortem Antiochus cum matre subegit,
Venturo sanguen qui Christo sponte dicarunt,
Augustas retinet Machabei iure Kalendas.
Carcere Roma Petrum celebrat vinclisque reductum
Eusebiumque suum Vercelli rite frequentant.
455 (2) Nonarum Stephanus martyrque et papa beatus,
Quarto festivae tribuit pia gaudia Romae.
(3) Terno mox Stephani colitur sollemne reperti,
Primus qui mortem Christi est moriendo secutus.
Gamalihel, Nichodemus Habibon pariterque
460 Inventi voto fulgent et laude perenni.
(4) Iustinus pridie proprio celebratur honore[1]
Presbiter, innumeros sanctorum caede peremptos[2]
Crudeli exquirens tumulis qui condecoravit.
(5) Nonas Cassianus, Memmius atque Oswaldus,
465 Rex pius Anglorum, merito et virtute retentant.
(6) Idibus octonis mortem passura crucemque
Christi sancta caro aethereain dedit ante figuram[3]:
Praesul et his Sixtus Romae martyrque colendus,
Iuxta et Felicissimus Agapitusque triumphant.
470 His quoque consurgunt autumni tempora laeta.
(7) Septenas pariter Donatus et Afra bearunt.
(8) Aethereum senis penetrat Cyriacus honorem.
(9) Romanus quinis martyr milesque refulget.
(10) Quartis, Laurenti, merito splendescis opimo,
475 Ignem qui passus tortorem vincis iniquum.
(11) Ternis flosque decusque pium petis astra[4], Tiburti,
Has et Gaoricus confessor possidet almus.
(12) Martyrii palmam pridie capis, Euple, perennem.
(13) Idibus Ippolitum comitem Laurentius astris
480 Pro Christo parili recipit certamine passum.
Reginam meritis, virtute fideque colendam
Tellus tum venerans Radegundam Aquitana frequentat.
(14) Quae decima et nona est Septembres ante Kalendas,
Eusebium Romae sancit celebratque beatum.

---

450 anthiocus *P* 451 Centuro *A* sanguem *B* 453 celebrant *G*, celerant *R* 457 colitur stephani *B* solenne *R*, sollempne *A* 459 nicomedes abibas *G* 460 perhenni *B A* 462 Presbyter *B*, Pręsbyter *G* 463 tumulos *B G C* 464 casianus *A P* memius *B* hosualdus *B* 467 sacra *G* aetheriam *R G* 468 syxtus *G*, sextus *corr.* sixtus *R* 470 laeti *GCR* 472 Aetherium *G*, Aetherea *R* ciriacus *B*
473 Rusticus at Firmusque Veronam sanguine lustrant *add. B*
474 Quartus *A* splendescit *R* 476 tyburti *G* 477 gauricus *B*, goaricus *G* 478 ulpe *G* perhennem *B*
Andeoloque suus gaudet tunc martyre Gallus,
Edidit hunc Smyrna, Rodani sed litora seruant *add. B manu rec.*
479 yppolitum *GP*, ypolitum *AR* 480 christi *GCR* 482 equitana *B* 483 septembras *PA*

1) *Fast. II*, 639 solito celebretur honore. 2) *Aen. IX*, 453 una tot caede peremptis. 3) *Met. VIII*, 615 dant... figuras. 4) *Met. I*, 316 petit.. astra; *Fast. II*, 496.

485 (15) Octava et decima mundi lux flosque Maria
Angelico comitata choro petit aethera virgo[1].
(16) Septenam denamque tenes, Arnulfe sacerdos.
(17) Martyre sedecima effulget Mammete beato.
(18) Agapitus quintam decimam certamine sancit.
490 Erigone hic Phoebo sociat sua sidera virgo.
(19) Magnus et Andreas quarta denaque coruscant.
Septem nonaginta et quingenti comitantur,
Quos pariter sancti simul hos bis mille secuntur.
(20) Tertia post denam Samuhele excellet ab ipsis,
495 Quem domino cunis genitrix devota sacravit.
(21) Martyris hinc duodena Privati sanguine vernat.
(22) Undecimam Romae Timotheus passus honorat.
Aedua tumque suum celebrat plebs Symphorianum,
Mater quem Christo pariter moritura dicavit.
500 (23) Lucius et Ptolomeus denam virtute coronant.
(24) Bartholomeus nonam exornat retinetque beatus,
India quo doctore dei cognovit honorem,
Herculis et Bachi insanis vix eruta sacris[2].
Nunc illum fama est varia pro sorte sepulchri
505 Aeoliam Liparen[3] Beneventi et templa tenere[4].
Tum quoque Genesio resplendet martyre Roma,
Audoenum tumque pium Radumagus honorat.
(25) Octava hinc Arelas celebrat te, sancte Genesi.
(26) Martyrio septenam Hireneus et Habundius ornant.
510 (27) Rufe, tuos recolens ostendit sexta triumphos.
(28) Hermen quinta probat felici morte beatum.
Ecclesiae lumen, populis sacra norma fidelis,
Africa quo pastore orbis doctore coruscat,
Augustine pater, festo celebraris eodem,
515 Aurea quem servant Italis nunc templa[5] sepultum.
Santonus alta sui Vibiani hoc fulget honore.

---

485 et *om. B*, Octauo et *G* 486 Angelica *corr.* co *G* 487 alnulfe *R*
† Hic natis, Asculfe pater, lacrimandus abisti *add. C ad marg.*
488 mamnete *G* 489 † His cum prole excessit Adalheid[6] nempe Hrudulfo *add. C ad marg.*
490 Herigone *PCR* phebo *GRC* sotiat *R* sydera *A* 492 comittantur *A*
493 At (Et *M*) ternam denam Filibertus sanctus adornat *add. AM* sequuntur *GP*
495 Quam *B* genetrix *B* 498 Adua *A*, Edua *BC* dumque *P* simphorianum *B* 499 Pater *A*
500 ptholomeus *RP* Ornantur Remis Timotheus (tymotheus *A*) Apollinarisque *add. BA*
501 *sequitur in G post vers.* 498 503 Ferculis *A*, Erculis *B*, Hercules *corr.* is *G*, Herculi *R* bacchi *APC*
504 Hunc *A* 505 Eoliam *GCRA*, Aeolian *P* lipare *B*, liparem *A* 506 Cum *A* 507 Audoinum *G*
radumagnus *superscr.* uel roto *G*, rodumaçus *A*, rodomagus *B*
Hacque die colitur Eusebius ac celebratur
Poncianus sanctus, Vincentius et peregrinus *add. C*
508 Octauo *A* *sequitur lacuna in R usque ad vers.* 562 sanctę *B* 509 abundius *PGC* 512 Ęcclesię *B*
populi *GC* 513 Affrica *GC* 516 iubiani *superscr.* l *A*
Urbs Alamannorum recolit Constantia sanctum
Hac quoque Pelagium (pęlaium *C*) fuso pro sanguine clarum *add. GC*

1) *Venanti Carm. VIII,* 4, 4 Iungitur angelicis casta puella choris. 2) *Fast. I,* 7 Sacra .. eruta priscis. 3) *Aen. VIII,* 416 Aeoliamque | Erigitur Liparen. 4) *Met. I,* 750. *XIII,* 413 templa tenentes. *Fast. II,* 670. 5) *Fast. I,* 223 templa ... | Aurea. 6) *Conradi comitis fortasse uxor, de qua cf. supra p.* 391.

(29) Praeco dei, verbi vox et baptista Iohannes,
Quem effera saltanti tribuerunt iussa puellae,
Insignit quartam meritorum laude perenni.
520 Virgo Sabina simul Romae sua templa revisit.
(30) Tertia Felicis nitet Audactique cruore.
(31) Paulinus pridie Treverorum moenia lustrat[1]
Exilio antistes vero pro dogmate clarus.
Augusti his demum clauduntur limina[2] festis

SEPTEMBER.

525 Miti September praegustans pocula Bacho[3]
Quos aris venerando colat memoretque, canemus.
(1) Legifer heredem proprii quem liquit honoris[4],
Promissam populo terram qui sorte per astra,
Per loca, per celsos montes[5] distinxit et urbes,
530 Septembres Iosue tenet orditurque Kalendas,
Priscus et has martyr trabeatus sanguine lustrat.
Praesul et his Senonum Lupus aede coruscat ab alta.
(2) Quartas hinc Nonas Lugduni Iustus honorat.
(3) Ternis, Antonine puer martyrque, triumphas,
535 Tunc et Aristeus antistes de morte beatur.
(4) Legis divinae lator, susceptor et auctor,
Colloquio visuque dei dignate frequenti,
Praecelso pridie tumularis monte, Moyses,
Nulli post licuit cuius cognoscere bustum.
540 Tunc etiam Cabalon Marcelli sanguine vernat.
(5) Nonis Ferreolus cum Ferrutione refulget,
Donatus Capuam pariterque Arcontius ornant.
(6) Vates Zacharias octonas obtinet Idus.
(7) Antistes septenas servat Euuortius atque
545 Regali insignis Chlodoaldus stirpe sacerdos.
(8) Qua deus humanam suscepit virgine formam,
Illustrat senas ortus de luce Maria;
Martyr et Adrianus Romam tunc sanguine comit.
(9) Gorgonius quinas fama meritisque retentat,
550 Romae quem passum venerans nunc Gallia poscit.

---

518 saltandi *B* 519 perhenni *BA* 520 sua *om. A* 521 Terna cum Felice pio praecellet Adauctus *GC ad marg.* audactus *G* 522 pride *C* treuirorum *G* 523 docmate *C* 525 Mitti *A* baccho *BCA* 526 Pontifices Remis quę insigne nomine fulgent
Sixtus, Sinicius meritis uitaque Niuardus *add. BA*
527 linquit *C*, liquid *A* 530 Septembris *B* 532 sede *A*, albata ęde coruscat *G*
His et Verenae rutilant solemnia (sollempnia *C*) sanctae *add. GCM*
533 lugdunum *BA* 534 Tenis *G* Deposicio Uelphonis[6] *ad marg. add. C* 536 Laegis *P* 541 ferrucione *B* rufulget *P* Deposicio Abac[7] *add. ad marg. C* 543 optinet *P* 544 euurtius *PC* 545 clodoaldus *B*, chodoaldus *P* styrpe *P*
Virgo Regina simul palmam uirtute perhennem *add. A*
547 Inlustrat *B* hortus *B* 550 venerans *om. G* tunc *AP* nunc gallia poscit adorans *G*

1) *Trist. IV*, 1, 78, *Ex Ponto I*, 2, 19 moenia lustrat. 2) *Sedul. C. Pasch. I*, 174; *Iuvenci H. euang. II*, 767 clauduntur limina vitae. 3) *Aen. III*, 354 libabant pocula Bacchi; *Fast. III*, 301. 4) *Sedul. C. P. I*, 162 Heredem propriae fecit virtutis. 5) *Aen. XI*, 320 celsi . . montis. 6) *an patris Iudith imperatricis?* 7) *uxoris fortasse Hugonis Turonensis comitis, quae obiit a.* 839 *die* 4. *Septembr. mensis.*

(10) Sostenes et Victor quartis memorantur eandem
Christi pro regno sortiti et laude coronam.
(11) Protus hinc ternas fraterque Iacinctus honorant,
Qui Eugeniam pariter legem docuere sacratam.
555 (12) Martyr mox pridie celsum petit aethera [1] Syrus.
(13) Idibus abba nitet merito et cognomine Amatus.
(14) Octono et decimo Octimbrem vocitante futurum
Exaltata crucis fulgent vexilla relatae [2],
Perside ab indigna victor quam vexit Heracleus,
560 Corneliusque suam virtute et sanguine Romam
Antistes fulcit. Cypriano laeta coruscat
Carthago, insigni doctore et martyre, totum
Ecclesiae scribunt cuius sacra dicta per orbem.
Praesulis hic etiam meritum celebratur Eparci.
565 (15) Septenum denum Nicomedes presbiter ornat,
Virgo, tuus, Petronilla, comes martyrque beatus.
Pontifices ara meritis vitaque colendi
Carnutes Leobinus, Aper Leucosque tuentur.
(16) Hinc sexto deno Martinus papa beatur,
570 Eufemiamque pio sanctam veneramur amore.
Lucius hoc simul excellet cum Geminiano,
Condecorat pariter passos quos laurea Christi.
(17) Aequatura diem soli tum Libra cohaeret.
Lantbertus quintum denum virtute coronat,
575 Factio quem caesum semper tremebunda pavescit.
(18) Ore, fide antistes, signisque et sanguine martyr
Methodius quartum denum celebrandus honorat.
(19) Virtutis specimen patiendi et forma decusque
Martyrii Eustachius terno denoque triumphat.
580 Libra pares lucis somnique hic efficit horas.
(20) Virgoque bis senum Fausta atque Evilasius ornant,
Deseruit Christo mundi qui lucra vocante.
(21) Undecimum Matheus euangelico ore sacravit.
(22) Mauricius denum socia legione coronat,
585 Effuso mortem pariter quae sanguine [3] vicit.

---

551 Sotheris *G*, Sosthenes *C* 553 et hinc *P* yachintus *P*, yachinctus *C*
554 Has simul et Felix felici morte dicavit,
Martyrio Regulae iuncto pariterque beatae *add. G C*
555 sirus *G* 556 tenet *G* 557 octymbrem *G* 559 eraclus *B* 560 sangine *A* 562 Cartago *A*, h *superscr. G* 563 Aecclesię *B R* 564 hac *G* 565 Septenam denam *G* nichomedes *B R*, nichomede *A* praesbyter *G* presbiter — 566 comes *om. A* pretronella *G*, petronella *R* 568 Carnotis *A* leo innus *G*, beobinus *R* leuquosque *G C R* 569 Hic *A* martynus *G* 570 Eufimiamque *C* 571 simul hoc *R* 573 *post vers.* 576 *A B* Aequara *P* 574 Lanbertus *A*, lantpertus quinam *R* 575 Faccio *P*
576 Hugo comes [4] rebus est exutus humanis *add. C ad marg.*
577 Metodius *B* 579 Martyr et *G* 580 *post vers.* 582 *A B R* 581 Evirgoque *R* ornat *R* 582 Desuit *G* 584 deno sotia *A*
585 Emmeramus cum socio comitatur honore,
Quem gens insignis Britannia voce reposcit *add. ed.*

1) *Cf. supra p.* 589 *v.* 409. 2) *Cf. p.* 585 *v.* 252. 3) *Cf. p.* 581 *v.* 18. 4) *an comes Turonensis?*

(23) Nonum Tecla tenet roseo perfusa cruore[1]
Liberiusque dicat Romanam papa per urbem.
Levita et Sosius merito splendescit honore.
(24) Octavum sterili conceptus ventre Iohannes
590 Andochiusque sacrat martyrque et presbiter almus,
Quem Tyrsus Felixque pari comitantur amore.
(25) Septeno Lupus antistes Lugduna revisit
Moenia, devotae pastor memorabilis urbi.
Ambiana micat Firmino martyre plebes.
595 (26) Sexto martyr ovat Cyprianus, virgo beata
Quem Iustina dei fecit cognoscere regnum,
Artibus insanis tandem furiisque relictis.
(27) Quinto cum fratre excellet Cosmas Damiano.
Antimus hos sequitur, Leontius Euprepiusque,
600 Quinum, Christe, tibi sertum qui morte dicarunt.
(28) Faustus Martialis quartum et Ianuarius ornant,
Martyrii trabea simul et certamine clari.
(29) Aetherea virtute potens[2] principesque supernae
Militiae Michahel terno sibi templa sacravit[3].
605 Interpres legis veterisque novaeque probatus,
Instructor doctrinae, heresis damnator iniquae,
(30) Hieronimus pridie Septembrem claudit ovantem.

OCTOBER.

Spumanti musto[4] pomisque Octimber onustus
Quis pateras calathosque ferat, sanctos memoremus.
610 (1) Francos qui primus docuit domuitque feroces,
Remigius proprio Octimbrem praesignat honore,
Germanusque simul, doctrina insignis et actu[5],
Tum propriam munit meritis Autisiodorum,
Qui Oceano fidei refugas et dogma nefandum
615 Reppulit et signis te, picta Britannia, texit.
Hos virtute Bavo et sancto comitatur honore.
(2) Mox sextum Nonarum Leudegarius ornat,
Seditione potens quem dux populusque peremit.
(3) Ewaldi, meritis, gente et cognomine et ara
620 Doctrinaque pares, quintum sibi morte dicarunt.
(4) Marcus Martianusque suo implent munere quartum
Germine, martyrio, natura et funere fratres.

---

586 tecla tecla *G* 588 Deuita *A* sossius *R* splendescis *A* 591 tirsus *B* comitantantur *G* 595 ciprianus *B* 598 Quinta *G* 599 euprepiciusque *P* 602 simili et *APC* 603 Aetheria *G* que *om. R* 604 micahel *A* 607 heronimus *A* septimbrem *BP* 608 octymber *G* honustus *GR* 609 calatosque *BA*, galathosque *R* memorando sequemur *RGC* 610 que *om. G* 611 octymbrem *G* honorem *B* 613 authisioderum *B*, authisiodorum *RP*, antissioderum *A* 614 rufugas et docma *R* 615 britania *BP*, brittannia *AR* 616 babo *G* 617 hornat *B* 618 que *om. G* 619 et *om. A* 620 more *R* 621 impleuit *A*

1) *Iuvenci H. euang. I,* 268 roseo .. satiata cruore. 2) *Arator. Act. II,* 78 virtute potens. 3) *Fast. I,* 290 Sacravere ... duo templa; *II,* 57 sacrata .. | Templa deae, *III,* 429. 4) *Anthol. lat.* 117, 20 spumant .. musta. 5) *Cf. supra p.* 547 *v.* 8.

(5) Ternas tum Nonas Apollinaris honorat
Praesul, templa frequens cuius Ravenna coronat.
625 (6) Virgo Fides pridie hinc felici morte triumphat.
(7) Pontifices Nonas Linus Marcusque retentant.
(8) Octavo ante Idus, Demetri sancte, bearis,
Nomine pro Christi tortores passus iniquos.
(9) Exemplum fidei parendi et norma salubris,
630 Excelsi patris primum cognomine dictus [1],
Gentibus inde pater caelesti sorte vocatus,
Septenas Abraham sancit retinetque beatus.
His quoque martyrii insigni trinoque coruscant
Orbem templa suo lustrantia lumine cunctum:
635 Dionisius, aethereo qui splendet honore,
Gallia doctorem Paulo instituente beatum
Quem meruit, gemino comptum iunctumque ministro;
Domninoque Itali claro tum martyre fulgent.
(10) Senas iustitiae titulis Loth sanctus adornat.
640 Cassius et Gereon, Victor Florentius atque,
Martyrii comites plebs tum coniuncta triumphat.
(11) Quinas mox Taracus, Probus Andronicusque coronant,
Virtutis mortisque pares quos gloria reddit.
(12) Idus tum quartas meritis Edistius auget,
645 Urbs Ravenna suo celebri quo martyre pollet.
(13) Ternas Marcellus, Faustus, Ianuarius implent.
Tum quoque, Petre, tibi, Dionisique, sacratum
Templum et Chrisanto Dariaeque coruscat et ara,
Tulpiacum [2] plano qua praeminet aequore castrum.
650 (14) Callistus pridie antistes martyrque tropheo
Praecellens multo et comitatus martyre fulget.
(15) Idibus inde tibi Maurorum turba vocatur,
Agrippina, animis pariter quae laeta beatis
Militiam Christo virtute et morte dicavit.
655 (16) Septeno denoque, Novembrem qui venientem
Praesignat, Gallus colitur confessor et una
Bis centum et decies septem memorantur, iniquus
Quos furor ob Christum simili mactavit honore.
(17) Sedecimum sacer antistes Florentius ornat.
660 (18) Lucas ter quinum festo officioque dicatum
Monstrat, Paule, tuo Christum sermone locutus.

---

623 appollinaris *P*, apallinaris *corr.* ollinaris *G* 626 linusque *P* retentat *P* 627 Octaua *A* sanctę *BPR* beatris *R* 629 salutis. *G* 631 uocati *B* 633 Is *B̀* 634 Orba *B*, (O)rbe *A* iunctum *B* 635 Dyonisius *A* aetherio *R* 637 iunctuque *P* mistro *R*, mynistro *C*
638 Deseris heu proprium saeuo sub tempore ouile,
Aldrice [3], Christi famulorum norma decusque
Pastor cum Senonum decedens menio (*l.* menia) linguis (*corr.* linquis) *add. P* 639 titulus *G* 647 dyonisique *A* 648 crisanto *AB*, chrysanto *P*, chrisanti *G* 649 Tolbiacum *RGC*, Tulpia complano *P* 650 Calistus *GR*, Callitus *P*, Calixtus *A* tropeo *BA* 653 Agripina *BA* beatus *A* 657 iniquos *C* 660 beatum *G*

1) *Aen. III*, 702 fluvii cognomine dicta; *Ex Ponto IV*, 16. 17. 2) *Zülpich, cf. infra p.* 597 *v.* 683.
3) *Aldricus archiepiscopus Senonensis* 829—841.

Regni calcatrix iuxta et Triphonia claret.
Scorpius autumni hinc moderatur tempora laeti.
(19) Beronicus bis septeno atque Pelagia fulget,
665 Quos pariter quadraginta atque novem comitantur.
(20) Ternum cum deno, Caprasi martyr, honoras.
(21) Presbiter Asterius duodeno laude coruscat
Egregia, multos docuit qui vincere sanctos
Undique bella piis diram minitantia mortem.
670 Hunc et Hilarion heremi bonus accola comit.
Tunc numerosa simul Rheni per litora fulgent
Christo virgineis erecta trophea maniplis
Agrippinae urbi, quarum furor impius[1] olim
Milia mactavit ductricibus inclita sanctis.
675 (22) Undecimum festo Philippus episcopus auget,
Hermas hoc ipso nitet Eusebiusque beatus.
(23) Severine, tuos decimo, sacer, inde colonos
Inspectas primi radians de culmine templi.
(24) Nono quadrageni effulgent sexque triumpho
680 Romae militiae et sancto certamine clari.
(25) Octavum Crispinus habet cum Crispiniano,
Flammas qui passi saevum vicere tyrannum[2].
Gemmas martyrii geminas veneramur eodem
Chrisantum Dariamque, novo quos munere Christi
685 Roma nunc vectos tumulis nova cella[3] venustat,
Qua Rheni celsis succedunt aequora silvis.
Hilarus hic etiam nitet amplo praesul honore.
(26) Pontifices fama, signis tumulisque coruscos
Septimus ostendit vero de nomine Amandum
690 Vedastumque simul meritisque et tempore iunctos.
(27) Hinc sextum martyr pugnans Vincentius ornat,
Christe, te hoc pariter Sabinaque virgo triumphant.
(28) Symonis et Iudae praecellit quintus honore,
Quos opulenta deo Persis mittente receptos
695 Fidos martyrio et signis tumulare patronos
Promeruit, fidei cultrix si deinde fuisset.
Caesare nata micat Decio hic Cyrilla beatis
Virgo animis et cui Decius haud editor esset.
Hic etiam Matronae colitur per litora Faro.
700 (29) Presbiter hinc retinens quartum Zenobius ornat.

---

662 iusta *A* trophonia *B* 663 laeta *B* *post. vers.* 659 *G A* 665 Quas *G C* 666 Terno *BA* 667 Praesbyter *G*, Presbyter *C* duodena *R B C A* 669 minantia *C* 670 Hinc *B* hylarion *R C* 671 hreni *R*, reni *C* littora *BPCA* 672 tropea *BA* 673 Agripinae *BA* 674 inclyta *C* 676 Ermas *B* 680 dari *R* Martinumque suum celebrans Vertauus adornat *add. A* 682 tyrannum] riciouarum *C* 683 geminas festo *G B R C* 684 Crisantum *A B* 685 tumuli *R* noua cella] nouum monasterium *C* 686 hreni *R*, reni *C* 687 Hylarus *C* hac *G* 692 Christe] Grecus nominatiuus *C* 693 Simonis *G* precellet *G* 694 epulenta *R* 697 hinc *B*, hac *P* cirilla *BA* 698 sed cui *C* haut *A* 699 littora *B C A P* 700 Praesbyter *G*, Presbyter *B* aurat *G C R P*

1) ***Aen. I,*** 294 Furor impius intus. 2) *Ibis* 367 saevi .. tyranni; ***Iuvenci H. euang. I,*** 252 saevumque .. tyrannum. 3) ***Münstereifel, quo a.*** 844 ***a Marcwardo abbate Prumiense ossa eorum translata sunt, cf. Floss Romreise des Abtes Markward p.*** 4.

(30) Terno Marcellus Christi galeatus amore
Centuriam caelo dignam geminamque sacravit,
Martyribus bis centum et bis denis comitatus.
(31) Quintinum pridie celebrant sua gesta beatum,
705 Qui insigni et vario ob Christum certamine victor [1]
Octimbrem clauso conponit [2] in orbe ruentem.

NOVEMBER.

Nunc quoque quîs longa vigilet sub nocte [3] November,
Quos vigilando canat, promemus carmine sanctos.
(1) Caesarius prima designat fronte Novembrem,
710 Eximio cuius laetatur Roma triumpho.
Mensis et hic reliquos stellato vertice vincens
Uno omnes sanctos celebrans coniungit honore,
Regia quos caeli [4] pariter retinetque fovetque.
(2) Quartis, Victorine sacer martyrque, bearis.
715 Nonis his etiam Iulianus hisque Benignus
Presbiteri fulgent, virtute et sanguine clari.
(3) Ternis Germanus, Vitalis Caesariusque
Theophilusque pari conlucent lumine festi.
(4) Praesul hinc pridie Rutenos Amantius ornat.
720 (5) Nonis Zacharias vates templique sacerdos
Eminet, ablatam nati qui munere vocem
Vatis et officium prisco de more [5] recepit:
Hasque sacer Felix monachusque Eusebius augent.
(6) Idibus octonis martyr Felix celebratur.
725 (7) Septenas, Amarante, pia de morte sacrasti.
Hic hiemis brumaeque oriuntur frigora durae [6].
Has quoque Wilibrordus habet, quo principe plebis
Fresonum multi Christum sensere vocantem.
(8) Claudi, Castori, Simplici, Simphroniane et
730 Nicostrate, pari fulgetis luce coronae,
Senas ornantes Idus merito atque cruore.
(9) Quinae mox Idus Theodoro martyre vernant.
(10) Quartis Modestus, Florentia Tiberiusque
Trino martyrio trino pro nomine fulgent.
735 (11) Menas sanctus ovat ternis virtute fideque
Confessor, merito, officio et sermone sacerdos,

---

704 Quintum *A* 705 uario hoc *B* 706 Octymbrem *G* 707 uigilat *C* nouenbrem *A* 711 stellator *P* 712 omnis *PC* 714 meritisque *A* beatus *BA* 716 Praesbyteri *G*, Presbyteri *B*, Pręsbiteri *P* fulgent *om. R* 718 collucent *GC*, conlucet *R* 719 Hinc pridie Rutenos confessor Amantius ornat *RGC* Terrens his finis Heiluuic Nonis memoratur *add. C* 720 uatis templi *R* 721 oblitam *PRC*, oblati *G* munere coepit *R* 722 morere uocem *R* 723 *om. R* 725 amarande *G* 726 Hic *om. G*, (H)inc hiemis cur non gelide soluuntur habene *A*, *om. BPR* 727 uuillibrordus *GCRP* plebes *B*, plebe *A* 729 castorii *A* simphoriane *RCA*, simproniane *P*, symproniane *G* 731 *antecedit versui* 729 *in AP* 733 tyberiusque *AGR*, tyburciusque *P* 735 Mennas *G*

1) *Ov. Ep. XV*, 359 vario certamine vici. 2) *Aen. I*, 374 clauso conponet Vesper Olympo. 3) *Ep. XVI*, 181 Et longae noctes. 4) *Georg. I*, 503 caeli te regia; *Aen. VII*, 210 stellantis regia caeli; *Met. II*, 298 regia caeli. 5) *Met. XV*, 593 priscoque .. e more. 6) *Trist. IV*, 7, 1 gelidae post frigora brumae; *III*, 10, 44 dura coercet hiems.

Atque fide martyr, lato famosus in orbe[1]
Martinus votis festoque vocatur eodem.
Exilium, flagella, minas, tormenta necemque
740 Pro Christo perpessa simul Domitilla triumphat.
(12) Agrippina, tuus pridie excellet Cunibertus,
Leonium Sequanae recolunt quoque litora sanctum.
(13) Idus tunc heres tuus, o Martine, retentat
Brictius exilio, lacrimis signisque probatus.
745 (14) Clementinus habet, Teodotus Philuminusque
Octavam decimamque Decembres ante Kalendas,
Hac pariter passi tortoris iussa cruenti.
(15) Septena Eugenius martyr denaque nitescit.
(16) Eucherius sextam cum dena Gregoriusque
750 Implent Lugduni hic, Neocaesariae ille sacerdos.
(17) Quindecima antistes Ligeris per litora perque
Festivos populos Anianus laude coruscat
Aeterna, merito, signis, prece consilioque,
Urbem qui propriam hostili de clade redemit.
755 Arcitenens gelido hinc contristat sidere caelum.
(18) Esichius martyr quartam denamque coronat
Romanusque, urbs Antiochi quis laeta recurrit.
(19) Tredecimam Felicianus cum Severino
Cumque Exsuperio fidei certamine sancit.
760 (20) Pontiane, tibi duodenam Roma dicato
Obsequio sacrat antistes martyrque beate.
(21) Abba Columbanus undenam vestit, ab ipso
Oceano multis vitae qui dogmata sanctae
Relligione pia sparsit sermone manuque.
765 (22) Caecilia illustrat denam mox sancta nitore,
Perpetuo claris semper vulganda tropheis,
Virgo hinc cognato sanctoque hinc fulta marito.
(23) Nonam papa tenet Clemens certamine et altis
Virtutum titulis, mortem qui passus in undis
770 Repperit extructum divino munere[2] templum.
Tum quoque septena genitrix cum prole beato
Praecellens radiat Felicitas alma triumpho.

---

737 orbem *C* 741 Agripina *BRA* chunipertus *G*, chunibertus *PRC* 742 littora *ABC* 743 Idibus hinc *C*, Idus hinc *RGP*, hunc *A* 744 lacrymis *R* 745 theodotus *G* 746 decembris *G* 750 neocesrię *G*

Nec minus Otmari rutilant monimenta beati,
Coenobio Galli qui prefuit abba secundus *add. G*

751 littora *ABC* quaeque *CA* 752 Belsinos populos *coni. ed.* per populos *A* 755 Hircitenens *R* sydere *A*, frigore cęlum *G* (*post vers.* 751), *P post vers.* 750 756 (E)sicius *A* 757 Pomanusque *R* anthiochi *P* cucurrit *G* 759 exuperio *G* 760 Pontianę *P* 762 Undenam abba Columbanus sibi seruat ab ipso *GCR* 763 docmata *C*

764 Ecclesie regnique decus lux aurea plebis
Catholici monimen munimen forma cleri,
Hilduuine[3] tum migrans plangentes linquis (linguis *P*) alumno(s) *add. P*

766 Perpetua *corr.* o *R* tropeis *B*, tropoeis *P*, triumphis *G* 770 exṣtructum *A*, exstructum *R* 771 Tunc *C* genetrix *B* plebe *B* 772 alma *om. R*

1) *Met. V*, 481 latum vulgata per orbem. 2) *Iuvenci H. euang. II*, 188 divino munere vitam.
3) *Hilduinus archicapellanus et abbas monasterii sancti Dionysii obiit a.* 840.

Hicque suos Trudon mundi contemptor adornat.
(24) Chrisogonus meritis octavum et funere sancit.
775 (25) Septenam Petrus antistes martyrque venustat,
Urbis Alexandri populus quo praeduce fultus
Errorum curvos spernit caecosque meatus.
(26) Sextam, Line, sacras roseo de sanguine, papa.
(27) Martyrio quintam Agricola et Vitalis honorant.
780 (28) Silas, Paule, tuus quartam comes auget et ornat.
(29) Ternam, Saturnine, tibi Mauroque dicamus.
(30) Andreas pridie praecellet apostolus amplis
Virtutum fulgens radiis titulisque per orbem,
Qui indomitos verbo signisque subegit Achaeos.
785 Brumalem haec claudunt populorum vota Novembrem.

DECEMBER.

Anni supremum dicemus tempore mensem,
Quorum festa colat[1] brevibus referatque diebus.

(1) Eligius, Noviome, tibi sub luce Decembrem
Prima designat condigno praesul honore.
790 (2) Vero et Securo quartis litat Africa Nonis.
(3) Africa Casiano libat sub martyre ternis.
(4) Tum pridie cum Victorio praecellet Heracleus.
(5) Dalmatius martyr Nonas Crispinaque servant.
(6) Octonas Idus Nicolaus episcopus ornat.
795 (7) Septenas retinet Policarpus cum Theodoro.
(8) Eutitiane, nites senis felici, papa, cruore.
Has quoque Zenon habet coniuncto martyr honore.
(9) Sebastianum quinis celebramus ab urbe
Translatum, proprio quo Gallica rura[2] patrono
800 Exultant, ingens templum[3] cui surgit et ara
Antiquosque nitent aequantia culmina fastus.
Has quoque virgo sibi meritis Leuchadia sancit.
(10) Eulaliam sancto quartis veneramur amore,
Hispaniam Emeritam cuius cruor ossaque servant.

---

773 *om. B A*   774 Crysogonus *P*, Chrisogonis *R*, Crisogonus *B A*   octauam *G R C*   776 Urbs *G R*   780 Sylas *G*, Sileas *R C*   hornat *B*
781 Hunceque diem palma Sisinnius almus adornat[4],
Prumia nunc retinet gaudens cuius caput istic *add. C ad marg.*
784 acheo *R*   788 Eligio *C*   nouiomae a *deleto G*, nouieme *P*   sub *om. R*   790 affrica *G C*, Veri Securique micat nonarum sanguine quartus *A B P*   791 Cassianoque eadem libat (labat *G*) *R C*, Casiano *B A*   792 eracleus *B*   793 martyr ouas *A*   794 nicholaus *B*   Echebertus bone memorie obiit *add. C*   795 teodoro *B*   797 habe *R*   798 quinum *A*   804 Hispanie *C*, Hispanam *P*

1) ***Fast. VI***, 179 festa colebant.   2) ***Venanti C. VIII***, 1, 12 Gallica rura.   3) ***Aen. I***, 446 templum . . ingens; ***Einhardi ann.*** 826 apud Suessonam civitatem in basilica sancti Medardi; ***Ruodolf. Fuld. de reliquiis*** (***Brower Antiq. Fuld.*** 224) Constat namque reliquias sancti Sebastiani martyris ab urbe Roma devectas et ab Hilduino abbate apud Augustam Suessionum Galliae civitatem in ecclesia sancti Medardi confessoris venerabiliter conditas *etc.*   4) ***Inter reliquias Prumiensis monasterii occurrit a.*** 1003 caput Sisinii martyris (***Beyer Mittelrhein. Urkundenb. I***, 717).

805 (11) Romulidae Damasi ternis sollemnia papae
Occurrunt parilemque simul Victoricus atque
Fuscianus habent festi votique nitorem,
Ambiana virent quorum nunc rura cruore.
(12) Hermogenes, Donatus bis denique coruscant
810 Tum pridie et bini coniuncto sanguine sancti.
(13) Idus, Siracusa, tibi Lucia dicavit,
Paschasium Christi pro nomine passa tyrannum,
Spiritus immobilem quam fecit sanctus iniquis
Esse viris; Iudoch pariter colerisque sacerdos,
815 Egregiae Oceani cedunt cui saepe procellae.
(14) Nonum cum decimo Iani de more Kalendas
Qui vocat, antistes Nicasius auget honore,
Spiridionque die praesul celebratur eodem.
(15) Octavum cum deno, Maximine, retentas,
820 Aureliana ferax praebent cui rura Liaeum.
(16) Terni septeno et decimo pueri memorantur,
Impia qui Assyrii tempserunt iussa tyranni,
Quorum nec crepitans valuit terrere fidelem
Constantemque animum [1] fornacis flamma furentis.
825 (17) Ignatius sanctus deno sextoque triumphat
Antiochenae urbis pastor martyrque, ferarum
Quem dentes panem vivum fecere, secuntur
Quem fuso ob Christum Rufus Zosimusque cruore.
(18) Quindecimus demum Moysitis sanguine vernat.
830 Hinc Phoebum duplici Capricornus sidere gestat.
(19) Quartum cum deno Zosimus Clariusque coronant.
(20) Terno cum decimo, antistes Zepherine, coruscas.
(21) Translati Thomae celebrat duodenus honorem,
Aurea quo structore dei cognoscere regnum
835 India promeruit signis commota tremendis [2].

---

805 Roma litat *R*, Romuli dat *C* solennia *R*, solemnia *G*, sollempnia *CA* 806 pirilemque *P* victoriacus *A* 807 Luscianus *corr.* Fuscianus *R* uotęque *B* 809 Ermogenes *BA* 810 Cum *A* coniunctos *R* sangine *A* 811 seracusa *ABCP* 812 Pascasium *P* tirannum *B* 813 sanctus fecit *A* iniquus *R* 814 iudoc *B* 815 cędunt *A*, caedunt *P* 816 Nonas cum decimis *G*, decimum *A* 818 Spirichonque *R* 819 maximene *corr.* mine *R*

Qui uirtute crucis orbatis lumina reddis
Seue pacificans tempestatemque procelle
Fecundas merces (*corr.* meritis) steriles sublimibus annos
Ac inuisa famis populos uel tempora seruans.
Insuper extinguis hydra(m) modico ticione
Hic uiuens peragis spectacula denique clara,
Sed multo maiora facis nunc presule Christo *add. A*

Octauum — lieum *literis rubris scripta sunt* 820 cui cura *BC* licum *R* 821 *sequitur post vers.* 824 *in GRCP* 822 assirii *AB* temserunt *B* tiranni *B* 823 ne *P* crepitus *G* terrore *B* 824 flammę fornace *G* 826 Antiochene *A*, Antiochaene *R*, Anthiochenae *P* partor *P* 827 facere *B* 828 cruorum *B* 829 decimum *A* moysicis *G*, moisitis *P* 830 Hic *GR* febi *P* sydere *A* gesta *P* 831 dariusque *ABCP* 832 Terna *G* decima *G* zephirine *GC*, zephyrine *R* 833 honore *B* 835 comota *B*

1) *Rem.* 718 Constantes animos. 2) *Venanti Carm. I*, 9, 14 signa tremenda.

Solstitio hic Phoebus celsos remeare per axes
Incipit hinc gelidam primum conversus ad Arcton [1].
(22) Undecimum celebrat triceno martyre Roma.
(23) Victoria Christi decimus de virgine fulget.
840 (24) Nono venturae cumulantes munera [2] luci
Lumina pervigilesque aras et templa paramus;
Virginibus quadraginta hic splendet quoque caelo,
Quae dignam vitam voto et virtute dicarunt.
(25) Octavo servi dignatus sumere formam
845 Errantemque hominem veniens revocare creator
Partu virgineo mortales induit artus [3];
Eugeniam quoque tum memoramus Anastasiamque
Consimili Christum comitatas mente fideque.
(26) Septimus hinc Stephano levita et martyre primo
850 Excellet, natum regem passumque beata
Qui vita dominum pugna est et morte secutus.
(27) Dilectus domini verbi inspectorque superni,
Pectore de Christi fontem qui haurire perennem [4]
Promeruit, sextum sancit lustratque Iohannes.
855 (28) Uberibus matrum rapuit quos dira cupido
Regnandique [5] sitis, Christum dum perdere natum
Herodes cupit, infantes quinto veneramur.
(29) Vates rexque pius, divinae et stirpis origo [6],
Insignit quartum David sermone fideque.
860 Urbsque Arelás Trophimo gaudens pastore coruscat.
(30) Mansuetus ternum simul et Florentius aurant.
(31) Silvester pridie Romanam papa per urbem [7]
Laetantes populos votis sibi subdit amicis,
Pontificum primus tranquillam cernere pacem
865 Qui meruit dominosque orbis purgare lavacro.
Virgo Columba, simul palmam virtute perennem
Percipis effuso Christum comitata cruore.
Cumque Potentiano Sabinianus eodem
Occurrit festo, aequales ara atque triumpho
870 Urbem qui Senonum primi docuere patroni.
Haec tandem claudunt extremum festa Decembrem.

---

836 *om. A, post vers.* 833 *G*, 832 *P* Solstitium *R* 837 Hinc cursu per gelidam *G*, Incipit hincursu gelidam *R* arton *B* 838 Undecimum *corr.* mam *G* 842 hinc *A* 845 rouocare *P* 846. 849 *literis rubris A* martire *A* 851 Qui uita atque fide pugna est et morte secutus *R*, Qui uita auctorem *C*, dominum *om. A P* 853 aurire *P* perhennem *A* 856 Pegnandi *R* pendere *R* 857 Heredes *B* capit *C* 858 styrpis *AR* 860 Urbs *G* 861 ternam *R* 863 Siluestri *RG* 864 Laetantis *RGC* 866 perhennem *A* 867 Percipit *G*, Percepisse fuso *R* 868 Tumque *R* sabianus *P* 870 Orbem *R* se nouum *G* prim *B* 871 Finit *add. B*, Explicit martyrologium metro editum *add. R, ubi imago scriptoris sequitur*, Explicit martyrologium uuandalberti diaconi *G*, Martyrologium metro editum a uuandalberto diacono ad illustrem virum otricum clericum explicuit in Christi nomine feliciter, amen *add. C*

1) *Aen. VI,* 16 gelidas enavit ad Arctos. 2) *Ib. II,* 532 Muneribus cumulat magnis. 3) *Met. IX,* 267 mortales Tirynthius exuit artus. 4) *Amor. III,* 9, 25 fonte perenni; *Ep. VIII,* 64. 5) *Aen. VII,* 484 matris ab ubere raptum; *Georg. I,* 37 regnandi . . tam dira cupido. 6) *Aen. VI,* 662 pii vates; *XII,* 166 Romanae stirpis origo. 7) *Met. XV,* 736 Romanam . . urbem.

CONCLUSIO.

(METRUM CORIAMBICUM GLICONIUM ASCLEPIADEUM ALCHAICUM.)

1. Haec nunc, Christe, tuo, deus
Conscripsi breviter munere carmina,
Constans expetiit quae studio pervigili fides.

2. His digesta micant simul
Caelestis patriae et militiae agmina,
Summo perpetui quae radiant aethere luminis.

3. Quorum te veniam prece
Indignus rogitans obsecro criminum,
Multo supplicii namque premor perpetui metu.

4. Trinis ecce decenniis
Vitam dego[1] miser, quintus et insuper
Aevi curriculis orbis adest atque meatibus.

5. Me nunc nil recolens boni
Egisse atque pii concutior nimis:
Curae nam stimulant horribiles mentis ad intima.

6. Lapsum iam releva, pater,
Tandem et praeteritis exue sordibus,
Squalet conscia quis mens[2] nimiisque angoribus tremit.

7. Sanctorum retuli canens
Hic certamina praeclaraque martyrum
Vexilla ante oculos constitui signaque ovantium.

8. Horum glorificat, pater,
Sanguis te iugiter, mors loquitur pia,
Vivunt namque tuo praesidio et luce perenniter.

YMNUS IN OMNES SANCTOS.

(METRUM DACTILICUM SAPPHICUM PENTAMETRUM).

1. Christe, caelorum modulans caterva
quem canit, laudat sitiens cupitque
consonas laudes petimus clientum
cerne favendo.

2. Te chori regem celebrant superni
civium turmae et recinunt piorum,
celsa quos caeli retinens coronat
aula fovetque.

---

titulum om. P 2,2 miliciae P 5,2 concior P 5,3 horribiles *om.* C mortis C 6,2 surdibus C 8,2 et C || *titulum om.* P 1,1 externa C 1,2 scitiens B 1,3 Consonans PC clyentum C 2,3 coruscat B

1) *Aen. IV,* 550 yitam | Degere. 2) *Aen. I,* 604 *Fast. IV,* 311 Conscia mens recti.

3. **Patriarcharum veneranda teque**
turba conlaudans iugiter beata
percipit vitae sitiens perennis
munera semper.

4. **Te prophetarum resonant loquentum**
spiritus, missi quoque te per orbem
praedicant verbi pariter ministri
voce manuque[1]**.**

5. **Martyrum sanguis simul et triumphans**
cum sacerdotum tonat ore[2]**, casta**
virgines iungunt viduae et canoris
tympana sistris.

6. **Omnis ostendit dominum docetque**
te poli summo radians in axe
ordo, te servi canimus fideli
cordis honore.

7. **Tu libens nostrum, petimus, reatum**
solve, tu castam famulis piamque
mentis aspirans cumula benigno
munere laudem.

8. **Gloriam caeli**[3] **tibi vox perennem**
reddat exultans, pater atque nate,
spiritus regno quibus alme compar
vivis eodem.

DE MENSIUM DUODECIM NOMINIBUS SIGNIS CULTURIS AERISQUE QUALITATIBUS.

Nominibus mensum quae sit rationis origo,
Annum bis seno volvunt[4] **qui sidere magnum,**
Quae inlustrent pariter duodenas signa[5] **Kalendas,**
Quid connexa ferat mensum discretio terris,
5 **Quos usus generet cultus, quos formet habendi:**
Servato breviter referemus in ordine[6]**, lector.**

DE IANUARIO.

Quem primum mensem servari Iulius anni
Decrevit, Iani[7] **effertur cognomine regis**[8]**,**
Saturni gentem Latio qui rexit et urbem

4, 1 rosonant *P* **5, 2** casto *C* **6, 3** orde *C* || *titulum om. P* **1** Omnibus *P* **2** sydere *C*, sedere *P* **3** illustrent *C* || *titulum om. P* **9** Saturnini *P*

1) *Venanti Carm. VIII,* 3, 134 voce manu. 2) *Aen. IV,* 510 ore tonat. 3) *Iuvenci H. euang. II,* 554 gloria . . | Fulgentis caeli. 4) *Met. V,* 565 volventem dividit annum; *Georg. II,* 402 volvitur annus; *Anthol. lat.* 680, 1 Bis sena mensum vertigine volvitur annus. 5) *Met. XIII,* 618 sol duodena peregit | Signa. 6) *Ep. XIX,* 203 Ordine fac referas; *Met. V,* 335, *IX,* 5 referam tamen ordine. 7) *Cf. supra p.* 578 *v.* 1. 8) *Isidori Etym. V,* 33, 3 Ianuarius mensis a Iano dictus.

10 Laurentum[1] sceptris populoque et legibus auxit.
Huic gemino praesunt Capricorni sidera monstro,
Bis duodena uno pariter splendentia signo.
Tum tempus campis lepores lustrare nivosis,
Artibus et variis pictas captare volucres[2],
15 Per campos volitant, colles quae et flumina circum[3].
Tum capus accipiterque placet, curisque solutis[4]
Per brumam genio vacat indulgere[5], domique
Diversos usus veri proferre futuro.
Nam neque tum cervos cervasve agitare fugaces[6]
20 Nec spumantis apri[7] lato configere ferro[8]
Armos[9] ex usu est: Borea cohibentur et artus
Exesos macies stringit tenuatque[10] ferarum,
Semina nec cultis facile est committere terris[11].
Urit cuncta gelu et glacies riget horrida campis[12];
25 Robora tum silvis[13] prodest et fissile lignum[14]
Caedere, tum domibus classique aptare[15] secures.

DE FEBRUARIO.

Anni quo numerum regnans Pompilius auxit[16],
Quo sacra dira urbem solitum lustrare togatam,
Inferni Februi retinemus nomine dictum[17];
30 Bis sex hunc stellis astrum praesignat Aquari;
Quam tamen australi caelo demittere nimbis[18]
Cernitur, haec fulget tricenis ignibus unda.
Hunc hiemis verisque tenent confinia mensem[19],
Frigore nuncque riget[20], nunc aere mulcet amico[21].
35 Tum tempus tractis terram proscindere aratris[22],
Semina et hinc sulcis prodest mandare secundis[23].

---

11 sydera *C* 15 collesquę *B* 16 Dum *P* 17 uocat *P* 21 et *BC* cohibenter *B* 22 Exaesos *BP* 24 gule *corr.* lu *P* 25. 26 tunc *C* 27 Mensum quo censens numerum Numa auxit et anni *C* 28 solitum *superscr.* fuit *C* rogata *superscr.* peccata *C* 29 febru *BP* 31 Cum *P* tamem *B* 33 Hunc gemis *P* tenet *C* 34 nun aere *B* 35 Tunc *C*

1) *Aen. VII*, 171 Urbe fuit summa, Laurentis regia Pici *etc.* 2) *Georg. III*, 243 pictaeque volucres. 3) *Aen. IX*, 679 liquentia flumina circum. 4) *Met. X*, 368 curasque .. somnus | Solverat. 5) *Aen. X*, 625 Hactenus indulsisse vacat; *Pers. Sat. V*, 151 indulge genio. 6) *Georg. III*, 539 cervique fugaces; *Trist. III*, 11, 11 fugax .. cervus; *Met. X*, 538 aut .. cervum | Aut agitat dammas. 7) *Aen. I*, 324 Aut spumantis apri. 8) *Ib.* 313 lato crispans hastilia ferro; *Ep. IV*, 83 lato .. ferro; *Met. VIII*, 342. 9) *Aen. XI*, 644 Latos .. per armos. 10) *Georg. III*, 129 Ipsa autem macie tenuant armenta; *Ep. XI*, 27 macies adduxerat artus. 11) *Georg. I*, 223 Debita quam sulcis committas semina. 12) *Trist. III*, 4, 48 terra perusta gelu; *Aen. IV*, 251 et glacie riget horrida barba. 13) *Ib.* 399 et robora silvis; *Met. VIII*, 769 robora caedit. 14) *Georg. I*, 144 scindebant fissile lignum. 15) *Aen. III*, 472 classem velis aptare. 16) *Cf. Fast. III*, 152 Pompilius menses sensit abesse duos. 17) *Isid. Etym. V*, 33, 4 Februarius nuncupatur a Februo ... cui eo mense sacrificabatur; *Fast. II*, 31 Mensis ab his dictus.., quia.. | Omne solum lustrant. 18) *Georg. I*, 23 caelo demittitis imbrem. 19) *Met. VII*, 706 Quod teneat lucis, teneat confinia noctis; *Fast. V*, 187 confinia mensum. 20) *Ex Ponto II*, 7, 72 Frigore perpetuo .. riget. 21) *Fast. I*, 155 tepidum ... aera mulcent. 22) *Ov. Ep. XVI*, 139 proscindere litus aratro; *Georg. II*, 237 terram proscinde iuvencis; *Amor. III*, 8, 41 terram scindebat aratro. 23) *Ep. V*, 115 harenae semina mandas; *Ecl. V*, 36 Grandia saepe quibus mandavimus hordea sulcis.

Hordea tum campis serimus peregrina per agros [1].
Postquam candet avis pietatis nomine [2] praestans,
Vitibus hinc cultum mos est adhibere putandis [3],
40 Sarmentisque novas gemmas [4] proferre recisis,
Incipiunt salices nodis canescere glaucis [5]
Cum primum et coryli nucibus frondere futuris.
Tunc canibus cervas spiculisque agitare [6] repertas
Ac valido aprorum praefigere corpora ferro [7],
45 Informesque cavis ursos lustrare sub antris [8]
Venantum de more placet; tunc piscibus altas
Praestruere aggeribus piscoso in flumine saepes [9].

DE MARTIO.

Martius, exortum statuit cui Romulus anni [10],
Marte tenet ductum bellorum principe nomen [11],
50 Quem auctorem generis [12] Remo cum fratre Quirinus [13]
Credidit esse sui, duplicis cui sidera Piscis [14]
Praesunt, tricenis senisque micantia flammis [15].
Hunc mensem iucunda fovent exordia veris,
Qui mare, qui terras [16] specie tranquillat amoena.
55 Aestus oceani hoc primum consurgere magnos
Navibus et pelagi diffundier aequora pictis
Cernimus atque novos conscendere flumina pisces.
Garrula per sudum volitans cum stridet hirundo [17],
Aeriasque grues [18] campis residere satisque
60 Anseris invisum decedere cernimus agmen.
Saepibus hinc ortos primum munire novandos
Immundoque fimo [19] et rastris componere tempus,
Diversa et propriis committere semina sulcis [20].
Tum cervas, capreas, lepores lustrare voluptas
65 Imperat; hinc apibus sedes statione parandae [21],

37 sorimus *P* 41 glauces *C* 42 corili *C* 46 Venatum *B* 47 angeribus *C* 51 sydera *C* 52 minantia *C* 53 iocunda *C* 54 amena *C* 55 occeani *C* 56 diffundiet *C* 58 tum *P* 61 hortos *P* 62 Inmundoque *C* 63 commitere *P*

1) *Georg. I,* 210 serite hordea campis; *Art. Am. II,* 668 iste serendus ager. 2) *Georg. II,* 319 Optuma.. satio, cum.. | Candida venit avis; *Met. X,* 366 pietatis nomine dicto. 3) *Ib. XIV,* 649 vitisque putator; *Georg. II,* 407 vitem ... putando. 4) *Fast. I,* 152 nova.. gemma. 5) *Georg. II,* 13 glauca canentia fronde salicta; *IV,* 182 Et glaucas salices. 6) *Met. III,* 356 agitantem in retia cervos. 7) *Amor. II,* 14, 34 Figere.. corpora; *Met. XII,* 490 corpora ferro | Temptemus; 604; *VII,* 112 praefixaque.. ferro. 8) *Georg. III,* 247 informes ursi; *IV,* 509 sub antris; *Aen. III,* 641 cavo.. in antro. 9) *Art. Am. III,* 562 altis saepibus; *Aen. XI,* 457 piscosove amne. 10) *Fast. III,* 75 A te *(scil. Marte)* principium Romano ducimus anno. 11) *Fast. I,* 467 nomen .. a carmine ductum. 12) *Isid. Etym. V,* 33, 5 Martius appellatur propter Martem Romanae gentis auctorem. 13) *Aen. I,* 292 Remo cum fratre Quirinus. 14) *Anthol. ed. Riese* 640, 3 duplices .. Pisces. 15) *Met. VII,* 217, 325 micabant | Sidera; *Fast. II,* 266; *Trist. I,* 2, 45 micuerunt nubila flamma. 16) *Aen. I,* 236 Qui mare, qui terras. 17) *Ib. VIII,* 529 Per sudum rutilare; *Georg. IV,* 307 Garrula.. hirundo; *Aen. XII,* 474 Pervolat...... hirundo; *Anthol. ed. Riese* 395, 11. 18) *Georg. I,* 375 Aeriae.. grues, *cf.* 119. 19) *Aen. V,* 333 inmundoque fimo; *cf. Georg. II,* 347. 20) *Cf. supra p.* 605 *v.* 23; *Georg. II,* 289 committere sulco. 21) *Georg. IV,* 8 Principio sedes apibus statioque petenda; *Fast. IV,* 383 sedem.. parasti.

Vere suo cum iam stabulis exire reclusis[1]
Invitat stimulans prolis mellisque cupido.
Deque locis steriles primis tum ferre radices
Arborum[2] et ignotis scrobibus deponere suetum,
70 Plantas quin etiam fecunda ex arbore lectas
Arboris alterius natus de germine cortex
Accipit inque sinu[3] ferro patefactus ad unguem[4]
Continet: hoc laeti surgunt de semine[5] fructus.

DE APRILI.

Quem Veneri sacrum et proprium dixere priores[6]
75 Mensem, hoc quod vigeat demulcens cuncta voluptas,
Nomine de Graio ductum[7] vocitamus Aprilem,
Vel mage quod terras brumali frigore[8] clausas
In varios aperit faetus cogitque fovendo,
Romano tantum excellet sermone vocatus[9].
80 Stellis huic Aries ternis denisque coruscat,
Signorum obliquo qui fulget in ordine primus[10],
Huic laetos crines iucundaque tempora Phoebus
Floribus ac viridi primum de fronde[11] venustat.
Hoc nam cuncta suos erumpunt germina partus,
85 Hoc campi silvaeque et prata recentia mense[12]
Gramine, fronde satis variis vernantque frutectis
Ad pastumque greges mittunt praesepia cunctos.
Tum Philomela suos exercitat impigra cantus[13],
Arguta et tectis nidum suspendit hirundo[14],
90 Tum sturni, merulae, turdi silvisque volucres
Suetae multisono permulcent aera cantu[15],
Turtur cum gemitu pariter raucaeque palumbes[16]
Rurali oblectant fessos studio[17] atque labore.
Venandi hoc eadem est Martis quae mense voluptas.
95 Interea agricolae insistunt frugesque futuras
Saepibus aut fossis properant munire cavatis[18],
Prata vel emissis celerant potare fluentis,

---

68 Radicesque locis steriles transferre secundis *C* 69 scrodibus *C* 80 hinc *C* 82 Hinc *C* iocundaque *C* 84 germine *C* 85 mensę *B* 88 philomena *PC* 89 testis *B* suppendit *C* 91 Suete *PC* 92 tum *P* 94 eandem *P* mensa *C* 95 fruges *B* 97 Grata *B* celebrant *C*

1) *Ep. VIII,* 17 stabulis armenta reclusis. 2) *Met. IX,* 366 radicibus arboris. 3) *Ib. XIV,* 743 Accipit illa sinu. 4) *Hor. Sat. I,* 5, 32 ad unguem. 5) *Georg. II,* 14 surgunt de semine. 6) *Aen. III,* 693 nomen dixere priores. 7) *Fast. IV,* 61 Sed Veneris mensem Graio sermone notatum | Auguror; *Aen. III,* 210 Graio stant nomine dictae. 8) *Ib. VI,* 205 brumali frigore. 9) *Fast. IV,* 87 quia ver aperit tunc omnia ... | ... foetaque terra patet, | Aprilem memorant ab aperto tempore dictum. 10) *Georg. I,* 239 Obliquus qua se signorum verteret ordo: *Art. Am. II,* 251 erit ordine prima. 11) *Ecl. I,* 81 fronde super viridi. 12) *Aen. VI,* 674 et prata recentia rivis. 13) *Georg. I,* 403 seros exercet noctua cantus. 14) *Ib.* 377 arguta . . hirundo; *IV,* 307 nidum suspendat hirundo. 15) *Aen. VII,* 33 adsuetae ripis volucres et fluminis alveo | Aethera mulcebant cantu; *Fast. I,* 155 volucres concentibus aera mulcent. 16) *Ecl. I,* 57 Nec tamen interea raucae, tua cura, palumbes, | Nec gemere aeria cessabit turtur ab ulmo. 17) *Met. V,* 446, 618 Fessa labore. 18) *Cf. supra p.* 606 *v.* 61.

Vitibus aut vallos addunt furcasque bicornes[1]
Corticibusque ligant, ventos ut temnere flantes
100 Pendentes facile et possint portare racemos,
Gratam neu speciem vineta iacentia turpent,
Aut validum indigno mutent perdantque saporem.

DE MAIO.

Mercurii matrem falso delusa priorum
Aetas quam coluit, Maium cognomine Maia[2]
105 Insignit vel maiorum de nomine patrum[3]
Dicti pars populi, quae dignior urbe togata[4]
Extitit. Huic Taurus ter quino sidere fulgens
Auricomum praefert aestiva lampade Phoebum[5],
Inflexoque genu[6] scandentis in aethera Tauri
110 Frontem Maiades septenis ignibus aurant.
Hic veris claudens aestivos incipit orbes
Tellurisque novas fruges mortalibus aegris[7]
Ostendens, calathis primus sua pocula miscet[8],
Fragaque de modicis praedulcia colligit herbis[9],
115 In spicas cum iam viridantia semina surgunt[10]
Auritosque tegunt lepores[11] lactentia farra.
Hoc herbis durum prodest mollire lieum
Praesumptisque novercarum vitare venena
Potibus, in variam quos gignunt arva medellam,
120 Quin et mutato serpentes aere morbos
Tum medica ex usu facile est depellere[12] cura.
Hoc etiam mense autumno quae rite serantur
Agricolae ductis invertunt terga iuvencis[13].
Hoc, quibus armentis amor est et cultus habendi[14],
125 Faetando pecori lectum de more maritum[15]
Emittunt, gentem dominis qui servet equinam.
Hoc quoque delectum[16] castris acieque probare

98 bicurnes *C* 99 tempnere *C* 101 Grata *C* 106 Dictus *CP* 107 hinc *C* sydere *C* 108 phaebum *P* 110 aurat *B* 115 Inspicias *C* 116 laetantia *C* 117 liaeum *P*, lyeum *C* 119 medelam *C* 124 habendis *CP* 125 Fecando *C* morte *C*

1) ***Georg. I,*** 264 Exacuunt alii vallos furcasque bicornes | Atque . . parant . . retinacula viti. 2) ***Anthol. ed. Riese*** 395, 19 dictus cognomine Maiae. 3) ***Isid. Etym. V,*** 33, 8 Maius dictus a Maia, matre Mercurii vel a maioribus natu, qui erant principes rei publicae; ***Fast. V,*** 427 Mensis erat Maius maiorum nomine dictus; ***Anthol. ed. Riese*** 639, 5 Maiorum dictus patrum de nomine Maius. 4) ***Cf. supra p.*** 605 ***v.*** 28. 5) ***Aen. IV,*** 6 Postera Phoebea lustrabat lampade terras. 6) ***Trist. IV,*** 2, 2 flexo . . genu; ***Met. IV,*** 340; ***Iuvenci H. euang. III,*** 355 inflexis genibus. 7) ***Georg. I,*** 345 novas . . fruges; ***cf. supra p.*** 576 ***Compreh. v.*** 2. 8) ***Georg. I,*** 9 poculaque . . . miscuit; ***Met. X,*** 160 pocula miscet. 9) ***Ecl. III,*** 92 Qui legitis . . humi nascentia fraga; ***Met. I,*** 104 fraga legebant, ***XIII,*** 816. 10) ***Georg. II,*** 14 surgunt de semine. 11) ***Ib. I,*** 308 Auritosque sequi lepores. 12) ***Fast. III,*** 827 morbos qui pellitis arte. 13) ***Ib. V,*** 531 ad terga iuvenci. 14) ***Cf. supra p.*** 604 ***v.*** 5; ***Georg. IV,*** 177 amor urguet habendi; ***Aen. VIII,*** 327; ***Art. Am. III,*** 541 amor nos tangit habendi. 15) ***Georg. III,*** 125 Quem legere ducem et pecori dixere maritum. 16) ***Ib.*** 72 Necnon et pecori est idem delectus equino. | Tu modo quos in spem statues submittere genti. ***Campum Madium Francorum poeta dicere videtur.***

Tyrŏnem vetus instituit doctrina, simulque
Turmis et legione hostis premere arma superbi[1],
130 Seu classem instructam ventis aptare secundis[2].
Tumque favis aestu croceis emissa iuventus[3]
Aere sub nudo ludit, stabulisque relictis[4]
Ignotas quaerunt vagabunda examina sedes.
Alis saepe etiam bellum stimulisque lacessunt[5]
135 In pulchramque ruunt animoso pectore mortem[6].

DE IUNIO.

A Iano sextum statuit quem Iulius anni
Mensem, Iunonis retinemus nomine dictum,
Aut populus iunior patribus de more secundus
Hoc mensi imposuit servato ex ordine nomen[7].
140 Huic Gemini aequata praesignant lampade Phoebum,
Sidere ter quino celsus quos signifer aurat.
Solstitio hic reliquos superat longisque diebus
Menses, ad summos caeli qui pervenit orbes.
Torrida et hoc aestas[8] segetes fovet, arvaque primum
145 Fluminis in speciem culmis undare refertis
Efficit, hoc hortos etiam sua cura revisit
Atque holerum iam tunc prodest transponere plantas,
Dum tenerae in fructum possunt adolescere pinguem.
Mox violas atque inde rosas et lilia tempus
150 Carpere, et in calathis yachinti iungere florem[9].
Hinc mos lactuca caenas componere dulces
Suavibus atque herbis[10] validos relevare sapores.
Allia, caepe suis tunc sunt gratissima sucis,
Tum quoque menta placet, tumque est satureia salubris[11],
155 Cum necdum validas concrevit sucus in herbas[12].
Tunc et dulcis aquae salientem quaerere venam[13]
Ieiunis placet atque haustu vitare calores.

---

128 Tironem *P* 129 Turmi *P* prẹmere *P* 130 a patre secundus *B* 132 stabilisque *B* 133 exanima *B* 134 saepae *P* 135 querunt *C* 136 sextam *P* quam *PC* 138 morte secundis *P* 140 Hinc *C* 141 Sydere *C* 147 transpone *C* 150 yacinti *P*, yachincti *C* 151 cenas *C* 153 Alia *P* cepe *C* 156 Tum *C* 157 colores *C*

1) *Aen. XI*, 402 premere arma Latini. 2) *Cf. p.* 605 *v.* 26; *Ov. Ep. XV*, 329 classis.. armis instructa; 23 ventosque secundos, *XVI*, 163. 3) *Georg. IV*, 22 Vere suo ludetque favis emissa iuventus. 4) *Fast. II*, 799 stabulis deprensa relictis. 5) *Aen. XI*, 254 ignota lacessere bella. 6) *Georg. III*, 81 animosum pectus; *IV*, 218, *Aen. XI*, 647 pulchramque petunt per volnera mortem; *IX*, 401 pulchram properet per volnera mortem. 7) *Fast. VI*, 26 Iunius a nostro (*sc. Iunonis*) nomine nomen habet; 88 Iunius est iuvenum, qui fuit ante senum; *Isid. Etym. V*, 33, 9 unde et Iunius dicitur; ante enim populus in centurias seniorum et iuniorum divisus est; *cf. supra p.* 604 *v.* 6. 8) *Ecl. VII*, 47 Solstitium pecori defendite; iam venit aestas | Torrida; *Anthol. ed. Riese* 571, 2 aestas torrida, *cf. supra p.* 585 *v.* 264. 9) *Ecl. II*, 48 florem iungit; *Aen. XI*, 68 florem | Seu mollis violae seu languentis hyacinthi; *Met. V*, 392 aut violas aut candida lilia carpit. | ... calathosque ... | Implet. 10) *Ecl. II*, 49 suavibus herbis. 11) *Cf. Art. Am. II*, 445. 12) *Georg. I*, 90 novas veniat qua sucus in herbas. 13) *Ib. III*, 460 salientem sanguine venam; *Ex Ponto II*, 7, 73 in aqua dulci; *Ep. XIX*, 139 salientem pollice venam.

Hinc etiam cerasa arboribus decerpere[1] tempus:
Puniceis cerasis succedunt cerea pruna[2],
160 Moxque piris primis adduntur mitia mala[3],
Postquam desecto viduantur prata virore,
Agricolae et clauso contemnunt frigora foeno.
Glandifera hinc florem per silvas induit arbos[4].
Ipsae et vicino vites iam flore tumescunt.

DE IULIO.

165 Martis origo, sibi quintum quem signat in anno[5]
Quintilemque suos iussit vocitare Quirinus,
Septimus a Iano medium nunc obtinet annum
Iulius, a magnoque excellet Caesare dictus[6],
Solstitio ardentis Cancri cui sidera fulgent[7]
170 Quattuor et denis pariter radiantia flammis[8].
Hunc paribus spatiis[9] centri demissa per axem
Consotiat sexto solis lux aurea[10] mensi.
Faecundae hoc segetes culmis flavescere summis
Incipiunt et spem messis matura[11] referre
175 Hordea sub primis autumni iacta pruinis.
Hoc quoque, quandoquidem iustis fovet ignibus arva[12]
Phoebus, triticeam praebent bona flamina messem[13].
Hinc etiam lini segetem manus apta[14] requirit:
Nam sata quae fuerit Martis sub mense, refertis
180 Folliculis reddit maturam Iulius, at quae
Per mensem Veneris[15] sulcis est credita raris
Augusto messem campo dabit ipsa perusto.
Hoc quoque mense piris mensas ornare secundas[16],
Praedulcique licet decerpere persica gustu
185 Parva, per aestivos primum matura calores
Quae existunt, reliqua autumno nam cedere certum est.
Farre etiam primo imbutas libare per aras
Tum vacat, ac laetos anni deposcere fructus[17],
Cum necdum plenam fundunt sua tempora messem:
190 Frugibus et caeli facies oranda sereni[18] est.

---

161 iuuantur *C* 162 contempnunt *C* frigore *P* faeno *P*, feno *C* 163 Blandifera *B* 164 cum flore *P* 168 excellit *C* 169 sydera *C* 170 Quatuor *C* 171 spaciis *P* 175 Aurea *C* 181 est *om. B* 182 mensem *C* 185 natura *B* colores *P* 187 Fare *B* prima *B*

1) ***Met. V,*** **536** Poeniceum ... decerpserat arbore pomum. 2) ***Ecl. II,*** 53 Addam cerea pruna. 3) ***Ib. I,*** **81** sunt nobis mitia poma. 4) ***Met. XII,*** 328 Glandiferam quercum; ***Georg. I,*** 187 cum se nux .. silvis | Induet in florem. 5) ***Fast. III,*** 149 Denique quintus ab hoc fuerat Quintilis; ***Isid. Etym. V,*** 33, 10 Quintilis, quia quintus erat a Martio. 6) ***Isid. l. l.*** Iulius vero et Augustus de honoribus hominum Iulii et Augusti Caesarum nuncupati sunt; ***Anthol. lat. ed. Riese*** 117, 14 Iulius a magno Caesare nomen habet. 7) ***Ib.*** 640, 7 Solstitio ardentis Cancri fert Iulius astrum. 8) ***Fast. V,*** **165** micant .. radiantia flammis. 9) ***Art. Am. III,*** 724 pari spatio. 10) *Iuvenci H. e. III,* 15 lux aurea. 11) ***Fast. V,*** 357 maturis albescit messis aristis. 12) ***Met. VII,*** 427 fovet ignibus aras. 13) ***Georg. I,*** 219 triticeam in messem. 14) ***Ib.*** 77 lini .. seges; ***Ov. Ep. III,*** 70, ***Art. Am. I,*** 693 manus apta. 15) ***Fast. IV,*** 61 Sed Veneris mensem. 16) ***Aen. VIII,*** 283; ***Georg. II,*** 101; ***Met. VIII,*** 673, ***IX,*** 92 mensas .. secundas. 17) *Cf. supra p.* 607 *v.* 73. 18) ***Aen. V,*** 851 caeli .. sereni; ***Met. I,*** 168, ***II,*** 321.

Venantum hinc studio[1] pingues agitare repertum
Cervos, hinc canibus[2] silvis lustrare sub altis[3]
Corpora, tunc maciem primum vitantia longam,
Quam Venus et sterili pepererunt frigora pastu.
195 Flore novo[4] certos postquam vineta racemos
Gignunt, haec mensem hunc potior nam gratia comit.

DE AUGUSTO.

Sextum quem numero et Sextilem Romulus auctor
Nomine decrevit, Caesar post Iulius anni
Censuit octavum, Augusti cognomine Roma
200 Mutans Octaviano insignem principe dixit[5].
Aequali hic spatio Maio cum mense rotatur
Devexumque tibi moderans, autumne, remittit
Antehac flammigeram volventem lampada solem.
Denis octonisque micant cui signa[6] Leonis
205 Ignibus, aestivos fundunt quae extrema tepores:
Ac Cererem flavam maturas stringere aristas[7]
Cogunt, agricola ad messem cum cingitur omnis
Cunctaque sudantes producunt arva colonos.
Hoc tamen inmensos aether licet aureus[8] ignes
210 Interdum generet, valido caelumque tremescat
Murmure et effusi convellant aera nimbi:
Aestatem autumni componunt tempora laeti[9].
Unde viris summo et celeri curanda labore est
Messis, et in segetem cuncta exercenda iuventus[10],
215 Maturas imber subitus ne prendere fruges[11]
Possit et incautum deludat terra laborem.
Nec farris solum stimulat tunc cura metendi[12]
Agricolas studium, parilem sed cuncta reposcunt
Arva simul, vario dudum quae semine culta[13]
220 Post variam tribuunt diverso tempore messem.
Hic linum campus, laetum gerit ille legumen[14],
Huc invitat avena[15], vocant huc hordea falcem,
Nec tenuis vitiae faetus[16] lentisve minutae
Temnitur, inque suos rediguntur singula acervos.

---

191 huic *C* repertos *C* 192 hic *C* 195 coniuncta racemos *C* 196 portior *B* 202 Deuextumque *P* 203 flammiferam *C* lampade *C* 215 ymber *C* praendere *BP* 217 stimulant *P* 220 deuerso *P* 224 Tempnitur *PC*

1) *Rem.* 199 venandi studium; *cf. Georg. III,* 409—413. 2) *Cf. supra p.* 605 *v.* 19. 3) *Ov. Ep. XI,* 89 silvas.. in altas; *Aen. III,* 661 silva alta. 4) *Georg. IV,* 142 in flore novo; *Ep. XIV,* 30 Flore novo. 5) *Cf. supra p.* 610 *n.* 6. 6) *Fast. II,* 189 Signa propinqua micant. 7) *Amor. III,* 10, 3; *Georg. I,* 96 Flava Ceres; *Fast. V,* 357 maturis albescit messis aristis; *Nasonis Ecl. II,* 108 (*t. I,* 390) Sponte Ceres flava maturis surgit aristis; *Anthol. ed. Riese* 395, 23 maturas Cereris designat aristas. 8) *Met. XIII,* 587 quas sustinet aureus aether. 9) *Cf. p.* 597 *v.* 663. 10) *Aen. IV,* 86 arma iuventus | Exercet. 11) *Fast. IV,* 385 subito ... imbre; *Ecl. III,* 80 Triste.. maturis frugibus imbres. 12) *Amor. III,* 10, 40 farra metebat; *Fast. II,* 519 farra metebant, *cf. supra p.* 591 *v.* 448. 13) *Met. XI,* 144 semine.. | Arva rigent; *Amor. I,* 1, 10 arva coli. 14) *Georg. I,* 74 laetum.. legumen. 15) *Ib.* 77 lini.. seges.. avenae. 16) *Ib.* 75 Aut tenuis fetus viciae.

225 Hunc quoque per mensem maturos carpere ramis
Fructus[1] atque epulis fas est superaddere sumptis,
Ac dulci ficu prunisque pirisque volemis[2],
Pluribus et nucleis gratos miscere sapores[3]:
Sacrandosque aris[4] modicos de vite racemos[5]
230 Sumere et autumni foecundum poscere Bachum,
Mellita atque epulis gustare absinthia[6] sumptis
Dulcibus atque favis latices iuvat addere puros[7].

DE SEPTEMBRI.

Nonum nunc anni censemus in ordine mensem,
Septimus a Marte primo statuente Quirino
235 Qui fuit, antiquo numerum de nomine priscum[8]
Nunc quoque et autumni pluvias cum tempore signans[9].
Virgo cui denis simul octonisque coruscans
Stellis, flectentem praefert iam lumina[10] Phoebum.
Hoc mense, Augusto superat qui forte, laborem
240 Agricolae messis clausis quoque frugibus implent.
Hoc quoque vinetis custodes ponere[11] tempus,
Qui accessu fures[12] valeant prohibere vagantes
Ac laqueo et nodis vulpes prensare dolosas.
Tum funda horrisono et crepitu terrere volucres[13],
245 Sollicitat quarum variam vindemia pestem[14],
Praedulces celso redolent dum colle[15] racemi,
Dumque legens carpit maturas vinitor uvas[16],
Donec spumanti sudet vindemia musto[17]
Ac plenum fundat praelo torquente lieum.
250 Quamvis saepe per imbriferos tepefacta calores
Luce sub aequanda messuram vinea falcem[18]
Quaerat et abiecto nudet sua crura coturno[19]
Vinitor, adgestas pedibus qui conterat uvas[20].
Servanda hinc etiam brumae sub frigore[21] poma
255 Carpere et apricis mos est componere tectis[22].

---

227 uolaemis *PB* 230 Summere *P* faecundum *P* bacchum *P* 234 stuente *B* 242 uacantes *C* 243 praensare *PB*, prensere *C* 245 Sollicita *P* 247 maturias *B* 249 liaeum *B* 250 ymbriferos *C* 251 mensuram *C* 252 crua *C* 254 brumem *C* 255 a priscis *C*

1) ***Georg. II,*** 500 Quos rami fructus .. | .. carpsit. 2) ***Ib.*** 88 Syriisque piris gravibusque volemis. 3) ***Trist. IV,*** 1, 32 grata sapore fuit. 4) ***Fast. I,*** 535 sacrabor in aris. 5) ***Georg. IV,*** 269 passos de vite racemos; ***Art. Am. III,*** 703 lectis de vite racemis. 6) ***Venanti V. S. Martini I,*** 39 mellis .. absinthia miscam. 7) ***Met. VII,*** 327 purum laticem. 8) ***Ib. XIV,*** 850 priscum .. nomen. 9) ***Isid. Etym. V,*** 33, 11 September nomen habet a numero et imbre, quia septimus est a Martio et imbres habet. 10) ***Met. V,*** 232 sua flectere lumina. 11) ***Art. Am. III,*** 243 custodem in limine ponat. 12) ***Georg. IV,*** 110 custos furum atque avium. 13) ***Met. XI,*** 291 volucrem .. et omnes | Terret aves; ***Aen. IX,*** 55 fremituque .. | Horrisono. 14) ***Georg. I,*** 181 variae inludant pestes. 15) ***Aen. VIII,*** 604 celso .. de colle. 16) ***Ecl. X,*** 36 maturae vinitor uvae; ***Georg. II,*** 419 maturis .. uvis; ***Amor. I,*** 10, 55 Carpite de .. vitibus uvas; ***Rem.*** 189 maturam .. uvam. 17) ***Georg. II,*** 6 spumat plenis vindemia labris, 7 .. musto; *cf. p.* 595 *v.* 608. 18) ***Ecl. IV,*** 40 patietur .. non vinea falcem. 19) ***Georg. II,*** 7 nudataque musto | .. direptis crura cothurnis. 20) ***Anthol. ed. Riese*** 117, 19 Conterit .. calcibus uvas. 21) ***Trist. IV,*** 7, 1 post frigora brumae. 22) ***Ecl. IX,*** 49 apricis in collibus . . . | . . . carpent tua poma; ***Georg. IV,*** 134 autumno carpere poma; ***Art. Am. III,*** 576 carpite poma.

Hinc quoque farra suis prodest committere sulcis [1]
Pinguibus atque arvis [2] fruges mandare futuras.
Hinc cervos Venerem pingui fervore petentes
Per nemora et densas spiculis configere silvas [3],
260 Cum canibus noto delapsa est aura favore,
Venandi Francos docuit studiosa voluptas.
Hunc mensem iam tunc Libra moderante ruentem
Aequato spatio iunguntur noxque diesque,
Cursibus hincque diem superat nox horrida longis [4],
265 Vernali sub sole [5] pari coniuncta recursu,
Lux iterum donec tenebris potiora tenere
Incipiat spatia et fugientem deprimat umbram.

DE OCTOBRI.

Anni nunc decimum Octimbrem rotat orbita mensem,
Octavum vetus instituit quem spera vocari.
270 Is quoque de numero priscum retinere vocamen
Noscitur atque imbres pariter signare frequentes [6].
Libra cui pariles caelo cum fecerit horas [7],
Umentem volvit breviori tramite Phoebum.
Quattuor extendit retrahens quam brachia flammis
275 Scorpius ardentem iuxta Herigonenque [8] reliquit.
Hunc mensem plenis supplet vindemia labris [9],
Omnibus atque arvis, mitis quae pampinus [10] ornat,
Undique conductis fervent vineta colonis.
Hi ferro mites caedunt de palmite fructus [11],
280 Congestos humeris hi gaudent ferre [12] racemos.
Longius hi ductis exportant vitea plaustris [13]
Munera, at hi validis praelum torquere lacertis [14]
Instant ac dulci distendunt robora musto [15];
Hi quoque vel veteres instaurant undique cupas,
285 Sufficiuntve novas solido de robore [16], cunctum
Provida quis anni claudant cellaria vinum.
Idem amor accendit [17] cunctos, eademque per omnes
It cura et requiem fessis vix ipsa referre

---

257 aruis *om. B* 258 petentis *P* 262 r . . . . *C* 271 ymbres *C* 272 pares *BCP*, pariles *corr. Watt.* 275 herigonemque *C* relinquid *P* 276 subplet *C*, supplex *BP* 279 cedunt *P* 287 omnis *P*

1) *Cf. supra p.* 606 *v.* 63. 2) *Ecl. V,* 33 pinguibus arvis. 3) *Met. XV,* 488 densis .. silvis. 4) *Fast. VI,* 140 horrenda .. nocte: *Ex Ponto I,* 2, 86 longis cursibus. 5) *Sedul. C. Pasch. I,* 74 Vernali sub sole. 6) *Isid. Etym. V,* 33, 11 Sic et October November atque December ex numero et imbribus acceperunt vocabula. 7) *Anthol. lat.* 117, 17 Aequalis Librae September digerit horas; *cf. p.* 594 *v.* 580. 8) *Georg. I,* 33 Erigonen inter Chelasque . . | . . ipse tibi iam bracchia contrahit ardens | Scorpios. 9) *Ib. II,* 6 plenis vindemia labris. 10) *Ib. I,* 448 mitis .. pampinus. 11) *Anthol. lat. ed. Riese* 571, 3 tenero dat palmite fructus. 12) *Met. XIII,* 625 Fert humeris; *Fast. IV,* 38; *Art. Am. III,* 775. 13) *Ex Ponto IV,* 7, 9 ducat .. | .. plaustra. 14) *Met. VIII,* 28; *Aen. IX,* 402 torquens hastile lacerto; *Met. IX,* 223 validis .. lacertis; *Fast. VI,* 719. 15) *Georg. I,* 295 dulcis musti. 16) *Ib. II,* 64 solido .. de robore. 17) *Ib. III,* 244 Amor omnibus idem; *Met. XI,* 527 accensus amore.

Nox valet exercetque omnes labor[1] unus habendi.
290 Tunc etiam lento mustum congesta vapore[2]
Flamma coquit spumasque undanti effundit[3] aeno.
Claraque praedulcem servant sic vina saporem[4]
Ieiunis demum facilem praebentque medelam.
Tunc quoque contritum mola vertente synapi
295 Prodest uvarum primo miscere liquori,
Hinc epulas grati relevent ut deinde sapores[5].
Hoc et mense sues lucis inducere tempus,
Maturo hibernum frangant ut tempore glandem[6].

DE NOVEMBRI.

Undecimus magno nunc volvitur orbe November,
300 Anno quem nonum antiquo dixere parentes[7],
Ex numero atque imbri primum nomenque retentat[8].
Scorpius huic denis pariter micat atque novenis
Stellis[9], sed flammae nunc Libram quattuor implent,
Astrorum cultrix Chelas quas repperit aetas[10],
305 Ter quinoque ardet nunc tantum Scorpius igne[11].
Hoc mense autumnus hiemi decedere durae[12]
Incipit et gelidis conflantur frigora ventis[13],
Aere sed dubio diversam terra figuram
Concipit, in pluvias Zephiro nunc flante soluta[14],
310 Nunc Borea in rigidam[15] speciem concreta furente.
Hinc, cum forte datis licet exercere sub auris
Terram, proscissis committere semina campis[16]
Prodest, autumno superant quae forte peracto,
Porcorumque greges[17] silvis consuescere faetis,
315 Dum pinguem vento tribuit quassante[18] ruinam
Quercus dumque nemus glandis vestitur honore.
Tunc et apros silvis cura est quam maxima duros[19]
Quaerere et ex luco canibus producere nigro[20],
Dum validos crebris praedurant ictibus armos,
320 Antiquaque fricant solidandas arbore costas[21]
Caeci nec lato metuunt venabula ferro[22].

289 omnis *P* 292 perdulcem *C* 293 Iouinis *C* 294 sinapi *P* 295 primum *C* 298 tempora *B* 301 ymbri *C* retentant *B* 304 quos *C* 316 glandem *B*, Quercus et effusa sternuntur nemora glande *B P*

1) *Aen. I*, 431 Exercet sub sole labor. 2) *Ib. V*, 682 lentusque .. | Est vapor. 3) *Met. VIII*, 417 spumam .. fundit; *Aen. VI*, 218 aena undantia flammis | Expediunt. 4) *Ex Ponto III*, 5, 17 sapor .. dulcis. 5) *Cf. supra p.* 612 *v.* 228. 6) *Georg. II*, 72 glandemque sues fregere; *Ecl. X*, 20 hiberna .. de glande; *Fast. III*, 717 maturo tempore. 7) *Aldhelm. de laud. virg.* 1926 nomen prisci dixere parentes. 8) *Cf. supra p.* 613 *v.* 271. 9) *Fast. III*, 458 stellis quinque decemque micat. 10) *Ib. I*, 245 quem cultrix nomine nostro | Nuncupat haec aetas. 11) *Ib. III*, 545 Arserat .. igne. 12) *Georg. IV*, 239 duram metues hiemem; *Trist. III*, 10, 44 dura coercet hiems. 13) *Met. IX*, 220 imbres gelidis concrescere ventis. 14) *Georg. I*, 44 Zephyro putris de gleba resolvit; *Trist. III*, 10, 13 pluviaeve resolvunt. 15) *Georg. II*, 316 Tellurem Borea rigidam spirante. 16) *Met. VII*, 119 proscindere campum, *cf. supra p.* 606 *v.* 63. 17) *Iuvenci H. euang. II*, 64 Porcorumque .. gregibus. 18) *Aen. I*, 551 quassatam ventis. 19) *Ib.* 678 mea maxima cura. 20) *Fast. II*, 165, *III*, 295 Lucus .. niger. 21) *Georg. III*, 256 fricat arbore costas. 22) *Aen. IV*, 131 lato venabula ferro.

Quod superest curas genialis bruma resolvens [1],
Dulcibus ad requiem illecebris [2] vocat, horrida postquam
Ruralem cohibent ventorum flabra [3] laborem.
325 Tum dulces ludi tumque est gratissimus ignis [4],
Atque novo oblectat somnum invitare [5] lieo.

DE DECEMBRI.

Extremum bis sena regit nunc linea mensem,
Quem decimum auctore scripsit nova Roma Quirino,
Nomine qui numerum et nimbos designat eodem [6],
330 Nunc etiam Martis dictus de mense December,
Arcitenens Phoebum angustis cui cursibus effert
Ternis ac denis praefulgens ignibus una.
Hoc mense australem caeli demissus in axem [7]
Exiguoque orbem perlustrans tramite nostrum
335 Sol iterum ad Boream convertit lumina [8] celsum.
Hoc etiam hiberno terras urente [9] rigore
Maxima nox modicae causantes munera lucis [10]
Agricolas fovet, oblitos tandemque laboris [11]
Ingratosque sibi blandus sopor inrigat artus [12].
340 Nec tamen imbrifero desunt sua munera mensi,
Nec gelidis cogit penitus cessare sub auris
Tempus et in faciem tellus contecta nivosam.
Tum quoque cum pluviis campus ventoque madescit,
Vomere gleba iacens sulcanda [13] est, hordea demum
345 Qua serere [14] aut laetum cupit exercere legumen [15]
Agricola, inmundumque fimum iactare per agros [16]
Tum licet. At cum terra hebeti torpore rigescit,
Multa domi tamen et tectis properare sub ipsis
Mox vacat, algentis relevant quae frigora brumae [17].
350 Retibus hinc varias pelagi prensare volucres [18],
Aut igni et sonitu per campos fallere [19], sive
Lentandis usu pedicas aptare repertum;
Amnibus hinc etiam piscosis [20] ponere crates
Vimineas [21], densosque ad litora figere fasces,
355 Qua vada demisso tranquillant flumine cursum,

---

322 cura resoluens *BP* 325 Tunc *C* 326 summum *P* liaeo *BP* 329 nymbos *C* 335 celsam *BC* 337 modice *C* 339 irrigat *C* 340 ymbrifero *C* 343 campo *C* 344 ordea *C* 349 frigore *C* 350 prensare *PB* 354 littora *C* falces *P* 355 uado rapidum [22] tranquillant flumina *BP*

1) *Georg. I,* 302 genialis hiems curasque resolvit. 2) *Ib. III,* 217 Dulcibus illa quidem inlecebris. 3) *Ib.* 199 horrescunt flabris; *Met. XV,* 346 venti cohibentur. 4) *Fast. IV,* 698 grato .. igne. 5) *Met. XI,* 604 Invitat somnos. 6) *Cf. supra p.* 614 *v.* 301. 7) *Cf. supra p.* 605 *v.* 31. 8) *Aen. XII,* 172 ad surgentem conversi lumina solem. 9) *Met. IV,* 194 terras ignibus uris. 10) *Sedul. C. Pasch. V,* 55 munera lucis. 11) *Aen. IV,* 528 corda oblita laborum. 12) *Ib. III,* 511 fessos sopor inrigat artus. 13) *Georg. I,* 65 glaebasque iacentes; *Trist. III,* 10, 68 vomere sulcat humum. 14) *Georg. I,* 210 serite hordea campis. 15) *Cf. supra p.* 611 *v.* 221. 16) *Georg. I,* 81 cinerem inmundum iactare per agros. 17) *Cf. supra p.* 612 *v.* 254. 18) *Georg. I,* 383 Iam variae pelagi volucres. 19) *Met. XV,* 474 volucrem .. fallite virga. 20) *Cf. p.* 606 *v.* 47; *Fast. III,* 581 piscosos .. amnes. 21) *Georg. I,* 95 Vimineasque trahit crates. 22) *Aen. V,* 291 rapido contendere cursu; *Art. Am. I,* 629 rapidi .. cursus.

Inventum, facilem capiant ut retia praedam.
Hoc sub mense sues pasta iam glande [1] madentes,
Distento et plenam monstrantes ventre saginam,
Caedere et ad tepidum mos est suspendere fumum
360 Terga, prius salis fuerint cum sparsa madore.
Bis sena hos cultus renovant vertigine menses [2]
Huncque modum et morem sibi Gallica rura [3] retentant:
Quem breviter signans digessi carmine, lector,
Wandalbertus ego [4], hortatu compulsus amici,
365 Dulcia me Hreni quo tempore litora alebant [5],
Maxima Agrippinae veteris quis moenia praesunt.

MENSIUM XII DESCRIPTIO EXPLICIT FELICITER AMEN.

INCIPIT HOROLOGIUM PER DUODECIM MENSIUM PUNCTOS.

Quos cursu solis iungant sua tempora menses,
Carmine nunc, lector, paucis, adverte, docebo [6].
Ianua nunc anni est Ianus [7] finisque December:
Hos menses paribus solis rotat orbita punctis.
5 Quae volvit Februum, undecimum regit ipsa Novembrem.
Martius Octimbrem spatio sibi nectit eodem.
Tum, Septimbre, tibi in speram concurrit Aprilis.
Augustum Maius centro prospectat ab ipso.
Iunia Quintilem scandens trahit orbita mensem.
10 Quas horas sibi quae iungant in fronte, videto,
Lector, et in cunctis aeque observare memento. [8]
Mense omni prima undecimae coniungitur horae:
Hinc umbris decimam nectit cursuque secundam.
Tertia mox nonam punctis complectitur hisdem.
15 Octavae pariter praecedens quarta cohaeret.
Quintam subsequitur numero post septima iusto.
Sola suas tantum mensuras sexta retentat.
Omnibus has, lector, coniungens mensibus horas,
Quo superent spatio umbrarum cedantve, videto.
20 Hoc tamen in primis noscens retineto, quod orbis
Diversae partes [9] varias forment quoque metas.

---

364 Uuandelbertus *P* 365 hereni *P*, reni *C* littora *CP* 366 agripinę *B* Mensium — amen *om. BP* || Incipit — punctos *om. P*, horologium metro editum *EC*, Versus domni Bedae ad componendum orologium *M* 1 iugant *E* 4 paṛiter *ed.* 5 febrium *E* 6 octobrem spacio conectit *M* 7 septembre tibri in spheram *M* 9 Ianua *M* 10 coniungant *M* uidete *P* 11 coniugitur *B* 12 secunda *MP* 15 coáhaeret *P* 16 Quintum *E* 17 sua statum *EC* 19 Quos superant *M* cedatue *E* 21 Diuerse parte *E* moetas *M*

1) *Georg. II,* 520 Glande sues laeti. 2) *Anthol. ed. Riese* 680, 1 Bis sena mensum vertigine. 3) *Cf. supra p.* 600 *v.* 799. 4) *Cf. t. I,* 359 *v.* 32, *p.* 365 *V, I,* 8, *II,* 2 Angilbertus ego. 5) *Georg. IV,* 563 Illo Vergilium me tempore dulcis alebat | Parthenope. 6) *Aen. IV,* 116 paucis, adverte, docebo. 7) *Anthol. lat. ed. Riese* 394, 1 Dira patet Iani Romanis ianua bellis; *Fast. II,* 51 Primus enim Iani mensis, quia ianua prima est; *Isid. Etym. V,* 33, 3 Ianuarius mensis a Iano dictus, . . . vel quia limen et ianua sit anni. 8) *Aldhelm. laud. virg.* 1281 servare memento. 9) *Aen. XII,* 708 diversis partibus orbis.

Nam quae vicino torrentur sole[1] sub Austrum,
Ut mage luce nitent, minimas sic gignere possunt
Umbras. Quae Boreae frigentque iacentque sub axe,
25 Nocte magis longa tenebrisque premuntur opacis[2].
Quae mediis ab utroque absistunt partibus axe,
Inter utrumque etiam lucem moderantur et umbras.
Ergo age[3], si subiecta legentem pagina, lector,
Te movet, hac illam regione probabis, ab ipso
30 Danuvio Hesperiae primos quae vergit ad ortus[4],
Lugdunique urbe et Rhodani distincta fluentis
Respicit Oceani interfusos orbe Britannos[5].
Hoc quoque te iuste horarum mensura monebit,
Umbrarum motus primis ne forte Kalendis
35 Ponere et ad finem studeas perducere mensis.
Nam pridie umbrarum fuerit quae meta priorum,
Sub noctem nequit in varios transire recursus[6],
A medio in medium sensim sed crescere mensem
Deminuive umbras vera ratione docemur,
40 A medio in medium signorum ut volvitur ortus.

HORARUM IAM NUNC TEXEMUS IN ORDINE METAS, HUMANI IGNARIS MONSTRAT QUAS CORPORIS UMBRA.

DE IANUARIO ET DECEMBRI.

Linea, quae Iani prima est pariterque Decembris,
Tricenis pedibus binisque exporrigit umbram,
5 Undenisque sequens pedibus mox umbra recisis
Tantum bis denis unoque extensa patescit.
Linea tumque pedes concidens tertia binos
Umbris ipsa decem figit simul atque novenos.
Rursus et hinc Geminis sole excrescente fugatis,
10 Septem quarta pedes retinet mensura decemque.
Hac etiam binis umbra fugiente[7] recisis,
Ter quinis quintam pedibus sua linea tendit,
Centrum tumque brevem iam sole regente duobus
Abscisis ternos denos sibi sexta retentat.
15 Caedendi hunc morem numeri servabis ubique.

---

22 Namque *E C* 23 Ut magne *corr.* mage *E* 28 subiectam *P* 29 hanc illa *M* 30 Danubio *M* 31 rodani *M*, hrodani *E C* disticta *C* 32 occeani *C* britanos *B E P* 33 docebit *corr.* monebit *M* 35 uelis perducere *B M* 36 quae *om. E C* męta *M* 39 Demunuiuae *E*
1—2 *om. M* 3 gnaris *E C* 6 decembri *E C* 8 *om. M* 13 Centrum *codd.*, Cancrum *coni. Watt.* Umbras *corr.* bris *E* tuncque *M*

1) *Aen. VII*, 720 cum sole novo densae torrentur aristae; *Art. Am. II*, 59 vicino sole. 2) *Ep. XV*, 315 tam longa nocte; *Amor. III*, 8, 36 tenebris . . premebat. 3) *Cf. supra p.* 578 *v.* 49. 4) *Aen. IV*, 118 ubi primos . . ortus. 5) *Ecl. I*, 67 toto divisos orbe Britannos. 6) *Aen. V*, 583 alios ineunt cursus aliosque recursus. 7) *Cf. supra p.* 613 *v.* 267.

DE FEBRUARIO ET NOVEMBRI.

Quae Februum mensura tenet sotiatque Novembrem,
Ter denis pedibus supremas colligit umbras.
Moxque novem constant pedibus denisque sequentes,
Linea tum septem atque decem sibi tertia tendit.
20 Quarta pedes pariter ter quinos colligit umbra.
Hinc pedibus ternis ac denis quinta patescit,
Scandentemque rotam undenis mox sexta coercet.

DE MARTIO ET OCTOBRI.

Cursibus Octobrem sibimet quis Martius aequat,
Octo pedes prima et bis denos linea figit.
25 Denos et septem complet statuitque secunda,
Tertia quindenis Phoebo ascendente tenetur,
Quarta decem excedens pedibus fugit agnita ternis
Mox etiam quinta undenis spatiata recedit,
Sexta novem pedibus pandit sua lumina[1] deinde.

DE APRILI ET SEPTEMBRI.

30 Quae tibi, September, florentem nectit Aprilem,
Bis denis umbram et senis docet orbita primam
In pedibus sub quindenis figitque secundam.
Ternis ac denis cursum quoque tertia frenat.
Undenis crescens pedibus tum quarta recedit,
35 Quinta novem pedibus cursum clauditque patentem,
Septenisque suos componit sexta meatus.

DE MAIO ET AUGUSTO.

Augustum et Maium iungit quae linea primum,
Bis denis umbrae pedibus meat atque quaternis,
Cum denis ternos excrescit moxque secunda,
40 Undenis clarum concludit tertia cursum,
Quarta patet pedibus caelo tepefacta novenis.
Septem quinta tenet propriis finita sub umbris,
Sextaque tum quinis ferventi cessat in orbe.

DE IUNIO ET IULIO.

Horarum sibi Quintilem quis Iunius aequat,
45 Bis denis prima in pedibus patet atque duobus,
Undenisque means ostenditur inde secunda,
Tertia moxque pedes explet comprensa novenos,
Aestivo septem mox tendit quarta calore,
Quintaque tum pedibus conscendit linea quinis.
50 Hinc centro torrens terno sibi sexta retentat.

---

16 Qui *M* 17 suppremas *MC* 22 cohercet *EM* 24 fingit *M* 28 uindenis *P* 31 umbra *M* 38 *post* pedibus *trium literarum spatium vacuum M* usque q; *M*, meatque quaternis *P* 40 clarum *supplev. man. poster. M* 41 cęlo *M* patefacta *C* 42 Septa *M* 47 compraensa *EP* 48 colore *E* 50 centro *codd.*, cancro *coni. Watt.* Explicuit *add. EC*

1) *Cf. supra* p. 582 *v.* 149.

INCIPIT DE CREATIONE MUNDI PER ORDINEM DIERUM SEX DESCRIPTIO BREVIS.

DE UNO ET TRINO DEO.

(METRUM FERECRATIUM[a] TRIMETRUM.)

Simplex purus et unus
aeterni pater atque
summae fons bonitatis,
existens sine fine.
5 aevi principioque,
concrevit deus orbem:
verbo cuncta creante
rerum machina[1] constat,
volvens quam rotat axis,
10 par patri genitoque
lustrans lumine cuncta
mundum spiritus implet,
una et trina potestas
distincto moderatur
15 complexa omnia nutu.

DE DIE PRIMO.

Prima hinc extat origo[2],
carnis libera nexu,
caeli quae tenet aulam,
regem quaeque videndo
20 legem iure beatam
servat militiamque.
Vero haec lumine nobis
lux et fonte perenni
illustrata patescit:
25 hanc quae sponte reliquit
pars, dum caeca superbit,
nocte haec horret et umbris,
discernit sed utramque
regnator deus, inque
30 dignos disparat ortus.
Haec spernenda furoris
virus nequitiaeque
caecis mentibus addit:
vitae ast illa beatae
35 virtutisque benignae
sensim spargit amorem.
Mox caelum deus altum[3],
informique creavit
mersam pondere terram[4],
40 quae magnum per inane[5]
lucis munere[6], primum
undis tecta, careret.
His concreta fuerunt
ignis semina puri,
45 siccusque aeris humor;
nempe his cuncta coactis
sensu corpora nullo
afflatove moventur.

DE DIE SECUNDO.

Caeli hinc proxima terris
50 pars est condita, tetris
saepe obnoxia fumis,
undae namque supernae
telluremque tegentes
iuncta mole ruebant.
55 Has inter deus auctor
firmavit nebulosam
speram nubiferamque.
Haec vis nempe liquentis
undantisque elementi
60 caeli temperat ignes[7].

DE DIE TERTIO.

Hoc ex ordine demum
formosi sator orbis
undis arva retexit;
magnos inque meatus

Incipit de uno trino *EC*   [a] feretracium *PC*, feretratium *E*   4 Exsistens *E*   13 potesta *P*   16 exstat *C*   17 nextu *P*   23 perhenni *E*   25 quam *C*   28 utrumque *EC*   33 Caesis *EC*   35 benigna *C*   39 Mensam *E*   43 Hic *C*   45 umor *P*   50 condita terris *E*

1) *Sedul. C. P. I,* 223 rerum machina. 2) *Aen. VII,* 371 prima domus .. origo. 3) *Aen. XI,* 187 altum ... caelum. 4) *Georg. III,* 354 informis et alto | Terra; *Met. IV,* 243 evectum pondere terrae. 5) *Ecl. VI,* 31 magnum per inane. 6) *Cf. p.* 615 *v.* 337. 7) *Georg. I,* 337 ignis caeli.

65 moles sparsa fluentis
naturae est mare dicta;
fontes, flumina, rivi,
stagna et maxima ripis
mox distincta mearunt,
70 tellus nuda[1] repente
formam laeta virentem
frondis[2] compsit honore,
arbor semina quaeque,
foetus herba sativos
75 verbo urgente crearunt.

DE DIE QUARTO.

Neve haec cuncta carerent
claro lucis honore
spirantique calore,
solis conditor ignem
80 lunae et lampada finxit
stellarumque nitores.
Speris astra sub amplis
haec infixa manere,
haec sunt iussa moveri,
85 quae annis atque diebus
signis prodigiisque
praecessent temporibusque.
Phoebo sidera ab uno
lumen cuncta capessunt,
90 nox quis horrida[3] cedit,
quin et luna meatu
diverso variante
orbe incerta vagansque
solis lumine[4] plena
95 nunc crescit radiatque,
nunc obducta recedit.

DE DIE QUINTO.

Postquam sidere pleno
concors est radiata
lex et fabrica rerum,
100 viventis iubet hortum
naturae inde creator
spirantisque moveri.
Undis mira repente
emersit specierum
105 moles innumerarum,
mox quaecumque natatu
complent aequora quaeque
scandunt aera pennis[5];
diversum genus atque
110 formae corpora magnae et
cete ingentia[6] surgunt;
mox grandes modicique
pisces saltibus undas
squamisque exuperantes[7];
115 testis mox quoque clausa
surgit turba marisque
vis inmensa[8] feracis,
pictae moxque volucres[9]
silvis, rure vel undis
120 suetae ex aequore manant.

DE DIE SEXTO.

Iamque hinc inde sonoro
mulcens aethera plausu[10]
alis turba coibat,
amnes pisce fluebant
125 naturisque elementa
iuncta[11] ornaverat auctor:
telluris superabat
pars quae iussa animatas
posset gignere formas:
130 iussit hanc quoque munus
auctor sumere vivae et
spirantis speciei.

---

66 *om. B* 74 Faetus *E* 76 Noue *E* 77 caro *B* 82 Spęris *P* alta sub altis *corr.* amplis *C* 88 sydera *C* 94 luminae *P* 97 (P)opstquam *P* sydere *C* 100 ortum *C* 105 Molles *P* 114 exuberantes *E*

1) *Ibis* 237 nuda tellure. 2) *Aen. VI,* 206 Fronde virere nova; *Met. XI,* 108 alta fronde virenti. 3) *Cf. p.* 613 *v.* 264. 4) *Met. XIV,* 423 solis | Lumina. 5) *Ib. VII,* 354 sublatus in aera pennis. 6) *Aen. V,* 822 inmania cete. 7) *Georg. III,* 141 saltu superare viam; *Met. VII,* 767 superabat retia saltu. 8) *Georg. I,* 29 inmensi . . maris. 9) *Aen. IV,* 525 pictaeque volucres, *cf. p.* 605 *v.* 14. 10) *Aen. VII,* 34 Aethera mulcebant cantu. 11) *Fast. IV,* 789 Iunxerunt elementa.

Tum diversa per omnem   surgunt corpora terram
135 limo educta repente,   tum quaecumque iumentis
forma est, quae pecus agri   distinguit variatque,
quae silvestria motu   140 quassat menbra [1] ferino,
iussu concita currit,   necnon belua quaeque
inmitisque voraci   fluxit turba fremore.
145 Cunctis, quae grege quaeve   sola incedere gaudent [2],
tum venere figurae.

DE CREATIONE HOMINIS.

Iamque impleta placebat   mundi machina primi,
150 dixit cum sator orbis: 'Facto nunc opus hic est:
nunc demum faciamus,   cunctis qui superesse
possit quaeque creata   155 constant, quemque superna
iam commendet imago'.   Mox limum sator ille
compegit, stabilemque   formavit deus arcem,
160 perfectumque opus ipse   inspirans animavit,
mens quae aeterna maneret.   Nempe haec portio caeli est
divinaeque figurae   165 hinc vertex micat altus [3].
Hanc vim nulla locali   motu menbra coercent,
quamvis saepe retardent.   Distinguens moderator
170 post formam facit, ut vir   sit, nec femina desit:
inmissus sopor artus   confestim irrigat [4], hinc fit
sumpto ex osse virago.   175 Cunctis imperitare,
quos summus iubet auctor,   natura variante
quae undis aere humique   inceduntve volantve
180 nunc repuntve creata.   Simplex inde iubetur
aesca insonsque parari,   ramis quam daret arbor.
Latum nam paradisum   185 frondentemque creator
multo providus ante   fructu impleverat atque
amnis fonte perennis [5],   hac ut sede beatum
190 iam tunc iure futurum   cultorem indigenamque
lex aeterna teneret [6].   Senis deinde diebus
completo orbe [7] peractis,   195 naturae optimus auctor
postquam cuncta placere   recto vidit in ortu,
septeno requievit.

MYSTICUS DE CREATIONE MUNDI SENSUS IN HOMINE ACCIPIENDUS.

Cernens nunc homo, quam te   200 tantus diligat auctor,
temet nosce videndo.   Nempe haec omnia iussu
sunt exorta volentis,   rerum quis meat ordo.
205 Te summus sapiensque   aeternusque repertor [8]

---

138 Distingunt *P*, Distingit *C* 143 uocari *C* 144 femore *P* 145 cunctisque *E* 151 Factus *corr.* to *E* 159 artem *EC* 161 Insperans *E* 167 cohercent *E* 169 Distinquens *P* 173 arrigat *BPE* 180 Nant *PB*, Nam *EC* repetunt *C* treata *E*, terata *C* 184 namque paradysum *E* 185 cracator *P* 186 prouidens *B* 187 impleueret *P* 188 perhennis *E* 197 Rato *codd.*, recto *ed.* 201 nosse *C* ‖ Misticus *EC*

1) *Aen. III,* 30 Membra quatit. 2) *Ib. I,* 690 gaudens incedit Iuli. 3) *Ib. II,* 307 alto | .. de vertice. 4) *Cf. supra p.* 615 *p.* 339. 5) *Fast. III,* 654 Amne perenne. 6) *Aen. XII,* 819 lege tenetur. 7) *Met. XII,* 617 compleat orbem. 8) *Cf. Aen. XII,* 829.

limo finxit et artus
formatos animando
erexit superantem,
210 cuncta ut mente videret[1].
Omnis machina caeli[2],
te propterque creatus
mundus te docet omnis
alter tuque vocaris
215 prisco nomine[3] mundus,
haec cui fabrica cedit.
Te lux illa perennis
primaevo edita iussu
lucis monstrat alumnum.
220 Lumen nam tibi mentis
formans indidit auctor,
quae pars te alma bearet.
Hinc quaecumque per imos
errat portio sensus,
225 caecis horret in umbris[4]:
debet portio praestans
partem efferre sed imam[5]
torpentemque levare.
Hoc firmata per undas
230 caeli spera docere
unda et sparsa videtur:
hoc torpentibus arvis
tellus visa repente[6]
facta et germine prompsit,
235 namque haec optima vitae est
virtus formaque nostrae,
pigros quae erigit actus,
quae torpentia novit
corda accendere, cuique
240 pars cedit vitiosa.
Tu magnas modicasve
cum proferre patrando
virtutes meditaris,
fructus herba vel arbos
245 mixto semine gignens,
cultu frondet amoeno.
Solis mox tibi lumen
caelestis radiare[7]
splendorque incipit almus;
250 tum proferre gerendo
mens lustrata videbit
caeli digna favore[8],
tum discernere facta
luci aptanda vel umbris,
255 tum frenare pudenda;
mox accensa, latentes
cordis tegmine sensus
passim mittet in auras[9].
Hi vel celsa capessunt
260 mentis culmine vecti
arcanoque volatu,
curis sive voluti
instantique labore
mundi commoda quaerunt[10].
265 Quin et corporis ipsa
terreni gravis atque
vergens pondere moles[11]
aut mundos parit actus
cum mente innocuosque,
270 vitae et munere dignos[12]:
impurosve creando,
saevos atque cruentos,
celsum fedat honorem.
Vero lumine mentis
275 tunc demum ille vigebit
caelestique homo sensu,
motus qui reget omnis
obscaenosque premendo
castos exeret actus.
280 Aeterni hunc paradisi
flos fructusque perennis
vitae fonsque fovebit.
Tali haerede creator
clauso temporis orbe
285 perfectoque quiescet.

210 uideres *EC* 216 cędit *P* 225 Cedis *C* orret *E* 234 Feta *P* 235 uita *B E* 237 rigit *E* artus *C* 240 cędit *P* 249 incapit *E* 254 abtanda *P* 255 pudentia *E*, prudentia *C* 260 mensis *C* 261 uolatum *EC* 264 mundum *EC* 265 Quinec *C* 265—285 *om. E* 273 Celsis *C* 278 praemendo *P* 279 exercet artus *C* 283—285 *om. B* 285 quiescat *C* Explicuit *add. C*

1) *Trist. IV*, 2, 57 mente videbo; *Ex Ponto IV*, 4, 45. 2) *Aen. IV*, 89 machina caelo. 3) *Met. XIV*, 850 priscum . . nomen; *XIII*, 68 nomine saepe vocatum. 4) *Aen. VII*, 619 caecis se condidit umbris. 5) *Art. Am. III*, 307 Pars . . ima. 6) *Aen. III*, 90 omnia visa repente. 7) *Cf. supra p.* 620 *v.* 94; *Trist. II*, 325 radiantia lumina solis. 8) *Ep. II*, 64 digna favore fuit. 9) *Aen. IX*, 52 emittit in auras. 10) *Ex Ponto I*, 8, 29 commoda vitae | Quaerere. 11) *Fast. I*, 568 pondere molis. 12) *Met. XV*, 122 frugum munere dignus.

CARMINA CENOMANENSIA.

Ex codice membranaceo quondam ecclesiae, nunc municipii, Cenomanensis 99 formae minoris, qui saeculo XI. ineunte scriptus[1] *LX foliis constat, Stephanus Baluzius a. 1680 in Miscellaneorum libro tertio (p. 1—178) Gesta Aldrici episcopi Cenomanensis a discipulis eius composita primus edidit. Qui cum carmina nonnulla ad eundem Aldricum pertinentia, quae in primis codicis foliis inscripta erant, neglexisset, D. Paulus Piolin ord. S. Bened. a. 1854 in ecclesiae Cenomanicae historiae ab eo illustratae tomo II, 535—546 opus eius his poematibus supplevit. Huic alteri eorum editioni fortunà secunda evenit, ut Leopoldus Delisle, bibliothecae Parisinae praefectus, a me rogatus ea, qua excellit, benevolentia codicem Lutetiam missum accurate et non sine fructu pervestigaverit. Distinxit enim in carminibus illis duorum librariorum manus, quorum altera nonnullorum verborum vel linearum spatia vacua reliquerat, altera eadem sed non omnia expleverat, qua ex re sicut ex mendis non raris autographon codicis iam usu detritum ac lectu difficile fuisse sequitur.*

Poeta, Aldrici episcopi (832—856) cliens et assecla pius, patronum summis laudibus efferens, haud pauca scitu digna de vita et moribus eius et de rebus ab eo in ecclesia Cenomanica gestis memoriae tradidit, quibus Gestorum Aldrici auctor vel confirmatur vel suppletur. Neque haec levi momento aestimanda sunt, cum episcopus ille[2]*, origine Germanus ac scholae palatii discipulus doctus, magna apud Hludowicum imperatorem auctoritate valuerit et magnopere ab eo donatus gratum erga fautorem animum semper exhibuerit. Carmina de Aldrico condita 'non incompta nimis', quibus epitaphia Franconis utriusque praedecessorum eius adicienda erant, cum poetam in Vergilio, Ovidio, Sedulio, Venantio, Aldhelmo satis versatum esse probent, Aldricum de studiis promovendis bene meruisse nec frustra nisum esse argumento sunt. Sicut Gesta Aldrici ultra annum 841 non progrediuntur, poeta quoque initia eius tantum et primos administrationis annos canit.*

I.
TITULUS CENOMANICAE URBIS MATRIS AECCLESIAE METRICE COMPOSITUS.

Cuius ab aeterno succedunt iura salutis
Numine, praecelso colitur hic Christus honore;
Hinc pia, quae genuit dominum, Maria coruscat,

[I] Titulus *secunda manu additum*

1) *Saeculo IX. eum scriptum fuisse Th. Sickel non recte affirmat* (*Acta regum et imperat. Karolinor. II,* 286.) 2) *Cf. de eo, cui Paderborna Liborii reliquias debet, Hauréau in Gallia christiana XIV,* 357—360 *et P. Piolin Histoire de l'église du Mans II,* 118—328.

Virgo parens[1] et virgo manens in fine dierum.
5 Hic honor atque decus seclis memorabile cunctis
Praesulis Aldrici nomen[2] factumque rependens,
Secula quod referent donec consumpta recedant.
Sed magis ut coeptum sequeretur gloria[3] votum
Et bene dispositum celsa consisteret arce,
10 Inclita sanctorum posuit veneranter ibidem
Pignora Gervasii, testis pro sanguine Christi,
Nec minus et socii Prothasii morte sub una,
Et quibus assurgit Stephani redimita corona[4],
Singula constituens proprio de corpore dona.
15 His quoque caelestis retinet quos litera scriptos[5]
Ac sibi delectos, steterant cum tempora necdum,
Alma tui sanctos copulat devotio rite
Nec sine spe certa[6] pietatis perficit usum,
Solaque de numero solius gratia Christi
20 Certa refert[7] novitque suam de nomine plebem.
Quae precibus nostris miserandi porrigat aurem,
Votaque secreta referens in culmine caeli[8]
Munera conciliet nobis virtute superna[9],
Pluribus et felix maneas tu causa salutis[10].

II.
VERSUS IAMDICTAE AECCLESIAE SUPRA SEDEM EPISCOPALEM.

Pontificem meritis Aldricum, Christe, benignis
Protege, quo famulis prosit et ipse tuis.
Quatinus antiqui gradiens vestigia[11] callis
Praemia sectandi recta referre queat.
5 Sicque supernorum capiens consorcia regum[12]
Sedibus optatis sit sibi parta quies[13].

III.
ITEM VERSUS IUXTA SEDEM IPSIUS AECCLESIAE.

Hanc tua devotis Aldrici gratia sedem
Numinibus servet semper ubique, deus,
Qualiter hoc pastor mereatur munere fungi[14],
Grex quoque commissus[15] conditione pari.

[I] 12 socia *C*, socii *corr. Watt.* 15 latera *C*
[II] 3 *an* angusti? (*cf. Sedul. C. Pasch. I*, 64 Augusto .. calle) 4 Peruia *C*, Praemia *Watt.* 6 parcta *C*

1) *Sedul. C. Pasch. V*, 323 Virgo parens. 2) *Met. VI*, 12 nomen memorabile, *X*, 608; *Aen. II*, 583 3) *Ib. XI*, 430 nec parva sequetur | Gloria. 4) *Amor. III*, 11, 29 redimita corona; *Ep. VI*, 115. 5) *Sedul. C. Pasch. IV*, 162 Scripsit ... caelestis littera. 6) *Art. Am. III*, 478 Spesque .. certa; *Met. IX*, 534. 7) *Aen. XII*, 112 Certa referre. 8) *Amor. II*, 6, 43 Quid referam ... pia vota; *Sedul. C. Pasch. IV*, 94 culmine caeli. 9) *Venanti C. V*, 5, 11 virtute superna. 10) *Ep. X*, 143 si non ego causa salutis; *Trist. III*, 9, 24 causa salutis erit. 11) *Georg. III*, 59 gradiens ima verrit vestigia. 12) *Venanti C. VII*, 9, 19 rex .. supernus. 13) *Aen. VI*, 203 Sedibus optatis, *III*, 495 Vobis parta quies, *VII*, 598 nam mihi parta quies. 14) *Met. X*, 273 munere functus. 15) *Sedul. C. Pasch. III*, 167 committo greges.

IV.

VERSUS DE PATENA AUREA MIRO OPERE COMPOSITA, QUAM PRAEDICTUS PRAESUL DE SUO PROPRIO AURO IN SUPRA SCRIPTA MATRE AECCLESIA AD LAUDEM DOMINI NOSTRI IESU CHRISTI FIERI IUSSIT.

Corpore, Christe, tuo dignanter pasce redemptos,
Quo medicina animae, vita salusque gregi [1],
Aldricique tui famuli memor esto benignus,
Dans veniam scelerum cui pietatis ope [2],
5 Qui tibi deque tuis decus hoc venerabile donis [3]
Obtulit ecce pio vatis amore [4] tuus.

V.

[DE ALDRICO PRAESULE.]

Saepe levi motu diversa poemata fingens,
Saepius et tacito pectore [5] trusa ferens,
Nominis et vultus, praesul mitissime [6], vestri
Sum memor [7] et foveo te memorando fidem.
5 Quicquid agam, quicquid sub corde vel ore revolvam,
Te, pater Aldrice, mente ciebo libens.
Aetatis tenerae [8] rudimenta adolentis et aevi
Commendant animis talia vota meis [9].
Namque palatinis sublimi styrpe creato [10]
10 Esset dum rebus cura vehenda tibi,
Protinus expulso terrenae sortis amictu
Invigilat studiis mens benedicta sacris [11];
Expositisque procul gazis, petulantibus oestri
Inlecebris ambit quas male sana [12] cohors,
15 Ac pariter lictis armorum cultibus ultro
Miliciam Christi nec minus arma capis [13].
Te nutrix igitur Mettis suscepit alendum [14],
Dum pocius studiis esset alenda tuis.
Mox inibi meritis efferbuit actio pulcris
20 Vestra salutifero prorsus odore calens,
Sicut odoriferis flagrantia balsama guttis
Aera diffuso nectare [15] saepe replent;

[IV] Ihesu *C* iussit t *sec. manu additum* 4 qui *C*, cui *corr. Watt.*
[V] *sine titulo C* 9 sublimis *C* 11—16 *addidit secunda manus* 13 petulan . . . et hstri *C*, petulantius ardens *Piolin*, petulantibus oestri *Watt.* 19 efferuit *C*, *corr. Watt.* 21 flagantia *C*

1) *Venanti Carm. III*, 8, 39 salute gregis. 2) *Ov. Ep. IV*, 156 Da veniam fassae; *Venanti Carm. VI*, 3, 16, *IX*, 12, 6 pro pietatis ope. 3) *Aen. VI*, 408 venerabile donum. 4) *Met. X*, 451 pio . . parentis amore. 5) *Ep. XIII*, 89 tacitoque in pectore; *Art. Am. I*, 110. 6) *Gesta Aldrici c.* 2 fuit vir mitissimus. 7) *Trist. II*, 181 nominis inmemor huius. 8) *Ib. IV*, 10, 33 tenerae . . aetatis. 9) *Met. VII*, 633 animo mea vota fovebam. 10) *Ib. III*, 543 qua sitis stirpe creati; *Aen. X*, 543 Volcani stirpe creatus. 11) *Ex Ponto IV*, 13, 43 per studii . . foedera sacri. 12) *Aen. IV*, 8 adloquitur male sana. 13) *Ov. Ep. III*, 87 Arma cape; *Met. III*, 115. 14) *Ib. XIII*, 431 te commisit alendum. 15) *Georg. IV*, 384 perfudit nectare; 415 ambrosiae diffundit odorem.

Sicut et omnigenis stipatus floribus ortus [1],
Narcisso et casia seu redolente timo [2],
25 Purpureis etiam violis [3] pariterque ligustris
Ac fragili nardo molliter ora fovet [4].
Coeperat innumeras sensim volitare per auras
Fama [5] quidem dulcis gratior atque favis;
Quam me veridicis liquet eructasse loquelis:
30 Pars legionis enim te recolentis eram.
His ita compositis Hludowicus pacifer orbis
Debita celsithrono munia laudis agit;
Te quoque consciscens refovet, veneratur, honorat [6],
Quin immo obsequiis gaudet adesse suis.
35 Ast ubi cunctipotens caelo delegit ab alto [7],
Praevia quo populis tanta lucerna foret,
Imperio regis divino et iure coactus [8]
832 Aggrederis tandem pontificale decus [9].
Iamque reples studiis Cenomannica rura benignis,
40 Quae recreanda tenes et recreando foves.
Nam fidei clipeus [10] te munit et actio fulgens,
Protegit et cassis iusticiaeque torax [11].
Comptus et insigni virtutum munere dives
Coetibus humanis irradiando micas.
45 Quin et perspicuo verbi mucrone [12] politus
Dogmatis ambrosii dindima quaeque manas:
Cuspide nempe tuo contagia dira [13] fatescunt,
Atque tuis cedunt irrita facta [14] minis.
Fit totum meritis intervenientis alumpni
50 Gervasii, cuius fulget in orbe decus [15],
Quo aspirante precum solamine dedita constant
Agmina subsidiis nunc animanda tuis.
Quam felix cuneus tali sub praesule pollens,
Cuius et altithronus est via, forma, salus!
55 Felices famuli [16], tanto qui iure potiti,
Praecipuis opibus atque merentur ali.
Haec ego perpendens grates persolvo [17] tonanti
Et tibi quandoquidem iuge rependo melos.

---

24 cassia *C* 25 aetiam *C* 31 compositis *sec. manu* ludouicus *C* 32 agat *corr.* git *C* 43 dives *addidi* (*cf. Aldhelm. laud. virg.* 1091 virtutum munere dites), clarus *Piolin* 48 nimis *C*, minis *corr. Watt.* 51 constat *C* 57 to nonque *C*, tonanti *correxi* 58 iuge — melos *sec. manu*

1) *Ex Ponto III*, 4, 63 exhausto floribus horto; *Georg. IV*, 109 croceis halantes floribus horti. 2) *Met. XV*, 80 thymi redolentia flore; *Georg. IV*, 304 thymum casiasque. 3) *Venanti Carm. VIII*, 6, 8 Purpureae violae. 4) *Georg. IV*, 230 Ora fove. 5) *Aen. X*, 641 fama est volitare; *VII*, 104 late volitans iam Fama per urbes | Ausonias tulerat. 6) *Venanti Carm. VIII*, 3, 127 refovet, veneratur, honorat. 7) *Amor. II*, 11, 55 caelo . . alto; *Met. IV*, 18. 8) *Amor. I*, 4, 64 iure coacta. 9) *Venanti Carm. V*, 2, 70. *app.* 34, 2 pontificale decus. 10) *Eph.* 6, 16 sumentes scutum fidei. 11) *Ib.* 14 induti loricam iustitiae. 12) *Ib.* 17 et gladium spiritus (quod est verbum dei). 13) *Georg. III*, 469 Dira . . . contagia. 14) *Met. III*, 336 irrita . . | Facta. 15) *Amor. I*, 8, 10 fulget in orbe dies. 16) *Cf. supra p.* 32 *v.* 257 Felices famuli. 17) *Aen. I*, 600 grates persolvere dignas; *II*, 537.

Cum nec scematico niteant figmenta coturno[1],
60 Sint penitus nullis ac falerata modis.
Non etenim Flaccus rutilat nec Pindarus ardet,
Dramate nec solito prisca Thalia favet.
Sermo sed incultus torvo garrire boatu[2]
Exsequitur passim coeptus amore[3] tuo.
65 Nam sincera tibi meme dilectio semper
Nectit et obsequium cogit amare[4] tuum.
Me tuus urit amor[5] iugiter totisque medullis
Ingeritur penitus languida corda regens:
Intima compagum penetrat viresque resolvit,
70 Vulnerat et facibus pectora dulcis amor[6].
Indiciis vocum valeo depromere nullis,
Amplectar quantum te, pater alme; vale.
Oro, repende vicem, rector benedicte, clienti,
Dilige fida tibi viscera, itemque vale.
75 Det tibi pontificum princeps lumenque precatu
Gervasii, specimen cuius ubique gerens,
Tempore prolixo vitales carpere flatus[7],
Sors tibi dum melior[8] prospera cuncta vehit.
Cumque suprema tuas viduaverit urna[9] pupillas,
Aliger aetherea spiritus astra petat[10].

VI.

INCIPIT TITULUS AECCLESIAE SANCTI STEPHANI ET OMNIUM SANCTORUM INFRA CLAUSTRUM CENOMANNICA IN URBE CONSTRUCTAE ATQUE DICATAE.

Est domus haec domini sacrata in honore patroni
Levitae egregii Stephani per secla beati,
Insuper et cunctorum nomine christicolarum.
Pignora prima tenet Stephani pia martiris ara:
5 En, Stephane, primus reparas ex hoste coronam.
Dextera sed rursus mundi praeconia clara[11]
Concelebrat, nam Paulus adest, qui vespere praedam
Dividit et socios ad cenam provocat agni.
Hinc Iacob frater domini pro munere mentis
10 Enitet ac baculo fullonis praemia sumit,

---

59 sematico *C* 60 poenitus *C* 61 annet *C*, *an* albet?, ardet *Watt.* 63 Serme *C* inculto *corr.* tus *C* 68 poenitus langida *C* 71 uotum *C* 77 Tem prolixo *C sec. manu* T *excepto* fletus *C sec. manu*, flatus *Piol.* 79 pupillas *addidi* (*cf. infra* VII, 145), favillas *Piolin*
[VI] adque *C* 5 querimus *C*, primus *correxi*

1) *Trist. II,* 393 nec tragicos . . cothurnos. 2) *Sedul. C. Pasch. I,* 1 figmenta poetae | Grandisonis pompare modis tragicoque boatu. 3) *Ov. Ep. XVI,* 189 coepto . . amori. 4) *Amor. III,* 11, 52 cogar amare. 5) *Ecl. II,* 68 Me tamen urit amor; *Ep. IV,* 52 me . . urit amor. 6) *Fast. V,* 653 dulci . . amore; *Art. Am. I,* 21 vulneret . . | Pectora; *Met. VIII,* 64. 7) *Aen. I,* 387 auras | Vitales carpis. 8) *Amor. I,* 6, 46 melior . . sors tua. 9) *Sedul. C. Pasch. IV,* 131 gemina viduaverat urna. 10) *Met. I,* 316 petit . . astra; *Fast. II,* 496 astra petebat; *Venanti Carm. IV,* 5, 6; 8, 6 spiritus astra tenet; *Aen. V,* 838 aetheriis . . . ab astris. 11) *Aldhelm. laud. virg.* 1123 praeconia clara . . | . . mundus.

Ac, Mathaee favens, tantis venerabere donis[1].
Teodori demum partem sacrare sinistram[2]
Pignore te docuit, praesul, devotio casta;
Et, Iuliane, tibi festivas ponere laudes,
15 Nam revehis comptos exhausto sanguine lauros.
Nec, Landberte, tuum cunctis venerabile nomen[3]
Defuit obsequio: sexta veneraris in ara.
Omnibus his statuit festis altaria donis
Aldricus praesul meritis insignis et actu[4];
20 Pignora deponens sanctorum clara virorum,
Quem iugiter Christi conservet dextera nobis.
834 Tunc quoque regnantem Hludowicum tempora faustum
Per triplicem septem girum revoluta videbant[5],
Unius adiecto numeri concorditer usu,
25 Pontificemque dei cernebant terrena sacratum
Denique praefixis certa sub sorte[6] Kalendis,
Numine divino moderanti singula quaeque:
Regis et ardenti Hludowici pectore princeps
Totius aecclesiae regnique metropolis alte
30 Urbis Turonicae legitur, veneratur, amatur.
Postulat hoc praesul Landramnus in ordine primo[7],
Nunc puer ac iuvenis pulcherque[8] puerque senexque,
Insuper et sapiens multum quoque nobis amandus.
Nobilis hoc comitum petit et sententia firmat,
35 Consentit clarasque ferunt ad sidera voces[9]:
'Praesul ave noster', cuncti de more frequentant:
'Hic et in aeternum felix per secla vigeto!'

VII.
INCIPIUNT NONNULLI VERSICULI DE ALDRICO CENOMANNICAE URBIS EPISCOPO.

860 Bis quadringentos dum mundus volveret annos[10]
Instabili currens nocte dieque[11] gradu,
Ex quo salvator terras invisere venit
Virginis intactae viscera casta petens,

---

11 matheę *C* 15 N *excepto sec. man. scr.* reuobis *C* exausto *C* laures *C* 16 Nec laudem te *C* 22 hludouicum *C* 23 sepptem *C* 25 cernebant *C, an* cernunt? 27 queque *C* 28 Regos *C* hludouici *C* 34 sentenca *C*

1) *Cf. Gesta Aldrici c.* 2 In dextera igitur et subteriori parte ipsius ecclesiae quintum fecit altare, quod et consecravit in honore sancti Pauli et sancti Iacobi apostoli et sancti Mathaei apostoli et euangelistae *etc.* 2) *Ib.* In sinistra et in subteriori parte ipsius ecclesiae sextum fecit altare, quod et consecravit in honore sancti Theodori et sancti Iuliani atque sancti Lamberti martyrum Christi et in confessione ipsius altaris eorum pignora propriis collocavit manibus. 3) *Art. Am. III,* 407 erat venerabile nomen; *Trist. I,* 8, 15 sanctum ac venerabile nomen. 4) *Cf. supra p.* 547 *v.* 8. 5) *Cf. Gesta Aldrici c.* 3 anno imperii domini Hludovici piissimi imperatoris XXII. 6) *Fast. III,* 855 certa qui sorte; *i. e. eodem die quondam a Landramno episcopus consecratus erat.* 7) *Art. Am. II,* 251 ordine prima. 8) *Ex Ponto III,* 2, 89 pulchri iuvenes; *Venanti Carm. III,* 6, 3 pueros iuvenesque senesque. 9) *Fast. V,* 478 Ad regem voces . . uterque ferunt; *Ecl. V,* 62 voces ad sidera iactant; *Sedul. C. Pasch. V,* 79 clara . . voce. 10) *Met. V,* 565; *Aen. I,* 234 volventibus annis. 11) *Met. II,* 343 Nocte dieque vocant.

5 Funditur in lucem propriae tunc matris ab alvo[1] 800
Temporibus Karoli principis eximii,
Aldricus magnae Cenomannis episcopus urbis,
Quem servet nobis omnipotens dominus.
Progenie hunc patris Francus seu Saxo fuisse[2],
10 Commendant nostris pectora trusa[3] animis.
Matris parte Baiuvarius pariterque Alemannus
Ipse fuit noster praesul odore calens[4].
Illius ergo pater vocitatur nomine Syon,
Mater Gerhildis nomine dicta fuit[5].
15 Isdem namque satus regali ex germine[6] praesul
Nobilibusque aliis iure parentibus est[7].
O felix venter, qui talem fundere partum[8]
Promeruit, mundo qui foret altus honor[9],
Quique daret populis mox gaudia[10] plurima natus,
20 Iohanni similis pluribus indiciis.
Anno praedicto sacris renovatur in undis,
Inde etiam studiis traditur ipse sacris[11].
Coepit amare deum[12], pariter quoque crescere coepit
Virtutum donis[13] pluribus atque bonis.
25 Amittens igitur propriae cunabula gentis[14]
Invigilat studiis mens benedicta bonis[15].
Cum sanctis meruit nutriri antistibus ipse,
A quibus edoctus efficitur sapiens[16].
Coepit amare omnes, quos Christum novit amare,
30 Exemplum cunctis, norma salutis[17] erat.
Ingentes animos angusto in pectore versans[18],
Hinc nova res populis miraque[19] valde inerat.
Corpore namque puer adhuc iuvenilibus annis[20]
Corde videbatur iam satis esse senex.
35 Non verbum fatuum, non quid dicebat inane[21],
Nec sine causa ira subripiebat ei.
Non umquam gaudens vacuum crispare cachinnum[22]
Effugiebat ovans semper ubique leves.

---

9 *sec. manu script.* proienie *C* 22 aetiam *C* 35 numquid *C*, non *corr. Piolin* 37 cahinnum *C*

1) *Met. I,* 420 ceu matris in alvo: *Gesta Aldrici c.* 3 Praescripto namque XI. Kalendarum Iuliarum die antedictus Aldricus pontifex est de utero matris suae natus. 2) *Ib. c.* 1 natione patris ex parte Francus sive Saxo, matris quoque ex parte Alamannus atque Baiuvarius. 3) *Cf. p.* 625 *V,* 2. 4) *Cf. p.* 625 *v.* 20. 5) *Met. XIV,* 348 Nomine dicta suo: *Gesta Aldrici l. l.* Pater eius nominabatur Sion, mater quoque eius Gerildis. 6) *Venanti Carm. IX,* 5, 3. *VI,* 2, 53 regali germine natus. 7) *Gesta Aldrici l. l.* regia ex progenie ortus atque aliis nobilissimis parentibus est procreatus. 8) *Aen. IX,* 298 partum .. talem. 9) *Venanti C. II,* 12, 2 Cuius in hunc mundum spargitur altus honor. 10) *Amor. II,* 9, 50 Gaudiaque .. dasque; *Art. Am. II,* 459 da gaudia. 11) *Cf. supra p.* 625 *v.* 12. 12) *Amor. III,* 12, 5 coepi solus amare; *Sedul. C. Pasch. I,* 201 Coepit amare famem. 13) *Aldhelm. laud. virg.* 300 Virtutum donis. 14) *Aen. III,* 105 gentis cunabula nostrae. 15) *Cf. p.* 625 *v.* 12. 16) *Gesta Aldrici c.* 1 cum episcopis enutritus atque ab eis .. sapienter est instructus. 17) *Venanti Carm. X,* 13, 7 norma salutis. 18) *Georg. IV,* 83 Ingentes animos angusto in pectore versant. 19) *Met. XII,* 498 nova res; *XIII,* 893 Miraque res. 20) *Ib. VIII,* 632 annis iuncti iuvenilibus: *Fast. V,* 273 iuvenalibus annis. 21) *Aen. X,* 639 dat inania verba. 22) *Sedul. C. Pasch. I,* 316 crispare cachinnum.

Quaerebatque libens digne consorcia semper
40 Sanctorum hominum nobiliumque patrum.
Non oculus somnum[1] capiebat nempe serenum,
Ut posset primo ipse manere vigil.
Hinc castus, sobrius, mitissimus atque benignus,
Parcus, longanimis coepit inesse satis.
45 Illius ergo videbantur dulcissima verba[2]
Omnia mella super et superare favos[3].
Qualiter estivos dum certat carpere flores[4]
Ingens examen ad sua castra ferens[5],
Floribus ut variis[6] ornent dulcissima mella[7]
50 Et his se quisque exsaturare velit:
Haud secus Aldricus virtutum dote repletus[8],
Omnibus ipse bonus, blandus, amandus erat.
Roscidulas igitur tenebras dum Aurora fugaret[9],
Aecclesiis semper deditus ipse aderat.
55 Maxime relliquias ubi noverat esse Mariae
Virginis intactae, accelerabat iter[10].
Assiduis lacrimis rogitabat[11] nocte tonantem
Pro se, pro rege proque salute ducum.
Denique pro populi totius pace rogabat[12],
60 Adveniebat ubi, pax ibi semper erat.
In manibus libros iugiter gestare[13] solebat,
Cessabat legere haud abeundo sibi.
Efficitur cantor, grammaticus optimus atque,
Hinc arithmeticus rethoricusque simul;
65 Inde geometricus, pariter dialecticus ipse
Atque astronomicus syderibus variis.
Plurima quid referam[14]? Doctrinis omnibus ergo
Omnibus et sacris imbuitur studiis[15].
Dumque videbatur iuvenis puerilibus annis[16]
70 Subditus et cunctis discipulisque simul,
Efficitur cunctorum iure magister[17] opimus,
Cantor praecipuus, doctor et egregius[18].
Tunc iam completur quod tuba clamat herilis[19] —
Namque hoc non fieri nullo modo potuit —

---

50 *sec. manu scr.* ex saturitate *C* 73 in eo *C*, iam *corr. Watt.* clamat tuba *C*

1) ***Met. VII,*** 153 Somnus in ignotos oculos sibi venit. 2) ***Amor. II,*** 19, 17 dulcia verba. 3) ***Sedul. C. Pasch. II,*** 267 Dulcia . . . . | Eloquia exsuperantque favos atque omnia mella; ***Venanti Carm. VII,*** 12, 118 Exsuperas labiis dulcia mella favis. 4) ***Met. X,*** 85 primos carpere flores. 5) ***Fast. III,*** 174 in nova castra fero. 6) ***Amor. III,*** 5, 9 variis . . floribus; ***Met. X,*** 123. 7) ***Georg. IV,*** 101 Dulcia mella. 8) *Venanti Carm. III,* 8, 30 dote . . reples. 9) ***Met. II,*** 144 effulget tenebris Aurora fugatis; *Culex* 43 tenebras Aurora fugarat. 10) *Aen. VIII,* 90 iter inceptum celerant. *I,* 656 celerans iter. 11) *Met. VI,* 523 cum lacrimis . . . rogantem. 12) ***Amor. I,*** 2, 21 pacemque rogamus. 13) ***Aen. VII,*** 687 spicula gestat | Bina manu. 14) ***Ov. Ep. XIV,*** 109 Ultima quid referam?; ***Amor. I,*** 5, 23 Singula quid referam? 15) ***Cf. supra p.*** 629 ***v.*** 22. 16) ***Ep. V,*** 157; ***Met. II,*** 55 puerilibus annis. 17) ***Sedul. C. Pasch. II,*** 138 residebat iure magister. 18) ***Venanti Carm. II,*** 15, 13 Egregius doctor. 19) *Sedul. C. Pasch. I,* 322 tuba clamat herilis.

75 Non latet urbs quondam praecelso in monte locata[1],
Sed hanc a longe plebs veniendo videt.
Ignis et accensus modio non subditur umquam[2],
Adveniens populus lumina ne videat.
Candelabro lucens sed supraponitur alto[3],
80 Ut spargat cunctis lumina clara[4] satis.
Haud secus Aldrici volitat dum fama per orbem[5],
Excelsum currens venit ad usque polum.
Inde ad Hludowici pervenit Caesaris aures[6], 820
Cuius mox iussu clericus efficitur[7].
85 Iam tunc bis denos compleverat optime soles,
Hanc ex quo lucem venerat in fragilem.
Ergo sequenti anno fit hostiarius ipse,
Atque eodem lector ipse sacratus adest.
Hinc iterumque anno iam volitante secundo
90 Exorcista fuit auxiliante deo.
Inde tribus post haec iam succedentibus annis
Accolitus iure hic benedictus adest.
Denique succedente anno sic iure sequentem
Percepit Christo auxiliante gradum.
95 Tunc iterum alterius transactis mensibus anni[8] 822
Fit levita sacer Metis in aecclesia.
Istos ergo gradus Gundulfus episcopus[9] illi,
Clero vel populo valde petente, dedit[10].
Hic ut vitales amisit corpore flatus[11],
100 Suscepit Drogo pontificale decus[12].
His ita finitis, transacto denique lustro,
Ex quo praedicto omnia facta manent,
Sacratur domino benedicitur atque sacerdos
Drogonis manibus praesulis egregii.
105 Hic igitur vitae ter denis atque duobus 832
Finitis annis auxiliante deo,
Sacratur praesul digne Cenomannis in urbe
A sanctis patribus nobilibusque viris[13].
Hoc etenim multis cecinerunt ante diebus[14]
110 Multi pontifices egregiique patres[15].

---

83 hludouici *C* 104 Drogoni *C*

1) ***Sedul. C. Pasch. III,*** 269 quia non absconditur umquam | Urbs in monte sedens; ***Matth. V,*** 14 Non potest civitas abscondi supra montem posita; *Aen. XI,* 320 celsi .. montis. 2) ***Sedul. C. Pasch. III,*** 270 modio nec subditur ardens | Lychnus; *Matth.* 5, 15 neque accendunt lucernam et ponunt eam sub modio; ***Ov. Ep. XII,*** 138 accenso .. igne; *Fast. IV,* 824. 3) ***Sedul. C. Pasch. III,*** 271 sed spargens altius ignem | Cunctis lumen agit; *Matth. l. l.* sed super candelabrum, ut luceat omnibus, qui in domo sunt. 4) *Aen. XII,* 113 spargebat lumine; *Ep. XV,* 205 clara .. | Lumina; ***Met. II,*** 110. 5) ***Cf. supra p.*** 626 *v.* 27; *Aen. IX,* 473 volitans .. per urbem | .. Fama. 6) *Met. V,* 256 Fama .. nostras pervenit ad aures; *Aen. II,* 81 si forte tuas pervenit ad aures | ... incluta fama. 7) ***ab episcopo Mettensi consecratus.*** 8) *Aen. V,* 46 Annuus exactis conpletur mensibus orbis; ***Fast. III,*** 657 mensibus impleat annum. 9) *a.* 819—822. 10) *Met. III,* 340 dabat populo responsa petenti; ***Gesta Aldrici c.*** 1 Post duos quoque clericatus sui annos ab episcopo eiusdem civitatis nomine Gundulfo .. diaconus est ordinatus. 11) ***Cf. p.*** 627 *v.* 77. 12) *a.* 823—855; *cf. supra p.* 626 *v.* 38. 13) ***Aldhelm. laud. virg.*** 2205 Nobilium ... virorum. 14) *Trist. V,* 13, 5 Perque dies multos. 15) *Venanti C. III,* 6, 11 egregios .. patres.

Horum quod fuerit tunc namque prophetia vera,
Monstravit certis conditor indiciis.
Nam dum octingentos ter denos denique binos
Annos perficeret[1] mundi abeundo rota,
115 Ex quo transierat sacra incarnatio Christi,
November senos perficeretque dies,
Undecima atque foret iam tunc indictio currens,
Franconem iuvenem mors sibi dira tulit.
Post quem successit iam dictus nomine praesul,
120 Cuius fama altos currit ad usque polos[2].
Tunc enim imperii denos pariterque novenos
Complebat annos rex Hludowicus[3] ovans.
Nec magis ergo fuit sedes sine praesule dicta
Quam geminos, Christo auxiliante, dies.
125 Hinc bona plura sacer quae praesul fecerit ipse,
Eius scripsere omnia discipuli:
Necnon aecclesias, quas condidit atque dicavit,
Quas fecit magnas multiplicesque domos;
Vel quae fundavit monachorum habitacula plura,
130 Seu quot pontifices ipse sacravit ovans,
Quotque sacerdotes reliquos benedixerit atque
Multiplices, Christo auxiliante, gradus.
De qua progenie fuerit generatus et hisdem
Cum quibus edoctus atque enutritus adest;
135 Et quot res adquisivit legaliter ipse
Commissae a Christo sibimet aecclesiae,
Accepitque sibi super haec regalia scripta,
Firmius ut sic sic semper haberet ea:
Actibus ex eius recte conscriptus opimis
140 Hinc a discipulis cuncta libellus habet[4].
Quem si quis iugiter digne scrutando revolvat,
Hic mox inveniet plurima lucra sibi.
Hunc tu pontificem conserva, Christe redemptor,
Ut devota omnis plebs lacrimando rogat.
145 Cumque suprema eius viduaverit urna pupillas[5],
Aeternam requiem cede, precamur, ei.

---

122 ovans *add. Man.* (*cf. v.* 130) 131 Quodque *C* 135 quod tres *C* 141 reuoluit *corr.* uat *C* 143 Nunc tu *C* 144 lacrymando *C*

1) *Met. XV,* 817 perfectis . . annis. 2) *Cf. supra p.* 631 *v.* 82. 3) *Cf. ibi v.* 85; *Ep. III,* 135, *VII,* 161 suos feliciter impleat annos; *cf. etiam Gesta Aldrici breviora* (*Mabillon. Anal. vet.* 298), *ubi cum* anno nativitatis suae XXXVII *in episcopatum successisse narratur.* 4) *cui Gesta Aldrici titulus inscribitur; Trist. II,* 245 libellus | . . . versus . . habet. 5) *Cf. supra p.* 627 *v.* 79.

VIII.
DE REBUS NONNULLIS AECCLESIASTICIS, QUAS PRAEDICTUS PONTIFEX DEO ECCLESIAEQUE SIBI COMMISSAE OBTULIT.

Contulit hic igitur praedictus nomine praesul
Aecclesiae dictae aurea dona[1] satis.
E quibus innumeris paucissima nempe canemus,
Nam cum sint nimia, nec numerantur ea[2].
5 Huic regina potens[3] Iudith cognomine dicta[4]
Mirifici calicis aurea dona dedit[5].
Obtulit hunc sancti mox salvatoris ad aram
Ac sanctae Mariae, martyris et Stephani,
Necnon, martirii parilis quos palma beavit,
10 Gervasii sancti Prothasiique simul.
Hinc quoque vestimenta dedit pulcherrima trina,
Quis fruitur digne pontificalis honor[6].
Obtulit hic iterum devota mente[7] sacerdos
Altera mirifica plurima seu varia,
15 Quisque sacerdotes utuntur tempore sacro;
Denique levitis altera plura dedit.
Hinc reliquis gradibus concessit singula cunctis
Quaeque necessaria esse sciebat eis.

IX.
DE VINDICATIONE ET REDDITIONE MONASTERII ANISOLAE, IN QUO SANCTUS KARILEPHUS CORPORE REQUIESCIT.

Bis quadringentos dum mundus volveret annos[8] 838
Ac bis quindenos octoque iure simul,
Ex quo salvator voluit de virgine nasci[9],
Solveret ut mortis debita[10] dura potens,
5 Cumque suum faceret indictio prima recursum[11]
Instabili currens nocte dieque gradu[12],
Compleretque annos viginti et quinque volutos[13]
Hludowicus regni sceptra regendo[14] pie,
Implens Aldricus bis ternos optime soles,
10 Ex quo suscepit pontificale decus[15]:

[VIII] 14 maria *C*

1) *Venanti Carm. III,* 20, 2 aurea dona ferant, *supra p.* 37 *v.* 467. 2) *Sedul. C. Pasch. Prol.* 10 nec numerantur opes. 3) *Venanti Carm. VIII,* 8, 1 regina potens. 4) *Hludowici Pii uxor. Ex Ponto IV,* 16, 17 dictus cognomine Largus. 5) *Met. IX,* 157 Dona det illa, 420 dare dona. 6) *Fast. III,* 420 pontificalis honor. 7) *Aldhelm. laud. virg.* 122, 234 devota mente. 8) *Cf. supra p.* 628 *v.* 1. 9) *Cf. ib.* 3—4. 10) *Fast. V,* 596 voti debita solvit. 11) *Cf. supra p.* 632 *v.* 117. 12) *Cf. supra p.* 628 *v.* 2. 13) *Cf. supra p.* 631 *v.* 85; *Trist. II,* 161 sociales compleat annos. 14) *Aldhelm. Aenigm. heptast.* 18, 2 regni sceptra regebat. 15) *Cf. supra p.* 631 *v.* 100; *Gesta Aldrici c.* 47 Hoc autem factum est anno incarnationis dominicae DCCCXXXVIII. indictione II. et anno imperii praefati domni Hludowici piissimi imperatoris XXV. anno vero ordinationis saepedicti

Ternos ante dies quam Maius currere mundo
Coepisset cursum perficiendo suum,
Redditur Aldrico, Carilephus corpore sanctus
In quo iure iacet, rite monasterium[1],
15 Cum villis cunctis, cum rebus denique totis,
Confirmans scriptis optime cuncta satis,
A sancto atque pio Hludowico Caesare summo,
Disponens regnum dum resideret Aquis.
Hoc quoque praedictus legaliter induperator
20 Egit consultu nobilium procerum.
Cui da, Christe potens, requiem sine fine manentem[2]
Consortem faciens civibus angelicis.

X.

DE DEDICATIONE SENIORIS ALTARIS ANISOLAE MONASTERII, IN QUO SANCTUS KARILEPHUS CORPORE REQUIESCIT.

838 Bis quadringentis triginta atque octo volutis[3]
Annis salvator natus ut est dominus,
Iure suum faciens indictio prima recursum[4],
Quae certis numeris temporibusque[5] volat.
5 Imperii domnus compleret dum Hludowicus
Bis denos annos denique quinque super[6];
Implens Aldricus senos feliciter annos,
Ex quo illi datus est pontificalis honor[7],
Non alius quam quem Cenomannis in urbe priores
10 Excoluere pii et tenuere patres;
Undenos Maius propria vertigine mensis[8]
Perficiens celeres mundo abeunte dies:
Praedictus praesul tunc aram iure dicavit
Aecclesiae, recubat qua Karilephus ovans.
15 In domini sacrans hanc salvatoris honore
Virginis et Mariae matris et altithroni;
Sed nec excipitur ab hoc Martinus honore
Christi confessor praecipuusque pater.
Praefixo ergo die praefixus nomine praesul
20 Suscipitur dicto inque monasterio,

[IX] 17 hludouico *C*

[X] 1 trigenta *C* 11 Unde *C, corr. Watt.* (*cf. Gesta Aldrici c.* 43 anno sexto ordinationis Aldrici Cenomanicae urbis episcopi, quinto quoque Iduum Maiarum die) 13 tuncharum *C* *post versum* 14 *in codice una linea vacua relicta est, sed nihil deesse videtur.*

Aldrici episcopi sexto. Pridie quoque Kalendarum Maiarum Aquisgrani palatio praedictum indicium est actum.

1) *Gesta Aldrici c.* 47 monasterium Anisolae, in quo domnus Carilephus corpore requiescit *(nunc Anille s. S. Calais, dép. Sarthe).* 2) *Sedul. C. Pasch. II,* 66 Imperium sine fine manet. 3) *Cf. supra p.* 633 *IX,* 1. 4) *Cf. ib. v.* 5. 5) *Ep. VII,* 170; *Rem.* 189 Temporibus certis. 6) *Cf. supra p.* 633 *IX,* 7. 7) *Cf. p.* 632 *v.* 122, 633 *v.* 12. 8) *Riese Anthol. lat.* 680, 1 mensum vertigine.

Ut docet ordo sacer, sanctum decet ut seniorem,
A sanctis patribus nobilibusque viris [1].
Extitit hoc primo postquam Caesar Hludowicus
Reddidit hoc sibimet aecclesiaeque suae [2].
25 Cui da, cunctipotens, hanc optime ducere vitam [3].
Insuper et requiem annue perpetuam.

XI.
ORATIO SCRIPTORIS.

Ad te, Christe potens, lacrimas nunc fundo [4] lugubres,
Nisibus et totis famulus te posco misellus,
Qui facis infantum disertas optime linguas [5],
Da mihimet verbi claram splendere lucernam,
5 Ut valeam retinenda patris conscribere facta [6]
Praesulis Aldrici Cenomannica rura regentis.

XII.

Praesul ave noster, cuncti te, Aldrice, rogamus [7],
Nunc altus dominus, nunc humilisque pater.
En tua fama sacri vulgans praeconia [8] facti
Gallorum celsas venit ad usque domos.
5 Qui es pia spes patriae, solamen et optima virtus,
Ast murus fortis et clipeus validus.

XIII.
EPITAPHIUM FRANCONIS EPISCOPI PRIORIS.

Hoc busto tegitur tumulatus Franco sacerdos, 816
Fessus iam senio hac requiescit humo,
Urbem hanc qui rexit felix moderamine iusto [9],
Algida corda fovens dogmate nempe sacro.

[XI] 3 dissertas obtime *C*

[XII] *ex eod. cod. f.* 38 *ed. Baluzius, Miscell.* III, 106 1 Presul aue aldrice noster cuncti rogamus *C*, *corr. Bal.* 6 Ast munis *C*

[XIII. XIV] *ex codice Cenomanensi* 224 *saec.* XII. *ed. Mabillon Anal. vet.* 297, *repett. Gallia Christiana* XIV, 224, 357, *Piolin* II, 108, 117

1) *Cf. supra p.* 631 *v.* 108. 2) *Gesta Aldrici c.* 43 In praefixo ergo Iduum die cum psallentio susceptus est iam dictus Aldricus episcopus primo postquam ei redditum fuit memoratum Anisolae monasterium a domno Hludovico imperatore a monachis et reliquis nobilibus hominibus in ipso monasterio. 3) *Aen. II,* 641; *Met. XI,* 702 vitam ducere. 4) *Ep. XI,* 125 lacrimasque . . funde; *Met. XIII,* 490; *Aen. III,* 348 lacrimas . . fundit. 5) *Met. XIII,* 228 dolor ipse disertum | Fecerat; *Sap.* 10, 21 et linguas infantium fecit disertas. 6) *Haec ad Gesta Aldrici, quae in codice secuntur, spectare crederes.* 7) *Cf. supra p.* 628 *v.* 36. 8) *Ov. Ep. XVI,* 207 praeconia famae. 9) *Cenomanicam. Iuvenci H. euang. Prol.* 14, *II,* 581 iusto moderamine.

5 Decursis annis bis denis atque duobus[1]
Ad caelum vehitur regna beata petens[2].
Dic, quicumque legis haec verba precantia[3], quaeso:
'Perpetuam requiem donet ei dominus'.

XIV.
EPITAPHIUM FRANCONIS IUNIORIS EPISCOPI.

834 Qui fuerat largus, nulli bonitate secundus[4],
Francia quem genuit, mors inimica tulit[5],
Et doctor populi, pius ac miserator egentum[6],
Franconisque nepos, praeditus eloquio.
5 Iamque decem et septem ferme volventibus annis[7]
Abstractus carne fertur ad astra poli[8].
Hos quicumque legis versus, dic, lector opime:
'Aeternam requiem det sibi celsitonans'[9].

1) *Actus pontific. Cenomannis in urbe degent. c.* 21 Anno incarn. dom. DCCCXVI obiit Franco maior natu episcopus III Kal. Febr. 2) *Ov. Ep. XII,* 24 regna beata; *Aen. I,* 620 nova regna petentem. 3) *Ov. Ep. XI,* 69 precantia verba. 4) *Venanti Carm. euang. IV,* 9, 11 nulli de nobilitate secundus. 5) *Ib. App.* 8, 4 Quem ... mors inimica tulit. 6) *Ib. C. IV,* 10, 13 largitor egentum. 7) *Aen. I,* 234 volventibus annis. 8) *Venanti Carm. I,* 9, 6 qui colit astra poli. 9) *Actus pontific. Cenom. c.* 22 Hic *(Franco II)* quoque sedit in supradicta sede annos XVI menses V dies V, qui et in pace in villa sui episcopii, quae Culturas nominatur VIII Idus Nov. ... obiit. Cuius corpusculum ... inde ad civitatem est .. adlatum et in ecclesia sancti Vincentii, in qua prior et avunculus suus domnus Franco antecessor eius corpore requiescit et ad pedes eius est sepultum; cuius sepulturam Aldricus successor eius nobiliter ornavit et super eum epitaphium eius metrice conscribere iussit, sicut hactenus liquet, similiter et Franconis senioris episcopi .. fecit. *Cf. supra p.* 632 *v.* 113—118.

CARMINA SALISBURGENSIA.

Maiorem carminum, quae secuntur, partem praebuit nobis codex Monacensis 14743 (quondam S. Emmerammi Ratisbonensis) f. 157—184 formae minoris saec. IX, de quo iam huius sylloges t. I, 166, 394 diximus. Postquam Ioh. Mabillon ex eo primus et Alcuini epistolas mutilas et carmina nonnulla edidit (Analecta vet. ed. II p. 346—349, p. 389—409), horum editionem correxi et supplevi (Archiv für Kunde oesterreich. Geschichtsq. XXII, 280—293). Versus de ordine conprovincialium pontificum metropolis Salisburgensis, quae iam Hieronymus Pez (SS. rerum Austriacar. I, 9—10) repetiverat, edidit nuper Holder-Egger (SS. XIII, 341—43). Poeta in Vergilii, Ovidii, Fortunati, Aldhelmi operibus satis versatus, cui fortasse carmina de mensibus Wandalberto similia quoque debemus, intra annos 855 et 859 versus composuerit oportet, quibus, si Guilelmi Wattenbach coniecturae probabili fides habenda est (Deutschlands Geschichtsq. I, 238), aula episcopalis exornanda erat. Addimus titulum ecclesiae Salisburgensis, quem idem ex codice nunc Vindobonensi 522 (quondam Salisburgensi 379) saec. IX. f. 2' primus foras dedit (Archiv für ältere Deutsche Geschichtskunde X, 555), versus librariorum Salisburgensium, quos Foltz (Gesch. der Salzburger Bibliotheken p. 10—13) iam collegit, aliosque de miraculo, quod Annone Frisingensi episcopo regente accidit. Hos ex codice Monacensi 21571 saec. XII. f. 238 supra (p. 118) iam adhibito, ex quo Martinus de Deutinger eosdem a. 1852 publici iuris fecerat (Beyträge zur Gesch. des Erzbisthums München-Freysing III, 563), Guilelmus Meyer benigno animo descripsit.

I.

DE ORDINE CONPROVINCIALIUM PONTIFICUM.

I a.

Dicta Iuvavo fuit quondam metropolis ista,
Quam primo fundans Hrodbertus rexerat almus.
Post hunc Vitalis antistes rexit eandem;
Ipsius inde Flobargisus qui est fultus honoris [1].
5 Quartus Iohannes fuerat sedemque regendo.
Advena Virgilius statuens quam plurima quintus.
Multo plura gerens Arno super omnia sextus.
Septimus hinc successit Adalram pastor opimus [2],

[I a.] 2 fundens *R f.* 171', fundans *corr. Mabillon*

1) *Venanti C. II,* 8, 20 fultus honore fuit. 2) *a.* 821—836. *Venanti C. II,* 10, 40 pastor opimus.

Tempore namque suo statuens quam plurima pulchre.
10 Octavus veniens Liuphrammus praesul ovilis[1],
Officium domini renovans formosius aeque.

Ib.

Hic locus, ut fertur, dudum Iuvavo vocatus,
Magnus honore fuit, ut modo signa probant,
Tempore quo[2] gentem Hrodbertus episcopus istam
Rexerat et struxit sedis ovile sacrum hic,
5 In qua pontifices multos post rite sedentes
Arn successit ovans rector ovile regens;
Quem Carolus, princeps regni, superauxit honore
Archisacerdotis, dignior ut fieret;
Quem Leo papa sui veste vestivit honoris,
10 Et privilegia dans mox solidavit eum,
Ut regionis apex[3] ac summus episcopus esset,
Urbsque haec metropolis tempus in omne[4] foret.
Huic successit Adalrammus antestis amatus,
Quem papa Eugenius compsit honore pio[5].
15 Post hunc successit Liuphrammus rite sacerdos,
Functus apostolici munere[6] Gregorii.
Nam velut archisacerdotes in sede manentes,
Legitime functi numine apostolico,
Plurima diversis struxerunt stemmata rebus,
20 Ut vice quisque sua optime praevaluit,
Sic reliquos successores in sede futuros
Talia vota simul semper habere decet.
Cunctis praeteritis patribus simul atque futuris
Donet in arce poli gaudia magna[7] deus,
25 Et veniam scelerum subiectis praestet eorum
Et gaudere simul in requie iugiter.

II.

Hic Reginensis sedis vocitatur ab urbe,
Quam rexit primo Wicterpus episcopus ille.
Post alius, Cawipaldus qui nomine dictus[8].
Tertius Sigiricus erat sacratus ad aulam.
5 Post hunc iam fuerat Sindbertus in ordine quartus.
Quintus Adalwinus fuerat sedemque regendo.
Post hunc Baturicus tenuit pius optime sedem[9].
Erchanfredus ovans sequitur hunc pastor opimus[10].

III.

Frigisiensis enim sedis haec aula vocata est,
Corbinianus ovans quam primus rexerat almus.

[Ib.] 19 diuersis sedi *R f.* 173', *del. Mab.*

1) *Sedit a.* 836—859. 2) *Aen. IX,* 80 Tempore quo. 3) *Venanti C. app.* 5, 1 regionis apex. 4) *Ov. Ep. XII,* 82 tempus in omne tuum. 5) *II,* 825—827; *Fast. V,* 49 in honore pio. 6) *Aen. VI,* 886 fungar inani | Munere. 7) *Amor. II,* 9, 44 gaudia magna feram. 8) *Aen. III,* 210 Graio stant nomine dictae. 9) *Met. XIV,* 510 has sedes . . . | . . teneo. 10) *Sedit a.* 847—864. *Cf. supra p.* 637 *v.* 8.

Inde dei famulus Ermperhtus nomine sedit.
Tertius hinc Ioseph, praeclarus nempe magister.
5 Arpeo quartus erat doctus ac lingua modestus[1].
Quintus apostolicam tenuit pius Atto cathedram.
Post hunc Hitto pater sedem iam rexerat almus.
Exhinc successit Erchanperht pastor amatus.
Ecce pius sedem praesens nunc Anno[2] gubernat.

IV.

Pattaviensi ergo sedi est haec aula dicata,
Quam tenuit primo Vivolus iam ipse sacerdos.
Nomine post illum antistes mox rite Beatus.
Tertius est etenim Sidonius auctus honore.
5 Anthelmus quartus meritis et dogmate magnus.
Hinc Wisuricus ovans sedis conscendit honorem.
Nuper Waldricus felix vir in ordine sextus.
Nunc sedet antistes magnus ille sedis honorem[3].

V.

Haec sedis vallis Noricanae dicta Sebana,
Ingenuinus habens primo quam rexerat almus[4].
Mastulo secundus seditque regendo cathedram.
Post illum pastor servavit ovile Iohannes.
5 Praesul Alimus erat meritis qui et dogmate quartus[5].
Quintus honore sedet ille . . fultus eodem.

II.

Hic pater et pastor humilis doctusque sacerdos
Corpore Virgilius[6] pausat, quem Hibernica tellus
Disponente deo partes direxit in istas;
Quique regebat ovans praesentis culmina sedis[7]
5 Ferme quaterdenos caris cum fratribus annos,
A quibus ille et amatus erat, pie quos et amavit.
Interim et erexit pulchro molimine multa
Templa, loco quaedam nunc quae cernuntur in isto:
Insuper et miseris largus, simul omnibus aptus:
10 Pro quo, quisque legis versus, orare memento[8].

[III] 5 facundo famine fretus[9] *in marg. suppl. alio atramento R f.* 175 || [IV] *alio atramento pergit R f.* 176 8 *forte* tenet *emendandum est; vel post* honore *Holder—Egger* || [V] 2 quem *R*, quam *corr. Mab.*

1) *Ov. Ep. XVIII,* 63 linguae . . modestae. 2) *Sedit a.* 854—875. 3) *Urolfus successit Waldrico c. a.* 804—806 *HOLDER-EGGER.* 4) *Hic sedit saeculo VI. exeunte. Habes igitur hic minime plenam seriem, et de duobus qui posthac nominantur, nihil certi constat; v. Rettberg II,* 281. *H. E.* 5) *Circa a.* 803 *obiit, sed de anno non satis constat: atque incertum est, num Heinricus an alius quisquam ei continuo successerit H. E.* 6) *Salisburgensis episcopus,* 767—784, *cf. de eo titulum ab Alcuino conditum t. I,* 340. 7) *Aldhelm. laud. virg.* 542 qui rexit culmina sedis. 8) *Cf. Ann. Mellicens.* 1289 (*SS. IX,* 510) Beatus Virgilius Iuvavensis episcopus transfertur et canonizatur a venerabile archiepiscopo Salzburgensi Rudolfo. 9) *Aldhelm. l. virg.* 684 diserto famine fretus.

III.

821 Quisque velis criptam subsistens nosse, viator[1],
Scito, quod ipse mihi vivus hanc Arno peregi,
Qui fueram rector praesentis regmine sedis
Ac opibus multis multoque potitus honore:
5 Nunc hic omissis cunctis mea membra quiescunt[2].
Te rogo, nunc dominum precibus pulsare[3] memento,
Ut mihi det veniam scelerum[4] quaecumque patravi
Quatenus aeternam merear habitare quietem.

IV.

836 Tu quod es ipse fui, tu nunc perpende, viator[5],
Communem et mecum commiseresce vicem.
Nunc vivis, spiras et agis fortasse quod optas,
Atque tuis mundus usibus ipse patet:
5 Ad votum famulantur opes elementaque cedunt
Ac rerum servit machina trina[6] tibi.
Usus et his ego, dum praesens mihi vita maneret[7],
Omnia et haec habui subpeditante deo.
At cum fallacem vultum fortuna recepit,
10 Mè mea tunc modo iam non habuisse liquet.
Ammisi sed non mea: nunc quae sunt mea mecum
Sentio: pro simili conditione geme.
Flecte etiam precibus[8] pro me iam iamque tonantem
Atque animae veniam, quaeso, precare[9] meae.
15 Dicor Adalrammus, fueram qui rector ovilis
Praesentis, dominus istius ecclesiae.
Corpus Adalrammi, quo praesule floruit urbs haec,
Hac sub mole iacet: tu rape, Christe, animam.

V.

836 Si quis non valeas praesens cum voce referre[10],
Qualia iam fuerant pontificis merita,
Solve tamen gemitus more conpunctus amici.
Quod cito migravit tantus amore pater,
5 Nomine Adalrammus, sedem qui rexerat istam,
Cuius in hàc aula membra sepulta iacent[11].

[IV] 1 Sum *R f.* 178, Tu *corr. Mab.* 2 Commune *R* 16 domini *R f.* 179, dominus *corr. Hansiz Germ. sacra* II, 126
[V] 3 geminus *R*, gemitus *Mab.*

1) *Cf. supra p.* 424 *v.* 1, *t. I,* 350. 2) *Venanti Carm. IV,* 7, 9 pietatis membra quiescunt. 3) *Aldhelm. l. virg.* 31 precibus pulsare tonantem. 4) *Ov. Ep. VII,* 105 Da veniam culpae. 5) *Cf. supra p.* 424 *II,* 3–4. 6) *Venanti Carm. III,* 6, 52 machina trina sonet. 7) *Aen. X,* 629 Turno rata vita maneret. 8) *Ib. II,* 689 precibus si flecteris ullis. 9) *Ib. III,* 144 veniamque precari. 10) *Ib. I,* 94 Talia voce refert; *Met. XI,* 187 Voce refert; *Trist. IV,* 3, 16. 11) *Venanti Carm. IV,* 7, 10 lingua sepulta iacet.

Strennuus ipse ministerio super omnia sacro[1],
Ut decuit, fuerat per tria lustra vigens.
Creditur hinc animam gaudere per alta polorum,
10 Quo dominus meritis praemia retribuit[2].
Pro qua qui recitas versus, dic pectore puro[3]:
'Da, domine clemens, huic animae requiem[4],
Ut cum vivificet salpix hunc ultima carne,
Integrum facias gaudia bina frui.'

VI.

Palma sacerdotum[5], rerum doctrina bonarum, 859
Ecclesiae princeps, sidus in orbe micans[6],
O Liuphramme, pater inopum, tutor miserorum[7],
Omnia tu peragis, iusserat ut dominus.
5 Te pastore lupus vacuum detraxerat alvum[8],
Latrandi sciolos nutrieras catulos,
Et quia cuncta placent Christo tua gesta sereno,
Ventilat en sordes, ut suus esse queas.
Castigat sobolem, recipit quam rector in aulam[9],
10 Pulveris ut maculas discutiat[10] pedibus.
Corpus inane[11] cadit, melior pars[12] inde resurgit,
Nunc aeterna vigent et moritura ruunt[13].
Spiritus exhilarat, vitiorum pugna recedit,
Nam virtus animae perficietur ita.
15 Gaudia sic etiam rutilant, peccata peribunt,
Tristia despicias prospera fata videns.
O quam dulce fiet regnum, quod constat in aevum,
Quod sine peste manet et bona cuncta tenet[14],
In quo nobilium turmae laetantur avorum
20 Et cupiunt patriam nos retinere suam,
Ac simul et sanctae matres castaeque[15] sorores,
Optantes placidam nos remeare viam[16].
Insuper omnipotens, cunctae bonitatis origo,
Nos properare iubet et pietate iuvat,
25 Qui te perpetuo sanum perducat ad illum,
Ut laudes Christi nomen in arce poli[17].

---

1) *Aen. VIII,* 303 super omnia Caci. 2) *Aldhelm. laud. virg.* 428 Alta .. polorum; *Iuvenci H. euang. IV,* 303 meritis sua praemia reddet. 3) *Aldhelm. de laud. virg.* 141 pectore puro. 4) *Fast. I,* 668 Da requiem. 5) *Venanti Carm. IV,* 3, 1 Palma sacerdoti (*al.* tum). 6) *Ib. III,* 15, 10 sidus in orbe micas. 7) *Ib. IV,* 3, 11 Esca inopum, tutor viduarum. 8) *Ib. III,* 15, 13 Nil lupus .. subducit .. | Te pastore sacro. 9) *Hebr.* 12, 6 Quem enim diligit dominus castigat, flagellat autem omnem filium, quem recipit. 10) *Art. Am. I,* 149 pulvis ... | .. digitis excutiendus erit. 11) *Amor. III,* 9, 6, *Met. II,* 611 Corpus inane. 12) *Ib. IX,* 269 Parte sui meliore viget. 13) *Aen. X,* 811 Quo moriture ruis? 14) *Venanti C. I,* 15, 104 Quae bona cuncta gerit. 15) *Fast. IV,* 313 castarum .. matrum. 16) *Ov. Ep. XVIII,* 208 placidas .. finde vias. 17) *Venanti C. IV,* 26, 114 velut arce poli.

VII.

Praemicat, alme, tuum, praesul, venerabile nomen[1],
Quod pietatis opus[2] toto decoravit in orbe,
Semper amate deo[3], iugiter bonitatis amator,
Norma sacerdotum factus, veneratio plebis[4],
5 Ac decus omne tuis[5], et gloria spesque benigna.
Cuius adusque poli flagrans iam pervolat arcem
Nectare praedulci[6] laus, Adalramme sacerdos.
Te colo prae reliquis, toto te diligo corde,
Cernere quem cupiens nimio merore fatigor.
10 Orpheus[7] ut molli fertur dum pollice fibras
Tangeret, applicuit post se montes quoque silvas,
Et Filomela canens dulci modulamine[8] cunctas
Ad se traxit aves, tua sic nam fama suavis
Captavit plures demulcens me quoque, praesul.
15 Quis tua non bonitate frui cupiat specieque?
Nempe tua captus nimium dulcedine, pastor[9],
Carmina quae potui laudis tibi sponte dicavi.
Qui pius ecce tibi virtutum munera Christus
Cessit et ipse sacer linguarum dona sacerdos,
20 Dogmate praeclaro valeas quo rite docere
Barbaricas doctor doctorum saepe phalanges:
Teque monente piis cupiant insistere gestis.
Tu via factus eis, placida quam mente[10] sequantur;
Actibus almificis pariter monitisque coruscis
25 Quos refovere studes, caeli quoque limina pandis[11],
Ingenioque iugi servas curaque sagaci,
Hos laniare queat, vigilans, ne rabbula raptor[12].
Ó pietate cluens, Christo dignissime praesul,
Qui pie contendis iussis parere[13] tonantis,
30 Tu bonus et largus, clemens iustusque, modestus,
Strenuus et prudens, parcus pariterque benignus,
Tu sophiae renites prae cunctis ecce decore,
Quicquid et arte libet vestra veneratur in arca.
Te, pater alme, pius rerum, deposco, creator
35 Protegat atque regat, semper conservet, honoret,
Diligat, exaltet, mundi post regna polorum[14]
Scandere clementer tribuat sine fine beata.

[VII] *ex R f.* 157, *edidit etiam Birlinger, Anzeiger für Kunde der Deutschen Vorzeit N. F.* X, 171
15 specieque uenusta *R* 23 quem mente sequuntur *R, corr. Birlinger* 33 *an in* arce?

1) ***Art. Am. III,*** 407; ***Trist. I,*** 8, 15 sanctum ac venerabile nomen. 2) ***Venanti C. IV,*** 27, 1 pietatis opus. 3) ***Trist. III,*** 1, 42 Semper amata deo. 4) ***Venanti C. V,*** 18, 1 veneratio christicolarum, | Norma sacerdotum. 5) ***Ecl. V,*** 34 Tu decus omne tuis. 6) ***Aen. I,*** 433, ***Met. XIV,*** 606 dulci nectare. 7) ***Venanti Carm. VII,***1, 1 Orpheus orditas moveret dum pollice cordas | . . . 3 . . tetigit dulcedine silvas, | 4 . . . traxit amore feras . . 7 . . Filomela . . 8 . . fessa cucurrit avis | 9 Sed quamvis longo spatio lassaverat alas. 8) ***Ib. IV,*** 7, 15 modulamine dulci. 9) ***Ib. VII,*** 1, 11 Sic stimulante tua captus dulcedine, Gogo; ***Met. XI,*** 170 quorum dulcedine captus; ***Ex Ponto I,*** 3, 35. 10) ***Met. XIII,*** 214 Mente ferant placida. 11) ***Trist. V,*** 11, 25 caeli tibi limina claudant; ***Aldhelm. laud. virg.*** 571 pandit limina vitae. 12) ***Ib. praef.*** 19 tuens ne possit rabula raptor. 13) ***Met. I,*** 385 iussisque deae parere. 14) ***Aldhelm. l. virg.*** 755 regna polorum.

Hinc memorare mei pietatis viscere, dudum
Noscere quem merui, rector sanctissime Christo.
40 Sic vivas felix, cuius memor ipse per aevum.

VIII.

Nobilis hanc Aries[1] cognomine dictus avito[2]
Dignanter cartam perlegat ore sacro[3].
Iure, pater, tali vocitaris nomine, sancte,
Caularum domini qui bene pascis oves[4].
5 Dux Aries gregis[5] ad vitam, cui nemo resistit,
Factus apostolico pastor honore cluis.
Hinc Aelim locus et bisseno fonte redundat
Et palmis septem frugifer est decies[6].
Quapropter pastor, praesul, pater atque sacerdos
10 In prece quam fundis[7], sis memor, oro, mei.
Advena[8] sim licet, exilis, vilissimus, excors,
Sublectus vestris sum tamen obsequiis.
Inde precor, si quid possum[9], mandare memento,
Quod prompto faciam pectore servitii.
15 Certius ut credar, precor, indulgere velitis
Usus in nostros ut salis exiguum.
Sal siquidem terram debet condire fidelem,
Fiat ut a vobis id quoque, quaeso, mihi.
Corporeum sal significet rem quam peto iustam,
20 Quod praestare, pater, supplico, kare, velis.
Tu sal namque potens salis impertire saporem,
Escae ne nostrae sint nimis insipidae.
Quae dignanter agens in saecula fine sine ullo,
Perpetua, antestis, obsecro pace vale.

IX.
HLUDOWICUS REX[10].

Inmensas grates volumus tibi dicere, Baldo[11],
Quod tua magna fides sic inconcussa moratur,
Nobiscum dictis firmasti ut tempore prisco[12].
Namque animum nostrum tua laetificant pia scripta[13],

40 Si *R f.* 182
[VIII] 10 fundas *R f.* 182', fundes *Mab.* || [IX] HL Rex *R f.* 184

1) *Adal—rammi nomen poeta in linguam Latinam transfert.* 2) *Aen. III,* 702 fluvii cognomine dicta; *Met. VI,* 239. *IX,* 708 nomenque .. avitum. 3) *Art. Am. II,* 510; *Met. XIV,* 21 Ore move sacro. 4) *Fast. I,* 204 Pascebatque .. oves; *Ex Ponto I,* 8, 52 pascere .. oves. 5) *Amor. III,* 13, 17 Duxque gregis; *Art. Am. I,* 326 Dux gregis. 6) *Exod.* 15, 27 Venerunt autem in Elim filii Israel, ubi erant duodecim fontes aquarum et septuaginta palmae. 7) *Aen. VI,* 55 funditque preces. 8) *Cf. supra p.* 637 *v.* 6. 9) *Aen. XI,* 446 si quid .. possunt. 10) *Franciae orientalis, Hludowici Pii filius.* 11) *Aen. XI,* 508 quas dicere grates, | .... parem. *Hunc Baldonem clericum Salisburgensis ecclesiae fuisse Foltz (Gesch. der Salzb. Biblioth. p.* 14) *argumentis gravibus probare nititur, cf. I,* 412. 12) *Sedul. C. Pasch. V,* 259 tempore prisco. 13) *Venanti C. VIII,* 14, 4 Vestris nunc scriptis laetificatus.

5 Quae nobis mittis, hortaris et optime nobis
Et bonitate tua pandis in amore benigno[1],
Quae tua sic nobis mittit sollertia magna.
Nunc vero nuper misisti talia scripta,
Non potuit totum noster quod noscere sensus,
10 Est quia per totum contextum in aenigmate firme.
Conscius ipse tuis quid opus hic addere verbis?
Hoc tamen oramus, ut nobis pandas aperte.

X.

YDIOMA MENSIUM SINGULORUM.

Fertur de Iano dictus Ianuarius olim,
  Vel quia sit anni ianua semper ibi[2].
Quamvis hic solem notet ascendere mensis,
  Vestibus atque foco membra calere[3] monet.
5 A Februa dictus quondam Februarius extat[4],
  Quae dea de stultis iam vocitata fuit,
In quo ver oritur et hieme[5] sopita resurgunt
  Atque simul crescunt quae iubet ipse deus[6].
Martius a Marte Romano auctore vocatus,
10 Vel tunc quodque animal mare coire cupit.
Hunc primumque fore mensem dixere priores[7],
  Formatus eo quod mundus erat in eo.
Dicitur Aprelis, crescunt dum germine flores,
  Frondibus et herbis[8] quaeque virecta patent[9],
15 Praesens ac in eo fructus ostenditur anni,
  Victum quodque animal inde tenere cupit.
Maius iamque fuit a Maia nomine dictus,
  Post hoc maiorum ipse sacratus erat[10].
Elicit hic semen pluviis quod terra recondit[11],
20 Atque simul segetes laetificare solet.
Iunius a plebe iuniorum nomen habebat[12],
  Vel quod ibi inde minor inchoat esse dies:
Quemque ferunt quidam prius a Iunone vocari,
  Quae Iovis uxor erat atque soror misera[13].

---

5 saepe mittis *R*, saepe *del. Watt.* || [X] *titulus graecis literis scriptus est*

1) ***Venanti C. V,*** 15, 5 amore benigno. 2) ***Isidori Etym. V,*** 33, 3 Ianuarius mensis ab Iano dictus .. vel quia limen et ianua sit anni; ***Fast. II,*** 51 quia ianua prima est. 3) *Aen. XII,* 297 calentia membra. 4) ***Isid. V,*** 33, 4 Februarius nuncupatur a Februo. 5) ***Met. X,*** 164 repellit | Ver hiemem. 6) ***Ov. Ep. VII,*** 139 Sed iubet ire deus. 7) ***Fast. VI,*** 107 Cranaen dixere priores; ***Isid. V,*** 33, 5 Martius appellatus propter Martem Romanae gentis auctorem, vel quod eodem tempore cuncta animantia agantur ad mares et ad concumbendi voluptatem. Idem appellatur et mensis novorum, quia anni initium mensis est Martius. 8) ***Met. I,*** 550 In frondem .. crescunt; ***XIV,*** 216 mixta frondibus herba. 9) ***Isid. V,*** 33 6, Aprilis .. dicitur, ... quia in eo mense omnia aperiuntur in florem, quasi aperilis. 10) ***Ib.*** 7 Maius dictus a Maia ... vel a maioribus natu .. Nam hunc mensem maioribus, sequentem vero minoribus Romani consecraverunt; ***Anthol. lat.*** 395, 19 dictus cognomine Maiae. 11) *Ex Ponto I,* 5, 34 condere semen humo. 12) ***Isid. V,*** 33, 8 Unde et Iunius dicitur. 13) ***Ib. VIII,*** 11, 69 Poetae autem Iunonem Iovis asserunt sororem et coniugem.

25 Nomine caesareo sortitus Iulius extat[1],
Qui iam Quintilis ante vocatus erat.
Quo falce incipitur foenum per prata secari,
Usibus ut possit congrue hieme fore.
Qui Sextilis erat dictus ratione vetusta,
30 Caesaris Augustus nomine post patuit,
Quo fruges agri conduntur in horrea sectae,
Quatinus annonae sumptus adesse queat.
A numero September habet et frigore nomen,
Hic quia de Marte septimus imbre domat[2],
35 Quando bubus agrum iunctis iam sulcat arator[3]
Et semen spargens[4] fructificare cupit.
Octobris nomen numero consistit et imbre[5],
Hic arbusta gelu nudificare solet,
Vinea cum reddit mustum seu vascula complet,
40 Unde bibens saepe laetificatur homo.
Ipse November agit glaciem, qui nonus in anno est,
Veste simulque foco membra fovere studet[6].
Tunc alit in silva porcos bene saepe subulcus,
Praemia post eo quod semet habere putat.
45 Ecce December habet frigus perforte sub imbre,
Quique diem decimus crescere notat ovans.
Tunc quoque de silva porci mactantur obesi[7],
Post illis fruitur, qualiter inde placet.

XI.

ITEM ALII VERSUS.

Pone focum mensis dictus de nomine Iani
Heret contractus frigore sive sedet.
Annua quem quondam sacrarunt Februa mensem[8],
Ova fovet quorum portat aves manibus.
5 Martius educit serpentes, alite gaudet,
Frondibus atque suis tempora laeta vocat.
Aprilis gerit herbarum pandente maniplos
Se tellure virens arboris et folium.
Mensis Agenoreus[9] calamauco fundit opertus
10 Flores[10] ac Pliadis crescere prodit aquas.

1) *Anthol. lat.* 639, 7 Nomine Caesareo Quintilem Iulius auget | Augustus nomen Caesareum sequitur; *Isid. Etym. V*, 33, 10 Iulius vero et Augustus de nominibus hominum Iulii et Augusti Caesarum nuncupati sunt. Nam prius Quintilis et Sextilis vocabantur. 2) *Ib.* 11 September nomen habet a numero et imbre, quia septimus est a Martio et imbres habet. 3) *Met. XIV*, 2 quid usus aratri | ... iunctis ... bubus. 4) *Fast. I*, 682 spargite semen; *Ex Ponto I*, 8, 58 spargere semen humo. 5) *Isid. V*, 33, 11 Sic et October, November atque December ex numero et imbribus acceperunt vocabula. 6) *Cf. supra v.* 4; *Ov. Ep. XV*, 222 Membra superiecta cum tua veste fovet. 7) *Cf. Anthol. lat.* 763, 12 More sues proprio mactat December adultas. 8) *Ib.* 665, 1 sacratur nomine mensis. 9) *Ib.* 640, 5 Maius Agenorei miratur cornua Tauri. 10) *Ecl. IX*, 41 Fundit humus flores.

Iunius incurvo proscindit vomere[1] terram,
Aurea cum caelo cornua Taurus agit[2].
Quintilis falcem collo dum vectat acutam[3],
Herbida pratorum rura secare[4] cupit.
15 Sextilis segetes, quibus horrea repleat[5], unco
Succidit chalibe sive metit stipulas.
Semina Septimber sulcis inmittit apertis[6],
Quae pansis aequa lance iacit[7] digitis.
Vitibus Octimber botros decerpit et uvas[8],
20 In nova sub nudo qui pede musta fluant[9].
Decidua porcos pascit quia glande[10] Novimber,
Horridus effuso saepe cruore madet[11].
Glande sues reduci pastos pastore Decimber
Rimatur fibris, sordet et obsonio.
25 Haec loca sufficiant subito pro tempore fratri,
Nam praesens otium mox meliora dabit[12].

XII.

Haec quisquis pedibus penetret solaria prudens[13],
Huc quoque se properet, quo ista fenestra patet,
Atque per hanc infra cernat pia stemmata templi,
In quo sanctorum multa vigent merita.
5 Inde roget supplex[14] dominum sibi mox misereri
Et pro se sanctos ferre preces flagitet.

XIII.

Stellarum in caelo fabulose scemata quidam
Signa ferunt formata et quorum nomina plures,
Non natura sed humana iam industria signant,
Qualiter hic visus demonstrans ordo notabit.

Rex ubi versifico psalmorum cantica plectro[15]
David conposuit vatis cum quattuor olim,
Scilicet Asaph, Eman, Idithun, Aethan simul atque
Septuaginta binisque viris resonantibus ipsa.

---

26 otius *R f.* 166', otium *corr. Wattenbach*

1) *Amor. III,* 8, 39 curvo . . vomere; *Met. XI,* 31 subigebant vomere terram; *Georg. II,* 237 terram proscinde; *Luc. Phars. III,* 192 vomer proscindit. 2) *Georg. I,* 217 auratis aperit cum cornibus annum | Taurus. 3) *Met. IX,* 383 acutae vulnere falcis. 4) *Cf. supra p.* 645 *v.* 27. 5) *Iuvenci H. e. I,* 345 Horreaque implebit. 6) *Georg. I,* 223 Debita quam sulcis committas semina. 7) *Ov. Ep. VI,* 11 Seminibus iactis. 8) *Met. XV,* 77 in vitibus uvae. 9) *Rem.* 190 et nudo sub pede musta fluunt. 10) *Met. I,* 106 deciderant . . glandes. 11) *Met. VI,* 253 cruor est effusus; *Ex Ponto IV,* 7, 36 tela cruore madent. 12) *Amor. III,* 8, 39 At meliora dabat. 13) *Alcuini Carm. XCV,* 5 (*t. I,* 320) Dum tu pulchra domus pedibus solaria scandes. 14) *Amor. II,* 5, 49 supplex . . rogavi. 15) *Alcuin. de Sanctis Eubor. eccl.* 1311 (*I,* 198) Plurima versifico cecinit quoque carmina plectro.

XIV.

VERSUS DE CONDITORE TEMPLI.

Culmina ampla vides haec. Hanc quis conderet aedem
Nosse cupis si, novum praecelsa mole cenaclum:
Arn antestis et index caelesti numine fretus[1].
Parietibus politis concrepant corda fibrarum.
5 Sanctarum volvuntur tunc pagina legum.
Attoniti silent siderio lumine vernent,
Dulcia dum hauriunt divino de latice mera.
Pervigil excubiis servas qui tutamine mandros[2],
Christe pius, pastorem fac suo cum grege letantem,
10 Suppremo sanctorum milibus in sorte socellum.

XV.

I.

Accipe, summe puer, parvum, Hludowice, libellum,
  Quem tibi devotus optulit en famulus,
Scilicet indignus Iuvavensis pastor ovilis
  Dictus Adalrammus servulus ipse tuus.

II.

Accipe, flos iuvenum, sancto certamine plenum
  Gratanter librum, semper ubique valens.
E . . . . s . . . . m . e . . . . . . endo
. . . .

III.

Qui legat hunc librum, dicat, rogo, pectore puro:
'Liuphrammo veniam scelerum da, Christe, precamur[3].
Cum sanctisque tuis celsam perducet in aulam,
Atque illi aeternam tribuas attingere vitam,
5 Hoc opus eximium fecit qui scribere praesul
Ad decus ecclesiae propriam simul inque salutem[4]'.

IV.

Hunc humilis librum Liuphrammus scribere fecit,
  Ecclesiae doctor pastor ubique pius.
Reddat in aeternum mitis cui praemia Christus[5]
  Munere perpetuo.

[XIV] *ex cod. Vindobon.* 522 *f.* 2' *ed. Wattenbach, Archiv* X, 555

[XV. I] *ex cod. lat. Monac.* 14098 *f.* 61 *edidd. Gercken Reisen* II, 99, *Pez Thesaur. anecdot.* I, XLI, *Piper* (*Zeitschrift für Deutsche Philol.* XV, 71) || [II] *ex cod. Vindobon.* 552 *f.* 1 *ed. Foltz l. l. p.* 11 || [III] *ex cod. Vindobon.* 921 *f.* 250 *edidd. Dümmler Gesch. des Ostfränk. Reiches* II, 658 *n.* 34, *Foltz l. l.* || [IV] *ex cod. Monac.* 15815 *f.* 119' *ed. Foltz p.* 12

1) *Met. I,* 367, *Fast. VI,* 23 numen caeleste; *Aldhelm. l. virg.* 792 caelesti munere fretus. 2) *Aldhelm. Aen. polyst.* 5 Pervigil excubiis; *Aelberhti versus* 4 (*t. I,* 201) Defendens vigili sanctos tutamine mandros. 3) *Alcuini Carm. IV,* 15 (*I,* 306) Qui legit hos versus, dicat, rogo, pectore puro: | Alcuino veniam scelerum da, Christe, precamur. 4) *Ib. CVII II,* 3 (*I,* 333) Ad decus ecclesiae propriam sibimetque salutem. 5) *Ib. XXII,* 5 (*I,* 327) Reddat — Christus.

V.

Scribere hunc librum fecit iam archisacerdos
Liuphrammus rector, sit cui vita salus.

VI.

Hunc humilis librum fecit perscribere Baldo,
Reddat in aeternum mitis cui praemia Christus[1].

VII.

Hanc renovavit enim Liupprammus episcopus aulam,
Ductus amore patrum, tribuat cui praemia Christus
Mitis in aeternum felici in sede polorum[2].

XVI.

Inclitus iste locus proprio cognomine Tedmons[3]
Noscitur esse sacer procerum de pignore comptus.
Praesulis Annonis[4] domus haec fundata labore est,
Istius aedis erat formator atque sacrator.
5 Haud latuisse ferunt homines venerabile signum,
Quod dominus monstrare volens virtute potenti,
Sed prius in veteri patuit contingere templo
Illius antiquae australis seu marginis aulae
Fracturae crepuisse sonum murumque sequestrans.
10 Cumque diu populo spectanti fragmen apertum
Tempore nocturno veniens athleta virilis
Fracturam compressit ovans, fuit integer ille.
Plura quid inde velint sancto rediente ministro
Unde quidem Christo resonemus carmina nostro,
15 Qui dedit ut fieret benedictum in secula nomen.

[V] *ex cod. S. Pauli Ratisbon. deperdito ed. Frobenius Alcuini opp.* II, 612. || [VI] *ex cod. Vindobon.* 458 *edidd. Pertz Archiv* III, 630, *Jaffé Monum. Alcuin.* 138 || [VII] *ex cod. Salisburg. S. Petri cf.* I, 336

[XVI] *ex cod. Monac.* 21571 *f.* 237

1) *Cf. supra p.* 647 *IV,* 3. 2) *Alcuini Carm. XI,* 11 (*I,* 325) Hanc renovavit enim iam Gundvin presbyter aulam, | Ductus amore patrum tribuat — polorum. 3) *Ib. LI,* 1 (*I,* 262) proprio cognomine gallus. 4) *Frisingensis episcopi, cf. supra p.* 639 *I III, I,* 9.

CARMINA VARIA.

I.
EPITAPHIUM LULLI[1].

Lull michi nomen erat, famosa Britannia mater, 786
Quae me Venneticos misit adire patres[2];
Post sibi me iunxit doctor Bonifacius sanctus
Imposita estque humeris[3] infula sacra meis.
5 Et dum martirio caelestes scandit ad arces,
Maerenti ecclesiae me iubet esse patrem.
Hic mihi sit requies[4], dum rex aliquando reclamet:
'Pulvis, qui dormis, surge iubente deo'.

II.
[EPITAPHIUM SICONIS PRINCIPIS.]

Principis hic magni requiescunt membra Siconis[5], 832
Flenda nimis populis, heu Benevente, tuis.
Stirpe satus regum, melior maiorque priorum[6]
Nullus ut in cunctis par similisque foret.
5 Natus in Ausoniae praestanti corpore terra[7],
Francorum postquam caede subacta fuit[8].
Quem mater cernens eleganti luce nitentem,
Esse datum credit caelitus alma sibi.

[I] *ex codice Fritzlariensi saec.* XV. *nunc deperdito ed. Falckenheiner Gesch. hessischer Städte u. Stifter* II, 167, *repetivit H. Hahn Forschungen zur Deutschen Gesch.* XXII, 423, *Bonifaz und Lull p.* 332 Epitaphium sanctissimi Lulli patroni nostri *Cod.* 4 Impositaque *C* 5 dum martinus *C* 6 Manenti *C, corr. Hahn* 7 regimen *C,* requies *corr. Hahn*

[II] *ex lapide ipso ante portam ecclesiae cathedralis ed. Cam. Peregrinius Hist. princ. Langob. p.* 309 *edit. tertiae, repetivit F. Ughelli* (*Italia sacra ed. Coleti* VIII, 39)

1) *archiepiscopi Moguntiacensis,* 754—786. 2) *Vannes, cf. Neues Archiv VIII,* 225, *Forschungen XXIII,* 198. 3) *Met. XIII,* 403 Inposita est; *Amor. II,* 16, 29 umeris inpone lacertos. 4) *Trist. IV,* 1, 3 requiesque mihi. 5) *Cf. Pauli epitaph. Arichis ducis v.* 2 (*I,* 66) tellus | Principis haec magni nobile corpus habet. 6) *Ib. v.* 7 Stirpe ducum regumque satus. 7) *Georg. IV,* 538, 550, *Aen. I,* 71, *VII,* 783 praestanti corpore Turnus; *Met. XIV,* 320 in Ausoniis .. terris; *Aen. IV,* 349 Ausonia .. terra. 8) *i. e. a.* 774.

832

Quae cum sensisset domini iam munere plenum[1],
10 Ad loca se rapuit non nocitura pio[2].
Cuius ad adventum[3] laetatus ductor herilis,
Excepit gaudens spem, Benevente, tuam.
Mox Arichis princeps[4] arcana in mente puellum
Collocat, et spondet prolis habere loco.
15 Adhibuit curam nutriendi maximus heros[5],
Quem successorem sperat habere pium.
Nec minus et Grimoald[6], natus de principe princeps[7],
Sublatum erudiit iura tenendo patris[8].
Huius in aspectu[9] gaudens blandoque nitore
20 Prae cunctis unum legit amore virum[10].
Pulchra illi facies, oculique per ora[11] nitentes,
Candida caesaries candida colla tegens[12].
Celsus ab excelsa Bardorum gente statura
Corporis, ut cunctis altior ille foret[13],
25 Qualis in arvorum radicitus arbor oborta
Culturis pinus crevit ad usque polum.
Anteibat cunctos animo formaque[14] nitenti,
Virtutisque novae robore[15] et arte fluens.
Qui tribus exorsis ductoribus ordine princeps
30 Regalis legitur stirps honoranda nimis[16].
Defendit patriam Francorum gentis ab ira[17],
Quae quondam multo caesa mucrone fuit.
Regibus ille magis dilectus luce[18] parata
Francorum et cunctis orbe perenne datis.
35 Pacificus, mitis, prudens sanctusque, suavis,
Largus et in cunctis pauperibusque pius.
Pro patria cautus solvebat damna malorum,
Ne servos faceret lex nocitura reis.
Obsidione quatit Romanas saepe catervas,
40 Urbis Parthenope falsidicosve viros[19],
Qui dominis solita Samnitum fraude rebelles
Pellere Bardorum fortia iussa volunt.

---

40 falsidicosque *Ughelli*

1) *Sedul. C. Pasch. V,* 4 munere plenam; *Arator. Act. II,* 321 plenus munere largo. 2) *Iohannis Gesta epp. Neapolitan. c.* 51 Siconem Furoiuliensem, qui puerulus illuc *(sc. Beneventum)* cum sua matre venerat accola. 3) *Aen. VI,* 799 Huius in adventum. 4) *a.* 758—787. 5) *Met. XIII,* 644 heros | Maxime; *Aen. VI,* 192 Tum maxumus heros. 6) *a.* 787—807. 7) *Sedul. C. Pasch. IV,* 308 princeps in principe. 8) *Erchempert. Hist. Langob. c.* 8 (*p.* 237) Sico Agerentinus castaldeus, quem Grimoalt dudum proselitum receperat honoribus plurimis deferens. 9) *Venanti Carm. III,* 24, 2 Cuius in aspectu. 10) *Aen. XI,* 632 legitque virum. 11) *Met. XIV,* 827 Pulchra subit facies, *X,* 350 oculos atque ora petentes. 12) *Ciris* 121 Candida caesaries; *Georg. IV,* 337 Caesariem effusae nitidam per candida colla; *Amor. I,* 5, 10 Candida . . colla tegente coma. 13) *Aen. VIII,* 162 sed cunctis altior ibat | Anchises. 14) *Epitaph. Arichis v.* 15 Anteibat iuvenes; *Aen. V,* 570 formaque ante omnes pulcher. 15) *Iuvenci H. euang. II,* 799 virtutis robore. 16) *a.* 817, *Grimoaldo altero gladio perempto; Venanti Carm. VI,* 3, 1 regali stirpe coruscans, *VIII,* 5, 1 Regali de stirpe potens. 17) *Erchempert. c.* 10 Suscepto itaque Sico principatu foedus cum Francis innovavit. 18) *Aen. IV,* 31 O luce magis dilecta sorori. 19) *Iohannis Gesta epp. Neapolit. c.* 53 (*p.* 429) Sico, Beneventanorum princeps multa mala nunc obsidendo nunc depredando Parthenopensium irrogavit civitati cupiens eam aliquo modo suo pessimo dominatui subiugare.

832

Quos Sico perdomitos congressu fortis in omni
Servitia impellit solvere quaeque iubet.
45 Ariete propulsat muros virtute suorum [1],
Donec victa cadat pars inimica sibi.
Qua victi pugna servitia digna reposcunt [2],
Quae Beneventanus solvere gaudet hians.
Abstulit inde etiam Beneventi in sede locatum [3]
50 Ianuarium quondam fortis athleta [4] dehinc.
Cuius templa replens argento auroque recocto [5],
His dedit ut iaceat corpus inane [6] locis.
Ter quinos annos dominatus [7] ductor herilis [8],
Omne aevum peragit [9] cum bonitatis ope.
55 Hic bis sex peragens aetatis tempore lustra [10],
Mercedis fructus spiritus astra petit [11].

III.

[BONUS CONSUL ET DUX.]

834

Bardorum bella invida hinc inde vetusta,
Ad lacrimas, Parthenope, cogit [12] saepe tuos.
Ortus et occasus nobit, quo Sico regnavit,
Suadendo populos munera multa dabat [13].
5 **N**am mox hic recubans ut principatu refulsit
Eosque perdomuit bellis, triumphis subdit.
Ut reor affatim nullusque referre disertus
Enumerando viri facta [14] decora potest.
Sic ubi Bardos agnobit aedificasse castellos
10 Acerrae, Atellae diruit custodesque fugavit.
Concussa loca Sarnensis, incenditur Furclas,
Cuncta laetus depredans cum suis regreditur urbem.
Omnibus exclusis isto tantum retinebitur antro
Metium et annum brebe ducatu gerens [15].
15 **N**am moriente eo tellus magno concussa [16] dolore
Inde vel inde pauper luxit et ipse senex.

---

51 deuoto *Ugh.*
[III] *ex lapide ipso ediderunt Capacius Neapolit. Hist.* (*Neapoli* 1607) I, 142, *Cam. Peregrini Hist. princ. Langob.* III, 335 *ed.* III. 3 norit *P* 5 principato *P* 6 subdidit *C* 7 Ut rem *C* 9 edificasse castellis *P* 10 Acerre Atelle *P* 11 incendit Furchlas *C* 12 ingreditur *C* 13 retinebit *P*

1) *Erchempert. c.* 10 iuxta ora maris murum arietibus et machinis funditus eliso, iam cum catervatim populus ingredi urbem niteretur; *Aen. XII,* 706 imos pulsabant ariete muros. 2) *Cf. Sicardi principis pactionem c.* 2 (*LL. IV,* 218). 3) *Aen. II,* 525 in sede locavit. 4) *Venanti V. S. Martini IV,* 377 Fortis athletae. 5) *Aen. VIII,* 624 electro auroque recocto. 6) *Amor. III,* 9, 6 corpus inane. 7) *a.* 817—832. 8) *Cf. p.* 650 *v.* 11. 9) *Met. XV,* 485 aevumque peregit. 10) *Trist. IV,* 8, 33 Iamque decem lustris . . peractis. 11) *Venanti Carm. I,* 15, 92 Et mercede pia fructus ubique mices; *Fast. II,* 496 astra petebat. 12) *Aen. II,* 196 lacrimisque coactis. 13) *Ib. V,* 354 munera Niso | Digna dabis? 14) *Ib. X,* 281 nunc magna referto | Facta patrum; *Ov. Ep. XIII,* 118; *Rem.* 299. 15) *Iohannis Gesta epp. Neapolitan. c.* 57 (*SS. rer. Langob.* 431) Bonus interea consul, expleto unius anni et sex mensium circulo defunctus est. 16) *Aen. IX,* 752 ingenti concussa est pondere tellus.

834

Sibi o quam duris uxor caedit pectora palmis [1],
Subtili clamitans voce mori parata satis.
Ululatu potius communia damna gementes [2],
20 Pax quia nostra cadit, sed decor ipse simul.
Loquax, vigil tantus is habebatur ab omni,
Ut moriens populi corda cremaret idem.
Eheu teneri quam lacrimas patiuntur infantum
Clamitat ic nobis paxque paborque fuit.
25 Turmatim properant dibersi sexus et aetas
Funere de tanto voces ubique gemunt.
Dapsilis et fortis, sapiens, facundus et audax,
Pulcher erat specie, defensor ubique totus.
Virgo praecipua, mater dei posce benigna,
30 Ut sociare dignetur beatorum amoenis locis.
XLVIII hic vixit annos, obiit die nona
Mensis Ianuarii per inditionem duodecimam.

IV.

[GODEFRID [3].]

Germine praeclaro surgens praeclarior actis
Principis hic Grimoald [4] flos genitusque iacet.
O nimium felix [5] mundo sublatus ab isto,
Gaudia qui caeli non peritura tenet!
5 Dulcis in eloquio [6], verax nimiumque benignus,
A puero semper promptus ad omne bonum [7].
Eheu nam subito violavit digna parentum
Gaudia, quis vivus vita decusque fuit.
Felices illo genitor genitrixque fuissent,
10 Si concessa illi vita salusque foret.
Rector erat patrii iuris . . . .
O Benevente, tuo . . . .
Immatura huius licet e . . . .
Vincebat sensus . . . .
15 Dicite, qui propter duc . . . .
'Tu semper viven . . . .

---

20 se decor *C* 21 is tantus *P* 24 hic *C* 25 hetas *P* 26 Funera *CP* 29 domini *CP* 32 indictione duodecima *P*

[IV] *exstat Beneventi in ecclesia S. Sophiae, Peregrinius p.* 308 15 *an* quapropter?

1) *Met. II,* 341 caesae pectora palmis. 2) *Fast. II,* 835 communia damna gementes. 3) *Nomen Godefrid componitur ex acrostichis hexametrorum PER.* 4) *IV. Beneventanorum principis* (807—817). 5) *Aen. IV,* 657 heu nimium felix. 6) *Venanti Carm. IV,* 1, 11 Dulcis in eloquio. 7) *Grimoaldi epitaph.* 16 (*I,* 430) A puero micuit promptus ad omne bonum: *Venanti Carm. II,* 11, 20 promptus ad omne bonum.

V.

[EPITAPHIUM PODONIS EPISCOPI.]

Hic honor atque decus, hic sanctus pater et almus 839
 Antistes Podo hic requiescit humo [1].
Qui fuerat humilis, mitis, pietate repletus,
 Nobilis, egregius, orbi aperte bonus.
5 Rexerat hanc urbem sex lustris insuper annis [2],
 Praesul erat monitis et pietate pater [3].
Floruit in studiis et sacra in lege fidelis,
 Semper agens animae dona futura suae.
Fulgens eloquio [4], divinae et dogmata legis [5]
10 Demonstrans populis fercula digna suis.
Te custode pio nunquam lupus abstulit agnum,
 Nec de fure timens pascua carpsit ovis [6].
Summus amor regum, populi decus, arma parentum,
 Ecclesiae cultor, nobilitatis honor [7].
15 Quamvis marmoreo condantur membra sepulcro [8],
 Alma petens anima sedibus angelicis.
Quisquis amore dei versus perlegeris istos,
 Dic, rogo, 'Podoni det requiem [9] dominus'.

VI.

[EPITAPHIUM HLUDOWICI IMPERATORIS.]

Praecelsus meritis, famoso et nomine clarus [10], 840
 Felix Augustus hic Hluduicus adest.
Corporis hic artus [11] clausit, quando ultima solvit
 Humanae vitae et spiritus astra petit [12].

[V] *ex lapide ipso in ecclesia S. Petri a Podone dedicata ed. Ioh. Mar. Campi Histor. ecclesiast. di Piacenza* I, 207, *Ughelli Italia sacra ed. princ.* V, 1553, *ed. Coleti* II, 200 15 sepulchro *U.* 16 Alma *ad marg.* astra *Campi Ughelli, an* petit? 18 *ex chronica quadam inedita laudant idem Campi* (*p.* 205) *et Ughelli* (*l. l.*) *hos versus valde corruptos:* Condidit hoc templum summa virtute verendum
Regina potens consilio sui fratris praesulis Podo
Atque duabus Ismeldae (Ismaldae *U.*) et Ursae sororibus suis
Pro se, pro natis amore virginis matris
5 Christi Mariae, cui consecratus fuit locus iste.

[VI] *ex cod. Paris.* 8319 (*Colb.* 5083) *f.* 42 *descripsi, ex veteri membrana S. Arnulfi Mettensis iam deperdita ed. Steph. Baluzius Capitularia regum Francor.* II, 1565 (*Bouquet Recueil* VI, 266) *sine titulo C* 4 super *C Bal.*, spiritus *correxi*

1) ***Placentinus*** (808—839). *Met. X,* 557 Et requievit humo. 2) *Met. IV,* 212 Rexit.. urbes; *Venanti C. IV,* 3, 5 Sex qui lustra gerens et per tres insuper annos | Rexisti ... gregem. 3) *Ib. IV,* 4, 20 Pastor ut officiis esset, amore pater; *VI,* 2, 12 sed pietate pater; *IV,* 1, 10 hinc pietate pater. 4) *Ib. IV,* 1, 11 Dulcis in eloquio. 5) *Praecepta vivendi* 8 (*I,* 275) divinae dogmata legis. 6) *Venanti C. IV,* 3, 3 Te custode pio numquam lupus abstulit agnum | Nec de fure timens pascua carpsit ovis. 7) *Ib. v.* 9 Summus amor regum, populi decus, arma parentum, | Ecclesiae cultor, nobilitatis honor. 8) *Met. VIII,* 234 corpusque sepulchro | Condidit; *Aen. VI,* 152 conde sepulchro; *X,* 558 Condet humo, patrioque onerabit membra sepulcro. 9) *Art. Am. II,* 351 Da requiem. ***Podo obiit vel die* 12. *Maii vel* 1. *Iulii mensis.*** 10) *Met. VI,* 425 clarum .. nomen. 11) *Iuvenci H. euang. I,* 621 corporis artus. 12) *Cf. supra p.* 651 *v.* 56.

840 5 Hic fidus, fortis, nulli pietate secundus[1],
Clemens et patiens atque benignus erat.
Ecclesias Christi ritu renovavit honesto,
Ipsius et cultor verus ubique fuit.
Caesaris hic genitus Karoli Augustique superstes
10 Successit regno huic sceptra regens populi[2].
Quem nunc pro sacris meritis iam credere fas est
Cum Christo domino regna tenere[3] poli.
Cuius germanus Drogo, Christique sacerdos[4],
Transtulit huc corpus, condidit hoc tumulo[5].

DECESSIT AUTEM ANNO IMPERII SUI XXVII. DIE XII. KAL. IULII
ANNO VERO AETATIS[6] LXIIII. QUIEVITQUE IN PACE.

Hanc, aeterne deus, Caesar Hlotharius aram
Devoto iussit corde parare tibi,
Illic sacra tui quo victima rite sacretur
Corporis et fiat sanguine munda tuo[7].

VII.

[EPITAPHIUM SICHARDI ABBATIS.]

841 v. 842 Hoc iacet in tumulo[8] venerabilis abba Sichardus[9],
Coenòbii sacrum qui bene gessit opus.
Hunc deus adscivit materno viscere septum,
Hieremiae consors vatis ut esse queat.
5 Nam genitum mundus necdum cognoverat illum,
Spondet huic templo iam sed uterque parens.
Haec loca prudenti construxit et ordine miro,
Commissumque truci cavit ab hoste gregem.

---

13 iermanus *C Bal.*

[VII] *ex codice Farfensi saec.* XI. *libri cui inscribitur* Constructio Farfensis *edid. Bethmann SS.* XI, 530, *ubi* c. 19 *haec antecedunt:* Alia quoque multa bona huic loco acquisivit lucra . . quemadmodum in epitaphio illius memoriae sciri potest. Nam de illius conversatione atque regiminis acceptione necnon et nativitate et transitu ita inibi legitur 4 quęat *C*

1) *Riese Anthol.* 1, 1, 2 nulli pietate secundus. 2) *Aldhelm. Aenigm. heptast.* 18, 2 dum regni sceptra regebat. 3) *Ov. Ep. I,* 106 regna tenere potest. 4) *Caroli M. et Reginae concubinae filius, archiepiscopus Mettensis* (823—855). 5) *cf. Notam Sangall.* (*SS. I,* 70) Corpus vero eius translatum est urbem Mettensem et in ecclesia sancti Arnolfi confessoris Christi sepultum, ubi et Hildigarda quondam regina et mater eius humata est; *Simson Ludwig der Fromme II,* 231; *Fast. V,* 451 tumulo fraternas condidit umbras. 6) *aestate anni* 778 *natus est, cf. I,* 72, *Simson I,* 33. 7) *Omitto hic alterum Hludowici epitaphium, quod verbis incipit* Imperii fulmen Francorum nobile culmen, *saepissime editum atque etiam in SS. t. XXIV,* 545, *quia id aevo posteriore compositum esse existimo.* 8) *Ov. Ep. VIII,* 120 sub tumulo . . iacent; *Met. VIII,* 539 iacent tumulo; *Venanti Carm. IV,* 22, 1 Hoc iacet in tumulo. 9) *Cf. il regesto di Farfa edd. Giorgi e Balzani II,* 228.

Pro quo, quisque legis, non cesses mente benigna[1]
10 Fundere votivas nocte dieque preces[2],
Angelicas inter mereatur ut esse cohortes,
Morteque devicta regna tenere poli[3].

VIII.

[EPITAPHIUM GERLINDAE.]

Filia Wiggonis Gerlind hic virgo sepulta est, 846
Cui precor, o lector dic, miserere deus.

OBIIT ANNO DOMINICAE INCARNATIONIS DCCCXLVI.
INDICTIONE IX. III. ID. APRIL.

IX.

[EPITAPHIUM PACIFICI ARCHIDIACONI[4].]

Archidiaconus quiescit hic vero Pacificus[5],
Sapientia preclarus et forma prefulgida.
Nullus talis est inventus nostris in temporibus,
Quod nec ullum advenire umquam talem credimus.
5 Ecclesiarum fundator, renovator optimus
Zenonis, Proculi, Viti, Petri et Laurentii,
Dei quoque genitricis, necnon et Georgii.
Quicquid auro vel argento et metalis ceteris,
Quicquid lignis ex diversis et marmore candido,
10 Nullus umquam sic peritus in tantis operibus.
Bis centenos terque senos codicesque fecerat.
Horologium nocturnum nullus ante viderat,
En invenit argumentum et primum fundaverat,
Glosam veteris et novi testamenti posuit
15 Horologioque carmen sperae celi optimum,
Plura alia grafiaque prudens inveniet.
Tres et decim vixit lustra, trinos annos amplius,
Quadraginta et tres annos fuit archidiaconus[6].
Septimo vicesimo etatis anno Cesaris Lotharii[7]

---

12 *In codice secuntur haec:* Nam XIV annis ac mensibus quinque diebusque decem huic praefuit congregationi, obiit vero XIV. Kal. Octobris.

[VIII] *ex lapide ed. Browerus Antiquit. Fuldens. p.* 153

[IX] *ex tribus tabulis marmoreis in ecclesia cathedrali Veronensi asservatis ediderunt Biancolini Notizie delle chiese di Verona p.* 148, *Muratori Antiquit. Ital.* III, 837, *contulit iterum benigno animo comes Giuliari.*

1) *Aen. I,* 304 mentemque benignam. 2) *Ib. VI,* 55 funditque preces. 3) *Cf. supra p.* 654 *v.* 12. *Iuvenci H. euang. IV,* 758 devicta morte. 4) *Biancolini (Dei vescovi e governatori di Verona a.* 1757 *p.* 183) *et Bluhme (Iter italicum I,* 254) *hoc epitaphium adulterinum esse sibi persuaserunt, quibus minime assentitur comes Giuliari (Archivio Veneto a.* 1875 *X,* 246—251, *a.* 1878 *XVI,* 220—224). 5) *De Dionysiis (De Aldone et Notingo p.* 75) *testamentum foras dedit, quod anno* 844 *Veronae* Pacificus archidiaconus et Ansa germana eius *fecerunt.* 6) *In hoc numero errorem inesse Biancolini l. l. observavit.* 7) *inde ab anno* 820. *Da Prato, quem Giuliari (l. l. X,* 248) *sequitur, Pacificum anno* 844 *obiisse ratus, lapidem ei a.* 846 *positum esse coniecit.*

846 20 Mole carnis est solutus, perrexit ad dominum.
Nono sane Kalendarum obiit Decembrium,
Nocte sancta, que vocatur a nobis dominica[1].
Lugent quoque sacerdotes et ministri optimi,
Eius morte nempe dolet infinitus populus.
25 Vestros pedes quasi tenens vosque precor cernuus,
O lectores, exorare queso pro Pacifico.

Hic, rogo, pauxillum veniens subsiste, viator,
  Et mea scrutare pectore dicta tuo[2].
Quod nunc es, fueram, famosus in orbe, viator,
  Et quod nunc ego sum, tuque futurus eris.
5 Dilicias mundi pravo sectabar amore,
  Nunc cinis et pulvis, vermibus atque cibus.
Quapropter potius animam curare memento,
  Quam carnem, quoniam haec manet, illa perit.
Cur tibi plura paras? quam parvo cernis in antro
10 Me tenet hic requies: sic tua parva fiet[3].
Ut flores pereunt vento veniente minaci,
  Sic tua namque caro, gloria tota, perit.
Tu mihi redde vicem, lector, rogo carminis huius
  Et dic: 'da veniam, Christe, tuo famulo[4]'.
15 Pacificus Salomon mihi nomen atque Ireneus,
  Pro quo funde preces mente legens titulum[5].
Obsecro, nulla manus violet pia iura sepulcri,
  Personet angelica donec ab arce tuba:
'Qui iaces in tumulo terrae de pulvere surge,
20 Magnus adest iudex milibus innumeris[6]'.
Tolle hic segnitiem, pone fastidia mentis,
  Crede mihi, frater, doctior hinc redies.
ANNO DOMINICE INCARNATIONIS DCCCXLVI. INDICTE X.

X.
EPYTHAPHIUM DAVID LAUSANNENSIS EPISCOPI[7].

850 Hoc tumulo tegitur crudeli morte peremptus[8].
Antistes quondam Lausanne nomine David,
Qui proprium perimens hominem, iugulatur et ipse.
Nam pacis studio dum neutri federa servat[9],

[X] *ex codice Bernensi* 37 *bis saec.* XIII. *f.* 5' *ediderunt a.* 1840 *Matile* (*Chronica Lausannensis Chartularii p.* 26), *G. Waitz SS.* XXIV, 796   1 perhemptus h *deleto B*

1) *Natalem domini IX. Kal. Ianuar. dicit poeta.* 2) 1—2 *ex Alchwini epitaphio* (*I,* 350) 1—2. 3) 3—10 *ex eodem* 5—12. 4) *v.* 11—14 *ex eodem v.* 15—18. 5) *Ib.* 23 Alchuine nomen erat sophiam mihi semper amanti, | Pro quo funde preces mente legens titulum. 6) *v.* 17—20 *ex eodem v.* 19—22. 7) *Cf. Ann. Lausannens.* (*SS. XXIV,* 779) Davit episcopus Lausannensis interfectus est anno *DCCCL.* 8) *Amor. II,* 6, 59 Ossa tegit tumulus: *Aen. VI,* 163 indigna morte peremptum; *X,* 386 crudeli morte. 9) *Fast. III,* 173 studiis pacis; *Art. Am. I,* 641 sua foedera servet; *Fast. II,* 159, 161.

5 Occurrunt sibimet, stipantibus undique turmis,
Impulsu rapido, et nimio fervente tumultu,
Confligunt gladiis pariterque in morte se evertunt[1].
Tunc igitur stagno exanguis pigraque palude[2]
Effertur modico peregrina ad littora[3] limbo.
10 Heu! laniata rigent gelida sub glarea membra
Nempe tua, tristis lapsus, miserande sacerdos,
Inprovidi exicii exemplo memorandus in aevum.
Ultro praecipitis properans ad pocula mortis,
Infula commaculat cuius violata decorem,
15 Ecclesiae sanctus iugulis dum carpitur ordo.
O domini, o fratres, pariter genus omne piorum[4],
Aetas, conditio, sexus succurrite cuncti,
Quippe eius animam haut Tartarus igneus urat,
Quin pocius dominus rutila pietate benignus
20 Exceptum flammis caeli regione[5] receptet.

XI.
[EPITAPHIUM RADELCHIS PRINCIPIS.]

Radelchis princeps monumento clauditur isto, 852
  Cuius in orbe pius rumor ubique sonat.
Quem tanto dominus donorum fonte rigavit[6],
  Ut nullus digne promere cuncta queat;
5 Nobilis et prudens, iustus patiensque, benignus,
  Pulcrior et sobrius, clarior atque potens.
Hunc populis patrem lacrimis et voce fatentur[7],
  Dives inopsque simul, hoc moriente gemunt.
Afflictis solamen erat, tutamen egentum[8],
10 Et cunctis populis victus et alma quies.
Fortis in adversis, in laetis unus et idem,
  Ad caeli patriam[9] currere mente volens.
Incessit humilis, virtutis robore[10] magnus,
  Pacificus, verax, mitis et aptus erat.
15 Quem non dilexit, quis non dilexit et illum?
  Quis nisi perversus, quis nisi mente ferus?
Hunc pius et felix felicem nominat omnis,
  Recta sequi studuit dogmata saepe quia.

---

7 se *add. Waitz ex coniect.* 11 sacerdos *bis scriptum erat, sed alterum deletum* 18 auth thatarus *B*
[XI] *exstat ibidem (scil. Beneventi) ante portam ecclesiae cathedralis Peregrin. p.* 311 7 lachrimis *P*
12 coeli *P*

1) *Cf. Cononis Gesta episc. Lausannens. c.* 5 (*SS. XXIV,* 796) David episcopus interfectus fuit a domino de Tegerfelt .. et suis in villa de Anes, iuxta rivum qui currit per villam, iuxta quendam grossum lapidem, in qua sanguis apparuit per multos annos. 2) *Ex Ponto IV,* 10, 61 stagno similis pigraeque paludi. 3) *Ov. Ep. I,* 59 peregrinam littora puppim. 4) *Georg. II,* 20 genus omne | Silvarum. 5) *Aen. VIII,* 528 caeli in regione. 6) *Fast. V,* 210 fonte rigatur aquae. 7) *Sedul. C. Pasch. V,* 79 voce fatenti. 8) *Arichis epitaphium v.* 23 (*I,* 67) Mestorum solamen erat, solamen egentum. 9) *Venanti Carm. IV,* 18, 26 Dum patriam caeli .. tenes. 10) *Cf. p.* 650 *v.* 28.

Publica iura regens[1], sed sacras maxime leges
20 Explevit iugiter corde manuque gerens.
Insigni populum pietate[2] vigebat ad omnem,
Laetus erat vultu, laetior ore quidem[3].
Undenis lapsis duodenus coeperat annus,
Bardorum princeps noscitur esse quibus.
25 Sexaginta suae vitae compleverat annos[4],
Cum moriens mundo vivit in arce poli.
O vos christicolae, precibus committite Christo,
Quem populi constat rite fuisse ducem.

XII.
[EPITAPHIUM CARETRUDAE.]

Quam velox fugiat mundanae gloria vitae[5],
Testantur cineres, quos monumenta tenent.
Nil sine fine manet sub caeli cardine[6] comptum,
Tempus, honor transit, lux, caro, vita, salus,
5 Cuncta mori constat quae mundi machina[7] gestat,
Sola mori nescit vita referta bonis[8].
Haec olim cuius tumulus hic occulit artus,
Per genus omne suum fulsit in orbe satis[9].
Nam summi coniux Radelchis principis extans,
10 Germine quod tenuit auxit honore decus.
Inde viri solium in natis[10] ex ordine firmans,
Sancivit patriae hos caput[11] esse suae.
Sicque sui magno fructus in culmine ventris
Ter quartum vidit fructificasse gradum.
15 Pontificem[12] et comites genuit proceresque sagaces,
Undique conspicuo fulta vigore fuit.
Hinc decus in patribus captans, in prolibus illinc,
Per mores studuit tegmen habere pios.
Sollers ac mitis, prudensque in famine dulci,
20 Lactea conspectu, plus probitate micans[13];
Ecclesias venerans, inopum pascensque catervas:
Quod bene distribuit nunc fruitura metit.
Bis tria post annos quadragenos lustra recurrens
Haec Caretruda solo terrea membra dedit[14].

[XII] *exstat in eadem urbe ante portam ecclesiae cathedralis Peregr. p.* 312 3. 29 coeli *P*

1) *Venanti Carm. II,* 10, 23 Publica iura regens. 2) *Aen. VI,* 403 pietate insignis. 3) *Arichis epit. v.* 53 Laetitiam vultus hilari diffundit ab ore. 4) *Trist. II,* 161 compleat annos. 5) *Aldhelm. laud. virg.* 1980 mundanae .. consortia vitae. 6) *Sedul. C. Pasch. II,* 66 Imperium sine fine manet; *Aldhelm. l. virg.* 1887 sub caeli cardine. 7) *Ib.* 158 praesentis machina mundi. 8) *Venanti Carm. IV,* 13, 2 Sola tamen nescit vita beata mori. 9) *Cf. p.* 657 *X,* 16; *Venanti Carm. IV,* 20, 2 fulsit in orbe potens. 10) *Radelgario et Adelchiso.* 11) *Venanti Carm. IV,* 10, 11 patriae caput. 12) *Aionem, episcopum Beneventanum* (840—886). 13) *Venanti Carm. IV,* 26, 22 lactea colla tulit | Splendida conspectu .. | Digna micans animo. 14) *Met. VI,* 246 Membra solo posuere; *Amor. I,* 6, 6 Aptaque ... membra dedit.

25 Iunius ereptam hanc e carnis carcere mensis
Nonarum quartum sustulit ante diem.
O mundum martyr Ianuari clare per omnem,
Pro culpis huius fer pia verba[1] deo,
Ut careat poenis et captet gaudia caeli,
30 Sancto ob quod cupiit hoc recubare loco.

XIII.

[EPITAPHIUM RADELCARII PRINCIPIS.]

Quisquis ad hunc tumulum properas concivis et hospes[2], 854
Hic, precor, humato dic: 'Miserere, deus'.
Ecce Radelcarius, Beneventi celsa potestas[3],
Hic recubat heros clarus in orbe satis.
5 Qui genus excelsum ducens ab utroque parente[4],
Tutamen patriae, spes requiesque fuit[5].
Stemmate praecipuus princeps de principe cretus[6],
Maiorum studuit scandere semper iter.
Sub patre nam princeps[7] solium regnumque paternum[8]
10 Post patris excessum rexit ad omne decus[9].
Moribus ingenuus, necnon et viribus audax[10],
Iustitiae custos[11], munere largus[12] erat.
Immobilis verbis, affectu necne suavis,
Conspicuus forma, concilioque sagax,
15 Canitie cordis iuveniles vicerat annos[13],
Transcendens sensu plurima iura senum.
Iudicii magno scrutans examine causas,
Quae vera instituit, sprevit iniqua procul.
Sic pius et prudens, linguaeque nitore disertus,
20 Omnibus ut gratus mellifluusque foret.
Astutus, mitis, sollers cautusque, benignus
Parcere plus novit, quam dare flagra minans;
Facundus, cunctis pietatis viscera servans,
Impiger ac promptus corpore, corde fuit.
25 Fortia Francorum sedavit regna[14], suosque
Confines vinxit undique pacis ope.

[XIII] *ex lapide ante portam ecclesiae cathedralis ed. Peregrinius p.* 313

1) *Met. XIV,* 813 pia verba. 2) *Venanti Carm. IV,* 11, 1 Quisquis ab occasu properas huc, 20, 1 Quisquis in hoc tumulo; *X,* 5, 1 Quisquis ad haec properas. 3) *Erchemperti Hist. Langob. c.* 19 (*p.* 242): Quo *(sc. Radelgiso)* migrato, Radelgarius filius eius, in principatum loco eius electus est, vir plane fortis viribus et animo pius ac corpore cunctis gratus; *Aldhelm. l. v.* 1706 celsa potestas. 4) *Grimoaldi epit.* 11 (*I,* 430) Regalis genere existens ab utroque parente. 5) *Ib.* 32 suae gentis spes requiesque fuit; *cf. Aen. XII,* 57. 6) *Cf. p.* 650 *v.* 17. 7) *Grimoaldi epit.* 4 Sub patre iam princeps. 8) *Fast. V,* 125 solioque paterno; *Ep. IV,* 122 caperes regna paterna. 9) *Fast. VI,* 75 decus omne. 10) *Aen. V,* 67 et qui viribus audax. 11) *Lucani Phars. II,* 389 Iustitiae custos. 12) *Venanti Carm. XI,* 4, 2 munere larga. 13) *Met. VIII,* 632 annis . . iuvenilibus; *Fast. V,* 273. 14) *Grimoaldi epit.* 27 (*I,* 430) Gallorum fortia regna.

Bis tria post lustra annumque unum carnea claustra
Deseruit iussu, Christe tremende, tuo.
At, Benevente, tibi bis binis praefuit annis,
30 Quo tua regnante gloria pulchra fuit.
O martyr cuncto Ianuari splendide mundo,
Fac, rogo, prosit ei hac recubasse domo.
Hunc, sacer alme, deo tu commendare precando,
Obsecro, ne cesses, esto tutela sibi.
35 O bone rex Iesu, clemens, aequissime, verax,
Astet ut iste tuum ante tribunal[1] ovans,
Da sibi, cunctipotens, aeternae gaudia vitae,
Post obitum, solus qui dare laeta vales.
Tu, pie, nullius cruciatu pasceris umquam,
40 Tu eripe hunc poenis, civibus adde tuis.
Tu sibi mundani tribuisti culmina regni,
Te duce conscendat caelica regna, precor.
Transfer eum inter oves et ab haedis abstrahe saevis,
Quo placidum cernat te sine fine deum.

XIV.
[EPITAPHIUM URSI.]

Ursus hic recubat toto celeberrimus orbe[2],
Cuius hoc marmor candida membra tegit[3].
Splendida progenies, regali ex semine cretus[4],
Quem palatina domus nutrit ad omne decus[5].
5 Hunc genuit princeps Bardorum stemmate clarus
Radelchis[6], patriae vita salusque suae.
Huic tam clara fuit species et gratia vultus[7],
Ut patriae populo luxque vigorque[8] foret.
Viribus atque potens, nullus ut gratior esset,
10 Ac simul in populo murus et arma suo[9].
Hic aemulos omnes superabat viribus, armis
Defendens patriam, promptus amore dei.
Hic honor atque suis requies portusque salutis,
Hic laus excelsa, hic generalis amor[10].
15 Iustitia clarus, renitens virtutibus almis,
Angelicus, dulcis, aequus ubique manens;
Promere quis sapiens poterit magnalia cuius,
Quae deus omnipotens cessit habere sibi?

---

29 bis *add. Pratilli* 36 Hastet *Per.* 42 coelica *P*
[XIV] *ex lapide ante portam ecclesiae cathedralis ed. Peregrinius p.* 315

1) *Iuvenci H. euang. IV,* 591 stans ante tribunal. 2) *Ecl. I,* 67, *Georg. I,* 511 toto .. orbe. 3) *Met. XIV,* 261 marmore tecta; *II,* 607 Candida .. membra. 4) *Ib. XV,* 760 mortali semine cretus. 5) *Cf. p.* 659 *v.* 10. 6) *Cf. Erchemperti Hist. Langobard. c.* 16 (*SS. rer. Langob.* 241) Ac primum *(Radelgis)* castrum Casanense una cum Urso filio suo illis destinavit oppugnandum. 7) *Venanti Carm. VII,* 7, 75 comitatur gratia vultum. 8) *Ib. III,* 22a, 7 patriae vigor. 9) *Romualdi epitaph.* 4 (*I,* 111) murus et arma suis. 10) *Arichis epit.* 21 Tu requiesque tuis portusque salusque fuisti, | Gloria, deliciae, tu generalis amor.

Nam concors, castus, humilis clemensque, benignus,
20 Facundus, patiens[1] et bonitate vigens[2],
Famosus, sapiens, pius, ac ratione coruscus,
Iustus et in cunctis fortis ad arma simul[3].
Communis, gratus, sobrius parcusque, modestus,
Fulgidus eloquio luxque decorque fuit[4].
25 Ter denos complevit hic seu quattuor annos[5],
Ter denos pariter vixit et iste dies.
Sic vitae instantis complens tunc tempora iussus
Ad patriam celsam iam remeavit[6] ovans.
Creditur hic cunctis caeli conscendere[7] cives,
30 Hunc Abrahae fateor iam recubare sinu.
Quem paradisus habet[8], quem caelica regna[9] retentant,
Aetheris et locuples optinet amplus honor,
Amplexum et retinent sanctorum brachia patrum,
At simul angelicus consociando chorus[10].
35 Ut sibi per saeculum maneat memorabile nomen[11],
Hoc carmen scripsi[12] ductus amore suo.

XV.
[EPITAPHIUM WARENTRUDIS.]

Hic Warentrudis nimium veneranda quiescit
Abbatissa: animam sed paradisus habet[13].
Hetti pontificis[14] fuerat soror, amita magni
Tietgaudi domini[15] magnificique patris.
5 Cuius germanus vir clarus in omnibus extat,
Nomine Grimaldus[16], ore et honore potens.
Quique iubent titulum scribi pro munere amici,
Illius ut nomen tempora multa habeant.

Hulindim retinet pulchram locus iste sepultam,
Hetti germanam praesulis eximii.

---

21 actione *P*, *corr. Watt.* 27 instanti *P* 29 coeli *P* 31 coelica *P*
[XV] *ediderunt a.* 1670 *Brower* (*Annal. Trevir.* I, 404) *ex ruinis nobilissimi quondam Adelae Dagoberti filiae parthenonis Palatioli oppido suburbano uspiam erutum in peristylio canonicorum collegii, literis in marmore elegantibus, at prope vestigiis ingredientium obtritis, Waitz ex cod.* 167 *civitatis Trevir. saec.* XI. *SS.* XIV, 106. 1 Warendrudis *Tr.* 2 paradysus *Tr.* 4 Thietgaudi *Tr.* 5 exstat *Tr.* 7—8 *om. Tr.* || Hulindim — eximii *ex cod. Trevir. SS.* XIV, 106.

1) *Arichis epit.* 10 (*I*, 67) Facundus, sapiens. 2) *Cf. supra p.* 25 *v.* 32. 3) *Fast. II,* 688 vir iniustus, fortis ad arma tamen. 4) *Arichis epit.* 13 Strenuus eloquii; 10 luxque decorque fuit. 5) *Cf. supra p.* 658 *v.* 25. 6) *Venanti Carm. IV,* 20, 4 Dum remeat patriae. 7) *Iuvenci H. euang. IV,* 459 conscendunt culmina cuncti. 8) *Arichis epit. v.* 50 (*I*, 68) nunc paradisus habet; *Venanti Carm. IV,* 17, 12 quem paradisus habet. 9) *Cf. supra p.* 660 *v.* 42. 10) *Venanti Carm. VIII,* 4, 4 Iungitur angelicis ... choris; *IV,* 14, 16 Inter et angelicos fulget honore choros. 11) *Met. VI,* 12 nomen memorabile; *Aen. II,* 583 memorabile nomen. 12) *Ex Ponto IV,* 2, 34 scribere carmen. 13) *Cf. supra n.* 9. 14) *Trevirensis* 814—847. 15) *Trevirensis archiepiscopi* 847—863. 16) *St. Galli abbas, Hludowici Franciae orientalis regis summus cancellarius* 841—871.

XVI.

[TITULI ROMANI.]

I.

Emicat aula pia e variis decorata metallis [1]
Praxedis domino super aethra placentis honore,
Pontificis summi studio Paschalis [2], alumni
Sedis apostolicae, passim qui corpora condens [3]
5 Plurima sanctorum subter haec moenia ponit [4],
Fretus, ut his limen mereatur adire [5] polorum.

II.

† Paschalis praesulis opus decora fulget in aula,
Quae pia optulit vota studuit reddere deo [6].

III.

† Hanc fidei zelo Paschalis primus ab imo
Ecclesiam renovans, dum corpora sacra requirit,
Elevat inventum venerandum martyris almae
Caeciliae corpus, hoc illud marmore condens [7].
5 Lucius, Urbanus huic pontifices sociantur,
Vosque, dei testes Tiburti, Valeriane,
Maxime, cum dictis consortia digna tenetis.
Hos colit egregios devote Roma patronos.

IV. IN TRONO SANCTAE CECILIAE.

† Haec domus ampla micat variis fabricata metallis [8],
Olim quae fuerat confracta sub tempore prisco [9].
Condidit in meliūs Paschalis praesul opimus
Hanc aulam domini formans fundamine claro.
5 Aurea gemmatis resonant haec dindima templi.
Laetus amore dei hic coniunxit corpora sancta
Caeciliae et sociis rutilat hic flore iuventus [10],
Quae pridem in cruptis pausabant membra beata,
Roma resultat ovans semper ornata per aevum.

[XVI I] *ediderunt ex abside ecclesiae S. Praxedis a Paschali constructae Baronius Annal. ecclesiast. a.* 818 XV, *Gregorovius, Gesch. der Stadt Rom* III, 56, *A. Mai SS. vet. nova coll.* V, 149 5 maenia *G* || [II] *edidit Baronius l. l. ex eadem ecclesia, ubi super limen leguntur* || [III] *edidit Baronius l. l. a.* 821 VII, *ubi haec addit:* Huius autem translationis memoriam testatam etiam reliquit idem Paschalis papa posita ante faciem altaris inferius in confessione in marmorea tabula huiusmodi inscriptione .. Crux inest in eadem tabula inter istos versus sculpta frangens nonnihil ipsos || [IV] *ex codice Palatino* 833 *f.* 33' *edidd. Gruter Inscript. Rom. p.* MCLXIIII, *ex pariete ipso Baronius l. l.* 821 VIII, *Gregorovius l. l.* III, 54, *A. Mai* (*SS. vet. nova coll.* V, 121), *qui haec addit:* Romae in opere vermiculato in abside S. Caeciliae. In vertice nomen Paschalis. 5 gematis *P* dyndima *B* 8 prius *BG* pensabant *B*

1) *Venanti Carm. I,* 1, 11 Emicat aula potens, solido perfecta metallo; *Sedul. C. Pasch. I,* 269 Emicat aula tholis. 2) *I,* 817—824. 3) *Met. VIII,* 234 corpusque sepulchro | Condidit. 4) *Ib. IX,* 634 ponit nova moenia. 5) *Ov. Ep. XIX,* 174, *Trist. III,* 5, 8 limen adire domus. 6) *Rem.* 813 reddetis sacro pia vota poetae. 7) *Met. VIII,* 234 corpusque .. | Condidit. 8) *Cf. supra I,* 1; *Aen. II,* 310 ampla .. | .. domus. 9) *Sedul. C. Pasch. V,* 259 ita tempore prisco. 10) *Aen. VII,* 162 primaevo flore iuventus.

V.

Vasta tholi firmo sistunt fundamine fulchra,
Quae Salamoniaco fulgent sub sidere[1] ritu.
Haec tibi proque tuo perfecit praesul honore
Gregorius, Marce, eximio cui nomine quartus[2].
5 Tu quoque posce deum, vivendi tempora longa[3]
Donet, et ad caeli post funus sidera[4] ducat.

VI.

847

Sergius en iunior presul[5] et plebis amator
  Hoc tegitur tumulo, qui bene pavit oves[6].
Spes patrie, mundique decus, moderator opimus,
  Divinis monitis[7] non fuit ille piger.
5 Romanos proceres non tantum famine verbi,
  Rebus et humanis nocte dieque fovens[8].
Utque Leo sanctus, Damasus quoque papa benignus,
  Hic ritum tenuit instituitque gregem.
Egentum semper studuit recreare catervam,
10 Proque poli ut caperet celica regna libens:
Iam iam pro tanto tundamus pectora pugnis[9]
  Pastore amisso, vivat ut axe poli.
Nectitur ecce piis Faviano et corpore Xisto
  Presulibus, quorum spiritus astra micat[10].

VII.

Sergius hanc coepit praesul, quam cernitis, aulam,
Cui moriens nullum potuit conferre decorem,
Sed mox papa Leo quartus[11], dum culmina sumpsit
Romanae sedis, divino tactus amore[12]
5 Perfecit sollers melius quam coepta manebat,
Atque pia totam pictura ornavit honeste,
Coenobiumque sacrum statuit monachosque locavit,
Qui domino assiduas valeant persolvere laudes,
Talibus ut donis caelestia scandere possit

[V] *ex tribuna ecclesiae S. Marci a Gregorio* IV *restauratae edid. Gregorovius* III, 87, *A. Mai l. l. p.* 136   6 coeli *M*   sydera *G* || [VI] *ex bibliothecae basilicae S. Petri cod. operum S. Hieronymi C.* 101 *f.* 104 *descripsit F. Kaltenbrunner V. C., ed. Baronius ann. a.* 847 VI, *in cod. eadem manu haec subiciuntur:* Hoc epytaphium inuentum fuit in altari beati Xisti, quod est ante ęcclesiam sancti Martini in introitu basilicę beati Petri iusta ferratam. Super altari uero arcus ex mirifico musibo, sicut dicit Pascalis primus papa in pontificali post depredationem cimiterii Calisti. Et posuit corpus beati Xisti martiris ante corpus beati Petri iusta ferratam super quod fecit altare lapidibus ornatum et super altare arcum ex mirifico musibo.   6 fauens *C*   14 tenet *Bar.* || [VII] *ex hemicyclo absidis musivo opere contextos hos versus ed. Baronius ann. a.* 847 III, *A. Mai l. l.* 152   5 solers *Bar.*   quam ante *M*

1) *Met. II,* 508 inter sidera . . . | Fulsit.   2) *a.* 827—844.   3) *Ecl. I,* 30, 68 longo post tempore.   4) *Aen. I,* 259 feres ad sidera caeli.   5) *II. a.* 844—847.   6) *Cf. p.* 656 *n.* 8; *Fast. I,* 204 Pascebatque suas . . oves; *Ex Ponto I,* 8, 52 pascere . . oves.   7) *Ov. Ep. XV,* 17 divino monitu.   8) *Met. II,* 343 Nocte dieque vocant; *Ex Ponto IV,* 3, 49 in humanis . . rebus.   9) *Amor. III,* 9, 10 Pectoraque . . tundat . . manu; *Art. Am. I,* 535 tundens . . . pectora palmis; *Met. VIII,* 535; *Aen. I,* 481; *IV,* 673 foedans et pectora pugnis.   10) *Venanti Carm. IV,* 5, 6 spiritus astra colit; 8, 6 spiritus astra tenet.   11) *a.* 847—855.   12) *Aldhelm. l. virg.* 542 culmina sedis; *Art. Am. III,* 682 tangi . . amore.

10 Regna[1], quibus Martinus ovans, Silvester et almus
Praefulgent gaudentque simul cum praesule Christo,
Quorum pro meritis haec templa dicata[2] coruscant.

VIII. AD PORTAM VIRIDARIAM.

Qui venis ac vadis, decus hoc adtende, viator,
Quod quartus struxit nunc Leo papa libens. 852
Marmore praeciso radiant haec culmina pulchra,
Quae manibus hominum facta[3] decore placent.
5 Caesaris invicti[4], quod cernis, iste Hlothari
Tantum praesul ovans tempore gessit opus.
Credo malignorum tibi numquam bella nocebunt,
Neve triumphus erit hostibus ultra tuis.
Roma, caput orbis, splendor, spes, aurea Roma[5],
10 Praesulis ut monstrat en labor, alma, tui.
CIVITAS HAEC A CONDITORIS SUI NOMINE LEONINA VOCATUR.

IX.

Romanus, Francus Bardusque viator et omnis
Hoc qui intendit opus, cantica digna canat,
Quod bonus antistes quartus Leo rite novavit
Pro patriae ac plebis ecce salute suae[6].
5 Principe cum summo gaudens et ovans per annos
Perfecit, cuius emicat altus honor[7].
Quos veneranda fides nimio devinxit amore[8].
Hos deus omnipotens perferat arce poli.
CIVITAS LEONINA VOCATUR.

XVII.
DUNGALU(S) MAGISTER[9].

Martyribus venerandis busta ut trina[10] coruscant,
Arcubus hinc totidem decorosus consonat ordo,
Qui meliore novo ingenio rutilante metallo

[VIII] *e collectione inscription. veter. saec.* XVI. *in. Romae facta in biblioth. Angelica D.* 4. 16 *(A) descr. Bethmann, edidd. Muratori Ant. Ital.* II, 461, *Mai SS. vet. nov. coll.* V, 324, *Gregorovius* III, 108. viridiariam *M* 2 quare *A* hunc *A* 3 pretioso *A Mai* radiant .... cula pulcra *A* 4 autea *A* decora *Mai* 5 HLŌTHR *Mai,* isthic cernis honestum *Mur.* 6 Praesul tantum quod *Mur.* gestit *A* 7 sua *Mur.,* magistrorum tua non *A* 8 Neque *G Mur.* suis *Mur.* 9 capud *A Mai* || [IX] *edidd. Muratori l. l., A. Mai l. l.* 323 In introitu urbis Romae per portam arcis Aeliae sive S. Angeli, *Gregorovius l. l.* 109 5 gaudens haec cuncta Iohannes[11] *Mai,* Hlotharius heros *Mur.* 7 Quod *Mur.* deduxit *Mur.* 8 Hoc *Mur.* praeferat *Mur.* uocata *Mai*

[XVII] *ex cod. Parisino* 7520 (*quond. Colbert.* 3635) *saec.* IX. *f.* 73' *descripsi, ubi haec literis ex parte evanidis scripta sunt*

1) ***Ex Ponto IV,*** 8, 59 caelestia regna. 2) ***Fast. I,*** 706 templa dicata deis. 3) ***Aen. XI,*** 439 Factaque Volcani manibus. 4) ***Trist. V,*** 1, 41 invicti .. Caesaris. 5) ***Fast. V,*** 93 Roma est orbis caput; ***Art. Am. III,*** 113 aurea Roma. 6) ***Trist. II,*** 574 patriae cura salusque tuae. 7) ***Venanti Carm. II,*** 12, 2 altus honor. 8) ***Aen. VIII,*** 394 aeterno .. devinctus amore. 9) ***Cf. de Dungalo Scotto in monasterio sancti Dionysii versante t. I,*** 393, ***ubi hunc titulum temere praetermisi.*** 10) ***Dionysii, Rustici, Eleutherii; cf. p.*** 548 ***XXI,*** 1. 11) ***VIII,*** 872–882.

Fulti marmoreis decorantur rite columnis [1].
5 Hos medio, extremos arcus hinc inde locatos,
Ecclesiae Hilduinus cultor [2], egregius abbas [3],
Struxit, cura cui semper potiora parare est,
Praemia cuique deus est non peritura daturus [4].

XVIII.
[TITULUS ALTARIS MEDIOLANENSIS.]

Emicat alma foris rutiloque decore venusta
Arca metallorum, gemmis que cumpta coruscat.
Thaesauro tamen haec, cumpto potiore metallo,
Ossibus interius pollet donata sacratis.
5 Egregius quod praesul opus sub honore beati
Inclitus Ambrosii templo recubantis in isto
Optulit Angilbertus [5] ovans dominoque dicavit,
Tempore quo nitidae servabat culmina sedis.
Aspice, summe pater, famulo miserere benigne,
10 Te miserante, deus, donum sublime reportet.

XIX.
[VERSUS DE BEDA.]

Beda dei famulus, nostri didascalus aevi [6],
Falce pia sophiae veterum sata lata peragrans [7],
Aequoreis rutilum ut conpleret floribus orbem,
Hunc raptum magni Salomonis ab ore libellum,
5 Mistica morigero retinentem enigmata sensu,
Conposuit patres proprio sermone secutus.
Quem tibi direxi magno pietatis amore [8],
Muneris officio, mundi clarissime rector [9].
Vive deo felix, feliciter et lege [10] semper.

[XVIII] *descr. Bethmann ex palla altaris ecclesiae S. Ambrosii Mediolan., edd. Puricelli, Ambrosianae basilicae monumenta (Mediol.* 1645) *p.* 103 (*cf.* 128), *Ughelli Italia sacra* IV, 82, *Giulini Memorie di Milano* I, 184 S. Ambrosius. Angilbertus. Wolvinus magis. phaber. Sanctus Ambrosius *leguntur infra* 3 cuncto *edd.*

[XIX] *ex cod. Valentianensi* 40 (*B.* 5. 64) *saec.* IX. *quondam S. Amandi edid. Mangeart Catalogue de Valenciennes p.* 40

1) *Venanti Carm. II,* 10, 11 Splendida marmoreis attollitur aula columnis; *III,* 12, 29. 2) *Ib. IV,* 3, 10; *Hibernici exul. carm. XII,* 11, *XIII,* 3 (*I,* 404) Ecclesiae cultor. 3) *De quo cf. supra p.* 599. 4) *Cf. Venanti Carm. I,* 3, 12 non peritura domus. 5) *II, Mediolanensis archiepiscopus* (824—860). *Nescio utrum huius an prioris Angilberti (qui a.* 824 *obiit) epitaphium hoc Wattenbach ex codicibus Monacensibus* 716 *f.* 274 *et* 526 *f.* 146 *ediderit* (*Forschungen zur Deutschen Gesch. XI,* 374):

Epitaphium. Praesul in urbe fui, tegor hic sub matre creantis.
Angilberte vale! dicere quesque precor.

6) *Cf. Alcuini Carm. LXXII,* 4 (*I,* 294) Baeda magister | .. nostrae cathegita terrae. 7) *Ib. v.* 3 veterum simul argumenta sophorum. 8) *Carm. LXXV, II,* 4 (*I,* 296) scripsit quas pietatis amor; *Venanti Carm. II,* 16, 61 solitae pietatis amore. 9) *Alcuini Carm. LXXXI,* 5 (*I,* 300) magne decus mundi et clarissime Caesar. 10) *Monum. Alcuiniana ed. Jaffé p.* 280, 294, 681, 701 Vive deo felix; *Carm. LXXXIV,* 1 (*I,* 301) Haec lege.. felix feliciter.

XX.

[AD ..... EPISCOPUM.]

Ille [1] superne, sagax, sapiens, venerande magister,
Esse tibi stabilem opto salutis opem [2].
Ecclesiae sublime decus lumenque coruscum,
Ingentis meriti pontificalis apex [3].
5 Quicquid ab ore pio [4] profers, praeclare sacerdos,
Actibus eximiis, auctor amande, colis.
Ut breviusque loquar, praestas sic omnibus omne [5],
Unde pius cunctis cerneris esse pater.
Terrigenae vatis clemens miserere patrone,
10 Altithronusque tuas audiat, opto, preces [6].
Sis, vivas, vigeas multos feliciter annos [7],
Subtus et astra super perpete flore vale.

XXI.

I. [DICUIL DE MONTIBUS.]

825 Dicuil [8] accipiens ego tracta auctoribus ista
Pauca loquar [9] senis metro de montibus altis [10].
Summus Athos, Athlas, nubes transcendit Olympus,
Pulvere ob hoc squalent terna alta cacumina [11] quorum.
5 Montibus ambobus sed celsior instat Olympus:
Athlas inferior praedictis montibus altis [12],
Inde corona caput cingit [13] sublime nivalis.
Mons medius tendens excelsa cacumina caelo [14],
Undecies umbris obscurat milia septem.
10 Exta anno integro [15] divo custodit Olympus,
Inmaculata tenens oblata in vertice summo [16].
Non alios legimus montes excedere ventos:
Sublimem Athlantem torret sol fervidus [17] Austri,
Iam binos alios Aquilonis frigus adurit [18].
15 Afri Athlanta tenent, Adon Argi, Grecus Olympum:

[XX] *ex cod. Monac.* 4650 *saec.* IX. *f.* 41 *edidd. Rockinger* (*Quellen und Erörterungen zur bayer. Gesch.* VII, 141), *Rozière* (*Recueil des formules p.* 1090)

[XXI] *ex codicibus Dresdensi Regio D.* 182, *Parisino* 4806, *Veneto Marciano Class.* X *cod.* LXXXVIII *edid. G. Parthey, Dicuili liber de mensura orbis p.* 83—85 5 scelsior *D* 9 imbris *PV, corr.* umbris *P* 14 Iambinos *V* 15 Athon *Letronne*

1) *loco nominis, fortasse Arnonis.* 2) *Venanti Carm. app.* 2, 76 salutis opem. 3) *Ib. I,* 15, 33, *IV,* 8, 8 pontificalis apex. 4) *Met. VII,* 172 ore pio; *Fast. III,* 326. 5) 1 *Cor.* 9, 22 Omnibus omnia factus sum, ut omnes facerem salvos. 6) *Amor. I,* 3, 4 Audierit nostras.. preces; *Ex Ponto IV,* 9, 129. 7) *Alcuini Carm.* (*Mon. Alcuin.* 145, 358) multis feliciter annis, (*p.* 209) Iam valeas, vigeas. 8) *Cf. de Dicuilo Scotto Neues Archiv IV,* 256. 9) *Aen. IV,* 337 Pro re pauca loquar. 10) *Ib. III,* 675 et montibus altis. 11) *Georg. II,* 307 perque alta cacumina. 12) *Cf. supra v.* 2. 13) *Fast. III,* 254 cingite flore caput; *Venanti Carm. VIII,* 4, 7 Pulchra corona caput.. cingit. 14) *Aen. II,* 688 caelo palmas.. tetendit. 15) *Met. V,* 50 integer annis. 16) *Aen. II,* 682 summo de vertice. 17) *Aen. VII,* 720 sole novo... torrentur aristae. 18) *Georg. I,* 93 Boreae.. frigus adurat.

Arduus occiduas Athlas custodit harenas; 825
Grandis Alexandri tellus hos servat avita.
Frigus in excelsis est, fervor solis in imis:
Et medium spatium[1] fovet aer omne serenus,
20 Athlantis triplicis fundentis flumina curva[2]
In partes Euri Zephyri Boreaeque vel Austri.
Quinquaginta semel centum bis milia supra,
Mons Pelion tollens caput inter nubila condit[3].
Quinque Alpes decies transfigunt milia sursum.
25 Solurius summo scandens sit vertice caelo[4],
Mensuram haud legi cuius quot milia complent.
Thesalus atque Italus, Hispanus possidet ipsos.

Post octingentos viginti quinque peractos
Summi annos[5] domini, terrestris carceris atri[6],
30 Semine triticeo sub ruris pulvere tecto,
Nocte bobus requies largitur fine laboris[7].

II. [DICUIL DE GRAMMATICA.]

Hic codex pueris plus quam sapientibus aptus,
Si iam scire pedes malint et scandere versus,
Et si scire velint caesuras atque figuras,
Quot partes in versu instant de partibus octo,
5 Et qualem retinet sensum quaecumque loquela,
Et quae prima manent, quae dirivata secuntur:
In hoc ille canit quicquid parti accidit omni.
Undecies flexit bene verba errore repulso,
Conticeo, everto, immitto quoque, nutrio, surgo,
10 Infringo, arceo, for, teneo, possum atque relinquo,
Quamvis for sic ut dor non plerumque legatur.
Ostendit nobis, ut non errare queamus,
Quae contra suetam, quae recte regula servat.
Hi sunt istius tituli plene ordine facti,
15 Ut feci ante alios tales discernere causas
In prosa fieri nullo moderamine metri.
Prisci- canit pueris haec -ani cuncta libellus,
Aequalis primo qui constat sive secundo
Codiculo facto de constructa arte loquendi,
20 Idem grammaticus doctis quos fecerat ante.
Hic fieri pariter debet parvumque volumen,
Quod fecit pueris, de partibus ante quaternis

---

19 aeronne *D*, eronne *V* 21 zephiri *P V* 23 credit *V* 25 sommo *D* 26 quod *codd.* 28 octingentis *corr.* tos *D* 29 terrae ethrae *DP*, ethre *V*, *corr. Watt.* || [II] *ex cod. Valentianensi* 377 (*N.* 2. 23) *saec.* IX. *ex. descripsit Ioh. Heller, edid. Mangeart Catal. de Valenciennes p.* 367, *ex cod. Lugdunensi Batavor. Vossian. Lat.* 4° 33 *f.* 111 *ed. Keil Grammatici Lat.* III, 390 (*cf. Riese Anthol. lat.* II *p.* XXVI, *Rhein. Mus. N. F.* XX, 359) 6 sequuntur *V* 9 euerte *V* 15 tales *addidi* 18 Aequali *V* constant *V*

1) *Aen. VI*, 634 spatium medium. 2) *Georg. IV*, 278 curva .. prope flumina. 3) *Met. IV*, 244 Tollere .. caput; *Aen. IV*, 177, *X*, 767 et caput inter nubila condit. 4) *Ib. I*, 225 sic vertice caeli. 5) *Met. X*, 36 peregerit annos; *Ex Ponto I*, 2, 145 peregimus annos. 6) *Iuvenci H. euang. I*, 518 carceris atri. 7) *Georg. IV*, 116 sub fine laborum.

825

Primo ut discatur, sed qui minor esse videtur,
Postquam declinant partes, ut scandere possint.
25 Lux solis cecidit, stellarum lumina clarent,
Ales agit noctis, dormit hodierna volucris:
Dicuil hos fecit titulos aperire libellos[1].

XXII.

VERSUS DE POETA ET INTERPRETE HUIUS CODICIS[2].

Fortunam studiumque viri[3] laetosque labores,
Carmine privatam delectat promere vitam,
Qui dudum impresso terram vertebat aratro[4]
Intentus modico et victum quaerebat in agro,
5 Contentus casula, fuerant cui culmea tecta
Postesque acclives: sonipes sua limina nunquam
Obtrivit, tantum armentis sua cura studebat.
O felix nimium[5], proprio qui vivere censu
Praevaluit, fomitemque ardentem extinguere dirae
10 Invidiae, pacemque animi gestare quietam.
Gloria non illum, non alta palatia[6] regum,
Divitiae mundi, non dira cupido[7] movebat:
Invidiosus erat nulli, nec invidus ulli.
Securus latam scindebat vomere terram[8],
15 Spemque suam in modico totam statuebat agello[9].
Cum sol per quadrum coepisset spargere mundum[10]
Luce sua radios astris cedentibus umbris,
Egerat exiguos paucos menando iuvencos,
Depellens tecto vasti per pascua saltus[11].
20 Laetus et attonitus larga pascebat in herba[12]:

[XII] *ex cod. nunc deperdito ed. Mathias Flacius, Catalog. testium verit. ed. alt. a.* 1562, *repetivit Windisch, der Heliand u. seine Quellen p.* 115   5 fuerat *edd.*   testa *Flac.*   6 lumina *Flac.* 13 illi *Flacii ed. princ.*   17 lucae *Flacii ed. princ.*   18 *Flac. ad marg.* Menare, pro ducere, vox italica est

1) *In libro de astronomia inedito codicis Valentianensis* 386 *f.* 73 *et* 76' *Dicuil Hludowicum Pium ita alloquitur:*

Successor Caroli, felix Hloduice, valeto,
Dicuil hęc ego quę feci argumenta videto.

Longęvus victor Caesar Hloduice valeto,
Dicuil hęc ego quę feci ioca visa teneto.

2) *De hoc carmine post multos alios nuper A. Wagner acute egit* (*Zeitschrift für Deutsches Altert.* XXV, 173—181), *sed illud saeculo demum X. vel XI. conditum esse oportere mihi non persuasit.* 3) *Aen. I,* 517 Quae fortuna viris. 4) *Ib. VII,* 539 terram centum vertebat aratris; *Georg. I,* 1 terram | Vertere; 45 Depresso . . aratro; 147, *II,* 203; *Ex Ponto I,* 8, 57 pressi . . aratri. 5) *Aen. IV,* 657 heu nimium felix. 6) *Trist. I,* 1, 69 in alta palatia; *IV,* 2, 3. 7) *Aen. VI,* 373, 721 dira cupido. 8) *Georg. II,* 203 pinguis sub vomere terra; *III,* 525 quid vomere terras | Invertisse; *III,* 160 scindere terram; *Met. XI,* 31 presso subigebant vomere terram; *Amor. III,* 8, 41 terram scindebat aratro. 9) *Cf. Ecl. IX,* 3. 10) *Cf. Aen. IV,* 584, *IX,* 459. 11) *Georg. III,* 323 In saltus . . atque in pascua mittet. 12) *Ib.* 162 pascuntur virides armenta per herbas.

Cumque fatigatus patulo sub tegmine fessa [1]
Convictus somno tradidisset membra quieto [2],
Mox divina polo resonans vox labitur [3] alto:
'O quid agis, vates, cur cantus tempora perdis [4]?
25 Incipe divinas recitare ex ordine leges [5],
Transferre in propriam clarissima dogmata linguam'.
Nec mora post tanti fuerat miracula dicti:
Qui prius agricola mox et fuit ille poeta.
Tunc cantus nimio vates perfusus amore [6]
30 Metrica post docta dictavit carmina [7] lingua.
Coeperat a prima nascentis origine mundi [8],
Quinque relabentis percurrens tempora secli,
Venit ad adventum Christi, qui sanguine mundum
Faucibus eripuit tetri miseratus Averni [9].

XXIII.

[FRECHULFUS LIXOVIENSIS [10] DE CHRONICORUM LIBRIS.]

Te duce, Christe, via facilis est ire [11] per omnes,
Quod natura negat, varios fessosque labores [12],
Das qui ausus fragili, das grandia [13] vincere posse.
Parvula mens trepidat hominum [14] quae tangere dura,
5 Miratur tetigisse quidem, gaudet superasse.
Si quid enim fuerit dignum laude et memorandum [15],
Nec sibi sed domino tribuat quae gesta videntur;
Qui dedit ingenium [16] stolido, qui cuncta gubernat
In caelis, terris, perque omnia saecula semper.
10 Cuius nam auxilio iutus non viribus aequis [17]
Arripui celsos saecli transcendere colles [18],
Quae ut fuerant calamo pingam per tempora prisca [19],
Aeternos replicare dies, ingentia regum,
Tempore quo fuerint, ubi talia facta per orbem

[XXIII] *ex cod. S. Galli* 622 *descripsi, ex cod. Romano Christinae reg.* 302 *saec.* X. *F. Dümmler, editum in Freculphi ep. Lexov. Chronicor. libri duo, Genevae* 1597, *Bibl. max. patr.* XIV, 1061 1 nos ire *ed.* 4 clara *R* 5 tamen gaudet *R* 6 quod *R* et *om R* 10 Cuius ego *ed.* 12 fuerat *R*, fuerint *ed.*

1) *Ecl. I,* 1 patulae recubans sub tegmine fagi. 2) *Rem.* 500 somno lumina victa; *Aldhelm. laud. virg.* 1275 cum somno membra dedisset. 3) *Aen. XI,* 588 Labere, nympha, polo. 4) *Art. Am. I,* 504; *Met. XI,* 286 ne tempora perde; *Fast. I,* 143 tempora perdam. 5) *Ecl. VIII,* 36 Incipe Maenalios .. versus. 6) *Met. X,* 577 nimios ... amores. 7) *Amor. II,* 1, 38 Carmina ... dictat Amor; *Ex Ponto III,* 3, 29 dictasti iuvenalia carmina. 8) *Met. I,* 3 primaque ab origine mundi. 9) *Aen. VI,* 201 ad fauces .. Averni. 10) *episcopus c.* 825—850. 11) *Amor. II,* 16, 52 faciles .. viae; *Ep. XVIII,* 52; *Sedul. C. Pasch. I,* 69 Te duce difficilis non est via; 266 iuvat ire viam; *Georg. I,* 122 Haud facilem esse viam voluit. 12) *Sedul. C. Pasch. IV,* 8 Et quidquid natura negat; *Aen. II,* 284 post varios .. urbisque labores. 13) *Sedul. C. Pasch. I,* 333 tu dare grandia nosti. 14) *Aen. X,* 501 Nescia mens hominum. 15) *Georg. II,* 454 Quid memorandum. 16) *Ex Ponto IV,* 6, 28 Mitius ingenium .. dedit. 17) *Met. IX,* 780 Auxilioque iuva; *Aen. X,* 357 et viribus aequis. 18) *Ib. VIII,* 604 celsoque ... de colle. 19) *Venanti Carm. XI,* 23, 7 calamo neque pingere versus; *Fast. I,* 197 prisci temporis.

15 Quique viri fortes[1], portenta, fames, mala mundi,
Quas dederint clades populis civilia bella[2],
Triverit externas gentes[3] infanda cupido,
Quos casus tribuat regnis inprovida cura[4].
Haec cecini breviter memorans, venerande sacerdos[5],
20 Non ignota canens[6], veterum sed dicta priorum.

XXIV.
[CLEMENS AD HLOTHARIUM REGEM.]

Pauca tibi, Caesar, de multis, magne Hlothari,
  Iure tuus Clemens saepe legenda dedi[7],
Caetera quo valeas per te penetrare sophiae
  Calle velut veterum, scita profunda virum[8].
5 Namque prius pueri pascuntur ab ubere matrum[9],
  Lactis et irrigui nectaris hausta petunt.
Sed cum vita solers pubet, cum membra vigescunt,
  Tunc solidos solida educat esca viros[10].
Sic tuus eximius crescet dum sensus et aetas,
10 Dogmata distribuam tunc potiora tibi.
His tamen, his gradibus paulatim, Caesar inormis,
  Culmina doctrinae scandere[11] summa potes,
Indolis ut surgunt carnalis pondera quantum,
  Surgat et ingenium mentis in arce tuum.
15 Non etenim vitis statim fert fronde corymbos[12],
  Nec latices pingues fundit oliva[13] suos,
Sed prius infigunt radices[14] atque inde virescunt,
  Floribus hinc redolent, post sua liba ferunt[15].

XXV.
[SIGILAI VERSUS AD HLOTHARIUM IMPERATOREM.]

Arbiter altitronus, mundi formator et auctor[16],
Quique polos servas et cuncta potenter et aevi,

18 que *post* quos *deletum est* *G* tribuit *GR*

[XXIV] *ex cod. Bamberg. M* V 18 *f.* 70' *descripsi, edidit H. Keil Grammat. lat. I,* XXI, *De grammaticis quibusdam p.* 10

[XXV] *ex cod. Paris.* 266 *(quondam S. Martini Mettens.) f.* 2, *ubi literis capitalibus aureis scriptum est, edidd. Mabillon Ann.* II, 745, *Baluzius Capitul* I, 1565 2 polorum *corr.* polos *M* et *superscriptum est*

1) ***Amor. I,*** 7, 38 forti .. viro. 2) ***Met. III,*** 117 civilibus insere bellis. 3) ***Amor. III,*** 4, 34 externae .. gentis. 4) ***Fast. II,*** 60 provida cura. 5) ***Venanti Carm. III,*** 3, 3 venerande sacerdos; ***Elisacharum, praeceptorem suum dilectissimum alloquitur, de quo cf. supra p.*** 35, 49. 6) ***Aen. II,*** 91 Haud ignota loquor. 7) ***Fast. III,*** 462 dedit .. fila legenda viro. 8) ***Met. XIII,*** 400 veterum ... virorum; ***Trist. V,*** 3, 55 veterum .. scripta virorum; ***Ex Ponto I,*** 3, 61. 9) ***Fast. IV,*** 459; ***Aen. VII,*** 484 matris ab ubere raptum. 10) ***Hebr.*** 5, 12 facti estis, quibus lacte opus sit, non solido cibo. 14 Perfectorum autem est solidus cibus. 11) ***Aldhelm. laud. virg.*** 144 virtutum culmina scandit. 12) ***Ecl. III,*** 38 vitis | Diffusos hedera vestit pallente corymbos. 13) ***Georg. II,*** 85 Nec pingues .. nascuntur olivae. 14) ***Ib.*** 318 radicem adfigere terrae; ***I,*** 55 atque iniussa virescunt | Gramina. 15) ***Fast. II,*** 644 binaque liba ferunt; ***Georg. II,*** 394 et liba feremus. 16) ***Aldhelm. laud. virg. praef. v.*** 7 Arbiter altithronus, 11 mundi formator et auctor.

Qui regnare iubes reges per saecula mundi,
Hlotharium, qui nunc fultus pietate tua alma
5 Induperator habetur rex Augustus in orbe,
Dextera celsa[1] tua exaltet, defendat et ornet,
Imperium ut teneat, dilatet, firmet, adunet,
Utatur bene pace fruens et prosperitate
Ac valeat, vigeat, vivat per secula felix.
10 Nam pius ipse Augustus Christi ductus amore
Hoc decus almificum ecclesiae previdit ut esset,
Presulis atque beati Martini veneratu
Hunc pulchreque gregem librum intra scribere iussit
Ipsius ornare auro et picturis venerande,
15 Ut notum faciat quantum pollet locus ille,
Sed Sigilaus parens iussis[2] regis studiose
Hoc euangelium illic totum scribere iussit
Prescripti atque gregis voluit frater fore Cesar,
Scilicet ut humilis donum capiatque[3] supernum
20 Nempe ipsi grex toto nisu cunctipotentem
Pro virtute Augusti et prosperitate perenni
Pro veneranda et coniuge[4] necnon prole precatur.
Pictus habetur ob hoc necnon rex pagina in ista,
Ut quisquis vultum Augusti hic conspexerit umquam
25 Supplex ipse 'deo' dicat 'laus cunctipotenti:
Lotharius requiem mereatur habere perennem
Per dominum nostrum Christum qui regnat ubique'.

Quattuor hic rutilant uno de fonte fluentes[5]
Matthaei, Marci, Lucae libri atque Iohannis.

Hic Damasi species rutilat formata beati,
Hieronimi atque beati splendet forma sub illa,
Huius apostolici parens iussis[6] studiosis
Dum transferre laborat quod pater ipse precatur[7].

---

25 laus *deest in M* || *ex eod. codice f.* 2' || *ex eod. codice f.* 3 *ed. Delisle, le cabinet* III, 254; *secuntur f.* 22 *sqq. versus de euangelistis iidem, quos edidi t.* I, 293 LXXI

1) *Cf. t. I,* 411 *XXI,* 5 Dextera celsa dei. 2) *Met. I,* 385 iussisque deae parere; ***Trist. V,*** 9, 34 Parebo iussis . . tuis. 3) *Aen. III,* 488 Cape dona extrema tuorum. 4) ***Irmingarda, quae obiit a.*** 851 *cf. supra p.* 240. 5) *Sedul. C. P. III,* 173 Qualiter ex uno paradisi forte leguntur | Quattuor . . . amnes. 6) *Cf. supra v.* 16. 7) *In codice Parisino* 9383 *(quondam Mettensi) saec. VIII. leguntur hi versus in ligatura, quos edidit Delisle* (*Cabinet des mss. III,* 199):

In cruce restituit Christus, pia victima factus,
Quod mala fraus tulerat serpentis preda ferocis.

XXVI.

I. [ANSEGISUS DE CAPITULARIBUS A SE COLLECTIS.]

Legiloquum quisquis librum recitaveris istum,
  'Principibus nostris' dic 'miserere deus'.
Legem namque bonam dictarunt mente benigna [1],
  Quapropter pro ipsis, quaeso, precare deum.

II. [BENEDICTUS LEVITA DE CAPITULARIBUS.]

Quattuor explicitis, lector venerande [2], libellis,
  Qui canonum recitant iura tenenda satis,
Quosque pater quondam collegit nobilis apte
  Anseghisus ovans ductus amore dei,
5 Autcario demum, quem tunc Mogontia summum
  Pontificem tenuit [3], praecipiente pio;
Post Benedictus ego ternos levita libellos
  Adnexi, legis quis recitatur opus;
Quos patet inventos, praefatio pandit ut ipsa,
10 Distinctim titulis subpositisque suis.
Hos igitur relegens devoto pectore [4] biblos,
  Gratanter studeas fundere, posco, preces [5],
Quatinus aeterno donentur munere [6] caelo,
  Haec pia sanxerunt qui quoque iura pie.

III. INCIPIUNT VERSUS DE PRAEDICTIS PRINCIPIBUS.

Aurea progenies, felici stemmate pollens [7],
  Francorum virtus perpetuumque decus,
Pippinus quondam micuit sublimiter atque
  Carlomannus agens quae placuere deo.
5 Censores etenim veri pietatis amore [8]
  Ecclesiae leges instituere sacras.
Quas dum lector ovans descriptas legerit istic,
  Nec minus et iura posteriora legat.
Hinc Caesar Carolus, divino munere fretus [9],
10 Nobiliter proceres rexit in orbe suos:
Quorum sceptra piis una moderatus habenis [10]
  Cunctorum vicit inclita gesta patrum.

[XXVI. I] *ex codicibus Ansegisi ed. Pertz LL.* I, 271, *Delisle les manuscrits du comte d'Ashburnham p.* 76 1 Legiseloquium *cod. Schlettstad.* 3 dictabunt *clm.* 6360 *(quondam Frising.)* || [II] *ex codd. Parisinis* 4634 *(A) f.* 34', 4635 *(B) p.* 69—71, 4636 *(C) f.* 24, 4637 *(D) f.* 65, *quos contulit A. Molinier; S. Galli* 727 *p.* 10, 6, *edidit Pertz Legg.* II b, 39 3 aperte *BD* 4 Ansegisus *B Pertz* 5 magontia *B* 7 benedictos *BD* libellis *B* 10 .Distinctum *E* suppositisque *C* 11 Nos *D* byblos *ACDE* 12 praeces *A*, pręces *B* 13 Quatenus *BD* munerę *A* 14 qui coque *E*, qui sanxerunt iura uerenda suis *A*, iura ueneranda suis *C*, piae *D* || [III] 3 mucuit *C* subtiliter *BD* 4 Carromannus *E* 5 Cessores *C* piaetatis *D* 9 mune *C* 10 Nobili *B*, Nobilii *D* 11 abenis *ABCD* 12 inclyta *CD*

1) *Aen. I,* 304 mentemque benignam. 2) *Ib. IX,* 276 venerande puer. 3) *a.* 826—847. *Haec post Otgarii mortem scripta esse recte censuit Hinschius (Decretales Pseudoisidorianae p. CCXXXII).* 4) *Iuvenci H. euang. I,* 610 devoti pectoris. 5) *Aen. VI,* 55 funditque preces. 6) *Ib. V,* 282, 361 praestanti munere donat. 7) *Venanti V. S. Martini I,* 20 Stemmate, corde, fide pollens. 8) *Cf. p.* 665 *XIX,* 7. 9) *Iuvenci H. euang. II,* 188 divino munere; *Aldhelm. laud. virg.* 792 caelesti munere fretus. 10) *Met. VI,* 223 moderantur habenas.

Virtutum gemmis David reliquosque secutus,
Insigni fama fulsit ubique sui.
15 Quid memorem[1], multas domuit quas denique gentes[2],
E quis et remeans clara trophea tulit[3]?
Nec mirum, coluit dum regis iussa superni[4],
Decernens sanctis iura tenenda viris,
Ob quae promeruit caelestia scandere regna[5],
20 Qua quoque percepit praemia larga satis.
Inde Hludowicus regno successit avito[6],
Eximius princeps, divus et orbis apex,
Augusto nituit sub quo Germania cultu,
Cultori tribuens commoda multa suo.
25 Pacis amator enim Caesar pietatis[7] et almae,
Consuluit populis plebibus atque suis,
Scilicet ut regum renovans sancita priorum
Prudenter titulos adderet[8] ipse pios.
Quapropter moriens penetravit sidera caeli[9],
30 Solvens praecelso cantica digna deo.
Hinc etiam sequitur soboles veneranda per orbem
Ipsius insigni nomine digna patris[10].
Hludowicus enim fluvii cis litora Reni
Imperat et gentes comprimit ecce feras[11].
35 Necnon Hlotharius parili ditione potitus
Gallorum Caesar sceptra tremenda[12] vehit.
Tum Carolus regnum Francorum sorte retentat,
Nomen avi referens[13] auxiliante deo.
Nos quibus illa tenent terni quae iura libelli,
40 Obtulimus scripta semper habenda sibi.
Quorum norma docet iugiter nos vivere recte
Et studiis domino rite placere piis.

---

14 Insigna *B D* 18 Decernans *A* 20 quoquae *D* 21 hluduuuicus *C*, hludouicus *D* 23 Angusto *B* 25 piaetatis *D* 27 regnum *C D* 29 pęnetrauit *C*, penitrauit *B* 31 Ex quo prosequitur *A C* 33 Hludouicus *D* fluui *D* *pro quattuor sequentibus distichis habent A C haec:*

Lotharius primum regnum sortitus avitum[14]
Ardennae (Arduennae *Bellov.*) nemoris incola factus ovat.
35 Hinc Hludowicus heros Rheni cis litora genti
Imperat et populi effera colla terit[15].
Tunc (Tum *A*) Karolus, kari species genitoris[16] amata,
Gallorum coetus ordinat atque domat.
Illis nos, qui fata tenent, loca partibus aequis[17]
40 Haec ferimus scripta semper habenda sibi.

35 parali dicione *D* 36 Gallorum caesar *B D*, Francorum *edd.* 40 Optulimus *D*

1) *Aen. VI*, 123, 601, *VIII*, 483 Quid memorem. 2) *Fast. III*, 720 domitas gentes. 3) *Aen. XI*, 172 Magna tropaea ferunt. 4) *Ciris* 429 nec mirum; *Venanti Carm. VII*, 9, 19 rex .. supernus. 5) *Ex Ponto IV*, 8, 59 adfectantes caelestia regna. 6) *Georg. III*, 228 regnis excessit avitis. 7) *Rem.* 20 pacis amator; *Venanti Carm. III*, 22, 5 pietatis amator. 8) *Met. IX*, 793 Addunt et titulum. 9) *Georg. II*, 1; *Aen. I*, 259 sidera caeli. 10) *Trist. V*, 7, 45 hoc nomine digni. 11) *Ib. III*, 11, 9; *Fast. III*, 86 ferae genti. 12) *Ib. V*, 46 sceptra tremenda Iovi. 13) *Aen. V*, 564 Nomen avi referens Priamus. 14) *Cf. supra v.* 21. 15) *Cf. p.* 674 *v.* 52. 16) *Aen. I*, 677 cari genitoris. 17) *Aen. IX*, 754 partibus aequis.

Namque patrant multi funestas saepe rapinas,
Nonnulli violant templa dicata deo[1].
45 Sunt alii scelerum foedati labe suorum,
Fistula quos omnes commemorare nequit.
Sed cohibet tales legum censura sacrarum,
Decretisque vetat ista patrare piis.
Ergo duces laudare decet per carmina fortes,
50 Munere virtutum[2] qui micuere sacro.
Francia sub quorum sceptris tutissima mansit[3]
Libertate vigens, colla superba terens[4],
Quam variae gentes[5] dominam timuere severam,
Utpote quas armis cepit ovando suis.
55 Unde sibi nomen meruit decus atque perenne,
De victis populis celsa trophea ferens[6].
Caelestis patriae donati munere[7] regis
Exultant iugiter et sine fine canunt.
Alta poli cuius subierunt culmina laeti,
60 Quos devota chelys iam resonavit ovans.
Felices nimium[8], quos aula beata receptans
Caelicolis iunxit civibus ipsa libens.
Non ibi iam metuunt furvas nocuasque tenebras[9],
Quin potius verae lucis amoena vident.
65 Sic euangelici testatur pagina bibli,
Quod mundi lumen sit deus altitonans.
Hoc iubar exhilarat superorum corda virorum,
Inradiansque procul nubila tetra fugat[10].
Hoc etiam vatum cecinit[11] pulcherrime quidam,
70 Olim, quod dominus lux sit amanda deus.
Cui decus et virtus, laus et veneratio semper,
Imperiumque manet[12] cuncta per aeva sacrum.
Ipse tibi tribuat prolixae tempora pacis,
Credita qui plebi fersque talenta tibi.

---

43 Namque *B* 46 nequid *C* 48 suis *A* 51 Frantia *B* 55 perhenne *AB* 56 feris *D* 57 donatis *B* 60 chelis *BD* 65 bybli *ABCD* 67 exilarat *ACD* 68 Inradias *AC*, Irradiansque *B* fagat *C* 70 luxit *G*, sit *om. BC* amando *BCDG*

1) *Fast. I*, 706 templa dicata deis; *Ibis* 311 Iovis .. templum violare. 2) *Aldhelm. de laud. virg.* 1091 virtutum munere dites. 3) *Met. II*, 242 Tuta manent. 4) *Theodulf. ad Hluduic. v.* 11 (*I*, 531) Colla superba teras. 5) *Aen. VIII*, 722 victae longo ordine gentes, | Quam variae linguis. 6) *Cf. p.* 673 *v.* 16. 7) *Aen. V*, 282 promisso munere donat. 8) *Ib. IV*, 657 nimium felix. 9) *Iuvenci H. euang. II*, 209, *IV*, 689 furvisque tenebris. 10) *Venanti Carm. IV*, 26, 18 Nubila fronte fugans. 11) *Amor. II*, 18, 35 vati .. arma canenti; 1 *Ioh.* 1, 5 annuntiamus vobis: quoniam deus lux est. 12) *Sedul. C. Pasch. II*, 66 Imperium sine fine manet.

XXVII.

1. INCIPIT PROHEMIUM SEQUENTIS OPUSCULI ANGELOMI DIACONI[1].

Istius egregii seriem percurre libelli[2],
Quem dictante deo libuit depingere, lector,
Ut prosam reseret necnon tibi mystica pandat[3];
Propellat nocuas nocuoque ex corde tenebras[4],
5 Vitalesque legens crebro decerpere sensus
Atque satis valeas mentis pinguescere fibras[5].
Hystoriae hic Genesis reserantur opuscula sacra,
Omnia quae pandunt grandevi condita mundi[6]
Scilicet aethereique poli telluris aquaeque[7]
10 Condidit, aetrali, dominus, qui regnat in arce[8].
Materiam in species informem transtulit aptas
Conspicuumque manet visu et palpabile quicquid
Nostris exceptumque quidem seu visibus atque[9]
Cum sotia patris virtute[10] et flaminis almi
15 Olim condiderat pariter ratione potenti.
Nam referunt etiam nostrae primordia vitae[11],
Cum hominem narrant paradysi in sede locatum[12],
Unde draco saevus detraxit lividus atque
Tartaream in sedem[13], vetitum quia tollere pomum
20 Ambro[14] quin voluit, solus nec pertulit iram,
Sed genus humanum[15] penas heu sensit Averni,
Quod genuit totum proprio de foemore lapsus[16].
Hic sex annorum mansit per milia[17] trusus,
Filius ille dei donec descendit ab aula,
25 Sumere nomen[18] Adae voluit qui ac omnia membra.
Solvit[19] sic miserum miserans indigna ferendo,
Ut caperet plorans tandem caelestia regna[20],
Quae tacto poterat sine Christo perdere pomo.
Hic patriarcharum clarissima gesta leguntur[21],

[XXVII. 1] *ex codice S. Petri Salisb. A.* VIII 12 *saec.* IX. *exeunt. f.* 3 *ed. Bern. Pez Thesaur. anecdot.* I,1,45, *codicem contulit P. Willibaldus Hauthaler.* 10 deus *C*, dominus *Watt.* 11 Materia .. informi *C corr. Watt.* 14 flamminis *C* 19 in *addidi*

1) *Luxoviensis monachi, Hlotharii imperatoris aequalis.* 2) *commentarii in librum Geneseos, quem Leotrico presbytero dedicat. Zmaragd. in partib. Donati I,* 1 (*t. I,* 607) Hunc operis nostri modicum percurre libellum, | Lector; *Versus Zmaragdi* 3 (*ib.* 618) Istius egregii calamum perquire libelli. 3) *Ib.* 21 Abdita, qui reseret, necnon qui mistica pandat. 4) *Ib.* 24 nocuas pellat de mente latebras; *In part. Don. I,* 43 nigro tergit de corde tenebras. 5) *Vers. Zmar.* 26 mentis ... fibras. 6) *Iuvenci H. euang. II,* 833 condita mundi; *In part. Donati II,* 7 Nomina grandevi .. omnia mundi. 7) *Ib.* 8 Scilicet aetherei lucida prima poli, | Post telluris, aquae. 8) *Aldhelm. Aen. polyst.* 12 deus aethrali summus qui regnat in arce. 9) *Zmaragd. II,* 3 Conspicua est visu, manibus palpabilis illa: | Excepta nostra visibus ista manet. 10) *Sedul. C. P. I,* 280 natus socia patris virtute. 11) *Iuvenci H. e. II,* 203 iustae repetit primordia vitae. 12) *Aen. II,* 525 in sede locavit. 13) *Ib. VIII,* 667 Tartareas etiam sedes. 14) *Sedul. C. P. I,* 54 vetiti dulcedine pomi; *Aldhelm. de princ. vit.* 53 Dum vetitum ligni malum decerperet ambro. 15) *Sedul. II,* 4 Nec solus .. senserat iram, | ... sed .. ab ipso | Humanum simul omne genus. 16) *In part. Don. IV,* 11 Qui genuit multos proprio de femore natos. 17) *Ib.* 9 Annorum volitant celeri sex milia cursu. 18) *Fast. I,* 599 sumat nomina. 19) *Met. XI,* 612 membris languore solutis. 20) *Ex Ponto IV,* 8, 59 caelestia regna. 21) *Zmar. in part. Don. I,* 9 Hic patriarcharum gesta clarissima narrat.

30 Mystica quae nimium gravidis typicisque figuris [1]
Signantur Christi nostraeque et dona salutis [2].
Hic sacra nam sacrae cernuntur dyndima legis [3],
Atque euangelica salpix typice intonat orbi,
Texitur eloquium sanctorum hinc purius auro,
35 Clarius argento, formosius undique electro [4],
Quod nobis pandit [5] typice moderamina vitae
Mystica depromit, promittit et alta polorum.
Dorica nam, Haebraea fari nec lingua Latina
Possunt, quae gremio retinet sacra iste libellus [6].
40 Ergo age [7] iam calles rutilos discurre libenter,
Istius ut capias sacra tot carismata [8], lector,
E quibus altithronum possis dinoscere Christum
Et merearis ovans caeli conscendere limen [9],
Quoque metas felix multarum gaudia [10] rerum
45 Cernendo dominum semper per saecula verum. Amen.

EXPLICIUNT VERSUS.

II. [ANGELOMUS IN IV LIBROS REGUM [11].]

Si mavis, lector, typicos dinoscere sensus [12],
Quae tenet, ingredere, floridus iste liber [13].
Bis retinet bina en sacrata volumina regum,
Quae patuere patris ore tonante [14] sopho.
5 Hunc studuit calamus noster coniungere fretus
Et voluit tandem texere nostra manus [15]:
Scilicet ingrediens campos et prata piorum,
Carperet ut flores celsitonantis ope [16].
Ex quibus accipias divinae stirpis odores [17],
10 Ut valeas fructus tollere rite bonos [18].
Fercula fert animis nimium pulcherrima claris,
Unde fames animae pellitur hincque procul [19].
Lilia cum violis redolent percandida rubris
Et pariter flagrant cinnama, ruta, rosa [20].

[II] *ex codd. Parisinis* 11998 *(P)*, 2446 *(O) saec.* XII. *f.* 2', *quos A. Molinier contulit, edid. Bibliotheca max. patr.* XV, 308, *ex cod. bibl. Paulinae Lipsiensi saec.* XIII. *Leyser Hist. poetar. p.* 252 1 cognoscere *P* 3 Hic *L* 4 patres *P* canente *P* sophiae *L* 5 Tunc puduit *L* 7 priorum *L* 9 stypis *PO* 11 animus *L* 12 itque *L* 13 Lylia *P* reddent *L* 14 fraglant *P*, fragrant *L*

1) ***Zmaragdi vers.*** 7 Pollet et in sacris nimium typicisque figuris. 2) *Arator. II,* 410 dona salutis. 3) ***Zmaragd.*** 19 difflorans dindima legis. 4) ***In p. Don. IX,*** 19 Clarior argento, fulvo praestantior auro; ***Venanti V. S. Martini I,*** 127 Pulchrior electro, ter cocto ardentior auro. 5) ***In part. Don. I,*** 8 Quod nobis . . dedit. 6) ***Zmar. vers.*** 12 Continet in gremio digestos iste libellus. 7) *Georg. I,* 63 Ergo age. 8) ***Zmar. vers.*** 17 sacro carismate. 9) *Trist. V,* 11, 25 caeli . . limina. 10) *Sedul. I,* 350 Gaudia longa metam; ***Venanti C. app.*** 2, 90 gaudia larga metat. 11) *Hunc commentarium Angelomus iussu Drogonis, Mettensis episcopi* (823—855) *edidit.* 12) ***Zmaragdi vers.*** 1 Quisquis amas typicos legis cognoscere sensus. 13) ***In part. Don.*** 48 Quos tenet ingredere candidus iste liber. 14) *Aen. IV,* 510 tonat ore. 15) ***In part. Don.*** 3 Quem studuit calamus pauper discribere noster | Et voluit modica pingere nostra manus. 16) *Met. X,* 85 carpere flores; ***In part. Don. IX,*** 2 cunctipotentis ope. 17) *Met. II,* 633 divinae stirpis alumnos. 18) ***In p. Don. IX,*** 3 A quibus accipiam caelestis roris odores | Et valeam nitidos carpere saepe cibos. 19) ***Ib. I,*** 5 Nam pariunt . . fructum, | Unde fames animae pellitur atque sitis. 20) *Met. IV,* 355 candida lilia; ***In part. Don. IX,*** 8 Lilia cum violis, cinnama, ruta, rosa.

15 Continet hic Christi nimium carismata sacra [1],
Quae latuere prius littera tecta diu [2].
Hicque prophetarum pangit sanctissima gesta [3],
Plurima multorum salpica verba canit [4].
Quae David gessit, cecinit quoque et inclita proles [5],
20 Hoc typice, lector, iste libellus habet [6].
Hic euangelicae quadrigam concrepat aulae [7],
Hic et apostolicum lumen [8] habere probat.
Istic invenies thesaura recondita [9] patrum,
Horum et multiplices hic retinentur opes [10].
25 Abdita nam reserat et tandem mystica pandit [11],
Profert in medium intima quicquid habent [12].
Grandia caelestis promittit praemia vitae [13],
Vivere cum domino regna tenendo poli [14].
Istius ergo celer calles discurre [15] libenter,
30 Discute paginulas [16]: mel tibi portat apis [17].
Has cape divitias, mundi contempne caducas [18],
Quod canit iste liber, semper in ore tene [19].
Lurida linque libens spurcae contagia carnis [20],
In mentem veniat, quod moriturus eris.
35 Sis memor auctoris, versus cum legeris istos [21]:
'Ange- deus -lomi', dic, 'miserere tui'.

XXVIII.
[HRODRADUS DE CODICE A SE SCRIPTO.]

Ego Rodradus, misericordia dei indigens, victus Hilmeradi antistitis [22] iussionibus, vinctusque episcopalis auctoritatis excommunicationibus IIII Nonas Martii, sacerdotalis ministerii trepidus suscepi officium, anno incarnationis dominicae DCCCLIII indictione I, 853

15 karismata *P* 17 gesta sanctissima pangit *L* 18 psalmica *P* 20 Hec *P* 21 euangelicam *L* aulam *L*, almae *P* 22 et *om. L* *post v.* 22 *secuntur in P v.* 7—10 23 Isthic *L* 24 et *om. P* 25 mistica *P* 26 habet *P* 27 Prandia *P* 30 apes *P* 35 His *L*
[XXVIII] *ex codice Paris.* 12050 *edid. Delisle, le cabinet* II, 120, III, 257 (*cf. Pl.* XXVII, 2)

1) ***In part. Don. VII,*** 7 Continet hic; *Zmar. vers.* 17 sacro carismate. 2) ***Ib.*** 23 Quae latuere diu caeco sub tegmine clausa; ***In part. Don. XV,*** 16 Quae latuere prius. 3) *Cf.* ***supra p.*** 675 ***v.*** 29. 4) ***Fast. III,*** 388 verba canenda; *Venanti Carm. VIII,* 3, 8 mystica verba canunt. 5) ***Met. IX,*** 229 Iovis inclita proles. 6) ***In part. Don. I,*** 35 plenus est iste libellus. 7) ***Ib.*** 25 Hic euangelica promit quadriga rotando. 8) ***Ib.*** 29 Hic et apostolicus; *Venanti Carm. VIII,* 3, 16 Lumen apostolicum. 9) *Ov. Ep. XIX,* 11 Invenies istic; *Sedul. C. Pasch. IV,* 19 recondi | Thesauros. 10) ***Sedul. C. Pasch. Prol.*** 10 Quorum multiplices nec numerantur opes. 11) *Zmar. vers.* 21, *cf.* ***supra p.*** 675 ***v.*** 3. 12) *Zmar. vers.* 22 Proferat in medio; *In part. Don. IX,* 26 novit intima quicquid habet. 13) ***Ib. I,*** 41 Grandia retribuit... | Praemia; 39 Promittit cunctis caelestia; *Iuvenci H. euang. III,* 559 promittens praemia digna; ***Sedul. C. Pasch. I,*** 325 capietis praemia vitae. 14) *In part. Don. I,* 40 Vivere cum domino; 28 regna subire poli; *Aen. VII,* 735 regna teneret. 15) *In part. Don. I,* 47 Ergo celer ocius campos; ***cf. supra p.*** 676 ***v.*** 40. 16) *Zmar. vers.* 4 Discute paginulas. 17) *Alcuini vers. II,* 8 (*I,* 300) mel tibi portat apis. 18) *Sedul. C. Pasch. IV,* 291 caduca.. contemnens culmina saecli. 19) ***Alcuini vers. XXI,*** 6 (*I,* 242) habes semper in ore tuo; *In part. Don. I,* 48 Quos tenet... iste liber. 20) ***Aldhelm. laud. virg.*** 94 Lurida linquentes spurcae consortia carnis; 117 calcantes spurcae contagia carnis; 2054 Lurida linquentes veteris contagia vitae. 21) *Trist. III,* 3, 71 Quosque legat versus. 22) ***Ambianensis*** (849—871).

853 epacta VII, concurrente VII, termino paschali IIII Kalendas Aprilis. Quicumque hanc ordinationis meae adnotatiunculam legeris et per hunc codicem dominici corporis consecrationem recitaveris, tuis quaeso precibus adiutus dicatum Christo exhibere sacerdotium et supernae visionis consequi merear bravium.

Hunc ego Hrodradus, sanctorum indignus alumnus,
Composui librum, Christi sub honore dicandum,
Officiis sacris agni dum victima digni
Relligione pia sacram mactatur ad aram[1];
5 Qui licet indignus meritorum dote bonorum
Destituar noxae nimio sub pondere vilis,
Saltem huius studui doni pietate placere
Altithrono regi, ferimus quo iudice cuncti
Pro merito nostro mercedis praemia dignae[2].
10 Te quoque suppliciter, Christi benedicte sacerdos,
Codicis istius frueris qui forsitan usu,
Inter sacrorum sollemnia sis memor ipse,
Posco, mei, precibusque deum mihi conciliato,
Obsequio cuius caelestia munera libas[3].

XXIX.

[TEUDRADUS AD BERFREDUM.]

Hunc tibi quem minimus librum[4] conscripsit alumnus
Magno cum studio famulans Teudradus in alto
Constrictus iussu, pressus rigidoque labore,
Tu nimium reverende sacer, constringe libenter,
5 Usibus ac propriis iungens, memor esto laboris,
Considerans, Berfrede pater[5], tua iussa ferentem[6],
Talia cum fuerint, stimulo pulsante salubri;
Moenibus in celsis[7] relevet te Christus ab imis,
Recte quo videas partim quod prospicit ipse.

XXX.

[VERSUS GIBUINI.]

Haec veterum praecepta legens monimenta priorum[8],
Gibboino requiem huius, peto, posce datorem,

[XXIX] *ex cod. Paris.* 11866 *f.* 364 *ed. Delisle, le cabinet* II, 403

[XXX] *ed. Mabillon* (*Annal. ord. S. Bened.* II, 660), *qui haec addit: In codice, qui excerpta ex Moralibus Gregorii Magni aliaque complectitur, hi versus de Gibuino leguntur ad calcem . . Idem unum volumen expositionis sancti Augustini in psalmos dedit, cuius initio scriptum legitur uncialibus litteris:* Hunc librum Gibuinus conuersus a saeculo dedit deo sanctoque Remigio.

1) *Ov. Ep. VII,* 113 coniunx mactatus ad aras; *Aen. II,* 202 Sollemnis taurum ingentem mactabat ad aras. 2) *Iuvenci H. euang. III,* 559 Pro meritis operum promittens praemia digna. 3) *Met. XIII,* 659 caelesti munere; *Aen. III,* 177 et munera libo. 4) *confessionum sancti Augustini.* 5) *Cf. Gallia christiana IV,* 720. 6) *Aen. IX,* 804 haud mollia iussa ferentem. 7) *Fast. III,* 92 moenia celsa. 8) *Aen. III,* 102 veterum volvens monimenta virorum; *VIII,* 356.

Qui sua cuncta deo secum dedit atque beato
Remigio, ut Christum sequeretur pauper egenum.
5 Comitiae spernens cum coniuge frater honores [1],
Possidet aeternae cum sanctis gaudia vitae.

XXXI.
[AURELIANUS AD BERNARDUM.]

Quisquis hoc legerit [2] magno cum iure patratum,
Noverit auctores hic fore persalubres.
Fons hic Grecorum Phytagoras musicus adest,
Necne Latinorum continet ora patrum.
5 Aure- tuus legi, compsi scripsique -lianus [3],
Pastor Bernarde [4], munus hoc exiguum [5].

XXXII.
[PRUDENTIUS DE EUANGELIORUM LIBRO.]

Augustam Thrici [6] nutu statuere monarchi
Augusti quondam Romuleaeque manus [7].
Ac domini Christi cunctum radiante per orbem
Nomine christicolis conditur alma domus.
5 Quam pulvis Petri decorat Paulique verendus,
Culmen apostolicum [8] qui pietate regunt.
Huic ego devoto famulans Prudentius [9] actu
Hoc euangelii solvo libenter opus [10] —
Hesperia [11] genitus, Celtas deductus et altus,
10 Pontificis trabeis officioque datus —
Quattuor adflati supero quod lumine [12] scribae
Veraci nimium composuere stilo,
Initiis Christum variis ac fine fatentes,
At non disparili gesta beata fide.

[XXXI] *ex cod. Valentianensi* 141 (*B.* 5. 11) *quondam S. Amandi saec.* IX. *ex. f.* 57' *edidd. Bethmann* (*Pertz Archiv* VIII, 436), *Mangeart* (*Catalogue de Valenciennes p.* 121); *versus literis uncialibus rubris scripti sunt* 1 patratu *B* 3 an est *M* 5 scribsique *M*

[XXXII] *edid. ex codice euangeliorum ecclesiae Tricassinae Nicol. Camusatius in Antiquitat. Trecens. volum., repetivit Caspar Barth Adversarior. p.* 911 6 gerunt *cod.*, regunt *corr. Barth* 12 stylo *ed.*

1) *Hunc Gibuinum eundem esse ac comitem palatii ab Einhardo commemoratum* (*Jaffé Monum. Carol.* 462, 463) *Mabillonii est coniectura probabilis.* 2) *scil. opus, cui inscribitur* Disciplina musica *ineditum.* 3) *Reomensis monachus, cf. praefationem operis ap. Martene et Durand Coll. ampl. I,* 123. 4) *Hunc ita alloquitur Aurelianus (Archiv l. l.):* Extitere etenim nonnulli cantores, qui quasdam esse antiphonas, quae nullae earum regulae possent aptari, asseruerunt. Unde pius Augustus avus vester Carolus paterque totius orbis quattuor augere iussit *etc.* 5) *Art. Am. II,* 286 exigui muneris instar. 6) *Augustam Tricassinam (Troyes).* 7) *Fast. II,* 482 Romulea .. manu. 8) *Venanti Carm. VIII,* 3, 141 Culmen apostolicum. 9) *sive Galindo, episcopus Trecensis c.* 843—861, *cf. supra p.* 403. 10) *Amor. II,* 10, 36 solvar et inter opus. 11) *i. e. Hispania.* 12) *Aen. VI,* 680 superumque ad lumen.

15 Virgine Matthaeus hominem gignente Maria
Mandantem gentes instruierque refert,
Fine tenus secli sanctos comitarier omnes
Spondentem semper adfore seque suis.
Altithroni Marcus subolem fremituque leonis
20 Scandentem pulso celsa sopore canit.
Discipulos autem mundum peragrasse docendo
Doctrinam signis ac stipulasse novis.
Conceptum Lucas reboat spiramine sancto,
Oblatum vitulum dira subisse crucis.
25 Ast illos celebris trivisse sacraria templi,
Perciperent donec aethere dona patris.
Verbum Iohannes praevertens tempora prima [1]
Atque hominem factum esse simulque deum,
Praepetibus pennis [2] aquilae volitando perennem
30 Intuitu solem non hebetante tuens.
Commissis ovibus pascendi munere Petrum,
Tranquilla narrans se quoque morte datum [3].
Christus ab his Iesus dominusque deusque refertur,
Omnia praecedens, omnia sponte creans.
35 Aeterno aeternus genitoris pectore manans
Filius omnipotens, omnipotente satus,
Virginea sumens hominem matrice creatum,
Criminis expertem terrigenaeque patris.
Admiranda docens, faciens miranda potenter,
40 Traditus, irrisus fixus et inde cruci.
Emittens animam [4] propria ditione beatam,
Tartaridis solvens eripiensque suos.
Hinc incorruptus triduana morte resurgens [5]
Libravit summis vivida membra polis.
45 Consessusque throni donatus iure paterni
Exultat pedibus subdita cuncta suis.
Perstrictis breviter referat quae codicis huius
Actio: nunc ad te, rex bone, verto preces.
Respice devoti miseratus munia servi,
50 Ac miserando mei annue grata tibi.

---

15 gennente *c.*, gignente *Barth* 27 ioannes *ed.* 28 esse esse *coni. Barth* 32 sorte *c.*, morte *corr. Barth* 40 in risus *c.*, irrisus *corr. Barth*

1) *Fast. III,* 440 primo tempore. 2) *Aen. VI,* 15 Praepetibus pennis. 3) *Ib. I,* 139 Sed mihi sorte datum. 4) *Met. XV,* 844 suique | Caesaris eripuit membris nec in aera solvi | Passa recentem animam... | 848 Emisitque sinu. 5) *Arator. Act. I,* 47 calcata morte resurgens.

XXXIII.

HOS VERSICULOS CRUINDMELUS[1] COMPOSUIT.

Haec, dulces iuvenes, prumpti servate, rogamus,
  Quae vestro scripsit vester amore pater.
Subdite colla iugo[2] regis per secla regentis:
  Namque decet iuvenes subdere colla[3] iugo.
5 Linquite lucra, precor, quae vos ad Tartara ducunt,
  Caelestis regni quaerite[4] lucra, precor.
Casta dicate deo summo nunc membra, rogamus,
  Membra, precor, summo casta dicate deo.
Spernite, posco, dapes, Bachi calcate furorem,
10 Namque furor Bacho atque libido manat.
Corda replete[5] magis dulci satis imbre sophiae,
  Scripturae dapibus corda replete magis.
Carpite rite viam, Christi quae ducit ad aulam[6],
  Nam tempus pueri carpere rite viam.
15 Noster amor animis vestris sit fixus[7] ubique,
  Vester namque animo fixus ubique meo.
Fecit amor vester, fratres, haec carmina[8] mecum,
  Vobiscum faciat talia noster amor.

IN[a] DEI NOMINE DE METRICA RATIONE PAUCA INCIPIUNT[b] EX MULTIS GRAMMATICORUM LIBRIS EXCERPTA.

Discite me, pueri, versus si[c] scribere vultis,
  Nam veterum rite carmina prisca sequor.

In[d] nomine domini tempus certe croaxare,
De metro, filioli, nunc nitimur narrare.
Adiuvent nos angeli ac sanctorum agmina,
Facere ut possimus versu Christo carmina.
5 Cavete filioli, botrate Fulcharium
Necnon suum socium sic sane Sedulium.

[XXXIII] *ex cod. Parisino* 13026 (*ol. S. Germani* 1188) *saec.* IX. *f.* 41 *descripsi, edid. H. Keil De grammaticis quibusdam p.* 17 1 prupti *P* 5 luca *P* 8 sumo *P* 9 Spernitae *P* 10 manet *corr. Keil* 11 sat *P, corr. Watt.* || [a] *Hos versus edid. etiam Huemer l. l. p.* 1 *ex cod. Monac.* 14420 *saec.* IX. *f.* 21 [b] inciunt *P* [c] si *om. P* [d] *Hos versus rhythmicos edid. Huemer l. l. p.* VI *ex cod. Monac.* 6411 *saec.* IX. *f.* 82' 4 possumus *M* 5 filiole *M*

1) *Cf. de hoc grammatico Cruindmeli sive Fulcharii ars metrica ed. Huemer, Wien* 1883 *p. IV.* 2) *Trist. IV,* 6, 2 colla premenda iugo. 3) *Venanti Carm. III,* 30, 7 Subdere colla decet; *App.* 22, 8 subdita colla. 4) *Iuvenci H. euang. I,* 652 caelestia quaerite regna. 5) *Venanti Carm. III,* 16, 3 mea corda replevit. 6) *Met. XI,* 139; *Art. Am. II,* 230 carpe viam; *Met. III,* 602 viam quae ducat ad undas; *Venanti Carm. III,* 30, 3 Carpe libenter iter, quod ducit ad aetheris aulam. 7) *Ib.* 2 Pectore fixe meo frater amore dei. 8) *Art. Am. III,* 533; *Trist. II,* 493 tristia carmina feci.

XXXIV.

VERSUS SUPRA SCRIPTI LIBRI, QUI APPELLATUR PARADISUS.

Hoc sacer Heraclydes limato famine praesul
Fortia priscorum repetens monimenta virorum[1],
Candidolum confecit opus, virtutis[2] ut index
Exemplarque foret, radiantum normaque morum,
5 In quibus aetherei redibetur portio regni[3]:
Unde nec immerito Paradisum iure vocandum
Censuit ipse suum mira sub sorte libellum,
Cui sacrosancta patrum monitis congesta beatis
Indidit acta potens, quibus ipsos intima sepsit
10 Alma fides, solidis iugiter comitata sub armis[4],
Dum perdura gravi certantes praelia[5] Marte
Longa licet tenui nimium per tempora[6] pastu
Lurida ieiunis gestarent pectora fibris
Ingentes animos[7] celebresque tulere triumphos,
15 Quos propter placida iam nunc in sede repausant[8],
Intertexta rosis spirant ubi lilia rubris[9],
Mixtaque puniceum pingunt violaria sertum,
Atque suo nardus redolens in gramine pulcher
Hinc sibi purpureum croceo complexus acantho,
20 Narcissum[10] nectit, illinc quoque sciscit amomum.
His pater almifico venerandus dogmate pollens,
Intendens varios sollerter inesse nitores,
Ceu paradisiaco calathis in nemore fartis,
Florigerum rutilis compinxit stemma figuris.
25 Sumite, caelicolae, vernantis dogma libelli:
Proderit en vobis, medicamina sumite cordis.
Non hic grandisoni reboant figmenta coturni[11],
Sed pia veridici fulgent documenta magistri.
Quisquis iustitiae, quisquis pietatis alumnus[12],
30 Et cui fraternis recalent praecordia taedis,
Quique tuis ultro conculcans fribola plantis
Providus insani spernis discrimina mundi[13],
Suscipe melliflui gratanter munera[14] plectri.
Haec via[15], promissi quae scandit ad atria regni,
35 Iure colenda tibi, ne fors male flexa retrorsum
Marmoreae cervix statuae vertatur ad instar.

[XXXIV] *ex cod. Parisino* 9729 (*quondam Turonensi* 90) *saec.* IX. *f.* 66' *edid. Delisle* (*Notices et extraits des manuscr.* XXXI, 1, 86) 9 ipsos *add. Watt.*

1) *Aen. VIII,* 356 veterumque vides monimenta virorum; *Trist. II,* 419. 2) *Aen. X,* 469 Hoc virtutis opus. 3) *Sedul. C. P. IV,* 308 aetherium ... regnum. 4) *Venanti C. II,* 12, 8, *X,* 14, 2 alma fides; *Amor. I,* 6, 33 comitatus et armis. 5) *Aen. VII,* 806, *XI,* 48 dura proelia. 6) *Ov. Ep. VII,* 142 tempora longa. 7) *Georg. IV,* 83 Ingentes animos. 8) *Ib. VII,* 371 Sedibus ut saltem placidis .. quiescam. 9) *Amor. II,* 5, 37 rosae fulgent inter sua lilia mixtae; *Aen. XII,* 68 mixta rubent ubi lilia multa | Alba rosa. 10) *Ecl. V,* 38 pro purpureo narcisso. 11) *Cf. p.* 657 *v.* 59; *Sedul. C. Pasch. I,* 1 figmenta poetae | Grandisonis pompare modis tragicoque boatu. 12) *Met. XIV,* 443 nostrae pietatis alumnus. 13) *Sedul. C. Pasch. I,* 108 vitans discrimina mundi. 14) *Rem.* 153 munera Martis | Suscipe. 15) *Sedul. C. Pasch. I,* 19 haec est via.

XXXV.

[HADOARDI VERSUS[1].]

Quisque volumen ad aspectum deduxerit istum,
Causam perlustret quodque modum refovet.
Dicta prius noscat veterum sophiamque tenere
Antiquam illustrem Romuleam refluens.
5 Continet in primis claram summamque deique
Naturam: inde igitur Tullius eloquitur.
Illius hic retinet sensum, quem rite putavit
Rebus divinis[2] convenienter agi.
Prosequitur Graiusque Plato de conditione
10 Rerum designans, qualiter extiterint.
Posterius divina sonet quod provida cura[3]
Cuncta regat pariter legibus eximiis.
Hinc Ciceronis ovant carptim documenta librata,
Ipsius inferius dicta locata patent.
15 Limina designant, resonat quid pagina quaeque
Ac passim frontes insinuant sibimet.
Pauca iacent inserta tamen monimenta Salusti,
Ipsius ex dictis consona mixta sibi.
Nam nonus decimus titulus discriminat illud,
20 Terminus edictis quin Ciceronis inest.
Macrobius sequitur post iam de quattuor auctor
Disciplinarum partibus ac mathesis.
Ultima dicta manent Felicis namque Capellae:
Iam dictas artes insonat atque docet.
25 Censorinus et ipse auctor mixtus tamen inde
Pauca hinc eloquitur, unde supra illa monent.
Ex his protractum namque est auctoribus omne
Quodque volumen habet ordine contiguo.
Conditus extat, ut exhibeat documenta legentis
30 Auctoremque suum recreet unde manet.
Ipse etenim, dum forte foret nam bibliothecae
Custos, contraxit quae libuit relegi.
Impressa in tabulis cumulata replevit et ipsas
Ni vacuans aliter condere sic quiverat,
35 Consiliumque habuit[4] servandi gratia sensim,
Ut libri tandem redderet effigiem.
Nunc igitur si forte iuvat cuiquam memorata
Utile decerni, servet opus sibimet.

[XXXV] *ex codice Vaticano Christinae reginae* 1762 *saec.* IX. *f.* 1—3 *descripsit P. Ewald, edidit Henr. Narducci in Bulletino di Bibliografia e di Storia delle Scienze Matemat. Roma* 1883, *qui et ipse codicem accurate enarravit* 2 resonet *Nard.* 15 *an* resonet? *Man.* 19 Nempe *corr.* Nam *R* 26 huic *leg. Ewald*

1) *Inter codices Sancti Petri monasterii Resbacensis* (*Ang. Mai Spicileg. V*, 202) *occurrit* Unus *(liber)* Hadoardi de virtutibus quattuor. *De auctore nihil constat, nisi eum atque Hadewardum, Mindensem episcopum, qui a.* 853 *obiit, eundem fuisse suspiceris.* 2) *Aen. VIII*, 306 divinis rebus. 3) *Fast. II*, 60 provida cura ducis. 4) *Aen. IX*, 227 Consilium . . habebant.

Purget et extenuet mentis rudimenta verenda,
40 Inde habitum exornet multiplici eloquio,
Exoretque deum[1], ut praestet venerabile dogma
Effluere hinc fidis christicolis habile.
Rennuat at si quis, non proficientia censet,
Ignibus effletur temnere forte placet.
45 Haud opus huncque volumen ad hoc contraxit et auctor,
Regnet et ut duret, ni placet hoc aliquem.
Conditor huius enim quondam formidine tentus
Quique prius fieret sicque laboris opus[2].
Exsortes fidei sacrae quos claustra gehennae[3]
50 Noverat adscitos hos timuit relegi,
Aestimat anguem inter floresque latere malignum[4]
Effugiens virus, carpere dicta[5] pavens.
Ingenium rursus replicans miratur id unde
Surgeret utilibus concrepitante modis.
55 Florigerum inspiciens avide vernantia pratum
Germina grata ferens, dulce liquamen habens.
Ecce iterum removent animum sine talibus olim
Fulserit alma fides[6] verterit et populos.
His precibus iunctis dominum quoque fundit, ut ipse
60 Dignetur claris insinuare modis.
Talia dum premerent mentis praecordia[7] curae,
Nocte sopor tenuit languida membra toro[8].
Tum subito insinuat quaedam persona, modus qui
Thesauri occulti repperiendus inest.
65 Aestimat ille tamen totum hoc de parte venire
Auguris, intendi neglegit hec animo.
Abscessit, patuit mox, quid portenderet illud[9]
Quod docuit, quamvis immemor extiterit.
Ipse locus fuerat nemorum[10] nam consitus apte
70 Atque modum similem utque fluenta ferunt.
Ecce duae volucres sidunt procul: una palumbes,
Altera milvus erat, evolat haec subito.
Nempe columba sedens mitis super arbore[11] parva
Iuxta iter exigerat transitus ipse loci.
75 Ille probare cupit, si talia forte referrent[12]
Signa aliquid certum quod fuerat monitum.

---

40 multiplicis loquio *R*, *corr. Man.* 44 *an* efflatus? *Man.* 46 Pugnet ut *leg. Ewald in rasura*, Regnet et ut *F. D.*, Ingne *Nard.* 53 miratur *manu poster. in rasura scriptum est* 57 animum s *manu poster. in rasura* 67 protenderet *R*. 70 atque fluenta *Nard.* ferens *corr. manu post.* ferunt 73 superar hoc e parva *leg. Ewald* 75 referent *corr.* referrent

1) *Ex Ponto IV*, 8, 22 exora.. deos. 2) *Ov. Ep. XV*, 268 Teque mei scires esse laboris opus. 3) *Sedul. C. Pasch. V*, 230 claustra gehennae. 4) *Ecl. III*, 93 latet anguis in herba. 5) *Iuvenci H. euang. II*, 82 dictum.. | Carpebant. 6) *Venanti Carm. IX*, 1, 2 Quos dedit alma fides. 7) *Met. XI*, 149 praecordia mentis. 8) *Ep. XX*, 156 languida membra cadunt; *Trist. III*, 8, 31 Is mea membra tenet; *Amor. II*, 10, 18, *III*, 7, 78 ponere membra toro. 9) *Aen. V*, 706 vel quae portenderet ira. 10) *Amor. III*, 10, 39 Ipse locus nemorum. 10) *Aen. VI*, 203 super arbore sidunt. 11) *Aen. I*, 94 Talia voce refert.

Temptat adire locum[1], quo fors condixerat illi,
  Transit, obambulat hic: illa sedet nec abit.
Agrestem miratur avem tam mansuefactam,
80 Thesaurum querens nescit et ipse locum.
Praeteriens cernit placidam nam cespitis herbam[2],
  Arbor erat propter: quippe salix vetula.
Exterius siccus, putridus quin manserat intus:
  Illic thesaurum iuxta manere putans.
85 Dicta columba loco resilit, quo forte sedebat,
  Haud foret ipse locus quodque putat retegi.
Innuit accedens radicis in arbore dicta[3]
  Esse aurum fieri unde genus[4] poterat.
Cumque timeret adesse illic solet utque colubris:
90 Rostro namque suo vellit et ipsa locum.
Tunc pariter stantes audet iam mittere dextram,
  Extrahit e fundo dicta metalla genus.
Haud aurum fuerat verum, sed materiamen,
  Unde aurum fieri arte sciens poterat.
95 Ille putat totum iamiam fore quodque relatum est,
  Nisibus illa monet subtus adhuc relegi.
Pressit ut ille manum[5], traxit vetulas quoque capsas,
  Vestitas auro relliquiis similes.
Archana haec quaedam interius sibimet retinentes
100 Laetus adest animo[6] ista favente sibi.
Cetera nam quae somnus habet[7] solius id esse
  Competit auctorem annumerare libri.
Haec memorata[8] favent, si forte librata volumen
  Extiterint dicta, quae tenet iste liber.
105 Nam multis divina modis sapientia rebus
  Provehit interius exterius moderans.
Haec bona, quae in pravis clarent, de conditione
  Profluit auctoris ac bonitate dei.
Provide cuncta etenim, quae condidit, ipse gubernat,
110 Mentibus humanis munera larga replet[9].
Hoc opus explicuit, nomen cui est Hadoardus
  Ordine presbiteri officioque cluit.

---

88 poterat *in rasura* 94 quiuerat *corr.* poterat *R* 96 . lla *R* 98 simile *R* 109—112 *atramento nigriore sed eadem manu scripta sunt* 112 *sequitur fol.* 4 Incipit de diuina natura colletio quędam secundum Tullium Ciceronem ceterosque philosophos ab ipso commemoratos. Cum multe res *etc.*

1) *Trist. I,* 1, 86 horret adire locum. 2) *Amor. III,* 10, 10 et teneri cespitis herba. 3) *Met. IV,* 95 dictaque sub arbore sedit. 4) *Aen. V,* 123 genus unde tibi. 5) *Met. VIII,* 37 Quaeque manu premeret. 6) *Ib. IV,* 760 animi . . laeti. 7) *Aen. III,* 147 animalia somnus habebat. 8) *Ib. V,* 641 Haec memorans. 9) *Met. I,* 55 humanas . . mentes; *Venanti Carm. VI,* 2, 105 Muneribus largis replet.

XXXVI.

DE SANCTO GREGORIO.

Gregorius praesul meritis et nomine dignus,
Unde genus ducit[1], summum conscendit honorem.
Tradidit hic cantum populis normamque canendi,
Quod domino laudes referant noctuque dieque.
5 Hic vitam scribens hominum moresque bonorum
Isdem gestorum mala non tacuit manifesta.
Omnia sed post haec senior plenusque dierum[2]
Transiit ad dominum felix feliciter ipse.
Et quid te per plura morer fastidia, lector?
10 Quod docuit fieri fecit et ipse prior.
Erfridus ovans domino Petroque dicavit
Exiguum quod cernis opus[3], spectator amate.

APPENDIX AD TITULOS ROMANOS.

Va.

Ista domus pridem fuerat confracta ruinis,
Nunc iugiter rutilat variis decorata metallis[4]
Et decus ecce suus splendet ceu Phoebus in orbe,
Qui post furva fugans tetrae velamina noctis,
5 Virgo Maria, tibi Paschalis praesul honestus
Condidit hanc aulam laetus per saecla manendam[5].

[XXXVI] *ex codice Vaticano Christinae reg.* 1709 *saec.* IX. *editum in Liturgia antiqua Hispanica Gothica* II, 485 *(Romae* 1746*)* 3 tantum *cod.*, cantum *ed.* 9 fastigia *cod.*, *corr. ed.*

[Va] *edidit Galletti, Inscriptiones Romanae infimi aevi I*, 29 *hoc titulo:* S. Mariae in Domnica. In abside, literis musivis.

1) *Ov. Ep. XVIII,* 148 A . . ducit Ulixe genus. 2) *Gen.* 25, 8 plenus dierum. 3) *Fast. II,* 4 Exiguum . . . opus, *Ex Ponto III,* 4, 5. 4) *Cf. supra p.* 662 *IV,* 1—2. 5) *Cf. Gregorovius Gesch. der Stadt Rom III,* 57.

ADDENDA AD TOMUM I.

BONIFATII CARMINA.

pag.

2 *Ad codices Bonifatii a me iam antea adhibitos accedit nunc Parisinus* 7491 *saec. X, qui inter grammaticorum libros (Grammat. lat. ed. Keil V,* 332, *VI, xxi) f.* 115 *fragmenta aenigmatum de virtutibus ab Augusto Molinier cum editis collata continet eaque hoc quidem ordine:* I. De ueritate *(v.* 74—83 *editionis nostrae) v.* 75 quia. 76 super his conciuibus. 77 querens. 78 quas stolidi fantur. 79 munum degere. 80 nata sororem. II. De fide catholica *(v.* 38—51 *n. ed.)* 40 labra. 41 uiuentibus. 43 diei. preuia. 44 pluris. 45 inlustras. 48 me calumnia seclis. 49 Inclinata me. relecta. premia. 50 Christo. 51 misere. in regna. III. De spe *(v.* 53—60 *n. ed.)* 52 comis. per arton. 53 conprendere. 55 miseram. 56 Furtunata. 58 ut iugiter. 59 fretus. corpore. 60 Regimina. aureas secli. IV. De misericordia *(v.* 84—98 *n. ed.)* 84 gemine. 86 atros. 87 erebi. 88 seculi. tenuissent. 89 aduersus uires si. 92 Regmina. 94 Ingentem. aruum. 95 scandat quia. cęli. 96—98 *desunt.* V. De caritate *(v.* 21—37 *n. ed.)* 21 calculos ęquat. 22 que. prestaui. seclis. 23 presentis. uitę. 24 noua prestantur premia. 29 *om.* ut. 31 anime. 32 resoluant. 33 architenentes. 34 meus. secla. 35 aetherius. calcia. 37 tempora.

4 *v.* 13 *Cf. Aen. VI,* 163 indigna morte peremptum.
v. 29 *Aldhelm. laud. virg.* 806 iuventutis calcans ludicra.
v. 31 *Ib.* 31 pulsare tonantem.
v. 33 *Fast. III,* 324 superis sedibus.

5 *v.* 51 *Aldhelm. laud. virg.* 755 conquirens regna polorum.
v. 54 *Ib.* 873 Ad supera scandens caelorum culmina.
v. 58 *Iuvenci H. euang. I,* 652 caelestia quaerite regna.
v. 67 *Aen. II,* 490 atque oscula figunt.

6 *v.* 95 *Cf. v.* 54.
v. 105 *Trist. IV,* 6, 5 compescitur ira.

7 *v.* 114 *Aldhelm. laud. virg. v.* 394 qua saecula cuncta beavit.
v. 129 *Ib.* 1887 sub caeli cardine.

8 *v.* 146 *Aen. V,* 67 viribus audax.
v. 149 *Ib. I,* 153 pectora mulcet.
v. 156 *Art. Am. I,* 641; *Fast. II,* 159 foedera serva.
v. 163 *Aldhelm. laud. virg.* 805 sprevit primordia luxus | Prima iuventutis calcans ludicra.
v. 164 *Aen. XII,* 462 Tollitur in caelum clamor.

pag.

8 *v.* 174 *Sedul. I,* 325 Aurea perpetuae capietis praemia vitae.

9 *v.* 188 *Aen. X,* 572 et dira frementem.

10 *v.* 209 *Aldhelm. laud. virg.* 1306 atria caeli.
v. 219 *Id. Aenigm. decast.* 1, 8 dapibus.. saturabo ciborum.
v. 228 *Id. laud. virg.* 2287 caeli qui regnat in arce.
v. 236 *Iuvenci H. euang. II,* 113 sine fraude maligni.

11 *v.* 249 *Fortunati Carm. IV,* 26, 91 arbiter orbis.
v. 263 *Met. VII,* 61 vertice sidera tangam.
v. 276 *Aen. X,* 213 Tot lecti proceres.

12 *v.* 289 *Aldhelm. l. v.* 1753, 1991 torribus atris.
v. 290 *Id. de octo principal. vitiis* 371 Limpida stelligeri scandentes culmina caeli.
v. 291 *Sedul. C. Pasch. I,* 286 mersus petit ima profundi.

13 *v.* 310 *Iuvenci H. euang. II,* 440 virtutes daemonis atri.
v. 327 *Ib. Praef.* 3 ignea sidera caeli.
v. 335 *Ep. XVI,* 45 falsa sub imagine lusae.
v. 336 *Met. IX,* 689 flaventibus auro.

14 *v.* 347 *Cf. supra v.* 174.

16 *v.* 15 *Aldhelm. de octo princ. vit.* 107 sub tristia Tartara trusit.
v. 24 *Aen. II,* 779 regnator Olympi.

18 *IV,* 2 *Daniel.* 12, 3 Qui autem docti fuerint, fulgebunt quasi splendor firmamenti.
v. 3 *Aen. IV,* 119 Titan.. retexerit orbem.

19 *VI,* 1 *Fortunati C. IV,* 27, 1 Si pietatis opus.
v. 3 *Aen. I,* 14 dives opum.
v. 8 *Aldhelm. Aen. hendecast.* 1, 1 qui cuncta creavit.

20 *VII,* 8 *Fast. V,* 41 de caeli.. arce.
v. 15 *Arator. Act. ap. I,* 47 calcata morte resurgens.
v. 30 *Fast. V,* 666 carpis iter.
v. 33 *Cf. supra p.* 4 *v.* 31.
VIII, 7 *Met. XV,* 153 gelidae.. mortis; *Amor. II,* 9, 41.

21 *I,* 12 *Sedul. C. Pasch. II,* 66 sine fine manet.
II, 3 *Iuvenci H. euang. II,* 196 aetheriam liber conscendet in aulam.
v. 8 *Sedul. C. Pasch. V,* 230 penetravit claustra gehennae.
III, 5 *Aen. I,* 124 magno misceri murmure pontum.

22 *VI,* 2 *Aen. II,* 445 ac tecta domorum.

23 *IX,* 2 *Iuvenci H. e. II,* 315 albentes.. campos.
v. 3 *Cf. p.* 12 *v.* 290.
XII, 1 *Aen. II,* 379 aspris veluti qui sentibus

PAULI ET PETRI CARMINA.

pag.
33 *De codice M cf. Delisle le cabinet des mss. III,* 262 *Pl. XXIX,* 1.
35 *Carmina de sancto Benedicto exstant etiam in codice Pauli Vaticano Christinae reg.* 597 *saec. X.; quem Waitz praetermisit.*
38 *v.* 43 *Aen. XI,* 337 stimulisque agitabat amaris.
v. 55 *Ib. II,* 758 ignis edax.
39 *v.* 102 *Met. II,* 477 Stravit humi pronam.
40 *v.* 111 *Ecl. II,* 68 Me tamen urit amor.
v. 116 *Aen. II,* 353 et in media arma ruamus.
43 *V,* 5 *Ib. IX,* 686 versi terga dedere.
v. 8 *Fortunati C. I,* 17, 1 suscipe quaeso libenter.
44 *v.* 9 *Aen. III,* 298 miroque incensum pectus amore; *Trist. IV,* 9, 7.
VI, 1 *Aen. I,* 437 iam moenia surgunt.
v. 12 *Sedul. C. Pasch. I,* 260 Plura referre pudet.
v. 14 *Aen. VI,* 403 pietate insignis et armis.
v. 17 *Amor. III,* 15, 8 Pelignae dicar gloria gentis ego; *Met. XIV,* 832; *Fast. IV,* 42.
v. 19 *Luc. Phars. II,* 389 Iustitiae custos, rigidi servator honesti.
v. 20 *Fortunati Carm. IX,* 10, 1 Summe pater patriae; *V,* 10, 1.
46 *v.* 3 *Aen. X,* 611 o pulcherrime coniunx.
v. 11 *Sedul. C. Pasch. II,* 97 spes maxima vitae.
v. 26 *Ib.* 260 plena pietate redundans.
47 *v.* 6 *Ov. Ep. V,* 40 Longaevosque senes.
v. 15 *Aen. IV,* 673, *XII,* 871 pectora pugnis; *Art. Am. I,* 535 tundens .. pectora palmis.
50 *XIIa,* 1 *Met. I,* 120 glacies adstricta.
v. 2 *Aen. XII,* 905 concrevit frigore.
XIII, 3 *Ecl. I,* 10 Ludere quae vellem calamo.
51 *v.* 14 *Aen. V,* 706 Haec responsa dabat.
XIV, 13 *Ib. VIII,* 163 iuvenali ardebat amore.
v. 15 *Fortunati C. III,* 22, 5 pietatis amator.
52 *v.* 25 *Trist. I,* 5, 72 Invalidae vires.
v. 26 *Amor. I,* 6, 30 arma times.
v. 47 *Ex Ponto IV,* 12, 24 regerem .. frena.
53 *v.* 28 *Ov. Ep. XVII,* 11 vincula .. | Solveret.
55 *v.* 15 *Ib. IV,* 72 tinxerat ora rubor.
v. 16 *Met. VIII,* 595 vagae .. undae.
XVIII, 3 *Aen. IV,* 657 Heu nimium felix.
58 *XXI,* 8 *Met. VI,* 246 Membra solo posuere.
XXII, 10 *Fortunati Carm. VI,* 1, 108 Lilia mixta rosis.
v. 16 *Trist. II,* 139 Nulla quidem sano gravior ... | Poena est quam tanto displicuisse viro.
v. 20 *Fast. VI,* 38 Aurea .... sceptra.
v. 22 *Cf. Fortunati C. IV,* 26, 35—36.
59 *v.* 27 *Fast. IV,* 64 Itala nam tellus.
XXIII, 9 *Luc. Phars. I,* 12 nullos habitura triumphos.
61 *v.* 34 *Art. Am. II,* 480 dulce peregit opus.
v. 58 *Aen. II,* 339 et maximus armis | Epytus.
62 *XXVI, I,* 3 *Met. X,* 608 magnum et memorabile nomen.
v. 4 *Rem.* 752 de vacuo pectore cedat amor.
XXVII, 10 *Aen. VI,* 112 meum comitatus iter.
v. 12 *Ib. III,* 221 Caprigenumque pecus.
63 *v.* 19 *Met. XV,* 657 emittere pectore voces.
v. 22 *Ex Ponto I,* 2, 129 placidas .. ad aures.
v. 31 *Met. VII,* 481 Dicta refert.
v. 38 *Amor. II,* 16, 29 umeris inpone.
v. 43 *Met. XI,* 448 timidum .. pectus.
v. 46 *Aen. III,* 250 Accipite ergo animis atque haec mea figite dicta.
65 *XXXI,* 5 *Ep. IV,* 104 dente timendus aper.
66 *v.* 11 *Trist. I,* 1, 76 Unguibus accipiter.
v. 17 *Georg. IV,* 496 conditque .. lumina somnus.
v. 20 *Fast. V,* 178 praeda cruenta leae.
XXXII, 7 *Art. Am. I,* 532 imbre rigante genas.

pag.
67 *XXXIII,* 6 *adnotationes* 1 *et* 2 *mutandae sunt.*
v. 42 *Ov. Ep. XX,* 156 languida membra cadunt.
68 *v.* 50 *Fortunati C. IV,* 17, 12 quem paradisus habet.
v. 51 *Ib. VIII,* 8, 1 O regina potens.
69 *XXXV,* 6 *Aen. I,* 600 grates persolvere dignas.
v. 8 *Georg. IV,* 101 Dulcia mella.
v. 9 *Aen. V,* 816 permulsit pectora dictis.
v. 18 *Arator. Act. ap. I,* 259 praepete cursu.
70 *XXXVI,* 19 *Ex Ponto IV,* 6, 13 cuiquam mandare salutem.
v. 21 *Fortunati Carm. III,* 6, 3 pueros iuvenesque senesque.
71 *XXXVII,* 11 *Sedul. C. Pasch. I,* 93 Frigidus annoso moriens in corpore sanguis.
v. 12 *Trist. V,* 12, 38, *Ex Ponto IV,* 7, 40 laudis amor.
XXXVIII, 1 *an* mittit pater atque magister *legendum?*
XXXIX, 2 *Ex Ponto II,* 5, 37 lacte | Et non calcata candidiora nive.
v. 15 *Fortunati Carm. III,* 21, 2 altus amor.
72 *v.* 20 *Fortunati Carm. IV,* 5, 6 spiritus astra colit.
v. 28 *Cf. supra p.* 58 *v.* 20.
v. 34 *Art. Am. II,* 277 Aurea .. saecula.
73 *v.* 39 *Met. V,* 565 volventem .. annum.
XL, 1 *Ex Ponto III,* 4, 5 Est opus exiguum.
v. 5 *Aen. II,* 689 precibus si flecteris ullis.
v. 7 *Iuvenci H. euang. I,* 35 dominus caeli terraeque repertor.
v. 14 *Aen. I,* 541 Bella cient.
v. 18 *Fortunati Carm. III,* 9, 74 ad ima ruit.
74 *XLI Huius carminis initium dedit Delisle le cabinet III,* 258 (*Planche XXVIII,* 4).
v. 14 *Iuvenci H. euang. Prol.* 14, *II,* 581 iusto moderamine.
v. 37 *Fortunati C. VII,* 9, 19 rex .. supernus.
75 *XLII,* 7 *Luc. Phars. I,* 110 totum quae continet orbem.
76 *XLIII,* 3 *Arator. Act. I,* 286 dona salutis.
v. 5 *Fast. IV,* 685 natalia rura petebam.
v. 8 *Georg. IV,* 377 ferunt mantelia villis.
76 *XLIV,* 19 *Met. IV,* 340 flexumque genu.
77 *XLV,* 6 *Ex Ponto II,* 9, 58 Collaque .. flectere.
XLVII, 1 *Aen. III,* 321 O felix una ante alias Priameia virgo.
78 *XLIX,* 18 *Sedul. Hymn. I,* 109 Gloria magna patri.
79 *L,* 3 *Rem.* 20 pacis amator.
86 *v.* 33 *Fortunati Carm. IV,* 6, 9 patientia victrix.

VERSUS LIBRIS ADIECTI.

87 *De cod. Parisino* 11710 *cf. Delisle le cabinet III,* 243, *Pl. XXII,* 1. 2.
89 *I,* 4 *Fortunati C. IV,* 18, 1 Inpedior lacrimis.
Ia, 3 *Ib.* 2, 5 Nobilis antiqua decurrens prole parentum; *Aen. X,* 543 Volcani stirpe creatus.
II, 3 *Cf. supra p.* 4 *v.* 31.
IIa, 1 *Aen. VI,* 169 fortissimus heros.
92 *IVa,* 11 *Met. X,* 648 fulvo .. auro, *XIV,* 395.
v. 12 *Fortunati Carm. III,* 21, 2 noster et altus amor.
93 *v.* 8 *Amor. III,* 5, 9 variis .. floribus.
v. 9 *Aen. III,* 102 veterum volvens monumenta virorum.
v. 13 *Aldhelm. l. v.* 182 astra polorum.
v. 17 *Met. II,* 60, *IX,* 499 rector Olympi.

pgg.
93 v. 18 *Met. XIV,* 693 pectora dura.
VI, 3 *Cf. supra p.* 7 *v.* 114.
v. 4 *Ov. Ep. VII,* 152 sceptraque sacra tene.
94 *VII Hoc carmen edidit iterum Delisle codicemque, nunc Parisinum* 1993, *accurate descripsit, le cabinet des mss. III,* 232—234, 239 *(Planche XX,* 1, 2*).*
v. 1 *Aldhelm. l. virg.* 4 Pallida purpureo pingis qui flore virecta; *cf. v.* 2365.
v. 3 *Ib.* 2 Lucida stelligeri qui condis culmina caeli.
v. 5 *Cf. supra p.* 8 *v.* 174.
v. 8 *Aldhelm. l. v.* 175 Sic sacra virginitas caelorum grata colonis.
v. 9 *Ib.* 160 auri flaventis imago.
v. 10 *Cf. ib.* 205 Non ergo argenti *etc.*
VIIb, 2 *Ib.* 572 fretus caelestibus armis.
v. 3 *Aen. I,* 379 fama super aethera notus.
v. 8 *Cf. supra p.* 44 *v.* 19.
95 *v.* 24 *Fortunati C. VIII,* 3, 141 Culmen apostolicum.
v. 25 *Aldhelm. l. virg.* 1779 claris natalibus ortam.
v. 27 *Ib. v.* 679 nondum baptismate lotum.
v. 28 *Aen. III,* 215 sese extulit undis.
VIII, 8 *Cf. supra p.* 69 *v.* 6.
96 *v.* 11—46 *verbotenus ex Alcimi Aviti de laude virginitat. l. VI,* 379—414 *descriptos esse Peiper recte observavit (Aviti opp. p. LVI).*
97 *IX Hoc carmen edidit iterum A. Baehrens, Poetae latini minores III,* 103.
v. 3 *Art. Am. II,* 649 in viridi . . cortice.
v. 7 *Georg. II,* 490 Felix qui potuit rerum cognoscere caussas.
v. 8 *Aldhelm. l. virg.* 825 marmora ponti.
98 *v.* 13 *Cf. p.* 128 *v.* 68.
X Cf. Delisle le cabinet III, 319.
v. 2 *Sedul. C. Pasch. V,* 79 clara . . voce.
v. 12 *Ib. I,* 85 nec lucida caeli | Sidera.
v. 15 *Cf. supra p.* 7 *v.* 129.

TITULI SAECULI VIII.

102 *I,* 18 *Aen. XI,* 59 miserabile corpus.
II, 2 *Fortunati Carm. IV,* 17, 12, 18, 25; 22, 1 Hoc iacet in tumulo.
v. 6 *Ib. VIII,* 3, 5 Coetibus angelicis.
v. 8 *Ib. V,* 18, 2 Norma sacerdotum.
103 *III,* 5 *Rem.* 813 pia vota; *Fast. I,* 722.
IV, 6 *Aen. III,* 619 altaque pulsat | Sidera.
104 *V,* 3 *Ecl. III,* 84 quamvis est rustica, Musam.
105 *VII,* 1 *Horat. Epod. XI,* 2 Scribere versiculos.
106 *XII,* 10 *Aen. V,* 256 palmas . . ad sidera tendunt.
v. 12 *Cf. supra p.* 102 *v.* 6.
109 *v.* 14 *Fortunati C. IV,* 8, 8 pontificalis apex.
V Hoc epitaphium invenit Aug. Mau in codice bibliothecae Barberinae XXXIV 73 *descriptum, titulo addito* In ecclesia sanctę Sabbę in Aventino. *v.* 1 Iohannis. 2 Quod Nepe. 4 contraxi. EP . . . E pius. 5 Ante loco. conexa Christianum. ransiit iste *desunt. Ex schedis bibliothecae Vaticanae (cf. I,* 631).
v. 1 *Aen. X,* 558 onerabit membra sepulchro.
VI, 1 *Ex Ponto I,* 10, 28 Membraque . . pallidiora.
v. 2 *Cf. supra p.* 72 *v.* 20.
v. 3 *Cf. supra p.* 60 *v.* 25.
v. 7 *Aen. III,* 18 meo nomen de nomine fingo.
110 *v.* 17 *Cf. supra p.* 102 *II,* 2.
v. 19 *Fast. VI,* 481 a limine templi; *Fortunati Carm. I,* 2, 1 sancti concurris limina templi.

pgg.
111 *VIII,* 24 *Ib. IV,* 18, 24 Post finem terrae regna superna petit.
112 *v.* 3 *Aen. I,* 36 servans sub pectore vulnus.
113 *v.* 4 *Fortunati Carm. II,* 11, 20 promptus ad omne bonum.
v. 5 *Cf. supra p.* 89 *Ia,* 3.
v. 7 *Iuvenci H. euang. I,* 610 devoti pectoris.
v. 25 *Fortunati Carm. I,* 4, 5 devoto corde.
115 *XI Hoc carmen edidit iterum Delisle le cabinet III,* 264 (*Pl. XXIX,* 3).

DE PIPPINI VICTORIA AVARICA.

116 *v.* 2, 3 *Sedul. C. Pasch. Prol.* 14 aurea vasa.

PAULINI CARMINA.

126 *v.* 1 *Aldhelm. laud. virg.* 1 Omnipotens genitor mundum ditione gubernans.
v. 6 *Ib.* 34 *Iuvenci H. e. II,* 227 unica proles.
127 *v.* 14 *Aldhelm. l. v.* 38 Est namque in deitate manens substantia simplex, | In deitate manet quoque subsistentia triplex.
v. 23 *Ex Ponto II,* 9, 62 Lucida . . in astra.
v. 30 *Met. IV,* 342 in . . . undis | . . tinguit.
v. 31 *Sedul. C. Pasch. II,* 168 sanctusque columbae | Spiritus in specie.
v. 37 *Iuvenci H. euang. III,* 321 secreti montis in arcem.
v. 41 *Ib.* 323 vestisque nivis candore nitescit.
v. 42 *Georg. I,* 461 serenas | . . nubes.
v. 43 *Ib. III,* 109 Aera per vacuum.
v. 45 *Iuvenci H. euang. III,* 334 Unicus est meus hic natus.
128 *v.* 53 *Aldhelm. l. v.* 571 qui pandit limina vitae.
v. 54 *Ib.* 83 Ruricolas mutans ad caeli regna phalanges; *v.* 1843 Aurea . . regna.
v. 57 *Georg. II,* 524 ubera vaccae | Lactea.
v. 60 *Cf. supra p.* 58 *v.* 10.
v. 62 *Georg. IV,* 109 croceis . . . floribus.
v. 65 *Ib. II,* 263 gelidaeque pruinae.
v. 71 *Fast. IV,* 608 Punica quae lento cortice poma tegunt.
v. 73 *Ex Ponto III,* 5, 17 sapor . . dulcis.
v. 83 *Art. Am. III,* 179 croceo velatus amictu; *Aen. XII,* 401 succinctus amictu.
v. 88 *Sedul. C. Pasch. I,* 343 Quattuor hi proceres una te voce canentes, *cf. V,* 79.
v. 89 *Ex Ponto III,* 1, 51 de fulminis ictu.
129 *v.* 97 *Sedul. C. Pasch. I,* 286 tetri mersus petit ima profundi.
v. 99 *Met. I,* 139 Stygiisque . . umbris.
v. 118 *Sedul. Hymn. I,* 49 cuncti cecinere prophetae.
130 *v.* 138 *Aldhelm. l. v.* 141 in pectore puro.
131 *v.* 6, 1 *Fast. III,* 720 domitas gentes.
132 *v.* 8, 4 *Ib. V,* 363 purpureis . . floribus.
v. 9, 2 *Amor. I,* 10, 55 pendentes vitibus uvas.
v. 9, 3 *Sedul. IV,* 46 Frondea ficus erat.
v. 10, 1 *Amor. I,* 7, 38 forti . . viro; *Met. XIII,* 383.
v. 11, 5 *Trist. II,* 133 Tristibus . . verbis.
III Hoc carmen exstat etiam in codice arsenalis Parisini 227 (*quond. Theol. lat.* 348) *Pictavibus oriundo saec. X. f.* 173'—174 Item versus Bedae. 1,1 dilectus domini. 1,4 fęlices. 4,1 mystice. 4,3 percussura. 5,2 illo. 5,3 sordido foetore. 6,2 flagrantia. 7,2 infirmatus. 7,4 tristę. 8—28 *om. cod., qui loco eorum haec addit:*

Sed potenter est vivaci suscitatus domini
cuncta verbo quod creavit, quod gubernat sęcula

pgg.

et de mortis satis atro revocatus baratro
sacrosancto collocatus convivat convivio.
Splendor lucis, te precamur, sanctę patris unice,
qui cum patre deus regnas sanctoque cum spiritu,
ut quos proprio cruore redemisti servulos
a peccatis absolutos mittas ad cęlestia.

A. Molinier codicem contulit, cuius notitiam Leopoldo Delisle et Guilelmo Meyer VV. CC. debeo.

137 *VI*, 3, 2 *Iuvenci H. e. IV*, 758 devicta morte.
v. 3,4 *Sedul. C. P. V*, 230 penetravit claustra gehennae.
143 *v.* 12,2 *Aen. X*, 558 Condet . . . membra sepulchro.
147 *XII Hoc carmen exstat etiam in cod. Monacensi* 27305, *quondam ecclesiae cathedralis Frisingensis, (F) saec. X. p.* 233 *sine titulo, quem ipse contuli (cf. Quellen u. Erörterungen zur bayer. Gesch. VII,* 441), *et in codice Vaticano (V), ex quo editum est in appendice Liturgiae antiquae Hispanicae Gothicae II,* 485 (*Romae* 1746).

1, 1 sydera *F V* 2,3 clauso *F V* 3,1 salsi. litore *FV* 3,2 arenae *V* 3,3 coęquare uiciis *F* 4,2 confosso sarca quae uenenum *F*, artus venus libidinis *V* 4,3 lata *F*, laeta *V* mortiferum *F* 4,4 habunda h *deleto F* 5,1 demum *F V* pharetra *V* 5,2 uulnera *F V* 5,3 inflixit *F*, infecit *V* 6,1 uilia *F*, cinctus super ylia *V* 6,2 gladius *FV* superbia *F* 6,3 cordi *F* 7,1 affuit invidiae *V* 7,2 pestifera *V* 7,3 in siti *F* auctrix *V* exstitit *F*, estitit *V* 8,1 facula *F V* discordiae *V* 8,2 succensa *F V* de inferni sulphure *V* 9,1 plumeas *FV* 9,2 cursim *F V* 10,2 bonam praesentis *V* irrogabat *F*, inrogavit *V* 11,1 deus *V* 11,3 mihi tua donet *V*, latentia mihi tuae dona gratiae *F* 12,1 uitiis *F V* 12,4 mihi *FV* 13,2 quoppiam *V* 13,3 a copia quorum *F* faecibus *V* 14,1 septentrion *F*, septemtrio *V* 14,3 mixtaque *V* 16,1 cocyti *F* 16,2 eruere *F* 16,3 quae mundum preciosi sanguinis *F* 17,4 mihi *F V* 18,2 spes mihi *V* 18,2 me salua *F*, sed tua rogo salva me *V* 18,4 o fili dei *V* 19,2 donaque charismata *V* 19,3 clementer *om. F* 20,1 de *om. F*, pro *V* 20,2 sursus de tua certus sum clementia *V* 21,2 orthodoxo *V* 22,3 assensi numquam *V* grunnientem *F* symonis *V* 22,4 fraude *V* 23,1 zelatus sum *FV* 23,2 late me catholica *V* 23,3 aecclesia *F* 24,1 sancte trinitas unicae *V*, trinitati *F* 24,2 paraclyto *F* 24,3 meo *V* in ore *F*, in hore *V* 24,4 domini *FV*

v. 4,3 *Ex Ponto I,* 2, 18 spicula felle linunt.
148 *v.* 16,3 *Iuvenci H. e. III,* 612 pretioso sanguine.

IOSEPHI SCOTTI CARMINA.

154 *IV,* 12 *Aen. IV,* 1 iamdudum saucia cura.
158 *VI,* 10 *Fast. III,* 363 niveo velatus amictu.

ALCUINI CARMINA.

164 *Originem praeceptorum vivendi Alcuinianam R. Peiper nuper impugnavit (Alc. Aviti opp. p. LIII, LXXII), sed cf. quae supra p.* 157 *n.* 4, 177, 178, 187 *attuli. Nihil certi affirmare ausim.*

pgg.

170 *v.* 11 *Aen. II,* 49 dona ferentes.
v. 22 *Aldhelm. l. v.* 878 fecunda Britannia cives.
v. 23 *Ib.* 1092 mundi qui sceptra regebat.
170 *v.* 47 *Aen. IV,* 350 extera quaerere regna.
171 *v.* 54 *Ex Ponto III,* 8, 2 Dona . . mittere.
v. 62 *Ib. VI,* 692 quanta per aequora vectum.
v. 79 *Arator. I,* 564 venerabilis orbi.
v. 84 *Fast. V,* 499 angusti cultor agelli.
v. 94 *Aen. VI,* 390 noctisque soporae.
172 *v.* 95 *Met. IX,* 275 longis anxia curis; *XIV,* 125 loca mortis adire.
v. 118 *Fortunati Carm. VIII,* 15, 1 Summe pater patriae.
v. 127 *Aen. I,* 150 furor arma ministrat.
v. 139 *Met. XIII,* 289 caelestia dona.
173 *v.* 150 *Aen. VIII,* 541 solio se tollit ab alto.
v. 165 *Ib. I,* 717 haec pectore toto.
v. 172 *Ex Ponto II,* 8, 74 dictis adnuere *III,* 5, 26.
v. 179 *Met. XIV,* 820 conscendit equos.
v. 180 *Ib. VIII,* 284 riget ardua cervix.
v. 181 *Fast. III,* 456 ungula fodit aquas.
174 *v.* 183 *Met. IX,* 114 curvos . . arcus, *XI,* 229.
v. 186 *Ov. Ep. XVII,* 195 felix audacia salvo.
v. 187 *Met. XI,* 198 Ara . . est sacrata tonanti.
v. 189 *Aen. X,* 469 Hoc virtutis opus.
v. 192 *Sedul. C. P. I,* 31 quid fana profana.
v. 196 *Aen. XII,* 116 magnae sub moenibus urbis.
v. 199 *Fortunati Carm. III,* 8, 1 Inluxit festiva dies.
v. 217 *Iuvenci H. e. II,* 581 iusto moderamine.
v. 223 *Ib. I,* 7 legis praecepta tenebant.
175 *v.* 236 *Met. IX,* 19 externis . . missus ab oris.
v. 240 *Aen. VIII,* 202 spoliisque superbus.
v. 247 *Ov. Ep. X,* 25; *Fast. III,* 664 vertice montis erat.
v. 251 *Aen. VI,* 621 Dominumque potentem.
v. 259 *Georg. IV,* 203 alas | Attrivere.
v. 261 *Met. II,* 187, *X,* 670 iuvenem post terga relinquit.
v. 266 *Fast. VI,* 657 veterum . . usus avorum.
v. 267 *Arator. Act. II,* 78 virtute potens.
176 *v.* 281 *Aen. VII,* 210 stellantis regio caeli.
v. 284 *Ib. VI,* 879 Heu pietas, heu prisca fides.
v. 294 *Ov. Ep. XIV,* 114 turba . . inops.
v. 309 *Fortunati C. IV,* 7, 11 Forma venusta.
177 *v.* 338 *Met. II,* 864, *III,* 502 viridi . . in herba.
v. 354 *Aen. IX,* 349 cum sanguine mixta | Vina.
v. 355 *Ep. X,* 143, *Trist. III,* 9, 24 causa salutis erit.
v. 364 *Aen. II,* 758 summa ad fastigia vento.
178 *v.* 376 (441) *Arator. II,* 410 dona salutis.
v. 392 *Met. XV,* 668 signis caelestibus.
179 *v.* 412 *Fast. II,* 327 dant sua corpora somno.
180 *v.* 471 *Ep. III,* 24; *Met. II,* 668 parvoque in tempore.
v. 497 *Iuvenci H. euang. I,* 96 Magnificas laudes . . . rependit.
v. 498 *Fast. II,* 639 solito celebretur honore.
v. 500 *Fortun. C. IV,* 4, 19 rexit habenas.
181 *v.* 513 *Aen. XII,* 949 scelerato ex sanguine sumit.
v. 528 (439) *Fortunati Carm. III,* 6, 3 pueros iuvenesque senesque.
v. 530 *Ib. II,* 8, 3 pietatis opus.
182 *v.* 576 *Amor. III,* 1, 13 sceptrum . . regale.
v. 592 *Aen. XI,* 673 Praecipites pariterque ruunt.
183 *v.* 620 *Met. X,* 402 suspiria duxit ab imo | Pectore.
v. 635 *Iuvenci H. e. II,* 760 aures . . apertas.
184 *v.* 674 *Met. VIII,* 463 secreta petebat.
v. 682 *Cf. supra v.* 392.

pgg.
185 v. 689 *Trist. III*, 2, 15, *IV*, 4, 57 iactantur.. aequora ventis; *Fast. II*, 112 caerula puppis.
v. 725 *Aldhelm. l. v.* 1070 Angelicis.. coetibus.
186 v. 753 *Cf. supra p.* 89 v. *Ia*, 3.
187 v. 791 *Fast. II*, 80, 245 nocte sequenti.
188 v. 838 *Aldhelm. l. v.* 1046 caede cruenta.
v. 861 *Aen. X*, 216 medium pulsabat Olympum.
189 v. 890 *Trist. III*, 5, 40 funeris exsequiae.
190 v. 922 *Ib. I*, 3, 1 tristissima noctis imago.
v. 926 *Iuvenci H. euang. I*, 342 Flammarumque globis.
v. 956 *Ib. II*, 439 daemonis atri.
191 v. 975 *Iuvenci H. euang. IV*, 150 gratia lucis.
192 v. 1020 *Fortunati C. II*, 11, 11 pietate coruscans.
v. 1038 *Met. I*, 397, *XIV*, 293 monitisque.. caelestibus.
v. 1054 *Aen. X*, 386 crudeli morte.
v. 1057 *Ib. III*, 389 secreti ad fluminis undam.
193 v. 1072 *Ib. XII*, 708 diversis partibus orbis.
v. 1086 *Fortunati C. I*, 15, 33 Pontificalis apex.
v. 1093 *Rem.* 103 Veneris decerpere flores.
194 v. 1109 *Georg. IV*, 448 Deum praecepta secuti.
195 v. 1160 *Aen. VI*, 161 quod corpus humandum.
v. 1180 *Ib. V*, 291 rapido contendere cursu.
v. 1184 *Ib. X*, 181 equo fidens.
196 v. 1207 *Arator. I*, 953 Indubitata fides.
197 v. 1269 *Fortunati Carm. VIII*, 3, 264 Ordinibus variis.
198 v. 1289 *Met. III*, 503 Lumina nox clausit.
v. 1301 *Ep. IV*, 25, *Ex Ponto II*, 3, 73 teneris ... ab annis.
v. 1320 *Met. XIII*, 214 Mente ferant placida.
v. 1323 *Trist. I*, 11, 25 Attigero portum.
199 v. 1374 *Sedul. C. Pasch. III*, 220 superambulat undas.
200 v. 1404 (1421) *Arator. I*, 404 mente sagaci.
v. 1414 *Aldhelm. l. v.* 1266 claris natalibus ortum.
v. 1416 *Ep. V*, 157 puerilibus annis; *Met. II*, 55.
v. 1417 *Aen. XII*, 438 matura adoleverit aetas.
201 v. 1433 *Fortunati V. S. Martini I*, 29 Parvula grammaticae lambens refluamina guttae.
v. 1435 *Ib. I*, 31 Cote ex iuridica.
v. 1440 *Georg. II*, 478 solis varios lunaeque labores.
203 v. 1506 *Aldhelm. l. v.* 2049 devota mente.
205 v. 1616 *Sedul. C. Pasch. I*, 335 mundum in morte iacentem.
206 *II*, 1 *Cf. supra p.* 109 v. 14.
v. 5 *Cf. supra p.* 198 v. 1301.
208 v. 1 *Fortunati C. III*, 3, 3 Christi venerande sacerdos.
v. 5 *Met. XIII*, 567 rauco cum murmure.
v. 9 *Aen. I*, 304 mentemque benignam.
209 *I*, 2 *Cf. supra p.* 175 v. 267.
v. 6 *Met. VI*, 473, *X*, 476 caecae munere noctis.
II, 7 *Cf. supra p.* 174 v. 192.
210 *III*, 2 *Aen. VI*, 408 venerabile donum.
211 *IX*, 1 *Cf. supra p.* 181 v. 500.
XII, 1 *Iuvenci H. e. praef.* 22 Hoc opus, hoc etenim.
v. 5 *Bedae Mirac. S. Cuthberti c. IV*, 16 vigili tutamine mandris.
212 *XV*, 2 *Aen. XI*, 524 tenuis quo semita ducit.
XVI, 4 *Trist. IV*, 1, 45 nec litora ponti, *III*, 11, 7.
v. 9 *Ov. Ep. XI*, 125 lacrimasque.. funde.
213 *XVIII*, 9 *Georg. II*, 30 mirabile dictu.
XX, 2 *Art. Am. I*, 532 imbre rigante genas.
214 v. 19 *Aen. III*, 354 libabant pocula Bacchi.
v. 21 *Met. XV*, 16 longum relevasse laborem.
v. 30 *Aen. I*, 739 et pleno se proluit auro.
XXI, 3 *Iuvenci H. euang. II*, 73 populorum turba.
v. 13 *Aen. VIII*, 218 spem custodita fefellit.

pgg.
v. 15 *Aldhelm. l. virg.* 1114 Redderet ingentes pro vita sospite grates.
215 *XXII*, 2 *Cf. supra p.* 13 v. 310.
XXIII, 7 *Ecl. IV*, 61 longa decem tulerunt fastidia.
116 *XXIV*, 9 *Fortunati Carm. VIII*, 3, 5 Coetibus angelicis... sociata.
XXV, 4 *Met. VIII*, 234 corpusque.. | Condidit.
XXVI, 2 *Georg. IV*, 384 perfudit nectare Vestam.
XXVIII, 4 *Fortunati Carm. IV*, 5, 6 spiritus astra colit.
v. 5 *Ib.* 21, 13 Luce perenne fruens.
217 *XXIX*, 9 *Aen. III*, 312 lacrimasque effudit.
XXX, 4 *Met. II*, 753 traxit suspiria motu.
XXXI, 4 *Met. III*, 727 Avulsumque caput.
v. 9 *Fortunati C. IV*, 7, 9 pietatis membra quiescunt.
218 *XXXIV*, 5 *Sedul. C. P. I*, 48 cornibus imples.
219 v. 29 *Aldhelm. l. virg.* 679 nondum baptismate lotum.
v. 38 *Cf. supra p.* 113 v. 4.
v. 39 *Georg. IV*, 434 Quid maiora sequar.
v. 43 *Cf. supra p.* 193 v. 1093.
v. 45 *Aldhelm. l. v.* 2119 transacto tempore vitae.
v. 46 *Met. II*, 343 Nocte dieque vocant.
v. 52 *Aldhelm. l. v.* 798 signa stupenda.
v. 55 *Aen. VIII*, 366 subter fastigia tecti, *II*, 302.
220 v. 71 *Cf. supra p.* 21 v. *II*, 3.
221 v. 18 *Ex Ponto II*, 6, 1 voce.. | .. salutat.
v. 31 *Sedul. IV*, 70 sacras nec... lambere plantas.
v. 34 *Art. Am. III*, 655 stultus quoque munere gaudet.
v. 35 *Met. IV*, 423 pelagoque inmergere nautas.
222 v. 65 *Aen. IV*, 398 Natat uncta carina.
223 v. 7 *Met. XV*, 513 patulo... evomit ore.
224 v. 6 *Aen. XII*, 767 olim venerabile lignum.
226 v. 7 *Porfyrii Optatiani XVI*, 38 O lux Ausonidum.
229 v. 16 *Fortunati C. VIII*, 3, 7 Alternis vicibus.
v. 17 *Met. X*, 454 tenebrae minuunt noxque atra pudorem.
230 v. 37 *Art. Am. III*, 113 nunc aurea Roma.
v. 46, 64 *Aen. I*, 67 Gens inimica mihi.
v. 49 *Rem.* 549 templum venerabile; *Ex Ponto III*, 3, 91.
231 v. 79 *Aen. VII*, 788 effuso.. sanguine.
v. 90 *Trist. II*, 57 peteres caelestia sidera.
v. 95 *Amor. I*, 7, 6 Saeva vel in sanctos verbera. *Corrige* probabit (*cf. supra II*, 194 v. 41).
v. 100 *Trist. IV*, 3, 14 sit tibi certa fides.
v. 107 *Ep. XIV*, 76 fortia tela.
233 v. 160 *Sedul. V*, 378 Expandens palmas.
234 v. 189 *Ex Ponto III*, 8, 14 premunt.. pondere.
v. 198 *Fast. I*, 706 templa dicata deis.
v. 217 *Rem.* 18 triste.. onus, *Fortunati C. III*, 30, 5 Fer patienter onus.
235 v. 235 *Corrige* scammate vincit (*cf. supra II*, 177 v. 71).
v. 13 *Fortunati Carm. V*, 5, 11 ditans virtute superna.
236 v. 18 *Met. II*, 694 cape praemia.
XI, 1 *Supple* perpete flamma (*cf. supra II*, 178 v. 5).
18 *Art. Am. III*, 571 pueros.. amore calentes.
237 *XIII*, 5 *Fast. V*, 653 dulci.. amore.
v. 6 *Art. Am. II*, 284 dulci.. sono.
XIV, 1 *Fast. V*, 255 decerpsi pollice florem.
v. 2 *Met. X*, 122 liquidi.. fontis.
238 v. 13 *Fortun. C. VIII*, 16, 3 toto venerabilis orbe.
240 v. 3 *Cf. supra p.* 236 v. 18.
XX, 2 *Met. VIII*, 406 Pars animae consiste meae; *IX*, 269, *XV*, 875 Parte tamen meliore mei; *Ex Ponto I*, 8, 2.

pgg.
240 *v.* 3 *Arator. I*, 552 sacris altaribus apti.
241 *v.* 16 *Mirac. S. Cuthberti XX*, 2 bibulas adhibere sonis caelestibus aures.
v. 23 *Iuvenci H. e. III*, 443 prostrato corpore.
v. 43 *Met. IV*, 684 lacrimis implevit obortis; *Aen. III*, 492 lacrimis adfabar obortis.
242 *v.* 5 *Fortunati C. II*, 7, 20 Urbs caput orbis.
v. 7 *Ib. IV*, 1, 21 pietate magistra.
243 *v.* 6 *Fast. I*, 227 placidis . . | . . verbis.
XXIII, 6 *Fortunati C. III*, 9, 60 salutis opem.
v. 10 *Cf. supra p.* 58 *v. XXII*, 10, *Met. IV*, 355 candida lilia, *V*, 392.
v. 11 *Fast. IV*, 99 genus omne creat volucrum.
v. 15 *Rem.* 189 Temporibus certis.
244 *v.* 24 *Fortunati C. VIII*, 3, 264 Ordinibus variis.
v. 28 *Ep. XVIII*, 92 placidum per mare.
245 *XXV*, 6 *Arator. I*, 899 Claviger aethereus.
XXVI, 15 *Iuvenci H. evang. II*, 443 cunctis impendite dona.
246 *v.* 39 *Ib.* 420 sonorae | . . . vocis.
247 *XXVIII*, 27 *Ib. III*, 15 lux aurea vitae.
253 *v.* 9 *Fast. III*, 628 cetera turba silet.
254 *v.* 3 *Ibis* 154 Excutiam somnos.
255 *XLIII*, 17 *Met. XIII*, 153 Sed virtutis honos, *Art. Am. II*, 499 celebrata per orbem.
v. 21 *Aen. VI*, 129 Hoc opus, hic labor est; *XI*, 739 Hic amor, hoc studium.
v. 39 *Fortunati C. III*, 22, 5 pietatis amator.
257 *XLV*, 16 *Ib. II*, 16, 61 solitae pietatis amore.
258 *v.* 55 *Lege* venerande.
262 *IL*, 7 *Iuvenci H. e. III*, 756 Ite igitur propere per publica septa viarum.
265 *LIII*, 4 *Aen. III*, 194 Tum mihi caeruleus supra caput adstitit imber.
266 *LIV*, 51 *Aen. III*, 388 mente teneto.
v. 59 *Iuvenci H. euang. II*, 513 perpete vita.
LV, *I*, 5 *Art. Am. II*, 299 sit pretiosior auro; *Met. X*, 648 fulvo . . auro.
267 *IV*, 1 *Cf. supra p.* 241 *v.* 43.
VII, 6 *lege* petenti.
268 *VIII*, 4 *Ep. XV*, 222 Membra . . fovet.
X, 5 *Lege* populis.
270 *LVIII*, 2 *Met. X*, 129 arborea . . ab umbra.
271 *v.* 7 *Art. Am. I*, 517, *Met. X*, 425 rigidis stetit hirta capillis.
v. 18 *Iuvenci H. euang. I*, 481 sub luce serena.
v. 23 *Georg. I*, 124 Nec torpere gravi.
v. 25 *Iuvenci H. e. III*, 739, 744, 763 convivia laeta.
v. 29 *Met. XIII*, 899 placidisque . . undis.
273 *v.* 3 *Georg. II*, 355 Sed trudit gemmas; *Ecl. VII*, 48 turgent in palmite gemmae.
275 *n.* 12 *Corrige v.* 125, 126.
278 *v.* 102, 103 *repetuntur apud Müllenhoff und Scherer Denkmäler p.* 50 *v.* 173, 176.
279 *v.* 126 *melius delendus erat, cf. v.* 17.
281 *v.* 187 *Cf. supra p.* 266 *v. LV*, *I*, 5.
282 *V*, 1 *Fortunati C. VII*, 14, 7 qui celsa palatia regis.
283 *II*, 3 *Trist. IV*, 7, 1 gelidae post frigora brumae.
285 *v.* 20 *Arator. II*, 472 opifex rerum.
In codice musei Britannici secuntur f. 448' *haec carmina, quae E Maunde Thompson benigno animo nobis suppeditavit:*

De utilitate divinarum scripturarum.

Quamvis in sacris libris(os *C*), quos nosse labores,
Plurima sint, lector, clausa et opaca tibi,
Invigilare tamen studio non desine sancto,
Exercent animum dona morata tuum.
5 Gratior est fructus, quem spes productior edit
Ultro obiectorum vilius est praetium.
Oblectent adoper[ta] etiam mysteria mentem,
Qui dedit ut quaeras, addit ut invenias.

pgg.

De venia peccatorum.

Det peccatori veniam peccator et (ut?) aequa
Conciliet dominum conditione sibi,
Cuius iudicium de nostro examine pendit,
Quod serimus metimus, quod damus accipimus.

De bono intellectu.

Scriptorum domini plene videt omne profundum,
Qui factis implet cognita verba piis.
Nam nimis a sensu doctrinae devius errat,
Si quae curavit scire, fugit facere.

De sententia boni.

Scit legem docteque tenet iussa omnipotentis,
Qui quod novit agens diligit id quod agit (aigit *C*).
Non satis est domini praecepta evolvere lingua:
Is meminit legis, qui memor est operis.

De confitendo uno deo.

Cum pater in verbo sit semper et in patre verbum,
Sitque unus verbi spiritus atque patris,
Sic de personis tribus est tibi non dubitandum,
Unum ut docta fides confiteare deum.

LXVI, *I*, 4 *Sedul. C. Pasch. I*, 283 Haec est vera fides.
v. 7 *Ib. Hymn. I*, 49 cuncti cecinere prophetae.
291 *v.* 153 *Georg. IV*, 466 Te veniente die.
v. 164 *Met. IV*, 667 Gentibus innumeris.
292 *v.* 197 *Cf. supra p.* 214 *v. XXI*, 3.
v. 201—202 *exstant etiam in codice Amiatino bibliorum, cf. Biblia sacra edd. Heyse et Tischendorf p. X.*
293 *IV*, 1 *Aldhelm. Aen. polystich.* 7 mundum ditione gubernat.
VI, 1 *Ex Ponto I*, 4, 35 vastum sulcavimus aequor.
LXXI Cf. supra II, 671.
295 *LXXIII*, 5 *Aen. VIII*, 378 volui exercere labores.
298 *LXXVII*, 4 *Iuvenci H. euang. I*, 589 Pectoris antra tegunt.
300 *LXXXI*, 6 *Art. Am. II*, 256; *Fast. II*, 534 Parvaque . . munera.
LXXXII, 6 *Fortunati C. IV*, 26, 32 praeter amare deum.
302 *v.* 1 *Aen. I*, 236 Qui mare, qui terras.
v. 2 *Ib. VI*, 852 Tu regere inperio.
v. 15 *Cf. supra p.* 247 *v. XXVIII*, 27.
304 *LXXXVI*, 1 *Fortunati C. III*, 6, 11 egregios . . . patres.
305 *LXXXVII*, 7 *Trist. IV*, 3, 5 Aetheriamque . . . arcem.
307 *XI*, 7 *Met. IV*, 439 apertas undique portas.
308 *v.* 16 *Cf. supra p.* 102 *v. II*, 6.
315 *XIV*, 2 *Sedul. C. P. II*, 8 Perfidus ille draco.
319 *II*, 6 *Fortunati C. II*, 11, 19 Ecclesiae fultor . . . | . . promptus ad omne bonum.
321 *XCVI*, *I*, 2 *Sedul. III*, 57 quia non dormitat in aevum.
XCVII, 3 *Fast. VI*, 481 a limine templi.
v. 10 *Aldhelm. l. v.* 2 Lucida stelligeri qui condis culmina caeli.
325 *XCIX*, *X*, 5 *Fortun. C. III*, 22, 5 pietatis amator.
XI, 4 *Cf. supra p.* 257 *v.* 16.
XII, 6 *Sedul. C. Pasch. II*, 97 spes maxima vitae est.
328 *I*, 7 *Cf. supra p.* 275 *v.* 17.
329 *CII*, 2 *Cf. supra p.* 242 *v.* 7.
331 *VI*, 4 *Sedul. C. P. Prol.* 10 Quorum multiplices nec numerantur opes.

pgg.
331 *v.* 9 *Ib. V,* 87 volant mendacia mille.
332 *IV,* 6 *Ib. III,* 4 In vinum convertit aquas.
V, 6 *Aldhelm. l. v.* 1850 mente malignus.
333 *CVI, I,* 4 *Fortunati Carm. V,* 5, 11 ditans virtute superna.
336 *v.* 22 *Ib. VI,* 3, 16 et pietatis ope.
337 *XI,* 16 *Cf. supra p.* 224 *v.* 6.
344 *CXIV, I,* 1 *Sedul. C. Pasch. I,* 321 sacrata crucis vexilla.
346 *CXV,* 9 *Amor. I,* 15, 1 livor edax.
350 *CXXII Cf. de libro precum quondam Caroli Calvi, quo* Oratio Alchuini in nocte *traditur, Guil. Meyer, Sitzungsber. der philolog. u. histor. Classe der bayr. Akad. a.* 1883 *p.* 424—436.
v. 1 *Sedul. C. Pasch. III,* 56 Ipse autem placidum carpebat pectore somnum.
v. 2 *Ib.* 62 Exurgens ... ventis | Imperat.
CXXIII Cf. supra II, 656.

FARDULFI CARMINA.

353 *I,* 5 *Aen. V,* 601 patrium servavit honorem.
v. 17 *Fast. VI,* 657 veterum . . usus avorum.

ANGILBERTI CARMINA.

355 *De quaestione, utrum Angilbertus carmen de Carolo Magno et Leone papa composuerit necne, denuo Ausfeld egit (Forschungen zur Deutschen Gesch. XXIII,* 609—615) *eamque in dubio reliquit.*
358 *Cf. de tempore, quo hoc carmen editum esse videtur, quae Simson exposuit Jahrbücher des fränk. Reiches unter Karl dem Gr. II,* 126.
De poetis antiquis, quos Angilbertus auctoresque carminum in appendice eius a me editorum imitati sunt, copiose sed non semper recte M. Manitius egit (Neues Archiv VIII, 9—45); *loci ab eo allati ex Aratore, Aldhelmo aliis suppleri possunt.*
378 *v.* 488 *Corrige* et summum.

NASONIS ECLOGA.

384 *De necessitudine, quae inter Nasonis eclogam et carmen de Carolo et Leone intercedit, cf. Neues Archiv VIII,* 41.

HIBERNICI EXULIS ET BERNOWINI CARMINA.

394 *Dungali carmina supplevi supra t. II,* 664. *Exempla, quibus Manitius (Neues Arch. VIII,* 42) *probare nititur, Angilberti et Nasonis carmina exuli Hibernico nota fuisse, parum momenti habent (cf. Simson l. l. p.* 620, *Ausfeld l. l. p.* 614).
395 *I,* 2 *Luc. Phars. I,* 110 Quae mare, quae terras, totum quae continet orbem.
v. 3 *Met. IX,* 305 Votaque suscipiunt.
396 *I^b^,* 5 *Sedul. C. Pasch. II,* 231 cupiens conferre salutem.
II, 2 *Aen. II,* 49 et dona ferentes.
v. 6 *Ib. VI,* 882 Seu spumantis equi.

pgg.
397 *Met. XI,* 20 voce canentis.
v. 15 *Aen. XI,* 821 fida ante alias quae sola; *Met. XI,* 170 quorum dulcedine captus.
v. 22 *Amor. III,* 6, 17 veterum mendacia vatum.
v. 27 *Rem.* 257, *Met. XII,* 580 aequoreas . . undas; *Fast. III,* 568 verberat unda freti.
v. 29 *Met. VII,* 61; *Ex Ponto II,* 5, 57 vertice sidera tangas.
v. 50 *Met. VII,* 315 maculavit sanguine ferrum.
v. 86 *Aen. III,* 338 nostris deus adpulit oris, 719.
399 *III,* 6 *Fortunati Carm. III,* 30, 7 Subdere colla decet.
400 *V,* 1 *Ex Ponto IV,* 8, 87 laudes celebrare recentes.
401 *v.* 16 *Aen. IV,* 150 decus enitet ore.
VI, II, 1 *Georg. IV,* 32 inriguumque . . fontem.
v. 6 *Aen. IV,* 217 munera templis | . . ferimus.
402 *V,* 1 *Sedul. I,* 212 saxo latices produxit ab imo.
VII, 5 *Cf. supra p.* 130 *v.* 138.
403 *XI,* 1 *Ex Ponto I,* 8, 53 solitis insistant pectora curis.
404 *XII,* 6 *Fortunati Carm. IV,* 12, 7 Hoc iacet in tumulo.
n. 5 *Fortunati Carm. II,* 11, 19 Ecclesiae fultor, laus regum, pastor egentum, | Cura sacerdotum, promptus ad omne bonum.
405 *XV,* 2 *Cf. supra XII,* 6.
v. 8 *Sedul. C. Pasch. II,* 66 Imperium sine fine manet.
406 *XVII,* 1 *Cf. VII,* 5.
v. 3 *Sedul. C. P. I,* 45 qui conditor orbis.
v. 13 *Aldhelm. l. v.* 831 iusto moderamine.
v. 16 *Met. I,* 152 regnum caeleste.
407 *v.* 25 *Fortun. Carm. VI,* 3, 17 mente benigna.
v. 36 *Ep. XII,* 142 tempora longa.
XVIII, 8 *Fortunati Carm. IV,* 20, 2 fulsit in orbe potens.
XIX, 5 *Cf. supra p.* 44 *v.* 17.
v. 6 *Trist. IV,* 4, 58 Nec placidos portus.
408 *v.* 8 *Aen. I,* 51 Sceptra tenens; *Aldhelm. Aen. heptast.* 18, 2 dum regni sceptra tenebat.
v. 11 *Aen. II,* 689 precibus si flecteris ullis.
XX, I, 3 *Met. VIII,* 628, *Fast. III,* 620 adire domos.
v. 6 *Aen. I,* 379 fama super aethera notus.
409 *IV,* 3 *Ib. IV,* 186 aut summi culmine tecti.
V, 3 *Aen. VIII,* 25 summique ferit laquearia tecti.
VI, 2 *Fast. III,* 627 domum intravit, *VI,* 577; *Ep. XVI,* 52 Clara satis domus.
410 *v.* 11 *Aen. IX,* 792 saevum turba leonem.
VII, 1 *Ep. XIX,* 174 limen adire.
VIII, 3 *Met. XIII,* 643 circumdata tempora vittis; *Ep. VI,* 44 sertis tempora vinctus.
v. 7 *Ecl. I,* 30, 68 longo post tempore.
v. 12 *Ex Ponto III,* 3, 8 languida membra toro.
411 *XXII,* 1 *Aen. I,* 689 dictis carae genitricis.
XXIII, 2 *Ib. VI,* 708 Floribus insidunt variis.
412 *v.* 5 *Iuvenci H. e. III,* 509 sublimis honore.
v. 18 *Aldhelm. l. virg. praef.* 3 Trinus in arce deus.
413 *XXIV,* 32 *Ep. IV,* 100 pignus amoris habet.
414 *IV,* 4 *Sedul. Hymn. I,* 57 Gaudia magna dei.
415 *VIII,* 6 *Ecl. I,* 78 Carmina nulla canam.
v. 7 *Aen. IV,* 50 posce deos veniam.
417 *XIII,* 4 *Sedul. C. P. I,* 44 spes unica mundi.
418 *XV,* 1 *Aen. X,* 3 Sideream in sedem.
v. 6 *Ib. VIII,* 274 porgite dextris.
419 *XIX,* 2 *Fortunati C. IX,* 1, 2 alma fides.
420 *XXII,* 1 *Ib. I,* 10, 1 Culmina . . veneranda.
v. 20 *Aen. I,* 639 Arte laboratae vestes.
v. 30 *Ep. IV,* 156 Da veniam fassae.
421 *v.* 37 *Aen. I,* 691 placidam . . quietem.

pag.
421 v. 40 *Ib.* 249 placida conpostus pace.
XXIII, 10 *Fortunati C. IV*, 10, 1; 17, 1 Omne bonum.
422 *XXVI*, 4 *Aen. XII*, 252 mirabile visu.
v. 7 *Fortunati C. IV*, 8, 13 ceu mente serenus.
XXVII, 3 *Rem.* 610 portu .. salutis.
423 v. 13 *Fast. I*, 290 Sacravere .. templa.
v. 18 *Sedul. C. P. I*, 325 perpetuae capietis praemia vitae.
v. 19 *Trist. III*, 13, 28 falso nomine dictus.
XXVIII, *II*, 1 *Aldhelm. l. v. prol.* 11 Omnitenens dominus, mundi formator et auctor.
v. 2 *Cf. supra p.* 417 *XIII*, 4.
v. 3 *Rem.* 153 munera Martis | Suscipe.
III, 1 *Amor. I*, 7, 36 votaque redde Iovi.
424 *XXX*, 3 *Met. XIV*, 850 priscum .. nomen.
v. 13 *Ep. IV*, 159, *Met. II*, 55 puerilibus annis.
XXXI, 13 *Aen. I*, 306, *III*, 311 lux alma recessit.
425 *XXXII*, 7 *Ep. VII*, 161 feliciter impleat annos.

AMALARII VERSUS.

426 v. 1 *Sedul. C. P. I*, 64 Angusto .. calle.
427 v. 4 *Met. VIII*, 179 volat illa per auras.
v. 7 *Luc. Phars. I*, 498 turbidus Auster.
v. 21 *Aen. V*, 158 vada salsa.
v. 23 *Trist. III*, 12, 48 Triste caput.
v. 32 *Aen. I*, 103 ad sidera tollit.
v. 34 *Ib. VI*, 55 funditque preces.
v. 39 *Trist. V*, 11, 25 tibi limina claudant.
428 v. 52 *Ib. I*, 1, 42 fera iactat hiems.
v. 55 *Aen. IX*, 503 terribilem sonitum.
v. 67 *Sedul. C. P. III*, 68 rapidoque volatu.
v. 72 *Met. II*, 339 Perfudit lacrimis.

TITULI SAECULI NONI.

430 v. 4 *Met. X*, 557 Et requievit humo.
v. 14 *Trist. I*, 2, 33 spes nisi vana salutis; *Met. VII*, 564.
v. 16 *Cf. supra p.* 404 v. *XIII*, 2.
v. 23 *Aen. IV*, 350 extera quaerere regna.
v. 28 *Cf. supra p.* 399 v. *III*, 6.
v. 31 *Aen. VII*, 313 regnis .. Latinis.
431 v. 38 *Art. Am. I*, 418 atra dies.
II Versus Richolphi archiepiscopi de passione sancti Ferrutii *edidit iterum Falk (Forschungen zur Deutschen Gesch. XXII*, 435*)*: v. 4 bis ter. 5 donec descendit. 6 Barger. 7 Richolphus. 8 signas.
v. 5 *Iuvenci H. e. II*, 196 aetheriam liber conscendet in aulam.
v. 6 *Aen. VI*, 152 et conde sepulchro; *Amor. III*, 6, 73 sepulchro | Condita ... ossa.
v. 9 *Aen. VIII*, 61 Supplicibus .. votis.
432 v. 4 *Cf. supra p.* 350 v. 5.
v. 8 *Cf. ibid.* v. 8.
v. 9 *Cf. supra p.* 380 v. 10.
v. 11 *Cf. p.* 350 v. 11.
v. 13 *Sedul. C. P. II*, 66 sine fine manet.
v. 14 *Fortunati C. IV*, 17, 12 quem paradisus habet.
433 v. 9 *Trist. II*, 161 sociales compleat annos.

DE OBITU KAROLI.

435 v. 1, 2 *Met. XII*, 234 generosaque pectora pulsat.
v. 5, 1 *Aldhelm. l. virg.* 865, 964 lacrimarum flumina fudit.
v. 7, 2 *Art. Am. II*, 351 Da requiem.
436 v. 15, 2 *Aen. V*, 43 Clara dies.

THEODULFI CARMINA.

pag.
440 *De codice bibliorum Theodulfi cf. etiam Delisle, le cabinet III*, 240—242 *(Planche XXI*, 3*). Cf. ad not.* 3 *Zeitschrift für oesterreich. Gymn.* 1877 *p.* 336.
442 *Altam sylvam nunc Haute-Seille in Lotharingia esse coniecit J. Huemer (Deutsche Literaturzeitung* 1882 *p.* 246*).*
445 *I De hoc carmine mutilo egit nuper H. Hagen in programmate Bernensi, quo sollemnia anniversaria conditae Universitatis XIV. Kal. Dec.* 1882 *celebrantur, p. XI nonnullosque eius locos acute correxit. Quae de ultima eius parte (v.* 257—314*) 'ob languidam argumenti ex antecedentibus versibus repetiti aequabilitatem' a Theodulfo abiudicanda censuit, mihi non persuasit.*
I, 3 *Aen. XII*, 819 quod lege tenetur.
v. 24 *Ib. IV*, 2 et caeco carpitur igni.
446 v. 30 *Ib. VI*, 122 Itque reditque.
v. 71 *Georg. I*, 318 ventorum concurrere proelia; *Am. II*, 11, 17.
v. 74 *Ecl. V*, 64 Ipsa sonant arbusta.
447 v. 77 *Aen. IV*, 595 Quae mentem insania mutat.
v. 81 *Ib. VII*, 446, *XI*, 424 tremor occupat artus.
v. 83 *Ib. IX*, 341 fremit ore cruento.
v. 90 *Sedul. C. Pasch. I*, 268 ubi regia fulvis | Emicat aula tholis.
v. 113 *Ep. XI*, 56 grave .. crimen.
448 v. 145 *Iuvenci H. e. I*, 654 curetur copia rerum.
449 v. 210 *Prudent. Psych.* 199 Mens humilis.
450 v. 233 *Georg. IV*, 255 luce carentum.
v. 244 *Iuvenci H. e. II*, 620 Horridus et daemon.
451 v. 262 *Aen. XII*, 6 movet arma leo.
v. 263 *Trist. I*, 2, 100 mens .. non scelerata.
v. 276 *Met. I*, 188 Perdendum mortale genus.
v. 277 *Prud. Psych.* 42 Virgo Pudicitia speciosis fulget in armis.
v. 278 *Art. Am. III*, 463, *Rem.* 53 exstinguere flammas.
v. 280 *Venanti C. IV*, 27, 1 Si pietatis opus.
452 v. 314 *Aen. XII*, 96 tempus adest.
453 *II*, 31 *Cf. Prud. Psych.* 502 gentis Levitidis una.
v. 39 *Fast. II*, 146 fundit aquas; *Georg. IV*, 377 ferunt mantelia; *Aen. I*, 702.
v. 54 *Sedul. I*, 285 foveam delapsus in atram | Corruit.
v. 67 *Art. Am. I*, 751 Heu facinus; *Fortunati Carm. X*, 13, 7 norma salutis.
454 v. 98 *Sedul. II*, 192 monstrumque nefandum.
455 v. 141 *Trist. II*, 325 radiantia lumina solis.
v. 152 *Aen. IV*, 510 tonat ore deos.
456 v. 161 *Ecl. IX*, 65 te fasce levabo.
v. 186 *Georg. I*, 397 lanae .. vellera.
v. 190 *Met. III*, 575 manibus .. ligatis.
v. 202 *Ib. VII*, 576 notis | .. viis.
457 v. 214 *Aen. IX*, 609 Omne aevum.
v. 219 *Ib. X*, 3 Sideream in sedem.
v. 222 *Met. XIII*, 108 Pondera tanta feret.
v. 236 *Fortunati Carm. VIII*, 4, 4 angelicis .. choris; *Fast. II*, 507 pia turba Quiritum.
v. 237 *Art. Am. I*, 36 miles in arma venis.
v. 239 *Met. I*, 415 Et documenta damus, *III*, 579.
v. 245 *Iuvenci H. e. II*, 475 comitatur gloria vitae.
v. 250 *Cf. supra p.* 449 v. 210.
458 v. 252 *Ep. IX*, 6 imposuisse iugum.
v. 253 *Rem.* 674 Mente memor tota .. tene.
v. 254 *Fast. VI*, 270 tam grave pendet onus; *Trist. I*, 2, 48.
v. 255 *Aen. V*, 310 equum phaleris insignem.

pgg.
458 *v.* 266 *Ep. XIII,* 117 bene iunctus in uno.
v. 267 *Cf. Georg. IV,* 176.
459 *IV,* 11 *Fast. II,* 117 pia facta.
462 *v.* 52 *Sedul. I,* 31 quid fana profana | Proderit.
v. 59 *Aen. X,* 180 Sequitur pulcherrimus Astur.
v. 60 *Cf. supra p.* 457 *v.* 237.
VII, 3 *Aen. II,* 407 furiata mente Coroebus, 588.
v. 11 *Met. II,* 409 redit itque.
463 *III,* 9 *Lege* abortum.
v. 15 *Ex Ponto III,* 2, 29 superabit tempora vitae.
464 *X,* 8 *Met. V,* 485 Semina iacta legunt.
466 *XI,* 23 *Iuvenci H. e. II,* 227 descenderet unica proles.
v. 39 *Ep. XII,* 158 iniceremque manus.
467 *XII,* 14 *Iuvenci H. euang. III,* 475 saxea corda revinci.
v. 17 *Amor. III,* 6, 51 rapidis . . . ab undis; *Met. VII,* 6.
v. 22 *Aen. VI,* 251 Ense ferit; *Met. V,* 204, *VI,* 641.
468 *v.* 32 *Amor. III,* 11, 52 cogar amare.
XIV, 2 *Sedul. I,* 343 una te voce canentes.
469 *v.* 7 *Ecl. VII,* 47 aestas | Torrida.
v. 10 *Met. IV,* 126, *X,* 665 Foetibus arboreis.
v. 17 *Georg. I,* 372 atque omnis navita ponto.
v. 25 *Aen. VIII,* 67 Ima petens.
v. 26 *Met. I,* 740 Cornua decrescunt.
v. 29 *Georg. I,* 269 rivos deducere nulla.
v. 34 *Fast. VI,* 692 verba iocosa modos.
470 *XV,* 6 *Georg. IV,* 415 ambrosiae diffundit odorem.
v. 14 *Aen. III,* 179 remque ordine pando.
v. 18 *Fortunati Carm. III,* 14, 20 dando salutis opem.
471 *v.* 43 *Aen. VI,* 486 dextra laevaque frequentes.
XVI, II, 3 *Iuvenci H. euang. II,* 318 fruge redundans.
472 *v.* 20 *Fast. V,* 433 medio cum pollice iunctis.
v. 28 *Cf. supra p.* 300 *v. LXXXII,* 6.
XVII, 6 *Cf. supra p.* 453 *v.* 67.
v. 11 *Aen. I,* 507 Iura dabat.
v. 14 *Ep. IV,* 100 pignus amoris habet; *XI,* 113.
473 *v.* 29 *Aen. VI,* 48 sed pectus anhelum.
v. 31 *Amor. II,* 19, 17 dulcia verba parabat.
v. 34 *Amat. I,* 532 Indigno teneras imbre rigante genas.
v. 37 *Aen. VI,* 405 tantae pietatis imago.
v. 39 *Georg. III,* 242 genus . . hominumque.
v. 40 *Sedul. C. P. III,* 24 Oppida, rura, casas.
v. 56 *Ep. XVII,* 98 mihi verba dabas; *Amor. II,* 2, 58.
v. 57 *Aen. IV,* 374 in parte locavi.
474 *v.* 88 *Prud. Perist. XIII,* 12 Ut liquor ambrosius.
475 *XVIII,* 1 *Aldhelm. Aen. polyst.* 7 mundum ditione gubernat; *l. v.* 1.
v. 29 *Ep. VII,* 161 impleat annos,
476 *v.* 3 *Sedul. C. P. II,* 2 Florigera de sede virum.
v. 4 *Ib. I,* 45 conditor orbis.
v. 11 *Georg. III,* 311, *Aen. I,* 633 Nec minus interea.
v. 13 *Iuvenci H. e. IV,* 459 Montis Oliveti.
v. 23 *Aen. X,* 257 dies noctemque fugarat.
v. 24 *Ib. IX,* 110 nova lux, 731.
477 *v.* 43 *Sedul. C. Pasch. II,* 138 residebat iure magister.
478 *v.* 55 *Ib. I,* 203 didicere truces . . . . leones.
479 *v.* 61 *Sedul. I,* 341 Iura sacerdotis Lucas tenet.
v. 92 *Art. Am. III,* 168 virgineumque chorum.
v. 93 *Aen. X,* 543 Volcani stirpe creatus.
v. 99 *Fortunati Carm. IX,* 2, 31 David rex atque propheta.
480 *v.* 107 *Fast. V,* 596 debita solvit honos.

pgg.
480 *XXII,* 4 *Art. Am. I,* 486 voti postmodo compos eris.
v. 7 *Ib. II,* 322 Tunc sere quod plena postmodo falce metas.
v. 16 *Ib. II,* 590 ut pudor omnis abest.
483 *XXIV,* 1 *Fortunati Carm. IV,* 7, 9 pietatis membra quiescunt.
v. 3 *Ib. IV,* 8, 11 Nobilis antiquo . . . | Sed magis in Christo nobilior merito.
484 *v* 33 *Iuvenci H. e. II,* 342 laetanti in pectore.
v. 35 *Aen. I,* 600 grates persolvere dignas.
v. 46 *Ex Ponto II,* 9, 58 Collaque . . flectere.
v. 50 *Aen. I,* 236 Qui mare, qui terras.
v. 51 *Georg. I,* 43 Vere novo.
485 *v.* 55 *Aen. VI,* 205 silvis . . | Fronde virere nova.
v. 58 *Amor. I,* 7, 2 furor omnis abit.
v. 59 *Met. II,* 487 manus ad caelum . . tollit.
v. 63 *Aldhelm. l. v.* 542 rexit culmina sedis.
v. 75 *Sedul. C. Pasch. II,* 260 plena pietate redundans.
v. 78 *Cf. supra p.* 479 *v.* 92.
v. 79 *Aen. VI,* 164 quo non praestantior alter.
v. 84 *Fortunati C. IX,* 12, 16 pro pietatis ope.
v. 89 *Trist. I,* 9, 45 per ingenuas . . artes.
v. 93 *Sedul. C. P. III,* 10 sub tegmine blando.
486 *v.* 110 *Aen. I,* 687 oscula dulcia figet.
v. 111 *Met. XV,* 692 placido . . vultu; *Fast. IV,* 161.
v. 119 *Ep. XI,* 69 dicitque precantia verba.
487 *v.* 151 *Fast. II,* 256 dulcia poma.
v. 158 *Iuvenci H. e. I,* 589 Pectoris antra tegunt.
v. 161 *Aldhelm. Aen. tetrast.* 16, 3 Cum mihi vita comes fuerit.
488 *v.* 180 *Fortun. C. X,* 11, 22 hic dedit esse pares.
v. 165 *Aen. VII,* 546 foedera iungant.
489 *v.* 221 *Fortunati V. S. Martini Praef. v.* 23 Attonitus, trepidus, hebetans, vagus, anxius, anceps.
v. 227 *Sedul. II,* 78 Ferus arbiter aulae | Aestuat.
XXVI, 7 *Fortunati C. IV,* 7, 11 Forma venusta decens.
490 *v.* 13 *Aen. IV,* 23 Adgnosco veteris vestigia flammae.
v. 22 *Trist. II,* 110 Parva . . domus.
v. 28 *Cf. supra p.* 78 *L,* 2.
v. 29 *Aen. I,* 681 sacrata sede recondam.
491 *v.* 8 *Halieut.* 49 habitant animalia silvas.
v. 20 *Ibis* 225 nocturnus culmine bubo.
v. 22 *Aen. III,* 68 voce ciemus.
492 *v.* 42 *Met. VI,* 488 Regales epulae.
v. 47 *Aen. II,* 367 redit in praecordia virtus.
v. 57 *Aen. X,* 880 nec divom parcimus ulli.
v. 61 *Aen. II,* 334 primi proelia temptant.
v. 62 *Cf. supra p.* 467 *XII,* 22.
493 *v.* 95 *Met. VIII,* 404 quatiens venabula dextra.
Versus contra iudices post editionem nostram iterum in programmate supra (*p.* 694) *laudato p.* 1—31 *a.* 1882 *H. Hagen foras dedit, et locis compluribus emendatos et apparatu auctorum a Theodulfo expilatorum multo copiosiore instructos. Cf. quae de opere eius Guil. Wattenbach sagaciter iudicavit* (*Neues Archiv VIII,* 422, *Deutsche Litteraturzeitung a.* 1883 *p.* 1191), *cui de lacunis non admittendis prorsus assentior.*
494 *v.* 26 *S habet* hos.
509 *v.* 596 *S habet* propiora.
518 *v.* 7 *Sedul. C. P. II,* 175 Inde quater denis . . diebus.
v. 19 *Fortunati C. III,* 20, 2 aurea dona.
v. 24 *Ib.* 26, 2, *VIII,* 17, 6 salutis opus.
v. 37 *Met. VIII,* 205 ignis adurat.
519 *v.* 49 *Georg. III,* 287 hirtasque capellas.
v. 52 *Aen. III,* 308 calor ossa reliquit.

pgg.

519 *v*. 53 *Ep. XVII*, 163 pretium non vile laboris.
v. 59 *Iuvenci H. euang. I*, 537 Antiquae leges.
v. 80 *Trist. IV*, 3, 5 Aetheriamque ... arcem.
520 *v*. 83 *Iuvenci H. e. IV*, 652 ducebant tegmine vestis.
XXX, 5 *Ex Ponto II*, 11, 25 O referant grates.
v. 23 *Aen. VII*, 537 Ausoniisque .. arvis.
521 *v*. 46 *Trist. IV*, 2, 2 flexo .. genu.
v. 52 *Fast. II*, 496 astra petebat equis, *cf. supra p.* 486 *v*. 98.
522 *v*. 71 *Fortunati C. VII*, 10, 15 dona salutis.
v. 74 *Cf. supra p.* 473 *v*. 40.
XXXI, 1 *Ib. VIII*, 8, 1 O regina potens.
v. 2 *Cf. supra p.* 45 *v*. 20.
v. 5 *Aen. XI*, 334 regni .. insignia.
v. 6 *Cf. supra p.* 485 *v*. 84.
v. 11 *Cf. supra p.* 396 *Ia*, 4.
523 *v*. 21 *Cf. supra p.* 522 *v*. 71.
v. 36 *Rem.* 289 opem .. poscis.
524 *v*. 42 *Fortunati C. IX*, 2, 36 Quamvis celsae animae, corpora terra tegit.
v. 44 *Cf. supra p.* 480 *v*. 4.
525 *XXXIII*, *I*, *Hoc carmen ediderunt ex codice Parisino* 2777 *saec. IX. f.* 59 *Baluzius Miscellanea VI*, 554, *Rozière Recueil des form. p.* 1102. *Munuscula, quorum Theodulfus in versu* 1 *meminit, minime ad carmina sequentia referenda sunt.*
v. 13 *Aen. I*, 633 Nec minus interea.
v. 19 *Fast. II*, 187 iaculo fixisset.
v. 25 *Aen. XI*, 739 Hic amor, hoc studium.
v. 29 *Fast. II*, 406 redeunt .. in sua tecta.
526 *III*, 7 *Sedul. I*, 146 Edidit humanas animal pecuale loquelas.
527 *v*. 8 *Cf. quae de hoc versu J. Huemer adnotavit Zeitschr. f. d. oesterr. Gymn.* 1877 *p.* 336; *Ex Ponto I*, 9, 22 promptas in mea fata manus.
v. 10 *Fortun. Carm. III*, 21, 2 noster et altus amor.
v. 22 *Art. Am. I*, 532 imbre rigante genas.
v. 34 *Trist. V*, 10, 24 hac tenet arma manu.
XXXVI, 3 *Met. II*, 477, *XII*, 255 Stravit humî.
528 *v*. 11 *Arat. I*, 221 spiritus almus.
v. 16 *Art. Am. I*, 368 addat opem.
v. 22 *Cf. supra p.* 490 *v*. 28.
v. 24 *Ex Ponto I*, 6, 7 Artibus ingenuis.
v. 27 *Sedul. II*, 260 plena pietate redundans.
v. 31 *Aen. I*, 118 in gurgite vasto.
v. 37 *Aen. IV*, 538 Iussa sequar.
529 *XXXVII*, 4, 1 *Aen. I*, 531 potens armis.
v. 7, 4 *Aldhelm. l. v.* 141 in pectore puro.
v. 10, 2 *Corrige* sua.
v. 13, 4 *Aldhelm. l. virg.* 872 directo tramite.
530 *XXXVIII*, *II*, 1 *Cf. supra p.* 483 *v. XXIV*, 1.
III, 1 *Aen. IX*, 641 sic itur ad astra.
v. 5 *Amor. III*, 9, 67 Ossa .. requiescite in urna.
531 *v*. 9 *Aldhelm. l. v.* 122 devota mente, 234.
v. 19 *Ecl. V*, 34 Tu decus omne tuis.
532 *v*. 9 *Fortun. Carm. IV*, 18, 19 Ecclesias ditans.
533 *v*. 5 *Aen. V*, 218 secat .. | Aequora, *Met. XI*, 478.
v. 21 *Met. VII*, 447 Scironis nomen inhaeret.
v. 26 *Ex Ponto I*, 3, 30 retexit opus.
v. 37 *Sedul. II*, 215 validi confossus cuspide verbi.
n. 3 *Lege I*, 102.
534 *v*. 87 *Aen. XII*, 322 insignis gloria facti.
535 *v*. 106 *Ex Ponto III*, 4, 84 grande fuisset onus.
v. 107 *Trist. I*, 1, 36 laude ferere mei; *Aen. I*, 625 insigni laude ferebat.
v. 120 *Hor. Carm. I*, 24, 9 Multis ille bonis.
536 *v*. 142 *Fortun. C. IV*, 10, 1 Omne bonum.
v. 143 *Aen. IX*, 503 At tuba terribilem sonitum.
v. 148 *Amor. III*, 7, 8 candidiora nive.

pgg.

536 *v*. 149 *Cf. supra p.* 528 *v*. 23.
v. 157 *Cf. supra p.* 485 *v*. 89.
537 *v*. 208 *Cf. supra p.* 487 *v*. 158.
v. 214 *Aen. VII*, 496 laudis succensus amore.
538 *v*. 217 *Cf. supra p.* 449 *v*. 210.
v. 218 *Cf. supra p.* 451 *v*. 280.
v. 237 *Met. VIII*, 769 robora caedit.
539 *v*. 7 *Aen. IV*, 284 quae prima exordia sumat.
v. 19 *Ib. II*, 213 parva duorum | Corpora; *Trist. I*, 5, 48.
v. 28 *Aen. I*, 359 argenti pondus et auri.
v. 30 *Fast. II*, 702 quod sibi monstret iter.
v. 36 *Met. XII*, 514 sub pondere .. | Aestuat arboreo.
540 *v*. 48 *Cf. supra p.* 528 *v*. 16.
v. 55 *Cf. supra p.* 102 *v. II*, 6.
541 *XLII*, *II*, 7 *Aen. II*, 515 in sede locavit.
v. 8 *Cf. Wattenbach Schriftwesen p.* 236 *n*. 2.
XLIII, 1 *Aen. VI*, 408 admirans venerabile donum.
v. 4 *Met. XIII*, 105 radiantis ab auro.
v. 9 *Cf. supra p.* 256 *Alcuini Carm. XLIV*, 27 studiosa mente per urbem.
v. 11 *Aen. III*, 388 mente teneto.
v. 16 *Ep. XIX*, 16 tu mihi, crevit amor.
542 *XLIV*, 23 *Met. IV*, 4 festum celebrare sacerdos, *V*, 113.
v. 25 *Fast. VI*, 179 festa colebant, *III*, 170.
v. 30 *Iuvenci H. euang. IV*, 303 dicta dabit, meritis sua praemia reddet.
544 *v*. 58 *Aen. XI*, 680 ingens oris hiatus.
v. 63 *Cf. supra p.* 239 *Alcuini C. XVII*, 16 sacris constricta catenis.
545 *v*. 10 *Fortun. C. VIII*, 4, 7 caput triplici diademate cingit.
v. 22 *Fast. III*, 832 Quique facis docta .. manu, *Art. Am. I*, 518.
v. 36 *Aen. X*, 226 dextra puppim tenet.
546 *v*. 70 *Art. Am. II*, 494 Movit inauratae pollice fila lyrae.
v. 71 *Ecl. II*, 36 Est mihi disparibus septem compacta cicutis | Fistula.
v. 77 *Ex Ponto I*, 7, 11 Nos premat .. frigore caelum.
v. 81 *Georg. I*, 142 Alta petens; *Aen. V*, 508.
v. 82 *Fast. I*, 370, *Ex Ponto III*, 2, 72 geminas .. manus.
547 *v*. 114 *Georg. III*, 358 altum petit aethera.
548 *v*. 31 *Aen. XII*, 162 Quadriiugo vehitur curru.
v. 40 *Met. XV*, 367 Rura colunt.
549 *v*. 6 *Aen. XII*, 606 cetera circum | Turba.
v. 10 *Sedul. C. Pasch. I*, 151 Fervidus ingentem gladius consumeret hostem.
v. 19 *Met. XIV*, 599 In freta flumineis .. undis.
v. 26 *Cf. Aen. III*, 217 pallida semper | Ora fame.
550 *v*. 8 *Fortun. Carm. I*, 11, 1; *Sedul. I*, 269 Emicat aula.
551 *v*. 21 *Aen. IV*, 701 Mille trahens varios adverso sole colores.
LI, 5 *Aen. III*, 68 magna supremum voce ciemus.
v. 10 *Cf. supra p.* 524 *v*. 29.
552 *LII*, 5 *Met. XII*, 234 generosaque pectora pulsat.
LIII, 3 *Aen. IX*, 392 Simul et vestigia retro.
v. 6 *Amor. I*, 4, 35 Nec premat .. tua colla.
v. 7 *Aen. V*, 282 promisso munere donat. 361.
553 *LV*, 1 *Ep. XX*, 235 mea carmina dicunt.
v. 5 *Ex Ponto I*, 2, 134 carmina digna.
v. 7 *Arat. I*, 924 Victus uterque iacet.
v. 15 *Met. IV*, 338 gradu discedere verso.
554 *LVII*, 1 *Met. II*, 329 obductos .. | Condiderat vultus.
v. 3 *Aen. II*, 688 palmas cum voce tetendit, *VI*, 685.

pgg.
554 *LVIII*, 1 *Iuv. I*, 35 caeli terraeque repertor.
LIX, 2 *Fast. III*, 666 et humanis usibus apta Ceres.
v. 6 *Fortun. C. IX*, 1, 2 alma fides.
555 *LX*, 5 *Arator. I*, 373 humana propago.
LXI, 4 *Prud. Cath. III*, 76 pomiferi nemoris.
556 *LXII*, 7 *Prud. Psych.* 199 Mens humilis.
LXV, 2 *Trist. IV*, 2, 55 faventia votis.
557 *LXVI*, 4 *Aen. VI*, 255 primi sub lumina solis.
LXVII, 1 *Aen. II*, 27 iuvat ire.
558 *LXIX*, 18 *Aen. I*, 370 Quove tenetis iter, *Trist. I*, 8, 6.
v. 34 *Ep. VII*, 74 tuta futura via est.
v. 36 *Met. X*, 431 Festa ... celebrabant annua.
559 *v.* 44 *Ecl. I*, 78 Carmina nulla canam.
560 *LXX*, 1. 2 *Aen. VI*, 403 pietate insignis.
v. 5, 4 *Arat. I*, 943 poplite flexo.
n. 1 *l.* 3 *Corrige* exposuerunt.
561 *v.* 9 *Met. VIII*, 293 promissas horrea messes.
v. 11 *Cf. supra p.* 528 *v.* 24.
v. 14 *Met. II*, 128 labor est.
v. 18 *Aen. III*, 121 Fama volat.
v. 27 *Fast. VI*, 5 Est deus in nobis.
562 *v.* 67 *Aen. I*, 259 ad sidera caeli.
v. 74 *Amor. II*, 7, 28 Me non admissi criminis esse reum.
563 *v.* 4 *Georg. III*, 110 Nec mora, nec requies.
564 *v.* 35 *Aen. XI*, 335 et rebus succurrite fessis.
566 *v.* 114 *Aen. III*, 121 regnis .. paternis.
567 *v.* 139 *Aen. V*, 288 Cingebant silvae.
v. 142 *Amor. III*, 5, 4 in ramis multa latebat avis.
v. 156 *Aen. I*, 541 Bella cient.
v. 158 *Aen. II*, 353 et in media arma ruamus.
v. 160 *Aen. VII*, 782 curruque in bella ruebat.
v. 165 *Georg. III*, 211 cui gratior usus equorum; *Met. III*, 554 nec tela, nec usus equorum.
568 *v.* 174 *Georg. III*, 207 Ingentes .. animos.
v. 180 *Fast. IV*, 823 Fossa repletur humo.
v. 192 *Cf. supra p.* 561 *v.* 18.
v. 200 *Met. XIII*, 719 obsita pomis | Rura.
569 *v.* 212 *Aen. XI*, 439 paria induat arma.
v. 218 *Ep. XIV*, 2 Cetera .. turba iacet.
LXXIII, 2 *Amor. I*, 15, 19 Ennius arte carens.
v. 4 *Met. XV*, 366 more parentum.
570 *v.* 15 *Amor. I*, 11, 9 durum .. ferrum.
v. 19 *Aen. II*, 372 verbis compellat amicis.
v. 31 *Ep. XII*, 95 venenatis .. dentibus.
v. 39 *Ex Ponto III*, 7, 34 Exilium .. triste.
v. 44 *Rem.* 18 triste pependit onus.
571 *v.* 48 *Aen. X*, 852 Pulsus ob invidiam.
v. 53 *Ex Ponto II*, 2, 23 vulnera saeva.
v. 55 *Aen. VI*, 123, 601 Quid memorem.
572 *v.* 92 *Cf. supra p.* 562 *v.* 74.
v. 110 *Lege* sunt.
v. 126 *Ecl. VII*, 59 nemus omne virebit.
573 *v.* 3 *Trist. IV*, 8, 41 Vita ... peragenda.
v. 4 *Fortun. C. I*, 19, 2 vernat amoenus ager.
v. 5 *Sedul. II*, 2 Florigera de sede; *Rem.* 177 labentes iucundo murmure rivos.
v. 10 *Trist. V*, 12, 23 Fertilis ... | ... ager.
v. 13 *Fast. IV*, 608 Punica quae lento cortice poma tegunt; pomi *coni. Huemer (Deutsche Literaturz.* 1882, 247*)*.
v. 14 *Art. Am. III*, 690 et lauri nigraque myrtus olent.
v. 15 *Met. XI*, 234 bicoloribus obsita bacis.
v. 17 *Rem.* 85 Quae praebet latas arbor spatiantibus umbras, .. | 88 Nunc stat in inmensum.
574 *v.* 3 *Met. VII*, 712 provida mens.
v. 6 *Cf. supra p.* 554 *LIX*, 6.
v. 13 *Cf. supra p.* 540 *XLII*, 7; *Fast. I*, 203 ornabant .. gemmis; *Met. XIII*, 704 claramque auro gemmisque.

pgg.
574 *v.* 28 *Fast. VI*, 420 dives habebat opes.
v. 39 *Aen. XI*, 526 summoque in vertice montis.
575 *v.* 44 *Sedul. I*, 343 Quattuor hi proceres.
v. 54 *Aen. XI*, 14 timor omnis abesto.
v. 78 *Fortun. C. II*, 16, 61 solitae pietatis amore.
576 *v.* 96 *Ib. IV*, 27, 1 Si pietatis opus.
v. 116 *Fast. III*, 615 hac nuper sede locatos.
v. 118 *Met. XIV*, 807 hominumque parentem.
v. 119 *Rem.* 20 pacis amator.
577 *v.* 4 *Corrige* sedulus usque.
v. 5 *Fortunati C. III*, 15, 10 sidus in orbe micas; *Aen. XI*, 441 haud ulli veterum virtute secundus.
v. 11 *Aen. I*, 103 ad sidera tollit.
v. 31 *Ib. VI*, 164 quo non praestantior alter.
v. 36 *Ep. XII*, 24 regna beata meae.
578 *v.* 5, 4 *Fortun. C. III*, 30, 7 Subdere colla decet.
v. 7, 4 *Ib. Vita Mart. IV*, 377 Fortis athletae.
579 *v.* 6 *Sedul. C. Pasch. II*, 66 Imperium sine fine manet.
v. 16 *Fortun. C. IV*, 18, 24 regna superna petit.
LXXIX, 2 *Cf. supra p.* 487 *v.* 145.
v. 3 *Met. VIII*, 229 patrium ... nomen.
580 *v.* 15 *Aen. II*, 17 ea fama vagatur. *IV*, 68 totaque vagatur | Urbe furens.
v. 17 *Met. V*, 115, *XIII*, 465 Stygios ... manes; *V*, 622, *VI*, 706 caligine tectus.
v. 18 *Ex Ponto II*, 4, 5 di .. tristes.
v. 19 *Aen. II*, 369 mortis imago; *Amor. II*, 9, 41.
v. 21 *Aen. VI*, 295 Acherontis ad undas.
v. 25 *Met. I*, 737 Stygias .. paludes; *Aen. VI*, 323 Cocyti stagna alta vides Stygiamque paludem.
v. 38 *Fast. V*, 666 carpis iter.
v. 44 *Ex Ponto IV*, 13, 3 Unde saluteris.
v. 45 *Art. I*, 31, *Trist. II*, 247 vittae tenues.
v. 48 *Fast. II*, 507 pia turba.
v. 59 *Met. XIV*, 341 modulatur carmina voce; *Ecl. X*, 51.

AEDILVULFI CARMEN.

584 *I*, 9 *Aen. X*, 543 Volcani stirpe creatus.
II, 9 *Ib. V*, 67 et qui viribus audax.
v. 14 *Ib. II*, 641 ducere vitam.
v. 15 *Ib. VI*, 163 indigna morte peremptum.
585 *IV*, 12 *Ep. XIII*, 30 Pectora .. casta.
586 *v.* 26 *Sedul. C. Pasch. II*, 148 agnus | Ecce dei, veniens peccatum tollere mundi.
V, 1 *Fortun. Carm. IV*, 8, 8 pontificalis apex.
v. 12 *Aen. IV*, 359 vocemque his auribus hausi.
v. 15 *Bedae Mirac. S. Cuthberti V*, 2 memori narranda relatu.
v. 19 *Aen. III*, 102 veterum volvens monumenta virorum.
587 *VI*, 15 *Aen. X*, 146 duri certamina belli.
v. 18 *Ib. V*, 282 promisso munere donat.
v. 22 *Ib. IX*, 508 corona | Non tam spissa.
v. 31 *Sedul. C. Pasch. II*, 209 ardua templi | Culmina.
v. 34 *Aen. V*, 113 medio canit aggere.
588 *v.* 55 *Ib. VI*, 688 Vicit iter durum.
v. 61 *Iuvenci H. euang. I*, 96 Magnificas laudes animus gratesque celebrat; *Aen. X*, 667 manus ad sidera tendit.
VII, 10 *Ib. IX*, 166 noctem custodia ducit | Insomnem.
v. 12 *Georg. III*, 13 templum de marmore ponam.
589 *v.* 20 *Amor. III*, 13, 27 velatae vestibus albis.
VIII, 32 *Cf. supra p.* 581 *v.* 59.
590 *v.* 39 *Iuvenci I*, 418 In mortisque illis umbra.

pag.
590 *v.* 43 *Aen. I,* 131, 256 dehinc talia fatur.
v. 45 *Fortun. C. VIII,* 3, 8 mystica verba canunt.
v. 53 *Ib. V,* 5, 11 ditans virtute superna.
IX, 1 *Aen. III,* 702 fluvii cognomine dicta.
v. 3 *Ecl. I,* 44 altaria fumant; *Aen. V,* 54 altaria donis.
591 *X,* 27 *Ib. V,* 377 verberat ictibus auras.
v. 33 *Ib. II,* 470 telis et luce coruscus.
v. 36 *Ib. VI,* 255 primi sub lumina solis.
XI, 2 *Ex Ponto IV,* 16, 17 dictus cognomine Largus.
592 *v.* 5 *Iuvenci H. e. IV,* 7 saevi penetralia cordis; *Aldh. l. v.* 1620.
v. 18 *Aen. II,* 464 altis | Sedibus.
v. 41 *Trist. II,* 325 radiantia lumina solis.
v. 45 *Amor. III,* 10, 34, *Fast. IV,* 642 Inrita .. vota.
593 *v.* 53 *Iuvenci H. e. II,* 515 de carceris umbris.
595 *XIV,* 29 *Aldh. l. v.* 141 in pectore puro.
596 *XV,* 24 *Aen. I,* 505 media testudine templi.
599 *XX,* 29 *Ib. XI,* 202 stellis fulgentibus (*al.* ardentibus).
v. 31 *Aen. I,* 727 flammis funalia vincunt; *Fortun. VIII,* 3, 264 Ordinibus variis.
600 *XXI,* 4 *Aen. VII,* 414 nigra carpebat nocte quietem; *Met. XV,* 187 nigrae .. nocti.
v. 13 *Aen. III,* 645 se cornua lumine complent.
601 *XXII,* 21 *Aen. I,* 637 At domus interior; *Aldh. l. v.* 2369 niveo candore coruscus.
602 *v.* 44 *Fast. III,* 269 frontem redimita coronis.
603 *v.* 87 *Fortun. C. VIII,* 4, 19 variato lumine florent.
v. 96 *Cf. supra p.* 588 *v.* 61.

SMARAGDI CARMINA.

605 *Cf. cum hoc poeta Angelomi prooemia* (*supra t. II,* 675—677), *qui eum ad verbum exscripsit.*

pag.
608 *v.* 39 *Met. XIII,* 289 caelestia dona.
609 *v.* 56 *Fast. III,* 595 tumidas .. per undas.
610 *IV,* 5 *Cf. Neues Archiv VIII,* 50.
611 *VII,* 16 *Aldhelm. l. v.* 158 praesentis machina mundi.
612 *X,* 1 *Ex Ponto I,* 4, 35 vastum sulcavimus aequor | .. sacra carina fuit.
613 *v.* 22 *Ep. XIII,* 15 vela tetendit.
v. 23 *Ex Ponto I,* 5, 40 Et ducit remos.
v. 26 *Ep. VI,* 1, *Rem.* 635 littora tangas.
v. 27 *Aen. IV,* 569 Heia age.
v. 30 *Cf. supra p.* 609 *v.* 60.
XI, 6 *Fast. IV,* 48 gurgite mersus aquae.
614 *v.* 17 *Met. VI,* 650, *Ep. IX,* 153 solio sedet .. alto.
615 *XIV,* 3 *Amor. III,* 1, 13 sceptrum .. regale movebat.
v. 5 *Iuvenci H. e. II,* 581 iusto moderamine.
v. 11 *Cf. supra p.* 614 *v.* 17.
616 *v.* 17 *Fortunati C. X,* 13, 7 norma salutis.
v. 4 *Arator. I,* 404 mente sagaci.
618 *v.* 26 *Sedul. C. Pasch. II,* 176 sacro spiramine plenum.
v. 27 *Fast. I,* 662 Seminibus iactis.
v. 29 *Ib.* 694 reddat ager.

APPENDIX AD PAULUM.

626 *Cf. ad hoc carmen Huemer* (*Deutsche Literaturzeit.* 1882 *p.* 247).
628 *Initia stropharum huius rhythmi trochaici verba* PAULUS FECI *efficere Guil. Meyer recte adnotavit* (*Sitzungsber. der phil. hist. Cl. der bayer. Akad.* 1882 *I,* 81).
644 *Corrige* Lucilius ep. Veronensis.
650 *Ad alliterationes adde p.* 397 *v.* 503.

ADDENDA AD TOMUM II.

ERMOLDI CARMINA.

pag.
2 *lin.* 2 *adde Aldhelmum et Bedam Anglos.*
4 *Cum acrosticho cf. Nasonis eclogam (t. I,* 387) *I,* 77 Lucanus cecinit famosi Caesaris arma.
v. 2 *Aldhelm. de l. virg. v.* 4 Regnator mundi, *v.* 11 mundi formator et auctor.
v. 3 *Aldhelm. l. v.* 755 conquirens regna polorum.
v. 6 *Ib.* 328, 458 praesaga voce.
v. 11 *Ib. Aenigm. praef.* 10 Castalidas nymphas non clamo cantibus istuc.
v. 16 *Ib.* 4 Horrida .. torsisti membra Behemoth.
v. 41 *Aldhelm. l. v.* 1621 crebrescit fama per orbem.
v. 53 *Ib.* 287 Munere .. ditabat, 2026.
v. 56 *Fortunati C. VI,* 3, 16 et pietatis ope.
6 *v.* 40 *Ov. Ep. VII,* 90 regna dedi.
v. 58 *Sedul. C. P. II,* 299 torva .. | Ora lupi; *Aldhelm. l. v.* 490.
8 *v.* 123 *Fortun. C. III,* 19, 1, *X,* 7, 66 honoris apex.
9 *v.* 131 *Cf. Simson Jahrb. des fränk. Reichs unter Karl dem Gr. II,* 262.
v. 138 *Mir. S. Cuthberti III,* 11 poplite flexo.
v. 139 *Sedul. C. P. I,* 327 decus armaque.
10 *v.* 167 *Aldhelm. Aenigmata tetrast.* 16, 3 Cum mihi vita comes fuerit
v. 169 'Possim ut' *coni. Simson l. l. II,* 260 *n.* 3.
v. 178 *Mirac. S. Cuthberti XXVII,* 5 Basia dat puero.
11 *v.* 195 *Ib. III,* 3 Est locus insignis.
16 *v.* 345 *Ib. XIII,* 13 pectore tristi.
17 *n.* 3 *non menses, sed dies poeta dicere vult, cf. infra v.* 497, *Simson Jahrb. des fränk. Reichs unter Karl dem Gr. II,* 264.
18 *v.* 413 *Mir. S. Cuthberti IV,* 16 perculsus corda pavore.
21 *v.* 534 *Aldhelm. l. v.* 1114, 1603 reddere grates.
24 *v.* 3 *Fortunati C. VIII,* 16, 3, *Arator. I,* 564 venerabilis orbi.
27 *v.* 94 *Aen. V,* 288 Cingebant silvae.
v. 107 *Mir. S. Cuthberti I,* 23, *XXX,* 25 Exorat siccare genas, deponere fletus.
28 *v.* 138 *Cf. supra p.* 6 *v.* 41.
v. 153 *Mirac. S. Cuthberti IX,* 14 precibus pulsare supinis.
29 *v.* 171 *Ib. V,* 2 memori narranda relatu.
v. 181 *Aldhelm. de princip. vit.* 106 O quantos qualesque viros.
v. 189 *Ib. v.* 55 Unde seges spissa spurcis succrevit aristis.
31 *v.* 229 *Aldhelm. l. v.* 31, *Mir. S. Cuthberti III,* 2 precibus pulsare tonantem.
32 *v.* 286 *Aen. III,* 34, *X,* 890 Multa movens animo.
33 *v.* 109 *Theodulfi Contra iudic.* 16 (*I,* 494) Quo teneant nullum munera saeva locum.

pag.
34 *v.* 347 *Aldhelm. l. v.* 2350 triquadrum rexerat orbem.
35 *v.* 376 *Cf. supra p.* 6 *v.* 41.
36 *v.* 444 *Met. III,* 110 crescitque seges.
38 *v.* 496 *Sedul. C. P. III,* 306 pio iam pectore.
v. 512 (39 *v.* 542) *Fortunati Carm. VIII,* 15, 6 pia castra.
45 *v.* 163 *Aldhelm. l. v.* 1071, 2153 sermone polito.
46 *v.* 487 *Art. Am. II,* 453 torvis spectet ocellis.
53 *v.* 427 *Rem.* 377 Liber in adversos hostes.
55 *v.* 514 *Aldhelm. l. virg.* 872 properet directo tramite.
v. 563 *Cf. supra p.* 49 *v.* 309.
57 *v.* 589 *Met. XI,* 275 intravit paucis comitantibus urbem.
60 *v.* 40 *Aldhelm. de princip. vit.* 65 genus omne nepotum; *Sedul. C. P. I,* 294.
v. 43 *Aldhelm. de princip. vit.* 38 Quae turmas flustris densas perdebat aquosis; *v.* 58.
v. 63 *Iuvenci H. e. II,* 440, *Mir. S. Cuthb. III,* 10 daemonis atri.
v. 64 *Ib. VII,* 32 sacra munera fructus.
v. 76 *Art. Am. I,* 607 tempus adest.
65 *v.* 245 per sculpta *fortasse scribendum est, cf. v.* 346.
v. 324 *Sedul. C. P. V,* 288 cruor et simul unda cucurrit.
67 *v.* 330 *Iuvenci H. e. III,* 611 pia munera.
v. 331 *Sedul. C. P. I,* 286 petit ima profundi.
v. 333 *Iuvenci H. e. III,* 402 Quisque cupit celsam caeli conscendere sedem.
68 *v.* 351 *Cf. supra p.* 34 *v.* 345.
72 *v.* 500 *Art. Am. III,* 596 quos praetereat quosque sequatur.
74 *v.* 583 *Trist. IV,* 6, 2 colla premenda iugo.
76 *v.* 661 *Aldhelm. l. virg.* 792 caelesti munere fretus.
78 *v.* 707 *Fortunati C. II,* 15, 13, *Aldhelm. l. v.* 80 Egregius doctor.
v. 735 *Aldhelm. de princ. vit.* 93 ferrea corda.
v. 741 *Sedul. C. Pasch. II,* 256 caelo terraque voluntas.
80 *n.* 1 *De hoc palatio, nunc Angeac, cf. Simson l. l. II,* 90.
81 *v.* 42 *Fortunati C. III,* 26, 2, *VIII,* 17, 6 solvo salutis opus.
v. 48 *Ib. III,* 21, 2 noster et altus amor.
v. 50 *Aen. I,* 253 Hic pietatis honos.
82 *v.* 95 *Met. V,* 481 latum vulgata per orbem.
83 *v.* 119 *Iuvenal. Sat. IX,* 124 Utile consilium.
86 *v.* 39 *Aldhelm. l. v.* 2054 regnorum sceptra gubernans.
87 *v.* 49 *Fast. IV,* 226 fac puer esse velis.
88 *v.* 89 *Aldhelm. l. v.* 865, 964 lacrimarum flumina fudit.
90 *v.* 153 *Cf. supra p.* 8 *v.* 126.

APPENDIX AD ERMOLDUM.

pag.
92 *v.* 21 *Cf. Aldhelm. de princip. vit.* 342 Sicut folligenis respirant organa flabris.
93 *II Hoc carmen exstat etiam in fine codicis Vaticani* 191 *saec. X. Prudentii Tricassensis praecepta de vetere et novo testamento continentis, unde illud edidit cardinalis Thomasius Liturgia antiqua Hispanica Gothica p.* 464.
v. 1 Hludovicus.

CANDIDI VITA AEIGILI.

95 *lin.* 17 *adde Aldhelmum, Bedam.*
98 *II,* 11 *Cf. supra p.* 10 *v.* 167.
v. 16 *Hor. Ep. II,* 3, 161 Imberbis iuvenis.
v. 23 *Aen. XI,* 751 volans alte.
99 *v.* 16 *Ib. I,* 596 Libycis ereptus ab undis.
IV, 4 *Sedul. C. P. II,* 66 sine fine manet.
V, 10 *Met. VI,* 395 Lanigerosque greges; *XIII,* 910 collectus in unum.
VI, 5 *Aen. XI,* 44 ad sedes . . paternas.
100 *v.* 13 *Ib. VII,* 254 volvit sub pectore.
v. 15 *Rem.* 578 cogor inire vias.
v. 16 *Georg. III,* 169 coge gradum conferre; *Aen. VI,* 488 Et conferre gradum.
VIII, 2 *Ex Ponto IV,* 6, 13 cuiquam mandare salutem.
v. 3 *Luc. Phars. I,* 98 discordia discors; *Met. I,* 433 discors concordia.
IX, 8 *Art. Am. I,* 26 voce monemur.
101 *v.* 10 *Aen. IV,* 50 posce deos veniam.
X, 15 *Ib. X,* 644 virum . . et voce lacessit; *VI,* 499 compellat vocibus.
102 *v.* 39 *Ib. II,* 145 miserescimus ultro.
v. 54 *Ib. VI,* 322 certissima proles.
103 *XI,* 3 *Ib. III,* 669 vestigia torsit.
v. 18 *Ib. IX,* 610 tarda senectus | Debilitat.
XII, 12 *Met. VI,* 84, *XI,* 12 furialibus ausis.
105 *XV,* 6 *Aen. X,* 362 At parte ex alia.
106 *v.* 28 *Mirac. S. Cuthberti IV,* 16 vigili tutamine mandris.
v. 43 *Ex Ponto III,* 3, 59 ferientes cuncta sagittas.
107 *v.* 83 *Aldhelm. l. v.* 799 famoso nomine.
v. 94 *Fortunati Carm. IV,* 7, 15 Organa psalterii cecinit modulamine dulci.
108 *v.* 30 *Ib. IV,* 26, 129 lux aurea.
109 *XVII,* 11 *Arator. II,* 78 virtute potens.
v. 122 *Fortunati Carm. VIII,* 3, 25 Inde dei genitrix pia virgo Maria.
110 *v.* 33 *Aen. IX,* 250 dextrasque tenebat.
v. 75 *Cf. supra p.* 4 *v.* 3.
111 *v.* 86 *Aldhelm l. v.* 117 spurcae contagia carnis; 2054 veteris contagia vitae.
112 *XVIII,* 2 *Cf. supra p.* 49 *v.* 309.
113 *XIX,* 21 *Cf. ibidem.*
115 *XXIII,* 17 *Art. Am. II,* 339, 456 vires colligat.
XXIV, 17 *Aen. IX,* 451 Volscentem exanimum flentes in castra ferebant.

PASSIO MARCELLINI ET PETRI.

129 *v.* 39,2 *Aen. VII,* 104 late volitans iam fama per urbes.
130 *v.* 46,2 *Aen. I,* 141 clauso . . carcere.
v. 58,3 *Art. Am. III,* 295 reddere verba.
131 *v.* 61,3 *Georg. IV,* 255 luce carentum.
133 *v.* 96,2 *Aen. IX,* 815 praeceps . . | . . dedit.
136 *v.* 5,2 *Iuvenci H. euang. II,* 513 perpete vita.
v. 11,2 *Aldhelm. l. v.* 234 Quae calcare solet devota mente nefandas | Spurcitias mundi.

DE EXORDIO GENTIS FRANCORUM.

pag.
145 *v.* 133 *Aldhelm. l. v.* 1130 prudenti pectore puber.

HRABANI MAURI CARMINA.

159 *v.* 2 *Fortunati Carm. IV,* 27, 31 mens pia.
161 *III,* 1 *Iuvenci H. e. III,* 15 lux aurea vitae.
166 *VI,* 1 *Aldhelm. Aen. hendecast. I,* 1 Omnipotens rector, nutu qui cuncta creavit.
167 *v.* 13 *Aldhelm. l. v. Praef.* 20 bis dicere puppup.
174 *v.* 57 *Aldhelm. l. v.* 1173 caeli qui sceptra gubernat.
175 *v.* 24 *Fortunati C. I,* 9, 14 signa tremenda.
179 *v.* 9 *Sedul. C. Pasch. III,* 173 ex uno paradisi fonte leguntur | Quattuor . . procedere . . amnes.
184 *XIX,* 3 *Aen. I,* 327 O quam te memorem.
191 *XXXII,* 2 *Aen. V,* 148 studiisque faventum.
199 *v.* 24,5 *Sedul. C. P. I,* 54 vetiti dulcedine pomi.
204 *v.* 97,2 *Iuvenci H. e. III,* 504 auctor vitae.
215 *VIII,* 1 *Fortunati Carm. VIII,* 3, 141 Culmen apostolicum.
221 *LIX,* 14 *Ps.* 50,19 cor contritum.
223 *LXV,* 2 *Iuvenci H. euang. II,* 683 Perpetuam cunctis vitam.
225 *v.* 9 *Ib. I,* 621 corporis artus.
228 *LXXVII,* 4 *Ib. IV,* 459 Montis Oliveti.
232 *LXXX Ecclesia S. Saturnini nunc est Dreisen (Münster-Dreisen) prope montem Donnersberg (Falk); cf. Stumpf Reg.* 3468.
236 *LXXXI,* 1 *Cf. supra p.* 86 *v.* 39, 174 *v.* 57.
237 *LXXXIV,* 7 *Luc. Phars. II,* 389 Iustitiae custos.
240 *v.* 15 *Amor. III,* 9, 61 iuvenilia . . | Tempora.
v. 17 *Aldhelm. l. virg.* 2160 penetrarat regna polorum.
244 *v.* 15 *Matth.* 26, 41 Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma.
245 *v.* 14 *Cf. Hebr.* 12, 14.
246 *III,* 1, 5 *Met. V,* 293 sanguine tinctam.
247 *IV,* 8, 1 *Sedul. C. P. IV,* 165 arbiter orbis.
v. 4 *Ib. I,* 350 Gaudia longa metam.
248 *V,* 3, 4 *Aldhelm. l. v.* 158 praesentis machina mundi.
249 *VIII,* 1, 2 *Iuvenci H. e. II,* 240 lumine claro.
251 *XI,* 5, 3 *Ib. III,* 316 caeli fulgens cum regna capessam.
254 *XV,* 2, 3 *Sedul. C. P. V,* 131 laqueo suspendit ab alto.

WALAHFRIDI CARMINA.

262 *lin.* 2 *adde Aldhelmum.*
266 *lin.* 24 *adde Aratorem, Aldhelmum.*
285 *XIII,* 13 *Iuvenci H. e. I,* 361 Tunc vox missa dei longum per inane cucurrit.
286 *VI,* 21 *Aldhelm. l. v.* 1149 convivia larga.
288 *XVII,* 11 *Cf. p.* 289 *v.* 27.
v. 18 *Cf. supra p.* 21 *v.* 534.
289 *XIX,* 2 *Fortunati C. VIII,* 4, 4 angelicis . . choris.
290 *XX,* 4 *Iuvenal. Sat. II,* 12 atrocem animum.
293 *XXIII,* 32 *Art. Am. II,* 739 mihi dicite laudes; *Trist. V,* 3, 4.
v. 34 *Aen. IV,* 50 posce deos veniam.
297 *v.* 4 *Aldhelm. princ. vit.* 441 veterum . . monumenta malorum.
v. 17 *Fortunati C. VIII,* 5, 1 Regali de stirpe potens.
299 *v.* 95 *Mirac. S. Cuthberti IX,* 1 Pictorum . . defertur ad oras.
300 *v.* 116 *Aldhelm. l. v.* 1129, 1480 mente sagaci.

pgg.
301 *v.* 148 *Ib. v.* 89 toto conamine mentis.
305 *v.* 46 *Aldhelm. l. v. Praef.* 19 Pastor ovile tuens.
306 *v.* 75 *Aldhelm. princip. vit.* 118 mortis discrimina passis.
309 *v.* 176 *Aldhelm. l. v.* 899, 1517, 2112 celebri rumore.
310 *v.* 181 *Trist. V,* 3, 9 Quique prius .. egi | In studiis vitam.
311 *v.* 218 *Aldhelm. Aen. hendec. IV,* 8 Truxque rapaxque feroxque.
v. 219 *Aldhelm. l. v.* 1140, 1230 tenebras .. atras.
313 *v.* 291 *Ov. Ep. XX,* 207 ut invalidum .. corpus.
333 *v.* 942 *Aen. V,* 28 Flecte viam velis.
337 *v.* 64 *Iuvenci H. e. II,* 768 expertes caelestis muneris.
347 *v.* 731 *Amor. III,* 8, 7 ianua clausa est.
350 *v.* 17 *Iuvenci H. e. II,* 227 unica proles.
356 *v.* 30 *Cf. supra p.* 337 *v.* 64.
361 *v.* 14 *Arator. I,* 169 dona salutis.
375 *v.* 161 *Aldhelm. l. v.* 755 regna polorum.
v. 166 *Iuvenci H. e. IV,* 809 adest cui gratia digna merenti.
377 *v.* 240 *Aldhelm l. v.* 288 confert munia rerum.
v. 241 *Met. III,* 415 Dumque sitim sedare cupit.
381 *v.* 7, 3 *Aldhelm. l. v.* 1550 sed mente maligna.
v. 15, 3 *Ib.* 2106 Vota vovete deo.
385 *XXXIII,* 1 *Aldhelm. l. v.* 424 donantem munera.
387 *XXXVI,* 9 *Met. XIII,* 272 reddat honorem; *V,* 14 meritisne haec gratia tantis | Redditur.
389 *v.* 39 *Luc. Phars. I,* 500 sonuerunt pondera mali.
403 *n.* 7 *Prudentium in aula versantem Iudith imperatricis familiaritate usum esse inde sequitur, quod rogatu eius tunc pericula obeuntis flores ex psalmis excerpsit (cf. Prologum eius Liturgia antiqua Hispan. p.* 464, *Mai SS. vet. nova coll. IX,* 369).
404 *v.* 13 *Aldhelm. l. v.* 1114, 1603 reddere grates.
410 *v.* 8 *Cf. p.* 404 *v.* 13.

APPENDIX AD WALAHFRIDUM.

425 *IV,* 5 *Luc. Phars. I,* 110 totum quae continet orbem.
428 *VI,* 8 *Fortunati C. IV,* 26, 102 semina iacta metit.
432 *v.* 108 *Ov. Ep. VII,* 95 Audieram vocem.
437 *v.* 298 *Aldhelm. l. v.* 2324 divino munere fretas.
v. 315 *Iuvenci III,* 623 culmina montis.
438 *v.* 369 *Aldhelm. l. v.* 89 toto conamine mentis.
440 *v.* 442 *Aldhelm. l. v.* 110 ternos iam diximus ante.
442 *v.* 506 *Mirac. S. Cuthberti XXXII,* 6 vacuos vulgi captare favores.
443 *v.* 569 *Fortunati Carm. VIII,* 3, 127 refovet, veneratur, honorat.
v. 570 *Ib. III,* 15, 1, *X,* 17, 1 Actibus egregiis.
447 *v.* 710 *Arator. Act. I,* 899 Claviger aethereus; 1055 aethereae custodem ... aulae.
449 *v.* 811 *Aldhelm. l. v.* 1095 mundi qui sceptra regebat.
453 *v.* 968 *Aldhelm. l. v.* 2109 integritatis amator.
457 *v.* 1147 *Mirac. S. Cuthberti I,* 9 indoles alma.
459 *v.* 1199 *Aldhelm. Aen. hendec.* 1, 1 qui cuncta creavit.
460 *v.* 1265 *Ex Ponto II,* 6, 1 voce .. | .. salutat.
v. 1277 *Fast. V,* 19 solio, quod .. tenebas.
461 *v.* 1298 *Sedul. C. P. I,* 45 conditor orbis.
v. 1321 *Fast. III,* 13 Ventum erat ad .. ripam.

pgg.
462 *v.* 1334 *Iuvenci H. e. II,* 69 miracula tanta paventes.
463 *v.* 1378 *Cf. supra p.* 376 *v.* 212 documenta salutis.
464 *v.* 1416 (*cf. v.* 1687, 1748) *Mirac. S. Cuthberti IX,* 14 deum .. precibus pulsare supinis.
465 *v.* 1452 *Ib. XIII,* 13 pectore tristi.
467 *v.* 1539 *Aldhelm. l. v.* 872 properet directo tramite.
v. 1565 *Id. de princip. vit.* 273 tetrae mortis amator.
472 *v.* 1775 *Iuvenci H. euang. II,* 336 dona salutis.

CARMINA SANGALLENSIA.

476 *III. Franciscus Bücheler V. Cl. me monuit literis huius carminis satis incompti initialibus hunc versum effici:*

COZBERTO PATRI WETTINUS
VERBA SALUTIS.

Gozberto igitur abbati coenobii sancti Galli (816—837) *Wetti sive Wettinus monachus Augiensis notissimus (qui anno* 824 *obiit), hoc carmen misit!* (*Cf. p.* 385 XXXIII, 2).

GESTA APOLLONII.

490 *v.* 207 *Fortunati V. S. Martini IV,* 423 vada complet nauta celeuma.

FLORI LUGDUN. CARMINA.

507 *In libro confraternitatis Augiensis* 363, 36 (*ed. Pieper p.* 257) *occurrit Florus noster aeque atque Agobardus inter* Nomina Kanonicorum domus sancti Stephani protomartyris *(Lugdunensis).*
520 *v.* 84 *Iuvenci H. euang. II,* 336 dona salutis.
530 *v.* 246 *Fortunati C. IV,* 27, 31 mens pia.
539 *v.* 61 *Iuvenci H. euang. III,* 457 culmina caeli.
555 *Cf. p.* 528 *v.* 159.

WANDALBERTI CARMINA.

576 *Propos. v.* 1 *Mirac. S. Cuthberti XXII,* 6 vacuos vulgi captare favores.

CARMINA CENOMANENSIA.

626 *v.* 23 *Theodulf. de Paradiso v.* 6 (*I,* 573) Undique stipatos floribus.
630 *v.* 53 *Theodulf. ad Modoin. v.* 77 (*I,* 565) Denique roscidulas tenebras cum Aurora fugaret.

CARMINA SALISBURGENSIA.

647 *v.* 8 *Mirac. S. Cuthberti IV,* 16 vigili tutamine mandris.

CARMINA VARIA.

679 *v.* 8 *Fortunati C. VIII,* 17, 6 solvo salutis opus.

INITIA CARMINUM.

INDEX NOMINUM.

INDEX VOCUM RARIORUM.

INDEX RERUM MEMORABILIUM.

CORRIGENDA.

pag. 11 *v.* 210 consociante domum *corr. L. Traube*
„ 216 usque redire *coni. Tr.*
„ 15 „ 342 haec agit *corr. Tr.*
„ 41 *III*, 8 *lege* eque suis *(Tr.)*
„ 43 *v.* 84 nefanda agitat *coni. Tr.* (*cf. p.* 51 *v.* 361)
„ 44 „ 98 Illic certa *corr. Tr.*
„ 100 regis adesse *coni. Tr.* (*cf. p.* 74 *v.* 560)
„ 45 „ 151 experietur | Poenas ipse luet *coni. Tr.*
„ 46 „ 191 *interpunge* talis' coniunx 'pervenit *(Tr.)*
„ 49 „ 293 Andegavensium *corr. Tr.*
„ 297 Namnetensium *corr. Tr.*
„ 56 „ 549 Cum insimulator *vel* Cum scrutator *coni. Tr.*
„ 72 „ 501 ictum *corrigendum videtur*
„ 75 „ 628 Cum licito *corr. Tr.*
„ 76 „ 666 Ut solet accendi *corr. Tr.*
„ 80 „ 16 rex peragendo abiit *coni. Tr.*
„ 83 „ 121 populi transcurrit in escas *coni. Tr.*
„ 123 Nam toga onesta meast *coni. Tr.*
„ 84 „ 157 scripturam clangere *coni. Tr.*
„ 167 Cum bonitate *coni. Tr.*
„ 86 „ 14 cum cygnis saepe canit merula *coni. Tr.*
„ 88 „ 75 fletuque simul haec mente tuendo *coni. Tr.*
„ 77 sibi erema placebat *coni. Tr.*
„ 90 „ 154 Inter cognatos *coni. Tr.*
„ 91 „ 199 non aliunde pete *corr. Tr.*
„ 92 „ 1—9 *carminis huius ediderunt Helferich et Clermont, Aperçu de l'histoire des langues neolatin. en Espagne, Madrid* 1857 *p.* 46
„ 5 *Cf. Anthol. lat.* 762 *v.* 31—32. carmina temptat *coni. Tr.*
„ 21 hydraulica musis *coni. Tr*
„ 93 „ 5 secundus *corr. Tr.*
„ 97 *n.* 4 *corrige* '311'
„ 98 *v.* 28 glis pascitur *coni. Tr.*
„ 102 „ 32 In vocem erupit *legendum videtur*
„ 103 *XII*, 1 verrit fraterna *coni. Tr.*
„ 105 *XIV*, 22 vernas *corr. Tr.*
n. 8 *corrige* '855'
„ 106 *v.* 42 quidem strophium *coni. Tr.*
„ 107 „ 69 solito pepigit *coni. Tr.*
in apparatu corrige '81 genialis'
„ 107 *n.* 10 *corrige 'XII*, 257'
„ 108 „ 8 *corrige 'III*, 336'
„ 110 „ 7 *corrige 'IV*, 165'
„ 111 *v.* 112 *dele punctum post* honore
„ 113 peractam. *corr. Tr.*
„ 118 Rustica non solito, laudis *corr. Tr.*
n. 5 *lege 'Hersfeldensis'*
„ 112 „ 6 *corrige* '409'
„ 113 *XXI*, 6 *interpunge* Condidit, ecclesiam *(Tr.)*
„ 117 *v.* 47 *dele*, *post* legentes
„ 117 „ 48 *adde*, *post* opus
„ 118 *H. Knust, cui L. Traube adsentitur*, AGOBARDO PAX SIT *restituere voluit*
„ 119 *v.* 3, 1 arce depromunt *corr. Tr.*
„ 4, 1 corusci *(i. e. fulmina) coni. Tr.*
„ 5, 3 posco ne pandat diabolus fauces *coni. Tr.*

pag. 119 *v.* 6, 2 lex pollinctoris convinxit me nexu *coni. Tr.*
„ 7, 4 malo *coni. Tr.*
„ 8, 2 hanc carneam *retinendum est (Tr.)*
„ 12, 2 vocaris tu carmine meo *coni. Tr.*
„ 12, 3 versuum tuum in litteris primis *coni. Tr.*
„ 13 In Christo tu iam (Iam tu in Christo *W. Meyer*) ut valeas obto | fratresque quaeso ut sospitet deum (cuncti ut sospites quaero *W. M.*) | utque quietem (deum ut quiem *W. M.*) fruaris aeternae *coni. Tr.*
„ 15, 3 et spiritus *suppl. Tr.*
„ 15, 4 aeterna in secla. amen! *coni. Tr.*
„ 130 „ 48, 2 *lege* Sereni
„ 137 *lin.* 13 *lege 'rhythmum'*
„ 144 *n.* 11 *lege 'militis'*
„ 145 *v.* 136 carmine parcite avena *coni. Tr.*
„ 151 „ 10, 3 sola fides venit illis data per Veneticos *coni. Tr.*
„ 153 „ 25, 3 principes ut exaltemur in seclorum secula *coni. Tr.*
„ 193 *XXXV*, 1 semper ubique *suppl. Tr.* (*cf. t. I*, 337, 245 *XXV*, 7)
XXXVI, 1 Omnibus iste modus
v. 3 Nulla cupit mens recta, cupit mens prava superba *suppl. Tr.*
„ 199 „ 26, 2 quam sator *corrigendum est*
„ 386 *XXXIV*, 10 *lege* prohibet
„ 412 *v.* 24 *Francisco Buecheler me docente vocabulum* MUS *hoc aenigmate adumbratur, cf. inprimis v.* 10—12:
pereSUM
foratU
ingenS
„ 436 „ 290 praebebit forte benignus *corrigendum videtur*
„ 455 „ 1067 *lege* heros,
„ 456 „ 1074 puraeque fidei *coni. Wattenbach*
„ 1078 *in appar. crit. lege* inquit amatus
„ 496 „ 418 Lamina *retinendum est;* serris *corr. Tr.*
„ 501 „ 597 lacernis *corr. Tr.*
„ 598 Serve sub humanis *coni. Tr.*
„ 506 „ 771 antea laetus *coni. Tr.*
„ 774 possit dolor angere vultus *suppl. Tr.*
„ 784 Tarsis qui satagis Tyrius *coni. Tr.*
„ 554 *XXVI*, 1 *lege* Christi (*cf. Fortun. C. III*, 3, 3)
„ 662 *XVI*, *I—V hos titulos ex parietibus ipsis a Ferdinando filio descriptos correxi*
„ 686 *Va hunc titulum in ecclesia S. Maria in Navicella etiamnunc exstantem descripsit Ferdinandus filius: v.* 2 *lege* rutilat iugiter
v. 5 praesul opimus
„ 691 *Vitae S. Willibrordi ab Alcuino editae librum utrumque extare etiam in codice Wirciburgensi Theol. fol.* 34 *saec.* X. *quondam* S. Petri in Wissenburg *V. Cl. Holder-Egger me docuit.*